



# FRANCISCI
## PATRICII
## DISCVSSIONVM
## Peripateticarum

### TOMI IV.

Quibus ARISTOTELICÆ Philosophiæ vniuersa Historia atque Dogmata cum VETERVM Placitis collata, eleganter & eruditè declarantur.

*OPERIS veteri rerum nouitate gratissimi Argumenta sequens docebit pagina.*




BASILEAE



AD PERNEAM LECYTHVM
CAESAREO PRIVILEGIO SVFFVSAM.
CIƆ IƆ XXCI.


FRANCISCVS PATRICIVS ANNO AETATIS LI. SALVTIS MDLXXX.

# TOMORVM QVATVOR Argumenta.

## TOMVS I.

De ARISTOTELIS Vita, Moribus, Libris, Auditorib. Sectatoribus, Expositoribus, Interpretibus, Sectis, philosophandi ratione, libris tredecim disserit.

## TOMVS II.

Aristotelis cum Platone alijsq; veteribus Philosophis, à multis promissam, à nemine editam, in omni philosophiæ genere CONCORDIAM, libris octo continet.

## TOMVS III.

Aristotelis cum Platone alijsq; veteribus, à nemine promissam vel editam DISCORDIAM libris septem persequitur.

## TOMVS IV.

Aristotelis Dogmatum CENSVRAM philosophicam libris decem instituit.

( ) 2



# Auctorum nomina quibus in hisce libris FR. PATRITIVS vsus est.

*Aelianus*
*Ammonius.*
*Apollodorus.*
*Apollonius.*
*Arrianus.*
*Auerroes.*
*Aulus Gellius.*

*Berosus.*

*Cephantus.*
*Cicero.*
*Clemens Alexandrinus.*

*Diodorus.*
*Diogenes Laertius.*
*Dionysius Carthaginensis.*
*Diotogenes.*

*Eusebius.*

*Franciscus Caballus.*

*Galenus.*
*Gaza.*
*Guarinus Veronensis.*

~~*Henricus Stephanus*~~
*Hermes.*
*Hermogenes.*
*Hieronymus.*
*Hippocrates.*
*Hippodamus.*
*Homerus.*

*Iamblichus.*
*Ioannes Philoponus.*
*Iosephus.*
*Iustinus.*

*Linus.*
*Lucanus Ocellus.*

*Macrobius.*
*Marsilius Ficinus.*
*Moses Fintius.*

*Nicephorus.*
*Nicolaus Damascenus.*

*Orpheus.*
*Olympiodorus.*

*Phauorinus.*
*Philo Iudaeus.*
*Plinius.*
*Plutarchus.*
*Polybius.*
*Proclus.*
*Psellus.*

*Quintilianus.*

*Simplicius.*
*Sextus Empiricus.*
*Soranus Cous.*
*Sthenida.*
*Stobaeus.*
*Strabo.*
*Strato.*
*Suidas.*
*Syrianus.*

*Tatianus.*
*Thucydides.*
*Timaeus Locrus.*
*Theodoretus.*
*Theodorus Gaza.*

*Valerius Maximus.*
*Virgilius.*

*Xenophon*

*Zonaras.*
*Zoroastes.*

# FRANCISCI Patritij

# DISCVSSIONVM Peripateticarum

## TOMVS Primus

De ARISTOTELIS Vita, Moribus, Libris, Auditoribus, Sectatoribus, Expositoribus, Interpretibus, Sectis, Philosophandi ratione, libris tredecim differens.



BASILEAE
AD PERNEAM LECYTHVM
M D XXCL



() a

# TOMI PRIMI LIBRORVM Elenchus.

LIB. I. ARISTOTELIS patria, genus, educatio, ſtudia, actiones, fortunæ, dicteria, mors.

LIB. II. Ariſtotelicorum librorum enumeratio.

LIB. III. Ariſtotelicorum librorum diſquiſitio.

LIB. IV. Ariſtotelicorum librorum dijudicatio.

LIB. V. Ariſtotelicorum librorum Loca citata, & aliquot Tituli reſtituti.

LIB. VI. Ariſtotelis libri Acroamatici, Epoptici, Exoterici, Encyclij, Ecdedomeni.

LIB. VII. Ariſtotelicorum librorum non extantium fragmenta, verborum, ſententiarum, dogmatum.

LIB. VIII. Ariſtotelicorum librorum extantium per genera diſtributio.

LIB. IX. Ariſtotelicorum lib. in ſingulis generib. diſpoſitio.

LIB. X. Ariſtotelis auditores, ſectatores, expoſitores.

LIB. XI Ariſtotelicorum interpretum variæ interpretandi rationes.

LIB. XII. Ariſtotelicæ ſectæ per varias ætates, variæ philoſophandi rationes.

LIB. XIII. Ex Ariſtotele, inq; Ariſtotele optima philoſophandi ratio.

# AD ZACHARIAM Mocenicum M. ANTONII SENATORIS Optimi Filium.





IENNIVM iam cum dimidio, Zacharia Mocenice nobilissime, est exactum, ex quo cum Philippo patruo tuo, Cypriorum Archiepiscopo, viro omni doctrinarum virtutumque genere ornatissimo, è Cypro Venetias sum reuersus. Ibi optimam ætatis meæ partem philosophiæque studijs aptissimam, alienis commodis insudando, meis abutendo, plusquàm integro septennio miserè contriueram. Eò me malus quidam abstulerat error. Is idem assiduè me fatigauerat, vt opibus alienis fabrefaciendis incumberem, res meas omnes prætermitterem, philosophiæ studia, quæ meę deliciæ fuerant, penitus omitterem, non semel vitæ periculum subirem. Postea verò quàm frustra me multo alieno, meo nullo fructu, nullaque gratia laborare sensi: patruo tuo adhæsi, apud cum ibi fui, cum eo Venetias veni, cum eo etiam Patauium sum profectus: quæ res mihi, post tàm longum studiorum meorum exsilium optatissima omnium contigit. Ibi me ad vetera mea studia reuocaui, illis totum me reddidi, veteres cogitationes resumpsi. Aderas & tu vnà cum patruo, studiorum gratia, Aristotelicæ philosophiæ initiatus: viros doctissimos audiebas: quæ audisses mecum conferebas: quibus poteram, studia tua, ardoremque animi adiuuabam libenter. Præuidebam te, si dij incolumen seruarent, si ætatis æstus à studijs non abriperet, maximos in omni philosophia profectus facturum. Confirmabar in ea spe, quòd audissem te, dum adhuc tenella esses ætate, miro ingenij acumine, mira animi abstractione, quæstiones de rebus maximis patruo, tuisq; proposuisse sæpius: præceptoribus primarum literarum magnam tui admirationem excitasse: senatoribus non paucis opinionem iniecisse, ad res quasque maximas honorificentissimasque natum esse. In qua expectatione, philosophos, quos Patauij audiebas, omnesque alios, qui te sine liuore norunt, confirmasti, in diesque magis confirmas. Est enim in te ingenij vis excellens, memoria insigniter præstans, iudicium qua es ætate, admirabile, solertia incredibilis, nobilitas quædam animi, qualis nobilitati generis,

quatuor iam laudatissimis Reipublicæ Ducibus illustrissimi, conuenit: eloquentia tum linguæ tum calami tanta, quantam in decem & octo annorum adolescente fortè nemo vnquam audiuit: dexteritas morum, & grata quædam in conuersando humanitas ac iucunditas, quam nemo non suspiciat, nemo non adamet. Hæc tot tantaque naturæ munera te talem esse natum ostendunt, qualem Plato, si viueret, inter eos adolescentes reponeret, quos magna ingenia magnasque naturas appellabat. Quæ si studijs, vti cœpisti, rerumque cognitione adiuueris, & magnas de te admirationes excitabis, & patriæ te vtilissimum præstare poteris. Quæ, cùm Patauij essemus, præsagiens ego, libentissimè ex te exquirebam, & quę à doctoribus tuis, viris celeberrimi nominis, Federico Pendasio, & Octauio Amaltheo, qui te in Aristotelis Ethicis ac Logicis instituendum susceperant, audiebas, & quæ tute ipse vel studiosè legeres, vel commentareris: communicabam tecum ex meis studijs quæ tibi profutura sperabam; aliquid etiam prælegebam; te ad Aristotelem totum percognoscendum assiduè adhortabar. Quas hortationes cùm libenter exciperes, requisisti à me, vt Aristotelis tibi, librorumque eius, si quos prçter extantes scripsisset, notitiam aliquã traderem. Libenter id oneris suscepi; cœpique eos, qui Aristotelicas res memoriæ mandarant, perquirere. Reperi, eius vitam à tribus conscriptam, Laertio Diogene, Ammonio Hermiæ, seu Philopono Ioanne, Guarinoq; Veronense. Laertij non satis explicata res visa est: istos verò, encomia potius Aristotelica, quàm vitæ historiam scripsisse existimari potest. Itaq; tũ hos adhibendo, tũ ex antiquis authorib. alijs exscribendo, Aristotelis vitã ad dimidiũ ferè exarauerã. Ecce me fati quædam vis, quæ me nouem annorum puerum, ad hanc vsque ætatem, peregrinationibus continuis terraque mariq; exercuerat, in Hispanias abripuit. In itineribus, ibique, semestre ferè temporis spatium consumsi: Venetias reuersus sum: te in memoriam reuocante, opus cœptum in manus resumsi: quod, aliam rem de alia nectendo, in eam magnitudinem, quam vides, excreuit. Visum enim est, magnum operæprecium me facturum, si non solùm quæ tu à me petijsses, verùm etiam quæcunque tuis in Aristotele studijs profutura mihi viderentur, huc conferrem. Spero autem me, annuo hoc opere, & tuis optatis, & meis tui iuuandi desiderijs abundè fecisse satis. Nam & Aristotelis vitam omnem, ex varijs fide dignissimis authoribus collegi: libros eius omnes conquisiui: controuersias, quas subierunt, monstraui: ex controuersijs quos potui, exemi: fragmenta eorum qui perierunt in vnum conduxi: exotericorum, aliorumque eius generis, quęstionem arduam discussi: titulos aliquot Aristotelicos restitui; loca omnia, quibus Aristoteles

les suos libros, & extantes, & non extantes appellat, recensui. Librorum genera partitus sum, eaque in ordines digessi: libros suis generibus subieci, eorumque inter se ordinem constitui. Peripateticorum veterum, quantum colligere potui, historiam contexui: eorum in Aristotele interpretando, rationes; in philosophando, methodos ante oculos posui: quæ optima ex Aristotelis sententia philosophandi ratio esset, quæque optima in Aristotelis dogmatibus peruidendis esset methodus, exposui. In quibus omnibus institutum illud seruaui, vt nihil sine Aristotelis ipsius, sine suorum interpretum, aliorumque probatissimorum authorum testimonijs dicerem: ea à quo authore dicerentur, ostendi; locos monstraui: verba ipsa & Græca quando habui, & Latina, attuli, quò ea, quæ nouitatem quandam præ se ferre videbantur, à me non existimares conficta. Quibus rebus, opinor, me facilem satis tibi viam aperuisse, qua Aristotelicam philosophiam aggredereris, eam facilius cognosceres, & fœlicius consequereris. Itaque à propositarum rerum prima deinceps exordiemur.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI PRIMI LIBER I.

IN quo ARISTOTELIS Patria, Genus, Educatio, Studia, Actiones, Fortunæ, Dicteria, Mors, continentur.



NATVS est Aristoteles, anno primo Olympiadis non agesimæ nonæ, tradentibus Diogene Laertio ac Suida. is fuit annus ante Christi natalem primus post treecentesimum septnagesimũ. Patria illi fuit Stagira, Macedoniæ, seu, vt Suidas, Thraciæ oppidum: quod nunc paruus vicus, Macri, à Barbaris illius regionis Græcis appellatur. Patrẽ habuit Nicomachũ, qui à Machaonis filio, & Aesculapij nepote genus duxit; arte medica, per eam stirpem ab Aesculapio, ad eum vsque propagata. Fuit is Amyntæ, patris Philippi, Macedoniæ regis, medicus: de medica arte, ἰατρικῶν, vt ait Suidas, sex libros conscripsit; φυσικῶν, Physicorum verò, vnum. Ex Phæstiade vxore, quæ itidem ab Aesculapio (vt autor est Ammonius) originem trahebat, Aristotelem & Arimnestum suscepit: quorum Aristoteles, post parentum obitum, ab Atarneo quodam nomine Proxeno puerulus adhuc nutriendus atque educandus suscipitur. Quod Ammonius in eius vita his verbis testatur; μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Νικομάχου καὶ τῆς Φαιστιάδος, ἀνάγεται ὁ Ἀριστοτέλης παρά τινι Προξένῳ Ἀταρνεῖ, οὗ καὶ τῆς τροφῆς διαμεμνημένος ὁ Ἀριστοτέλης, οὐ μόνον τὸν τούτου υἱὸν Νικάνορα ἀνέθρεψε, καὶ πᾶσαν παιδείαν ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ καὶ υἱὸν αὐτὸν εἰσεποιήσατο, καὶ τελευτῶν, ἐν ταῖς οἰκείαις διαθήκαις ἐπέτρεψε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθιάδα δοῦναι γαμετὴν τῷ Νικάνορι. *Post obitum Nicomachi atque Phæstiadis suscipitur Aristoteles à quodam Proxeno Atarnense: cuius educationis memor Aristoteles, non solùm huius filium Nicanorem enutriũt, & omnem disciplinam edocuit, verùm etiam filiũ sibi adoptauit, & moriens in testamento suo iussit, filiam suam Pythaida dari Nicanori in vxorem.* Proxenum autem vxoremque eius, statua ornauit; quod ex testamento eodem apparebit. Sed adolescens factus, cùm diues à patre relictus fuisset, omnẽ hæreditatem luxuriosè viuendo consumpsit. ita de eo Aeliano, Variæ historiæ lib. quinto scribente; Aristoteles abliguritis omnibus pecunijs quæ ex hæreditate parentis ad eum deuenerant, in militiam profectus est: deinde cùm sinistris malisque auibus hoc ei procederet, pharmacopolam egit. Frequentans autem Peripatum, & audiens docentium sermones, cùm natura multis esset præstantior, habitum sibi comparauit, quem deinde in opus produxit. Quam eandem rem etiam Athenæus libro octauo attestatam in hunc modum reliquit. πολλὰ δ' ἔτι ἔχων λέγειν περὶ ὧν ἐλήρησεν ὁ φαρμακοπώλης, παύομαι· καίτοι εἰδώς, καὶ Ἐπίκουρον τὸν φιλαληθέστατον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ, ἐν τῇ περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων, ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν. id est: *Multa quoque habens dicere circa quæ delirauit pharmacopola, cesso: quamquàm sciens Epicurum, veritatis amantissimum, hæc de eo dixisse in epistola de studijs, quòd paterna deglutiens in militiam est profectus: & quòd in ea malè agens ad pharmacopolium venit.* Hanc totam rem & Diogenes & Ammonius & Guarinus subticuerunt. Ammonius autem narrat, eum post adeptas liberales disciplinas, Athenas iussu oraculi missum, decimo septimo ætatis anno, ad Socratem audiendum. Quæ quidem vtraque vera vt sint, nihil obstat: nam postquam ei militia malè & infœliciter cesserat, non est à consentaneo alienum, ab eo oraculum consultum, responsumque relatum, vt philosophiæ sese daret, Athenasque inde venisse, Socratique audiendo operam dedisse: vnde tamen victum quæreret, pharma

copo-

copolium exercuisse. Socratem tres annos audijt, vt Ammonius narrat. Quanquam si Diogeni fides sit præstanda, Socrates ante natum Aristotelem annis sexdecim obijt. ait enim in Socrate ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει ἐνενηκοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος: *obijt vero primo anno nonagesima quinta olympiadis*: idque ex Apollodori ac Phalaræi Demetrij authoritate: in Aristotele autem, Apollodorum hunc ipsum testem adducit: γεννηθέντα μὲν τῷ πρώτῳ ἔτει ἐνάτης καὶ ἐνενηκοστῆς ὀλυμπιάδος, *natum verò primo anno nona ac nonagesima olympiadis*. ita vt quatuor integræ olympiades interfuerint inter Socratis obitum, & Aristotelis natiuitatem. non potuit ergò Athenas ad eum audiendum venire, neque eum audire. Sed verius Platoni sese addixit annos natus viginti, vt Ammonius; vt verò Diogenes, viginti tres: etsi Eumelus triginta dicat: qua in re à Diogene reprehenditur. Platonis auditorium viginti integros annos, vt Ammonius, ac plerique alij tradunt, frequentauit: quanquã Laertius decem & septem asserat. satis constat inter omnes, ad quadragesimũ vsque ætatis annum Platonis fuisse auditorem: quo vniuerso tempore pharmacopolij arte, nec non etiam medica victum quæritasse, satis est & historiæ & rationi consonum: satis enim constat, pharmacopolia antiquis temporibus medicos exercuisse: ipsum autem medicum fuisse, tum ex genere, quo ortus erat, medicorum, tum ex libro, quem de Sanitate & morbo conscripsit, tum præcipuè ex eo constat, quod plutarchus in Alexandro scripsit: δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ φιλιατρεῖν Ἀλεξάνδρῳ προστρίψασθαι μᾶλλον ἑτέρων Ἀριστοτέλης. οὐ γὰρ μόνον τὴν θεωρίαν ἠγάπησεν, ἀλλὰ καὶ νοσοῦσιν ἐβοήθει τοῖς φίλοις, καὶ συνέταττε θεραπείας τινὰς, καὶ διαίτας, ὡς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν λαβεῖν ἐστί. *Videtur verò mihi, Alexandro medicinæ amorem indidisse, magis quàm alius quisquam, Aristoteles: neque enim speculatricem solam amauit, sed etiam amicis laborantibus auxilia tulit, & medicationes quasdam & diætas præcepit, vt est ex eius epistolis manifestum.* Vita autem Platone defuncto Speusippoque eius nepote in schola surrogato, clauso pharmacopolio aulis sectandis sese applicuit, quod Timęus historicus sic retigit, referente Suida: καὶ τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀποκεκλεικότα, καὶ πρὸς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα, *& honorabile pharmacopolium clausit. & ad omnem aulam & scenam insilijt.* Scilicet ad Hermiam Eunuchum est profectus.

Sed antequàm Plato è viuis cederet, magna inter eos dissidia oborta sunt: quod Aelianus libro Varię historiæ sic commemorat: Primum dissidium Aristotelis aduersus Platonem ex his ferunt initium cepisse. Non probabat eius vitam Plato, neque corporis habitum & ornatum: nam Aristoteles vestibus & calciamentis magnificis vtebatur, & contra Platonis morem crines abradebat, anulisque ferendis se exornabat: vultu cauillationem & irrisionem quandam præferebat, & intempestiua loquacitate in sermone, ingenium eius, moresque redarguebat. Hæc omnia philosopho esse indigna manifestum est. Quæ cùm videret Plato, non admittebat hominem, sed ei pręponebat Xenocratem, Speusippum, Amiclam & alios, quos tum alijs honoribus prosequebatur, tum disputationum suarum participes esse patiebatur. Cùm vero quodam tempore Xenocrates in patriam iter suscepisset, Aristoteles cum suorum discipulorum caterua, inter quos erat Mnason Phocensis, & alij, Platonem oppugnabat de industria. Laborabat tum morbo Speusippus, quam ob rem Platoni adesse non poterat: Plato octuagesimum annum agebat, ita vt iam propter ætatem destitueretur memorię viribus. Intendens igitur in eum, & adoriens ex insidijs Aristoteles, magnaque cum ambitione quæstiones nectens, ac sophisticè eum redarguens, iniurium simul & ingratum sese prębebat: proinde Plato desistens exteriore deambulatione, domi cum familiaribus priuatim ambulabat. Exactis tribus mensibus Xenocrates à peregrinatione reuersus, inuenit Aristotelem deambulantem, & docentem vbi reliquerat abiens Platonem. videns autem eum familiaribus suis, non ad Platonem commeare, sed aliò in ciuitate seorsum ex auditorio vestigia ferre, interrogabat quendam in Peripato, vbi nam esset Plato, existimans eum decumbere. at ille respondit, non malè habet, sed Aristoteles ei molestiam facessens, effecit vt è Peripato discesserit, & in horto

horto domi philosophiam tractet. His auditis Xenocrates repentè se ad Platonem contulit, & offendit cum differentem cum his qui simul aderant: erant autem frequentissimi, & summæ existimationis viri, & adolescentes aliqui illustrissimæ famæ. Qui cùm loquendi finem fecisset, perhumaniter pro more solito Xenocratem salutauit: rursusque illum similiter Xenocrates. Deinde conuersatione dimissa, Xenocrates nullum verbum hac de re cum Platone locutus, neque audiens, collectis suis commilitonibus, vehementer obiurgauit Speusippum, quòd Aristoteli cessisset ex Peripato: & ipse quàm potuit instructissimis viribus contra Aristotelem pugnauit, eoque contentionis progressus est, vt eum eijceret, & in consuetum locum Platonem restitueret. Hæc quidem res causa putanda est, cur posteà Aristoteles odio sit Xenocratem persecutus: cur Lyceum contra eum aperuerit; ac denique cur Plato Aristotelem Mulum appellauerit, quod Laertius his verbis refert: Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισεν, ὥσπερ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα. *Aristoteles in nos recalcitrauit, veluti muli statim geniti matrem.* Quod idem quoque Aelianus libro quarto narrat, sic scribens: Plato nominare solebat Aristotelem, Mulum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit, ex eo liquet, quòd mulus, cùm saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Significabat igitur Plato, inuoluto quodam sermone, ingratitudinem Aristotelis. etenim is, cùm maxima philosophiæ semina & accessiones à Platone accepisset, suffartus optimis quibusque, auersatus, scholam contra Platonem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus & discipulis aduersus eum pugnauit, & Platonis aduersarius esse cupiebat. Attamen Ammonius ostendere conatur, eum superstite adhuc Platone, Lyceum minimè aperuisse: neque enim potuisse, affirmat, pollentibus maximè tunc in ciuitate Chabria, ac Timotheo, Platoni sanguinis necessitudine coniunctis: imò potius ab Aristotele Platonem tam honorificè tractatum, vt ei etiam aram statueret, beneuolentiæ ac honoris erga eum argumentum: quam item rem distícho hoc confirmat:

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

*Aram Aristoteles erexit hanc Platonis,*
*Viri, quem nec laudare scelestis fas est.*

Quod quidem factum ab eo esse potuit, vel ante dissidia inter eos orta, vel post Platonis obitum, ad obscurandam eius dissidij infamiam. Non multo deinde intericcto tempore Plato vita functus est: cuius scholæ princeps, Speusippus, eius ex sorore nepos, est suffectus: Aristoteles autem, eius fortè rei indignatione, pharmacopolio clauso, vt ait Timæus, Athenisque relictis, ad Hermiam Eunuchum, Atarnensium tyrannum nauigauit: anno scilicet quarto Olympiadis centesimæ octauæ, vt Laertius ex Apollodoro refert: Aristotele tunc ætatis annum quadragesimum agente. Fuerat Hermias olim Athenis primùm Platonis auditor, posteà Aristotelis & auditor & deliciæ, παιδικὰ, vt Diogenes refert, ac etiam Suidas. Ab hoc Hermia, vt Strabo libro decimotertio narrat, honorificè habitus est, ita vt Pythiada, eius vel filiam, vt Suidas, seu neptem, vt Strabo & Demetrius Magnes, seu etiam pellicem, vt Aristippus narrat, cuius amore flagrabat, in vxorem duxerit; tantaque est perfusus eius rei lætitia, vt ὑπερχαίρων, gandio exultans, τῷ γυναίῳ, vxorculæ, sacra eo more, quo Eleusinæ Cereri sacrificabant Athenienses, fecerit: pæanaque in Hermiam, tanquam Apollo esset, conscripserit, qui integer est apud Diogenem: quanquam Aristocles Peripateticus lib. septimo de Philosophia, vt est apud Eusebium libro contra Philosophos, cap. primo, ex epistolis ad Antipatrum Aristotelis, asserat, Aristotelem Pythiada in vxorem duxisse ab obitu Hermiæ. Tres annos cum Hermia versatus est: eo autem à Memnone Rhodio (vt author est Strabo) comprehenso, & ad Persarũ regem misso, Aristoteles inde aufugit. Deinde, vt idem Appollodorus tradidit, Olympiadis centesimæ nonæ anno secundo ad Philippum.

lippum, Macedoniæ regem, est profectus, ab eo (vt Plutarchus scribit in Alexandro) accersitus; Alexandroque filio, quindecim annorum puero, præceptor est constitutus. Tantique à Philippo est habitus, vt in eius gratiam Stagiram eius patriam, à se anteà dirutam, reædificauerit, ingentibusq; muneribus eum ornauerit. Quarum omnium rerum Plutarchus in Alexandro testis est locupletissimus, dum in hanc sententiam scribit: καὶ τοῖς περὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἐγκύκλια παιδευταῖς οὐ πάνυ τι πιστεύων, τὴν ἐπιστασίαν αὐτοῦ καὶ κατάρτισιν, ὡς μείζονος οὖσαν πραγματείας, καὶ κατὰ τὸν Σοφοκλέα πολλῶν χαλινῶν ἔργον, οἰάκων θ᾽ ἅμα, μετεπέμψατο τῶν φιλοσόφων τὸν ἐνδοξότατον καὶ λογιώτατον Ἀριστοτέλην, καλὰ καὶ πρέποντα διδασκαλία τελέσας αὐτῷ· τὴν γὰρ Σταγειριτῶν πόλιν ἐξ ἧς ἦν ἀριστοτέλης, ἀνάστατον ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγενημένην, συνῴκισε πάλιν, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἢ δουλεύοντας τῶν πολιτῶν, ἀποκατέστησε. σχολὴν μὲν οὖν αὐτοῖς, καὶ διατριβὴν τὸ περὶ μιέζαν νυμφαῖον ἀπέδειξεν, ὅπου μέχρι καὶ νῦν, ἀριστοτέλους ἕδρας τε λιθίνας, καὶ ὑποσκίους περιπάτους δεικνύουσιν. ἔοικε δὲ ἀλέξανδρον, οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ βαρυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως ἀκροαματικὰς καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες, οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλοὺς μετασχεῖν. Quæ in hunc modũ libuit vertere: *Atq; ijs, qui musicam, & encyclia docebant, non satis fidens, curam ipsius & institutionem, veluti maioris opera, &, vt Sophocles ait, multorum frenorum temonũq; opus, Aristotelem accersiuit philosophorum celeberrimum, ac eloquentissimum; honesta, ac decentia, ob eiusmodi doctrinam, præmia illi constituens. etenim Stagiritarum vrbem, ex qua Aristoteles erat, à se dirutam, iterum exædificauit, & ciues fugatos, aut seruos factos, restituit in integrum. Scholam verò illis & gymnasium, Nymphæum, id, quod est apud Miezam, attribuit, vbi ad hac vsque tempora, Aristotelis sedes lapidea & vmbrosæ deambulationes commonstrantur. Videtur autem Alexander non solum Ethicam & Politicam disciplinam accepisse, verum etiam participem factum doctrinarum reconditarum, ac grauissimarum quas viri ij auscultatorias, & perspectorias appellabant, neq; in vulgus efferebant.* Dũ cum Alexandro esset, Philippus (vt hoc loco ait Plutarchus) in eius gratiã Stagiram exædificauit: Aristoteles vero illis leges dedit: οἷς καὶ νόμους θεῖναι, quibus & leges posuisse, ait Laertius: Ammonius verò addit, Stagiritas in Aristotelis honorem festum diem celebrauisse, cui Aristotelia nomen indiderint: mensem verò quo festum celebrarent, Stagiritem appellabant. Fuit igitur Aristoteles cum Alexandro vsq; ad Philippi patris mortem, quæ fuit Olympiadis centesimæ vndecimæ, anno primo, vt Diodorus autor est; post annos sex exactos, ex quo Aristoteles Alexandrum docendum susceperat: Quanquam Iustinus libro duodecimo quinque asserat. *exacta pueritia*, inquit, *quinquennium sub Aristotele doctore inclyto omnium philosophorum creuit.* Principio Alexander Aristotelem plusquam patrem amore est prosecutus, eumque magnopere est admiratus: posteà vero suspectum habuit: quam rem ita prodidit Plutarchus: Ἀριστοτέλη δὲ θαυμάζων ἐν ἀρχῇ, καὶ ἀγαπῶν οὐχ ἧττον (ὡς αὐτὸς ἔλεγεν) τοῦ πατρὸς ὡς δι᾽ ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δὲ καλῶς ζῶν, ὕστερον ὑποπτότερον ἔσχεν οὐχ ὥστε ποιῆσαι τι κακὸν ἀλλ᾽ αἱ φιλοφροσύναι τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ στερκτικὸν οὐκ ἔχουσαι πρὸς αὐτὸν, ἀλλοτριότητος ἐγένοντο τεκμήριον. *Aristotelem principio admiratione prosequutus, & amore non minori (vt ipse dicere solebat) quàm patrem, quòd ob hunc viueret, ob illum verò bene viueret, postea suspectiorem habuit, non quòd ei quicquam mali faceret, sed quòd beneuolentia illa sua non amplius vehemens illud ac amatorium haberet erga eum, indicium abalienationis ab eo cuiusdam fuit.* Quæ abalienatio post Alexandri in Asiam profectionem in dies magis ac magis in animo regis crescens, tandem Hermolai contra regem coniuratione in odium est versa: ita vt etiam eius rei pœnas per literas ad Antipatrum Aristoteli minaretur, quòd eum eius coniurationis per Callisthenem authorem credidisset, attestãte id Plutarcho, cum in Alexandro ita scribit: ὕστερον δὲ γράφων πρὸς ἀντίπατρον Καλλισθένη συνεπαιτιασάμενος, οἱ μὲν παῖδες, φησὶν, ὑπὸ τῶν μακεδόνων κατελεύσθησαν, τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ὑποδεχομένους ταῖς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας. ἄντικρυς ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς ἀριστοτέλην. *Vltimò ad Antipatrum scribens, & Callisthenem culpa reum faciens ait: Pueri quidem à Macedonibus sunt interempti, sophistem verò puniam ego, & eos, qui eum miserunt, & qui in vrbes eos*

*recipiunt, qui mihi insidiantur. Clarè in his contra Aristotelem sese indicans.* Quarum pœnarum fortè timor, seu odium, ex Callisthenis morte in regem contractum siue vltionis desiderium, Aristotelem induxit, vt Antipatro, qui Macedoniæ regnum affectabat, author fieret veneni illius, quo Alexander extinctus posteà est; testante id eodem Plutarcho his verbis: οἱ δ' Ἀριστοτέλη φάσκοντες Ἀντιπάτρῳ σύμβουλον γενέσθαι τῆς πράξεως, καὶ ὅλως δι' ἐκείνου κομισθῆναι τὸ φάρμακον, Ἁγνόθεμιν τινὰ διηγεῖσθαι λέγουσιν, Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως ἀκούσαντα. *Alij verò Aristotelem dicunt consortem consilij Antipatro fuisse et omnino per eum venenum delatum, Agnothemin quendam narrare aiunt, qui id ab Antigono rege audierit.* Quam rem Arrianus quoq; lib. 7. confirmat. καὶ τὸ φάρμακον ὅτι Ἀριστοτέλης μὲν Ἀντιπάτρῳ ἐξεῦρε, δεδιὼς ἤδη Ἀλέξανδρον Καλλισθένους ἕνεκα. *Et venenum quod Antipatro Aristoteles inuenerit, timens iam Alexandrum ob Callisthenem.* Quod etiam Plinius lib. 30. cap. vlt. testatũ reliquit: Vngulas tantũ mularum repertas, neq; aliam vllam materiam, quæ non petroderetur à veneno Stygis aquæ, cùm id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Sed Aristoteles, postquam septem ferè annis cum Alexandro fuisset, post mortem Philippi anno, & ante Asiaticam expeditionem itidem anno, Callisthene Olynthio, suo ex consobrina nepote, Regi, & philosophiæ, sui loco, & itineris socio tradito, Athenas est reuersus, Olympiadis centesimæ vndecimæ anno secundo, quo ætatis suæ quinquagesimum iam agebat annum. Athenis in Platonis schola Xenocratem inuenit docentem, qui, Speusippo antè annis sex mortuo, post biennium fuerat suffectus, Olympiadis centesimæ decimæ anno secundo, & quadriennio iam in Academia docebat. Neque illud verum est, quod Hermippus, referente Diogene, scripsit: Xenocratem scilicet Platonis scholam obtinuisse, Aristotele pro Atheniensibus apud Philippum legatione fungente: nulla namque ratione id temporibus consonat, cùm certum sit, Platoni in schola (author est Laertius) Speusippum successisse, Olympiadis centesimæ octauæ anno primo, quo eodem Plato vita functus fuerat, eamque octo annos tenuisse, tota scilicet centesima nona Olympiade; cuius secundo anno, vt suprà est narratum, Aristoteles ad Philippum, non legationis, sed instituendi Alexandri causa est profectus: Xenocrates autem scholam suscepit anno secundo centesimæ decimæ Olympiadis, quo Aristoteles quatuor ferè iam annis Alexandri præceptor fuerat. Qua etiam in re nullo modo est audiendus Ammonius, qui narrat, statim Speusippo vita functo, ab Atheniensibus Aristotelem accersitum, eique Lyceum traditum, cùm Academiam eodem ipso tempore Xenocrates teneret. μετὰ δὲ ταῦτα (inquit) τελευτήσαντος τοῦ Σπευσίππου, μετέπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀριστοτέλην· καὶ ἀμφότεροι οὗτοι, ὅτ' Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Ξενοκράτης, διεδέξαντο τὴν τοῦ Πλάτωνος σχολήν· καὶ ὁ μὲν Ξενοκράτης ἐπαίδευεν ἐν Ἀκαδημίᾳ, ὁ δ' Ἀριστοτέλης ἐν Λυκείῳ. *Post hac verò defuncto Speusippo, accersunt Athenienses Aristotelem: atq; ambo hi, Aristoteles scilicet & Xenocrates, Platonis scholam susceperunt: Xenocrates quidem in Academia, Aristoteles verò in Lyceo docebat.* Hoc namq; tempore, quo Speusippus diem obijt, Aristoteles cum Alexandro erat, neque ab eo per sex adhuc annos recessit: Xenocrates verò non nisi biennio post Speusippi obitum scholam obtinuit. Neque etiam quod Ammonius subnectit, verum esse potest, quòd Aristoteles persecutionem accusationis passus, in Chalcidem sit profectus, atque inde in Macedoniam sese receperit, ibique apud reges, Alexandrum, Olympiada, Antipatrum, & Philippum magna fuerit potestate, quod sic scripsit: ἐπανέρχεται δ' αὖθις ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Μακεδονίᾳ καὶ πολλὰ ἐδυνήθη παρὰ τοῖς τότε βασιλεῦσι, παρά τε τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παρὰ τῇ Ὀλυμπιάδι τῇ τούτου μητρί, καὶ παρ' Ἀντιπάτρῳ καὶ Φιλίππῳ: *Reuertitur iterum Aristoteles in Macedoniã & multum polluit apud tunc temporis reges, Alexandrum & Olympiadem eius matrem & Antipatrum, atque philippum*: scribit .n. hęc immemor eorum, quæ non multo ante scripserat, Συνῆν δὲ τῷ Πλάτωνι ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη εἴκοσι. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν διαδέχεται τὴν τούτου σχολὴν Σπεύσιππος ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ (υἱὸς γὰρ ἦν οὗτος Ποτώνης τῆς τούτου ἀδελφῆς) ὁ δέ γε Ἀριστοτέλης ἔρχεται ἐν τῇ τῶν Μακεδόνων πόλει, ἔνθα παιδεύει Ἀλέξανδρον τὸν κτίστην: *Cum Platone fuit Aristoteles annis viginti. Post obitum cuius, scholam susce*

pit

*pit Speusippus eius nepos (filius namq; fuit is Potonæ eius sororis) Aristoteles verò venit in Macedonum vrbem, vbi instituit Alexandrum, ædificatorem,* scilicet Alexandriæ, vnde Ammonius erat. Non enim bis, sed semel in Macedoniam profectus est, idque non statim à Platonis obitu, sed postquàm ab eo obitu tres annos cum Hermia fuisset. neque tunc temporis polluit apud Alexandrum simul & Olympiada, & Antipatrũ & Philippum reges eius temporis; cùm Alexander non nisi post Philippi mortem Macedonum rex, Antipater verò non rex, sed rector Macedoniæ post Alexandri discessum, fuerit; Philippus verò iam anteà obierat. Quòd si quis annorum ab eo enumeratorum rationem supputet, manifestò appareat falsitas huius narrationis. Nã ait, Aristotelem decimumseptimum agentem annum, Socratẽ audire cœpisse, tres annos audiuisse, cum Platone viginti fuisse. hi anni quadraginta integri fuerunt. vixit autem post Platonis mortem viginti tres: vt omnes sint tres & sexaginta. Hanc annorum distributionem ipse in fine eius vitæ tradit his verbis: ἔζησε δὲ τὸν σύμπαντα χρόνον ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη ἑξήκοντα τρία. ἑπτακαιδέκατον γὰρ ἔτος ἄγων φοιτᾷ Σωκράτει, καὶ τούτῳ σχολάζει ἔτη τρία. συνῆν δὲ τῷ Πλάτωνι ἔτη εἴκοσι. μετὰ δὲ γε τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν ἔζησεν ἔτη εἰκοσιτρία. *Vixit verò vniuersam ætatem Aristoteles annos sexagintatres. Etenim septimum ac decimum agens annum, Socratem adijt, cum quo tribus fuit annis: fuit etiam cum Platone annis viginti, post verò obitum Platonis vixit annis vigintitribus.* Quo quidem annorum numero conueniunt & Diogenes, & Suidas, & omnes ferè reliqui. Itaque vsque ad quadragesimum Platonis auditorem fuisse, nulla est controuersia: de trib. ac viginti reliquis, tres & decem vltimos Athenis docuisse constat: quam rem Diogenes his verbis descripsit: ὁ δ᾽ οὖν Ἀριστοτέλης, ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ τρία πρὸς τοῖς δέκα τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη. *Aristoteles igitur Athenas veniens, cùm tres & decem annos scholæ præfuisset.* & Suidas: ἦρξε δ᾽ ἔτη ιγ τῆς περιπατητικῆς κληθείσης φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ διδάξαι, ἀναχωρήσαντα τῆς ἀκαδημίας, ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. *Præfuit autem annos tredecim illi Philosophiæ, quæ Peripatetica est vocata, eò quia in Peripato seu horto docuerit, discedens ex Academia, in qua Plato docuerat.* Discessus autem hic ex Academia opinor tunc fuit, quando, vt ex Aeliano retulimus, per Xenocratis absentiam, Academiam ipse expulso Platone occupauerat. Xenocrates verò cum, post reditum, ex ea eiecit. Itaque decem eos annos, qui, à quadragesimo ætatis eius vsq; ad quinquagesimum fluxerunt, tres cum Hermia Eunucho fuit, septem verò cum Alexandro, sex scilicet superstite Philippo, vnum ab eius obitu. Post verò eius ab Alexandro discessum, Alexandrique in Asiam traiectionem, cùm Athenis docere cœpisset, aut non amplius in Macedoniam est profectus, aut si quando eò abijt, nec Philippi, qui iam è viuis decesserat, nec Alexandri, qui in Asia bellum gerebat, familiaritate vti potuit. Non ergo vera est Ammonij narratio. Quòd si in Macedoniam abijt, quando Antipater regno iam potitus fuerat; & Philippus iam olim & Alexander interierant, atque iccirco familiaritate eorum vti nequiuit. Falsa verò etiam est altera eius narratio, qua refert, eum cum Alexandro in Persidem atque in Brachmanas vsque profectum: necesse enim est, eam profectionem in id tempus cadere, quo ipse Athenis, vti retulimus, iam docebat: nam ante hoc, Alexander, nedum in Brachmanas, sed neque in vicinam Asiam copias traduxerat. Hæc res tam absurda, tam sui quam aliorum immemor, cogit me vt fatear, eam vitam quę Ammonij cõmentarijs in Aristotelis Categorias est præfixa, quæq; alibi sub Philoponi eius discipuli nomine legitur, me nulla ratione posse adduci, vt credã ab vtrouis horũ virorũ fuisse conscriptam. Pro vero itaque statuamus, Aristotelem, postquam Athenas quinquagenarius reuersus est, ibi tredecim annos continuos docuisse: quo eodem tempore Xenocrates legebat in Academia, docuitque post Aristotelis obitum annis octo; quod ex Laertij Xenocrate colligitur. Quem Xenocratem cùm in aduentu eius docentem inueniret, hoc versu pronunciato,

Αἰσχρὸν μὲν σιωπᾶν, ξενοκράτη δ᾽ ἐᾶν λέγειν,

*Turpe est silere, & Xenocratem vt dicat, sinere* (quem tamen versum Cicero de Isocrate eum testatur pronunciasse) æmulationem suam aduersus eum vitam

prodidit, memor fortè se illius opera ex Academia olim eiectum. Quam æmulationem agnoscens Alexander, Aristoteli iam iratus, vt ostenderet se illum despectui habere, Anaximenem Rhetorem, Callisthenis æmulum apud se honorificè habuit, & Xenocrati Athenas dona misit: quod Diogenes ita scriptũ reliquit: *λέγεται δὲ διὰ τὴν τοῦ καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν, προσκροῦσαι τῷ βασιλεῖ, κἀκεῖνον ἐπὶ τῷ τοῦτον λυπῆσαι, Ἀναξιμένη μὲν αὐξῆσαι, πέμψαι δὲ καὶ ξενοκράτει δωρεάς: Fertur verò propter Callisthenis aduersus Alexandrum aggressionem, Regis odium incurrisse: atque hunc, vt ei dolorem incuteret, Anaximenem honoribus auxisse, & Xenocrati dona misisse*: quæ Plutarchus refert quinquaginta fuisse talenta: *καὶ τὰ πεμφθέντα*, (inquit) *ξενοκράτει πεντήκοντα τάλαντα*. Mos autem eius in docendo in primis fuit, vt in schola deambulãdo mane Philosophiam doceret, ac rationes eas, quas *ἀκροαματικὰς* ætas illa vocare cõsueuit, ad quas non nisi viros explorati ingenij admittebat, vt Gellius Lib. 20. Cap 4. recenset. idque agebat vsque ad horam vnctionis ac gymnastices exercendę: quod Laertius *μέχρι ἀλλείμματος*, vsque ad vnctionem dicit. à prandio verò disciplinas eas proponebat, quas *ἐξωτερικὰς* nuncupabant, ad quas iuuenes, (Gellio eodem loco teste) ac sine delectu omnes admittebantur: hos ad thesim rhetoricè declamare assuescere faciebat, quod Laertius sic expressit: *καὶ πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητὰς, ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐπασκῶν*. Instituit quoque, vt singulis decem diebus princeps aliquis ex discipulis scholæ præesset, in Xenocratis imitationem, vel æmulationem, vt author est idem Laertius in his: *ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ σχολῇ νομοθετεῖν μιμούμενον Ξενοκράτη, ὥστε κατὰ δέκα ἡμέρας ἄρχοντα ποιεῖν. Sed & in schola leges tulisse, Xenocratẽ imitatum, vt quibusq; decem diebus principem faceret*: Hoc itaque modo totos tres & decem annos docuit: quibus omnes suos libros scripsisse rationi est consonum, præter eos qui de Animalibus sunt, & qui ad eloquentiam ac *φιλολογίαν* pertinent; nam hos, vt ego quidem ex Plutarcho conijcio, dum esset cum Alexandro conscripsit. sic enim is scribit: *ἦν δὲ καὶ φύσει φιλόλογος, καὶ φιλαναγνώστης, καὶ τὴν μὲν ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων, καὶ ὀνομάζων, ἔλαβεν μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν. εἶχεν δ' ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱσόρηκεν. τῶν δὲ ἄλλων βιβλίων οὐκ εὐπορῶν ἐν τοῖς ἄνω τόποις Ἅρπαλον ἐκέλευσεν πέμψαι. κἀκεῖνος ἔπεμψεν αὐτῷ τάς τε φιλίστου βίβλους, καὶ τῶν Εὐριπίδου, καὶ Σοφοκλέους καὶ Αἰσχύλου τραγῳδιῶν συχνὰς, καὶ τελέστου, καὶ φιλοξένου διθυράμβους. Erat etiã natura & eloquendi & legendi studiosus* (de Alexandro loquens) *& Iliadem bellica virtutis viaticũ & existimabat, & vocabat: eamq; ab Aristotele correctam accepit, quam è narthe co appellant: habuitq; semper cum manulario sub puluino repositam, quod Onesicrates historia prodidit. Aliorum verò librorum, superioribus illis regionibus, cùm copiam non haberet, iussit Harpala vt sibi mitteret: qui quidem ei & Philisti libros misit, & frequentes Euripidis, Sophoclis, ac Aeschyli tragœdias, nec non Telesta & Philoxeni dithyrambos*. Ex quo loco manifestum est, Homeri Iliadem ab Aristotele illi correctam fuisse, eaque occasione Homericas quæstiones puto scripsisse: nec non de poetis, de poetica & quæ ad rhetoricam. & id genus alia ad philologiã pertinentia. Libros verò de Animalibus, videtur sub Philippo cœpisse scribere, & sub Alexandro iam in Asiam traiecto, absoluisse: nam Aelianus manifestè attribuit Philippo horum librorum scriptionem, in hunc modum lib. 4 scribens: Philippus Macedo non solùm bellicis & oratorijs virtutibus claruit, sed etiam institutionem, & doctrinam admodum honorificè habuit. Aristoteli igitur infinitas pecunias suppeditauit, causaque fuit tum alius magnę eruditionis & doctrinæ, tum etiam eius scientiæ, quæ versatur in contemplatione animalium: & horum historiam Nicomachi filius propter abundantiam diuitiarum Philippi, lucratus est. Neque repugnat hic locus ei loco Plinij, qui est lib. 8. cap. 16. sic scribentis: Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciæque tractu parere iussa, omnium, quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque viuaria, armenta, aluearia, piscinæ, auiaria in cura erant, nequid vsquam gentium ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta fermè volumina illa præclara de Animalibus

condidit

condidit. Potuit enim Alexander ea cupidine, dum adhuc sub disciplina esset, inflammari: Philippus verò pecunias dum viueret erogare. quamquam Athenæus libro nono Alexandro eam pecuniarum erogationem attribuat: Νομίζων δ' ἦ καὶ περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μνήμης ἠξιῶσθαι τὰ ζῶων, ἐν τῇ πολυταλάντῳ πραγματείᾳ· ὀκτακόσια γὰρ εἰληφέναι τάλαντα παρ' Ἀλεξάνδρου τὸν Σταγειρίτην λόγος ἔχει εἰς τὴν περὶ τῶν ζώων ἱστορίαν: *Existimans memoriam ab Aristotele factam animalis in opere multorum talentorum, octingenta namque talenta ab Alexandro accepisse Stagiritem fama est, ob Animalium historiam*, neque verò multum interest, an pater, an filius patris consensu eas pecunias dederit. Post Asiaticam verò expeditionem susceptam, ex ijs quæ suprà narrata sunt, eas largitum Alexandrum verisimile non est, nisi fortè inter initia: nam postcà eum odio habuit. Sed quoquo id modo sit, rationi est consentaneum, hac pecuniarum abundantia Aristotelem bibliothecam, quam dictus est philosophorum omnium primus instruxisse, Speusippique libros non ita multos, tribus talentis, idest scutatis aureis duobus millibus emisse. Perrexit ergo Athenis docere vsque ad sexagesimum secundum suæ ætatis annum, quo tempore ab Eurimedonte quodam hierophanta vel sycophanta ἀσεβείας, idest impietatis, est accusatus: eo scilicet, quòd Hermiæ Eunucho iam olim, veluti Apollini, pæana cecinisset, ac Pythiadi vxori, tanquam Cereri, sacrificasset. Itaque metuens ne sibi tunc, quod olim Socrati, accideret, solum vertit, Chalcidemq; Eubœæ se recepit, qua occasione, interroganti cuidam cur Athenas reliquisset, respondit: Nolui, Athenienses bis in philosophiam peccare: Socratis nimirum & suam mortem innuens. Antipatro verò scripsit, ὅτι τὸ Ἀθήνησιν ἐνδιατρίβειν, ἐργῶδες: *quòd Athenis immorare laboriosum*: cum eo Homeri versu:

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.
*Pirus super piro senescit: ficus verò super ficu*:

mordens scilicet Atheniensium sycophantias & calumnias. Occasione verò illius pæanis momordit cum disticho Theocritus Chius mordax quidam poeta:

Ἑρμείου Εὐνούχου ἠδ' Εὐβούλου ἅμα δούλου
Σῆμα κενὸν κενόφρων τεῦξεν Ἀριστοτέλης.
*Hermiæ Eunuchi, ac simul Eubuli serui*
*Sepulchrum vacuum, vacua mentis fecit Aristoteles*.

Sed & Timon Sillorum scriptor, eam rem scommate impetijt:

Οὐδ' ἆρ' Ἀριστοτέλους εὐκαιοσύνης ἀλεγεινῆς.
*Neque Aristotelis vanitatis temeraria*.

Dum verò in Chalcide moratur, orationem in sui defensionem scripsit, eamque iudicibus transmisit, ac primus à Phauorino ea de causa dictus est, qui pro se apologiam scripserit. Sed cùm oratio ea ad iudices missa nihil profecisset, ad iudiciumque nihilominùs vocaretur, cicutam bibere elegit, cuius succo 43. anno antè Socrates extinctus fuerat. Apollodorus tamen morbo eum occubuisse scripsit, anno scilicet ætatis suæ sexagesimo tertio, Olympiadis verò centesimæ quartę & decimæ tertio anno: anno etiam vno tantùm postquàm Alexander ipsius consilio & ope veneno sublatus fuerat. cuius facinoris socium Antipatrum, Macedoniæ regnum quod eo scelere affectauerat, iam adeptum, testamenti sui curatorem reliquit: quod testamentum ex Laertio adscribere libuit: habet autem sic: Ἔσται μὲν εὖ· ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης. ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων, καὶ διὰ παντὸς, Ἀντίπατρον. ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι Ἀριστομένη, Τίμαρχον, Ἵππαρχον, Διοτέλη, Θεόφραστον, ἐὰν βούληται, καὶ ἐνδέχηται αὐτῷ, τῶν τε παιδίων καὶ Ἑρπυλλίδος καὶ τῶν καταλελειμμένων. καὶ ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδὶ ἐκδεδόσθαι αὐτὴν Νικάνορι. ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι (ὃ μὴ γένοιτο, οὐδ' ἔσται) πρὸ τοῦ γήμασθαι, ἢ ἐπειδὰν γήμηται μήπω παιδίων ὄντων, Νικάνωρ κύριος ἔστω, καὶ περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῶν ἄλλων, διοικεῖν δ' ἀξίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν, ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ τῆς παιδὸς καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός. Ἐὰν δὲ πρότερον συμβαίνῃ Νικάνορι (ὃ μὴ γένοιτο) ἢ πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν παῖδα, ἢ ἐπειδὰν λάβῃ μήπω παιδίων ὄντων, ἐὰν μέν τι ἐκεῖνος τάξῃ, ταῦτα κύρια ἔστω. ἐὰν δὲ βούληται Θεόφρα

στος εἶναι μετὰ τῆς παιδὸς, καθάπερ πρὸς Νικάνορα. εἰ δὲ μὴ, τοὺς ἐπιτρόπους, βουλευομένους μετὰ Ἀντιπάτρου καὶ περὶ τῆς παιδὸς, καὶ περὶ τοῦ παιδὸς διοικεῖν, ὅπως ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους καὶ Νικάνορα, μνησθέντας ἐμοῦ καὶ Ἑρπυλλίδος, ὅτι σπουδαία περὶ ἐμὲ ἐγένετο, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐὰν βούληται ἄνδρα λαμβάνειν, ὅπως μὴ ἀναξίως ἡμῶν δοθῇ. δοῦναι δ' αὐτῇ πρὸς τοῖς πρότερον δεδομένοις, καὶ ἀργυρίου τάλαντον ἐκ τῶν καταλελειμμένων, καὶ θεραπαίνας τρεῖς, ἐὰν βούληται, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει, καὶ παῖδα τὸν Πυῤῥαῖον. καὶ ἐὰν ἐν Χαλκίδι βούληται οἰκεῖν, τὸν ξενῶνα τὸν πρὸς τῷ κήπῳ. ἐὰν δ' ἐν Σταγείροις, τὴν πατρῴαν οἰκίαν. ὁποτέραν δ' ἂν τούτων βούληται, κατασκευάσαι τοὺς ἐπιτρόπους σκεύεσιν οἷς ἂν δοκῇ κἀκείνοις καλῶς ἔχειν καὶ Ἑρπυλλίδι ἱκανῶς. Ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ Μύρμηκος τοῦ παιδίου, ὅπως ἂν ἀξίως ἡμῶν τοῖς ἰδίοις ἐπικομισθῇ, σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν, ἃ εἰλήφαμεν αὐτοῦ. εἶναι δὲ καὶ Ἀμβρακίδα ἐλευθέραν, καὶ δοῦναι αὐτῇ, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ: πεντακοσίας δραχμὰς καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει. δοῦναι καὶ Θαλῇ πρὸς τῇ παιδίσκῃ ἣν ἔχει τῇ ὠνηθείσῃ, χιλίας δραχμὰς, καὶ παιδίσκην. καὶ Σίμωνι χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου αὐτῷ εἰς παῖδα ἄλλον, ἢ παῖδα πρίασθαι, ἢ ἀργύριον δοῦναι. Τάχωνα δ' ἐλεύθερον εἶναι, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, καὶ Φίλωνα, καὶ Ὀλύμπιον, καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ. μὴ πωλεῖν δὲ τῶν παιδίων μηδένα τῶν ἐμὲ θεραπευόντων, ἀλλὰ χρῆσθαι αὐτοῖς. ὅταν δ' ἐν ἡλικίᾳ γένονται, ἐλευθέρους ἀφεῖναι κατ' ἀξίαν. ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἐκδεδομένων εἰκόνων παρὰ Γρυλλίωνα, ὅπως ἐπιτελεσθεῖσαι ἀνατεθῶσιν, ἥ τε Νικάνορος, καὶ ἡ Προξένου, ἣν διενοούμην ἐκδοῦναι, καὶ τῆς μητρὸς τῆς Νικάνορος, καὶ τὴν Ἀριμνήστου τὴν πεποιημένην ἀναθεῖναι, ὅπως μνημεῖον αὐτοῦ ᾖ, ἐπειδὴ ἄπαις ἐτελεύτησε, καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τὴν Δημήτρα ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν, ἢ ὅπου ἂν δοκῇ. ὅπου δ' ἂν ποιῶνται τὴν ταφήν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ὀστᾶ ἀνελόντας θεῖναι, ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν. ἀναθεῖναι δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ηὐξάμην, ζῶα λίθινα τετραπήχη Διῒ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρῃ ἐν Σταγείροις.

Id autem in hunc modum vertimus: *Bene quidem erit: at si quid acciderit, sic disposuit Aristoteles. Curatorem quidem esse omnium & semper Antipatrum. Et quousque Nicanor rerum administrationem susceperit, Aristomenem, Timarchum, Hipparchum, Diotelem, Theophrastum si voluerit, aut poterit, curam habere & puerorum & Herpylidis, & rerum relictarum. Cumq; opportunum fuerit, tradatur puella Nicanori. Si quid verò puella acciderit (quod nec fiat, nec fiet) antequam nubat aut post nuptias liberos non susceperit, Nicanor dominus esto tum puelli regendi, tum aliarum rerum, & sibi & nobis condignè. Curet verò Nicanor & puellam & puellum Nicomachum, uti dignitas eorum fert, tanquàm & pater eorum & frater. Sed si quicquam Nicanori acciderit (quod ne fiat) antequàm puellam duxerit, aut postquam duxerit, liberos non susceperit, ea quæ ipse disposuerit, rata sunto. Si verò Theophrastus cum puella esse voluerit, veluti Nicanor esto: sin verò noluerit, curatores simul cum Antipatro consulentes, sic agant, uti illis optimum visum fuerit. Qui ijdem, & Nicanor, memores nostri, curent Herpylidem, quia solicita erga me fuit, tum alijs in rebus, tum etiam si nubere voluerit, vir illi detur, qui nobis non sit indignus. Deniq; ei præter ea, quæ prius data sunt, de bonis relictis, argenti talentum, & ancillas tres si voluerit, & ancillulam quam habet, & puerum Pyrrhæum: Et si in Chalcide voluerit habitare, hospitiū apud hortum, si verò in Stagiris, paternam domum. Quamcunque verò harum voluerit, curatores adornent supellectile ea, quæ illis benè se habere videbitur, & Herpylidi satis fuerit. Curam etiam gerat Nicanor Myrmeci puelli, ut nobis dignè reportetur ad suos, cum rebus ipsius, quas accepimus. Ambracida quoque liberam esse volo: dariq; illi, cùm puella nupserit, quingentas drachmas, & ancillulam, quam habet. Thaleti quoque dentur, præter ancillulam emptam, quam habet, mille drachmæ, & ancillula. Simoni etiam præter prius argentum, aut puer ematur, aut argentum detur, quo puerum emat. Tachona quoque liberum, quando puella nupserit, volo, & Philonem, & Olympium cum filio suo. neque vendi quemquam de puellis ijs qui me curauerunt, sed uti illis: cumq; adoleuerint, liberi dignè dimittantur. Curent quoque statuas, quæ tradita sunt Grylliοni, ut perfecta cum fuerint, dedicentur. Nicanoris, scilicet statua, & Proxeni, quam edere cogitaueram, & matris Nicanoris: & Arimnesti, quæ iam perfecta est, dedicari, ut eius memoria extet, quoniam sine liberis obijt. Dedicare etiam matris nostræ Cererem in Nemea, vel ubicunque videbitur. Quocunque etiam loco sepulchrum nobis construent, ibidem eruta ossa Pythiados, uti ipsa iussit, reponantur. Dedicari etiam iubeo Nicanorem seruatum eo voto, quod pro eo vo-*

*ui animalia*

*ui animalia lapidea quadricubita, Ioui seruatori & Palladi seruatrici, in Stagiris.* Nescio autem quo antiquorum testimonio Ioannes Vallensis tradiderit, Aristotelem cùm in Eubœa Euripi illius cursus atque recursus diu noctuque sæpè iteratos diù contemplatus esset, nec causam inueniret, hæc verba pronunciasse: Quandoquidē ego te comprehendere nequeo, comprehende tu me: & cum his dictis se in mare proiecisse. Nam Iustinus hæc verba habet: Cùm neque Euripi Chalcidici naturā cognoscere posset, propter ingens probrum & pudorem, in mœrorem coniectus, morte vitam commutauit, nec vllam præcipitij mentionem fecit. Fuit autem Aristoteles lingua balbus, cruribus tenuibus, paruis oculis: quæ paucula tantùm de eius corporis habitu inueni. Balbutiei meminit Plutarchus libro de poetis audiendis, in hunc modum: ὥσπερ οἱ τὴν, Πλάτωνος ἀπομιμούμενοι κυρτότητα, καὶ τὴν ἀριστοτέλους τραυλότητα, *veluti hi, qui Platonis incuruitatem imitantur, & Aristotelis balbutiem.* Laertius verò sic scripsit: τραυλὸς τὴν φωνὴν, ὥς φησι τιμόθεος ὁ ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων, ἀλλὰ καὶ ἰσχνοσκελὴς φασὶν, καὶ μικρόμματος. *Balbus voce, vt ait Timotheus Atheniensis in libro de vitis: sed & tenuibus cruribus fuisse & paruis oculis*: quibus quidem signis, si physionomicam eius sequamur, μικροψυχίαν quandam & pusillanimitatem ex oculorum paruitate conijcere licet: sic enim eo libro tradit: μικρόψυχος, μικρομελὴς, μικρογλάφυρος, ἰσχνὸς, μικρόμματος, καὶ μικροπρόσωπος. *pusillanimis, paruis membris, paruis articulis, macer, paruis oculis, & parua facie.* Attamen ex corporis ornatu, contrarium vitium arguemus, nimirum χαυνότητα quandam & fastum. Scribit enim Laertius, atque etiam, vti vidimus, Aelianus, veste insigni, & anulis, & tonsura, κουρᾷ vtebatur: hæc autem Ethicorum quarto, cap. tertio fastuosi esse signa traduntur: καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦνται, καὶ σχήματι, καὶ τοῖς τοιούτοις: *& veste ornatum, & forma, & talibus.* tenuitas verò crurum, luxuriem indicat, docente ipso, Physionomicorum cap. sexto ὅσοι δὲ τὰς κνήμας λεπτὰς, νευρώδεις ἔχουσι, λάγνοι: *quicunque crura habent tenuia, neruosa luxuriosi*: quod videtur in eo non fuisse falsum: namque Hermiam illum Eunuchum pro amasio habuit, Aeschrionem etiam, & Palephatum Abydenum, vt author est Suidas: & Pythiadis amore iam prouecta ętate exarsit: post cuius obitum Herpylidam Stagiritem in concubinam accepit, quam quoad vixit secum habuit, ex eaque Nicomachum filium suscepit: pueros etiam habuit in delicijs ea ipsa ætate, qua è viuis decessit: eos testamento vetuit vendi, & adultos, liberos honorificè dimitti. Si verò Timæo historico fides pręstanda est, gulæ deditus fuit, vorax, audax, præceps. Sunt enim apud Suidam hęc verba: Τίμαιος φησὶν κατ' ἀριστοτέλους, εἶναι αὐτὸν εὐχερῆ, θρασὺν, προπετῆ, ἀλλ' οὐ σοφιστὴν, ὀψιμαθῆ, μισὸν ὑπάρχοντα, καὶ τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀποκεκλεικότα, καὶ πρὸς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα. πρὸς τι γαστρίμαργον, ὀψαρτυτὴν, ἐπὶ στόμα φερόμενον ἐν πᾶσιν. quæ sic conuertimus: *Timaeus ait contra Aristotelem: esse eum promptum, audacem, procacem, non tamen sapientem, tardæ disciplinæ, odibilem qui celebri mediceo clauso, in omnem aulam & scenam insiliyt. Ad hac, vasti ventris, obsoniorum conditorem, pre ad omnia propensum.* D. verò Hieronymus in epistola quadam, ebriosum etiam fuisse tradit. Quòd Callisthenem, amentem esse diceret, quia nesciret Alexandro obsecundari, videtur argui, in adulationem compositum fuisse, quem etiam ob eam causam obiurgasse fertur: cumque Callisthenes obaudiret, versum Homeri pronunciasse, ait Diogenes:

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις

*Cita mortis mi fili eris, talia loqueris.*

*Aristotelis effigiei descriptio.*

Auaritię quoque videntur eum duo celeberrimi Peripatetici notasse, Lyco scilicet & Aristocles ille in schola tertius successor: hic Aphrodisei Alexādri pręceptor: siquidem ambo, referente Theodoreto Passionum græcarum libro duodecimo, memoriæ prodiderunt, post interitum ipsius, inuentas ei fuisse ollas tricenias, vel, vt alij 74. Plinius ait, 60. oleo plenas, quo sese lucre solebat, ac posteà diuendere: cuius rei Diogenes etiā meminit. Loquacem fuisse, & cauillosum, & irrisorē, necnō etiam ingratū Aelianus loco superius citato author fuit. Gloriæ fuit cupidissimus, vti ex ea cum Platone, cum Speusippo, cum Xenocrate obtinendæ scholæ contentione pa-

tuit: ac magis etiam apparet ex ea, quam contra omnes, tum antiquiores, tum coætancos suos exercuit æmulatione, quæ omnibus suis libris vsque ad fastidiū ferè inserta est. Acutissimi ingenij vir fuit, & in studijs φιλοπονώτατ☉, laborantissimus. Cuius rei testimonium est id quod Diogenes recitat, cum sonitu æneæ pilæ, in peluim dum dormiret lapsæ, excitari solitum, vt studijs ante lucem incūberet. Omnes antiquorum libros euoluit: ipse quoque εὑρετικώτατ☉, inuentionis maximæ: atq; αἰτιολογικώτατ☉, & in reddendis rerum caussis maximus: quod Galenus etiam testatum reliquit libro primo de Naturalibus potentijs: ἢ πρῶτ☉ γ' Ἀριστοτέλης τὰς τῶν κατὰ μέρ☉ ἁπάντων αἰτίας εἰς ταύτας ἀνάγειν πειρᾶται τὰς ἀρχάς: *Et primus Aristoteles omnium particularium causas in hac reducere principia conatur*: in quatuor scilicet primarias elementorum qualitates. Quæ autem & qualia dogmata docuerit ex ijs, quæ extant eius libris, colligere quisque potest: ex ijs verò qui non extant, nos quotcunq; inuenire poterimus, sequenti aliquo volumine referemus. Sed quia ad eius vel mores vel actiones pertinent, referam hoc loco dicteria & apophthegmata eius, quæcunq; habeo reperta. Rogatus, quid lucri facerent mendaces; vt, quando verum dicant, ijs non credatur, respondit. Obiurgatus à quodam, quòd nequam homini eleemosynam dedisset, non morem, inquit, sed hominem miseratus sum. Frequenter dicere & amicis, & discipulis solebat: Vt visus ab aëre lumen recipit, sic anima à disciplinis. Athenienses, aiebat, & frumenta & leges inuenisse, frumentisq; vti, legibus nequaquam. Educationis radices amaras quidem esse, fructus verò suaues. Interrogatus quid nam statim senescat; Beneficium, inquit, collatū. Quid spes esset, rogatus; vigilantis, ait, somnium. Diogene placentam ei porrigente, aduertēs, nisi acciperet, illum dictetio aliquo vsurum, accepit, inquiens: Diogenes & dicteriū, & placentam perdidit. Tribus indigere educationem, natura, disciplina, vsu. Audiēs à quodam sibi iurgia oblatrata, absentem me, ait, etiam flagris cædito. Pulchritudinem ad conciliandos animos quocunque dono esse efficaciorem. Quo erudiri differant ab ineruditis, interrogatus; quantum viui à mortuis, ait. Eruditionem, aiebat, in secundis fortunis ornamentum esse, in aduersis, refugium. Patrum eos esse honorabiliores, qui erudirent, quàm qui genuissent tantùm; quia hi viuere tantùm largirentur, illi verò benè viuere. Glorianti cuidam, quòd è magna esset ciuitate; nō id spectandum esse ait, sed an magnæ ciuitatis quis dignus sit. Requisitus, vt quis esset Philosophus diceret, vna anima, ait, duobus corporibus inhabitans. Hominum alios ita parcos esse, quasi semper sint victuri, alios ita consumptores, quasi statim morituri. Cum quispiam interrogaret, quare cum formosis libenter & diu esse velimus: cæci id quæsitum est, inquit. Roganti cuidam, quid ex philosophia ipse boni reportasset, quòd sponte mea, inquit, id agam, quod alij præ metu legum faciunt. Interrogatus à discipulis quibusdam, vt eos doceret, qua ratione in philosophia procederent; respondit, si eos consequi studeatis, qui antè eunt, eos verò qui sequuntur, non expectetis. Cùm prolixa loquacitate quidam ad eum vsus esset, quæreretq; an sibi fastidio fuisset; nequaquā, inquit: nō. n. tibi aduerti. Rogatus quomodo amicis vtendum esset; eo, inquit, modo quo ipsos nobis vti optaremus. Iustitiam esse animæ virtutem pro dignitate distributricem. Pulcherrimum in senectute viaticū esse eruditionem. Frequenter aiebat: cui multi amici, amicus nemo. Obiter hoc adiungā: Pythiada filiam eius tribus viris nupsisse: Nicanori scilicet Stagiritę, cui eam testamento spoponderat: eo vita functo secundis nuptijs tradita est Proclo, qui genus duxerat à Demarato Lacedæmoniorū rege: cui duos peperit filios, Proclū & Demaratū qui posteà à Theophrasto in philosophia sunt instituti: tertijs aūt Metrodoro Medico, Chrysippi Gnidij discipulo, Erasistrati verò præceptori, qui ex ea filium Aristotelem nomine suscepit, cuius videtur Theophrastus mentionem fecisse in testamento, dum ait: ἐξεῖναι δὲ βουλομένῳ φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτέλει τῷ Μηδίε (non autem Metrodoti) καὶ πυθιάδ☉ υἱῷ: *liceat, si volet philosophari, Aristoteli Medis & Pythiados filio.* Nicomachus verò filius, Theophrasti discipulus & amasius fuit: sub quo magnopere in philosophia profecit, nomenque celeberrimum est adeptus, vt qui,

*Apophthegmata Aristotelis.*

natu ralis

naturalis auſcultationis libros octo ſcripſerit, moralium verò quatuor, vt Suidas narrat: Cicerò 5. de finibus videtur eum, & præceptori & patri conferre. Sed Ariſtocles 7. libro de philoſophia, vt refert Euſebius libro contra Philoſophos, cap. 1. de eo hæc ſcribit verba: Hunc aiunt (Nicomachum ſcilicet) orphanum à Theophraſto educatum, poſteà verò in bello iuuenem obijſſe. quæ traditio cum Ariſtotelis teſtamento non conſentit, neque cum Suida, aut Cicerone, qui libros eum ſcripſiſſe affirmant, ex quibus Laertius in Eudoxo locum citat: φησὶ δ' αὐτὸν Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν: *dicit verò eum Nicomachus Ariſtotelis voluptatem dicere bonum ipſum.*

# ARISTOTELICORVM.

## LIBRORVM ENVMERATIO.

### TOMI I. LIBER SECVNDVS.



TALEM virum, qualem tibi, inſigni iudicio prædite Zacharia, ſuperiore hiſtoria ex antiquorum authorum teſtimonijs deſcripſimus, nullam nos debere in ſui admirationem trahere ob ea quæ vidimus, adhuc ratio perſuadet. Neque enim mores eius tam ſancti, neque actiones ita magnificæ, neque fortuna tam varia fuerunt, vt hominum animis admirationem incutere aut debeant, aut poſſint. Omnis tamen antiquitas maximis eum laudibus ſemper ornauit; omnis auorum atque attauorum noſtrorum ætas eum eſt admirata; omnis etiam noſtra, ingentibus eum encomijs proſequitur, admiratur, & ſuſpicit: miraculum rerum naturæ eum fuiſſe & arbitratur, & prædicat: nullam profectò aliam ob cauſam, præterquàm ob inſignem, ob ſingularem, ob admirabilem quandam ſapientiam, quam multis ab eo ſcriptis libris comprehenſam poſteris reliquit. Cuius ſapientia innumeros ac propè infinitos ſemper habuit ſectatores, & nunc habet non pauciores: inter quos & tu vnus eſſe cupis, quem admirabile quoddam ingenium, acutiſſima & perſpicaciſſima eius ingenij ſolertia, ſingulare quoddam & acre iudicium, memoria & tenaciſſima & minimè confuſa, in ea ſapientia, ſi eius ſtudia perſequaris, nec te aduerſus aliquis vel ætatis vel fortunæ impetus de curſu reuocet, non niſi maximum perſuadent vt expectemus. Quo autem id facilius conſequaris, mentemque ab omni impedimento habeas expeditam, & præſenti libro, quæ ſecunda fuit petitio tua, libros Ariſtotelis omnes colligam, & ſequentibus voluminibus tradam, quæ tibi viam aperire & ſternere poſſe videbuntur. Primùm itaque libros omnes, quibus Ariſtoteles ſuam poſteris tradidit ſapientiam, quorum non magna apud pleroſque eius ſectatores notitia habetur, enumerabo; deinde eos recognoſcam, generibus diſtribuam, ordinibus diſtinguam, fragmenta colligam; atque alia pleraque, vt opinor, tibi non inutilia futura, quæ à pleriſq; Ariſtotelicæ ſapientiæ amatoribus aut penitus ignorata, aut negligenter prætermiſſa, à nemine ferè tractata, perſcribam. Hoc itaque volumine, libros ab Ariſtotele conſcriptos omnes accipe.

Tres viri celeberrimi nominis, Ariſtotelicos libros & collegiſſe & in ordines digeſſiſſe antiquitus traduntur: Hermippus Callimachius Smyrnæus, Andronicus Rhodius, quem Peripatetici cognomine antiquitas ornauit, & Adraſtus Aphrodiſeus: quorum monumenta ſi extarent, magno me labore leuaſſent. Diogenes quoq; Laertius non parum laboris in id contulit; vt ſcilicet præter Ariſtotelis mores, actiones, fortunas, etiam libros eius enumeraret, eorum quoque librorum verſus numeraret. Qui etiamſi octoginta & quatuor philoſophorum antiquiſſimorum vitas, ſtudia, & libros, ingenti vt videtur, & labore & diligentia ex authoribus ducentis vndecim conquiſierit: non tamen omnes Ariſtotelicos libros affecutus eſſe videtur; multi nanque ab eo non nominati ſub Ariſtotelis nomine ex-

tant, multi etiam ab alijs magni nominis authoribus citantur: quos omnes tibi ordine ſubijciam.

Ac primò quidem eos, qui extant, ſuntque in omnium ſtudioſorum manibus. Sunt autem ordinum ſeu generum ſex: Logici, Naturalis, Metaphyſici, Mathematici, Politici, Philologici; reliquos extra ordinem appellant. Ex genere itaque Logico quindecim habemus. κατηγοριῶν *Prædicamentorum* I. περὶ ἑρμηνείας *de Interpretatione* I. ἀναλυτικῶν προτέρων, *Reſolutiuorum priorum* II. ἀναλυτικῶν ὑστέρων *Reſolutiuorum poſteriorum* II. τοπικῶν *Topicorũ* IIX. ἐλέγχων Redargutionum I. Ex genere verò Naturali ſeptuaginta quatuor. περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, de Naturali auſcultatione VIII. περὶ οὐρανοῦ, de cœlo IV. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, de Generatione & corruptione II. μετεωρολογικῶν, de Sublimibus IV. περὶ κόσμου, de Mundo I. περὶ ψυχῆς de Anima III. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, de Senſu & ſenſilibus I. περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, de Memoria & meminiſſe I. περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως de Somno & vigilia I. περὶ ἐνυπνίων, de Inſomnijs I. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς, de Diuinatione per ſomnum I. περὶ ζώων κινήσεως, de Animalium motu I. περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος, de Longitudine & breuitate vitæ I. περὶ νεότητος καὶ γήρως καὶ ζωῆς καὶ θανάτου, de Iuuentute & ſenectute, morte & vita, I. περὶ ἀναπνοῆς, de Reſpiratione I. περὶ ζώων πορείας, de Animalium ingreſſu I. περὶ πνεύματος, de Spiritu I. περὶ ζώων γενέσεως, de Animaliũ generatione V. περὶ ζώων μορίων, de Animalium partibus IV. περὶ ζώων ἱστορίας, de Animaliũ hiſtoria X. περὶ χρωμάτων, de Coloribus I. περὶ φυσιογνωμικῶν, de Phyſiognomicis I. περὶ φυτῶν, de Plãtis II. Metaphyſici verò generis: τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Eorũ quæ poſt naturalia XIII. Mathematici autem duo. μηχανικά, Mechanica I. περὶ ἀτόμων γραμμῶν, de Inſecabilibus lineis I. Politici verò generis triginta: ſcilicet πολιτικῶν, Ciuilium IIX. οἰκονομικῶν de Domeſticis II. ἠθικῶν Νικομαχείων, Ethicorum Nicomachiorũ X. ἠθικῶν μεγάλων, Ethicorum magnorum II. εὐδημίων, Eudemiorum VII. περὶ ἀρετῶν, de Virtutibus I. Philologici verò ordinis quinque: ῥητορικῶν, Rhetoricorũ. III. ῥητορικῶν πρὸς Ἀλέξανδρον, Rhetoricorum ad Alexandrum I. ποιητικῶν, Poeticorum I. Extra verò ordinem quadraginta duos habemus: προβλημάτων, Problematum XXXIIX. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, de Mirabilibus auſcultationibus I. περὶ Ξενοφάνους, de Xenophane I. περὶ Ζήνωνος, de Zenone I. περὶ Γοργίου, de Gorgia I. περὶ Νείλου de Nilo I. Præter hos impreſſus eſt Venetijs ſub eius nomine, de Cauſis elementorum I. & alter, de Cauſis I & de Pomo I. ac etiam Myſticæ Philoſophiæ, ſiue Aegyptiorum Theologiæ, libri XIV. Qui ſi omnes in vnum colligantur, ducentorum duorum numerum conficiunt. Atque hi quidem omnes in manibus ſtudioſorum aſſiduè teruntur.

Eorum verò, quos Laertius enumerat, pauci admodum extant, ſuntque eorum quos enumerauimus aliqui. Attamen vt eos recenſet, ita huc tranſcribam, redactis (quos ipſe confuſè tradidit) in ſuperiores ordines ac genera, prout coniectura aſſequi ex nudis titulis poterimus. Itaque Logici ordinis apud eum ſunt hi: σοφιστὴς Sophiſta I. περὶ ἐπιστημῶν, de Scientijs I. διαιρέσεις σοφιστικαί, diuiſiones ſophiſticę IIII. περὶ ἐριστικῶν, de Contentioſis II. λύσεις ἐριστικῶν, Solutiones contentioſæ IIII. περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν, de Speciebus & generibus I. περὶ ἰδίων, de Proprijs I. ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικά Commentationes argumentoſæ I. ἐνστάσεις, Inſtantiæ I. περὶ τῶν ποσαχῶς εἰρημένων, ἢ κατὰ πρόθεσιν, de Iis, quæ multipliciter dicuntur, ſeu ſecundum propoſitum I. ὑπὲρ ἐπιστήμης, Pro ſcientia I. διαιρέσεις, Diuiſiones, XVII. διαιρετικῶν, Diuidentium, I. ἐρωτήσεως, καὶ ἀποκρίσεως, Interrogationis, & reſponſionis, II. προτάσεις Propoſitiones, I. προτάσεις ἐριστικαί, Propoſitiones contentioſæ IV. συλλογισμοί Syllogiſmi I. προτέρων ἀναλυτικῶν, Priorum reſolutiuorum IX ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων, Reſolutiuorum poſteriorum magnorum, II. περὶ προβλημάτων, de Problematis, I. μεθοδικά. Methodica VIII. ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν Termini ante topica VII. συλλογισμῶν, Syllogiſmorum II. συλλογιστικὸν καὶ ὅροι Syllogyſticum & termini, I. τὰ πρὸ τῶν τόπων, Ea quæ ante locos, I. τοπικὸν πρὸς τοὺς ὅρους, Topicum ad terminos II. διαιρετικὸν diuiſiuum. I. ὁρισμοὶ τρεῖς καὶ δέκα, Diffinitiones tredecim. ἐπιχειρημάτων Argumentationum II. προτάσεις, propoſitiones, I. θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ πέντε καὶ εἴκοσι, Poſitiones argumentoſę XXV. μεθοδικόν, Methodicum I. περὶ λέξεως, de Dictione I. κατηγοριῶν, Prædicamentorum I. περὶ ἑρμηνείας, de Interpretatione I. Atque hæc quidem in genere Logico à Laertio enumerantur, qui ſunt CXXIII. In phyſico verò

hæc

hæc alia: περὶ ψυχῆς, de Anima I. περὶ τοῦ πάσχειν καὶ πεπονθέναι, de Pati & passum esse, I. περὶ στοιχείων, de Elementis III. περὶ κινήσεως, de Motu I. θέσεις περὶ ψυχῆς, Positiones de anima, I. περὶ φύσεως, de Natura III. φυσικὸν Naturale I. περὶ ζώων, de Animalibus IX. ἀνατομῶν Dissectionum VII. ἐκλογὴ ἀνατομῶν, Selectio anatomicorũ, I. ὑπὲρ τῶν συνθέτων ζώων, de Compositis animalibus I. ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾷν, Pro non gignendo I. περὶ φυτῶν, de Plantis II. φυσιογνωμικὸν, Physiognomicum I. σημεῖα χειμώνων, Signa tempestatum I. φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον, Naturaliũ per elementa XXXIIX. ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων, Speculatorũ problematũ II. περὶ τῆς λίθου, de Lapide I. Qui sunt LXXV. numero. Ex genere verò Politico hæc alia περὶ δικαιοσύνης, de Iustitia, IV. περὶ φιλοσοφίας, de Philosophia III. πολιτικοῦ, Ciuilis, II. περὶ πλούτου, de diuitijs, I. περὶ εὐγενείας, de Nobilitate I. περὶ ἡδονῆς, de Voluptate, I. Ἀλέξανδρος, ἢ περὶ ἀποικιῶν, Alexander, vel de colonijs, I. περὶ βασιλείας, de Regno I. περὶ παιδείας, de Educatiõe, I. περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, de Bono III. οἰκονομικὸς, de Re familiari, I. περὶ φιλίας, de Amicitia I. προτάσεις περὶ ἀρετῆς, Propositiones de virtute III. περὶ παθῶν ὀργῆς, de Passionibus iræ I. ἠθικῶν, Ethicorum IV. περὶ τοῦ βελτίονος, de Meliori, I. περὶ τοῦ αἱρετοῦ καὶ τοῦ συμβεβηκότος, de Eligibili & accidente, I. περὶ ἡδονῆς, de Voluptate I. περὶ ἑκουσίου, de Voluntario I. περὶ καλοῦ, de Pulchro, I. θέσεις φιλικαὶ, Positiones amicabiles II. πολιτικὰ, Ciuilia, II. νόμων, Legum IV. νόμος συστατικὸς, Lex constitutiua, I. πολιτικῆς ἀκροάσεως, Ciuilis auscultationis, IIX. περὶ δικαίων, de Iustis, II. περὶ συμβουλίας, de Consultatione, I. δικαιώματα, Iustificationes, I. πάθη, Passiones, I. πολιτεῖαι πόλεων, Ciuilia ciuitatum CLIIX. ἴδιαι δημοκρατικαὶ, Propriæ populares. ὀλιγαρχικαὶ, paucorum potentum. ἀριστοκρατικαὶ, Optimatum, τυραννικαὶ, Tyrannicæ. Quæ numerum ducentorum decem & septem explent. Generis verò Mathematici μαθηματικὸν, Mathematicum, I. περὶ μεγέθους, de Magnitudine, I. περὶ μονάδος, de Vnitate, I. ἀστρονομικὸν Astronomicum, I. ὀπτικὸν, Perspectiuũ, I. περὶ μουσικῆς, de Musica, I. μηχανικὸν, Mechanicum, I. Hi sex sunt omnino. Metaphysici verò generis: περὶ ἐναντίων, de Cõtrarijs, I. περὶ ἀρχῆς, de Principio, I. περὶ τῆς ἰδέας, de Idea I. vt sint III. Generis verò Philologici: περὶ ποιητῶν de Poetis, III. γρύλλος, περὶ ῥητορικῆς, Gryllus, de Rhetorica I. τέχνης ῥητορικῆς, artis Rhetorices, II. τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγῆς, Artis Theodecticę collectionis I. πραγματεία τέχνης ποιητικῆς, Opera artis poëtices II. ἐνθυμήματα ῥητορικὰ Enthymemata Rhetorica. ἀπορημάτων ὁμηρικῶν, Dubitationum Homericarum VI. ποιητικὰ, Poetica, I. παραβολαὶ, Comparationes, I. Ὀλυμπιονῖκαι, Olympionicæ, I. πυθιονῖκαι μουσικῆς, Pythionicæ Musices, πυθικὸς, Pythicus, I. πυθιονικῶν ἔλεγχοι, Pythionicarũ redargutiones. I. νῖκαι διονυσιακαὶ, Victoriæ dionysiacæ, I. περὶ τραγῳδιῶν, de Tragædijs, I. Poëmata tria, ad Hermiam, ad Democritum, & Elegiæ. Vt sint septem & viginti. Extra autem ordinem, sequentes, quos ex titulis non potuimus in aliquem ordinum superiorum coniecturâ conijcere. Νήρινθος, Nerinthus. Μενέξενος, Menexenus, I. ἐρωτικὸς, Amatorius, I. συμπόσιον, Conuiuium I. προτρεπτικὸς, Exhortatiuus, I. περὶ εὐχῆς, de Precatione I. τεχνῶν συναγωγὴ, Artiũ collectio XII. τέχνη, Ars, I. ἄλλη τέχνη, Alia ars, I. συναγωγῆς, Collectionis, II. ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων, de fabulosis animalibus I. ἰατρικὰ, Medica, II. μνημονικὸν, Memoriale, I. ἐγκυκλίων, Enciclioruin, II. ἄτακτα, Inordinata, XII. ἐξηγημένα κατὰ γένος, Exposita per genus XIV. διδασκαλίαι, Doctrinæ I. παροιμίαι, Prouerbia I. Hi verò sunt sex & quadraginta. Sunt præterea Epistolæ ad Philippum, & Alexandrum IV. Selymbriorum; ad Antipatrum IX. ad Mentorem I. ad Aristonem I. ad Olympiadem, I. ad Hephæstionem I. ad Themistagoram I. ad Philoxenum I. Et quæ aduersus antiquos Philosophos scripsit, aut ex eorum scriptis collegit; veluti τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, Ea, quæ ex legibus Platonis, III. τὰ ἐκ τῆς πολιτείας, Ea, quæ ex Republica II. τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων, Ea, quæ ex Timæo, & Archytæ scriptis I. προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Problemata ex Democrito II. πρὸς τὰ Μελίσσου, Contra Melissum, I. πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, Contra Alcmæonem I. πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, Contra Pythagoreos I. περὶ τῶν Πυθαγορείων, de Pythagoricis I. πρὸς τὰ Γοργίου, Contra Gorgiam, πρὸς τὰ Ξενοφάνους, Contra Xenophanem I. πρὸς τὰ Ζήνωνος, Contra Zenonē I. περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας de Archytę philosophia III. περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, de Speusippi & Xenocratis philosophia I. Atq; hi etiam decem & nouem sunt. Qui omnes libri, si in summam redigantur, exceptis tamen epistolis, numerum quingentorum

& tredecim adimplebunt. Etiamsi Laertius ipse inquiat, ἐγγὺς τετρακοσίων ἥκει, *Propè ad quadringentos accedunt.* Fortè enim pro vno legit plures, quos singillatim nos recensuimus: diuisiões xvii. Positiones argumẽtosæ xxv. Diffinitiões xiii. Physica per elementa xxxiii. Inordinata xii. Exposita per genus xiv. Qui numerus cxix. si à nostro dxiii. eximatur, remanebit Laertij numerus cccxciv. atque ità propè accedent ad quadringentos. De quibus, si Physiognomicus, Mechanicus, & libelli contra Xenophanem, Zenonem, ac Gorgiam, (nam Categoriæ & Interpretatio sunt controuersæ) qui soli in Laertianis sunt connumerati, eximantur, remanebunt Aristotelici libri omnes, cùm his qui extant iuncti, septingenti & septem.

Quib, sanè sunt adnumerandi ij, quos extra hos duos catalogos, varijs variorum authorum locis sparsos, multo labore conquisiuimus. Itaq; apud ipsummet hunc Laertium in prooemio, nominatus est Aristotelis liber, qui in catalogo ab eo est omissus, titulo Magicus: nam sic ibi ait: καθὰ φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ μαγικῷ: *Quemadmodum inquit Aristoteles in Magico.* In Aristippi verò fine, Epitomen Rhetorum nominat: οὗ Ἀριστοτέλης μνημονεύει διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ῥητόρων: *Cuius Aristoteles meminit in Epitome Rhetorum.* In Pythagora verò mentionem facit libri de Fabis: φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων: *Ait Aristoteles in eo, qui de Fabis.* Aristoteles autem ipse sæpe appellat libros, vel sermones quosdam Exotericos, atq; etiam Encyclios: qui, sint ne è numero horum extantiũ, an è numero Laertianorum, incertum adhuc est. Incertum itidem est, quidnam fuerint τὰ ἐκδεδομένα, emissa, οἱ ἐν κοινῷ, Qui in communi: ἐποπτικοί, Epoptici, ἀκροαματικοί, ἀκροάσεις, Auditorij, Auditiones: de quibus alius erit disquirendi locus. Librum etiam de mixtione videtur citare libro de Sensu cap. 3. ὥσπερ ἐν τῷ περὶ μίξεως εἴρηται, *Veluti in eo, qui de mixtione, dictum est.* Hunc ipsum alibi etiam appellauit. Libro eodem cap. 4. vocat librum quendam, vt videtur, de Succis. τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν, ἐν τῇ φυσιολογίᾳ τῇ περὶ τῶν χυμῶν: *Alia quidem succorum passiones propriam habent speculationem in philosophia de succis.* Quandoque etiam appellat Physicam quandam histotiam, vti libro de ingressu animalium, cap. 2. ὅτι μὲν οὖν ταῦτα συμβαίνει, δῆλον ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς φυσικῆς: *Quòd quidem ita accidat, clarum est ex historia physica.* Libro etiam de somno cap. 3. quædam de Nutrimento scribit: εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τροφῆς: *Dictum verò de his est in libris de Nutrimento.* Vocat etiam non raro, ἐν τοῖς περὶ φύσεως, ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἐν τοῖς περὶ ἀποδείξεως: In libris de Natura, in Naturalibus, in libris de Demonstratione. Appellat etiam quandam Selectionem contrariorum libro 3. Metaphysico, cap. 2. τεθεώρηται δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων: *Speculata verò sunt hæc à nobis in Selectione contrariorum.* Et libro 10. cap. 3 Diuisionem contrariorum nominat: nisi fortè eadem sit, ait enim ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἑνὸς, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ διαιρέσει τῶν ἐναντίων διεγράψαμεν τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον, καὶ ἴσον: *Est verò vnius, sicuti etiam in Diuisione contrariorum descripsimus, idem, & simile, & æquale.* Atq; hi quidẽ sunt ij libri, quos Aristoteles ipse citat, qui neq; extant, neq; à Diogene sunt enumerati.

Reperio etiã apud Aristotelis interpretes quosdam nominari, qui neq; ab ipso sunt appellati, neque à Laertio descripti: vt apud Simplicium, liber τῶν ἀντικειμένων, Contrapositorum, comm. 8. in caput de oppositis: αὐτὸς δ' Ἀριστοτέλης, ἐν τῷ περὶ τῶν ἀντικειμένων βιβλίῳ ἐζήτησεν: *Ipse Aristoteles in lib. de contrapositione quæsiuit.* Cõ. autẽ 4. lib. 2. de Cœlo. alterius libri, συλλογῆς πυθαγορειῶν meminit: ὡς αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν τοῖς πυθαγορικοῖς ἀρεσκόντων διηγήσατο: *Vt ipse Aristoteles in collectione placitorum Pythagoriorum narrauit.* Et commen. 7. eiusdem mentionem facit. Alexander verò in com. suis in Metaphysicos lib. 1. cõm. 59. citat Aristotelis lib. 4. de Ideis, cũ Laertius vnũ tantũ nominet, his verbis: *At priore quidem tertij hominis expositione, cũ alij quidã, tũ in primis Eudemus apertè in lib. de Dictione vtitur: posteriore verò ipse* (s. Aristoteles) *quarto de Ideis.* & in eodẽ paulò post. Libro autẽ quarto, cõmentarijs 25. & 44. librũ de Enunciatione citat: & 46. his verbis: *Hoc aũt quasi ex se noto & manifesto vsus est in lib. de Enunciatione, dũ de contradictione in futurum disputaret.* Quẽ iterũ cõm. 62. citat: atq; præter hunc lib. de Affirmatione: *Sed de his latius* (inquit) *in lib. de Enunciatiõe & in lib. de Affirmatione disputatũ est.* Plutarchus verò & ipse grauissimus author librum de Platonicis appellat libro quẽ cõtra Epicureũ Colotẽ scripsit, hoc modo: ὡς Ἀριστοτέλει ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἴρηται: *Sicut Aristoteli in Platonicis dictũ est.* Idem in

Consolatione

consolatione ad Apollonium citat Aristotelis Eudemum: φησὶ δ' ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ περὶ ψυχῆς: *Ait in eo, qui inscribitur Eudemus, vel de Anima.* Tertio quoque Symposiacon. libri de Ebrietate meminit: ὡς γέγραφε Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης: vt scripsit Aristoteles in eo qui de Ebrietate. hunc ipsum de Ebrietate Athenæus Plutarchi contemporaneus, & alios multos Aristotelis libros citat, qui nec extant, nec à Laertio nominantur, neq; ab interpretib. reperi vllo in loco appellatos. Sunt autem hi. ζωικὸν, Animale. περὶ ἰχθύων, de Piscibus. περὶ ζώων, de Animalib. περὶ ζώων ἠθῶν, de Animalium morib. περὶ φασιανῶν, de Phasianis. περὶ συγγενείας, de Cognatione. περὶ τῆς τρυφῆς θαυμασίων, de Admirabilib. luxus. ἀπολογία, Apologia. De Ebrietate, lib 10 Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ μέθης, *Aristoteles verò in lib. de Ebrietate.* & sæpe aliàs. Tum lib. 11. & huius, & alterius eiusdem tituli, Theophrasti, atq; etiam Hieronymi Rhodij, mentio est facta. ζωικὸν Animale, lib. 7. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωικῷ, ἢ περὶ ἰχθύων: *Aristoteles autem in lib. inscripto Animale, vel de Piscib.* Cuius tituli posteà partem alteram ab altera segregat, libro eodem: sed non amplius ζωικὸν, animale, singulari numero, sed pluriū. περὶ ζωικῶν, appellat. his: Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζωικῶν: *Aristoteles verò in libro de Animalib. seu ad animalia pertinentib.* Atq; rursus φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζωικῶν. Ante quē locum, nominat librum de Piscib. in hunc modum: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ἰχθύων: Aristoteles in libro de Piscib. At verò eodem septimo. quater, vel amplius, appellat, ἐν τῷ περὶ ζώων, *In libro de Animalib.* sine vlla adiectione, vel γενέσεως, generationis, vel μορίων, partium, vel ἱστορίας, historiæ, vel κινήσεως, motus, vel πορείας, gressus: quæ adiunctiones ijs, quos de Animalib. habemus, libris inscriptæ sunt. Eodem 7. appellat librum de Animalium morib. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζώων ἠθῶν. *Aristoteles in libro de Animalium morib.* Libri verò de Cognatione libro 13. meminit his verbis: οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ περὶ συγγενείας. *Quib. ansam prabuit Aristoteles, narrans id in libro de Cognatione.* At librum de Phasianis nominat libro 14. Ἀριστοτέλης δὲ ἢ Θεόφραστος, ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν φασιανῶν: *Aristoteles verò vel Theophrastus in commentarijs de Phasianis.* De eo verò qui de Luxus mirabilib. inscriptionem habuit, scribit his verbis libro 12. Ἀλκισθένη δὲ τὸν Συβαρίτην φησὶν Ἀριστοτέλης, ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις: *Alcisthenem Sybaritā, dicit Aristoteles in ijs quæ sunt de Luxus mirabilib.* Apologiam verò vocat libro 15. ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, εἰ μὴ καταψευδής ὁ λόγος. *Sed enim, ipse Aristoteles in Apologia, nisi commentitius sit sermo.* Idem Athenæus nominat Aristotelis aliquot Respub. quas dicendum est de earum numero fuisse. quas Laertius numerat, 158. Sunt autem hæ Respub. Locrorum, Crotoniatarum, Aeginensium, Deliorum, Thessalorum, Colophoniorum, Massaliotarum, Methonensium, Naxiorum: ac Syracusanorum; quæ passim obuiæ sunt in Athenæi libris. Præter has Suidas nominat alias quasdam: Cypriorum, Atheniensium, Samiorum. Aristophanis interpres Tegeatarum rempublicam: Plutarchus Phocēsium: Strato libro 7. Acarnanum, Aetolorum, Obuntiorum, Megarensium, Leucodiorum. Et Apollonius cap. 11. Barbarica quædam legitima: Ἀριστοτέλης δ' ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς: *Aristoteles in Barbaricis legitimis.* Idem hic Apollonius cap. 35. Vndecimum historiarum citat: εἴρηκεν δὲ καὶ τοῦτο Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ια' τῶν ἱστοριῶν. *Dixit verò hoc etiam Aristoteles in vndecima historiarum.* Quòd si animalium historiā intelligit, librum vnum plus habuit quàm nos, qui non nisi 10. habemus: si verò aliam historiā, iam vndecim libros nonit, quos non ignoramus. Ille idem author, cap. 27. testatur, aliud Aristoteli fuisse περὶ ζώων καὶ περὶ ζωικῶν: de Animalib. & de Pertinentib. ad animalia: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς ζωικοῖς: δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι, ἡ μὲν περὶ ζώων, ἡ δὲ περὶ τῶν ζωικῶν: *Aristoteles verò in attinentib. ad animalia: Duo .n. sunt ipsi opera, alterum de animalib. alterum de attinentibus ad animalia.* Quod consonat ijs quę sunt ex Athenęo paulo antè allata. Porphyrius etiam, comm. in Ptolomæi Musicam, Aristotelis librum περὶ ἀκουστῶν, de Audibilib. appellat; ex quo etiam satis grande fragmentum retulit Proclus autem procemio in Rempublicam Platonis, Librum Aristotelis commemorat, cui titulus fuit, συσσιτικός, Syssiticus, id est conuictor atque etiam Epitomen eius Republicæ Platonis, quæ fortè est, quam Laertius, τὰ ἐκ τῆς πολιτείας Πλάτωνος, Ea, quæ ex Republica Platonis, vocauit. Macrobius quoque primo libro Saturn. Aristotelem affirmat Theologumena scripsisse. A Clemente verò, lib. 6. Stromatum, liber eius de Natura citatur. Nicephorus autem libro 10. cap. 86. Ecclesiasticæ historiæ Pe-

plum vti Aristotelis librum commemorat, his: *Sed ad eam rem cuius quàm primum cognoscendam sufficerent Aristotelis Peplum, Dionysij Corona, πολυμνήμων Rhegini liber, & turba poetarum, qui rebus ipsorum expositis deliramenta potius & nugas, quàm Theologiam posteris reliquere*. Cuius pepli, sub pallij nomine, mentionem facit historia Tripartita, lib. 7. cap. 2. Stobæus quoq; librum quendam Aristotelis sub titulo χρειῶν, Sententiæ, citat sæpissimè, ex eoque multa affert. Itaque si hi, ex varijs authoribus, atq; ipso Aristotele collecti libri triginta septem, reliquis à Laertio enumeratis, atq; ijs, qui extant, addantur, septingētorū quadraginta septem numerum adimplebūt.

# ARISTOTELICORVM LIBRORVM DISQVISITIO

## LIBER TERTIVS.



NVMERVM Aristotelicorum librorum, multo nostro labore conquisitum, præcedente volumine tibi, Zacharia ingeniosissime, expositum, non semel es admiratus: sed etiam grauiter atque ex animo, ingentem iacturam, quam in illis studiosorum respublica, temporum ac fortunæ iniuria, est passa, ingemuisti; amissis plus quàm quingentis eius viri libris, ac superstite vix tertia eorum parte. Neque ego nonidem tecum, ac multo etiam anteà, & admiratus sæpe, & mecum ipse sæpius sum conquestus. Est tamen quod animum meum magis etiam cruciet: quandoquidem & hæc eorum tertia pars, quam vix retinemus, vel tota, vel maiore ex parte, in magna est controuersia. Neque enim defuere viri docti, qui nullum horum librorum Aristotelis esse reuera contenderent, sed Aristotelicorum Epitomas, & compendia, à Nicomacho Aristotelis filio ex patris libris excerpta, ac contracta, quod Marius Nizolius magno apparatu probare est aggressus. Cuius sententiam etiamsi non probem, attamen multæ me rationes in dubium adducunt, de maiore horum librorum parte. Nam de ducentis & duobus libris, quos nomine eius circunferri superiùs ostendimus, multi sunt, qui Aristotelem authorem nullà ratione agnoscunt: liquidoq; constat, non ab eius profectos esse calamo. Alij rursus ità dubij atque ambigui sunt, vt Aristotelis eos esse, nulla certa ratione affirmare possimus. Quam quidem rem totam, tertio hoc volumine, quàm accuratissimè potero explicabo: inq; ea pertractanda, tum antiquorum ac probatissimorum authorum testimonia afferam, quæ colligere potui omnia: tum rationibus, quàm euidentissimis potero, cur in ambiguo sint, commonstrabo.

Itaque si credamus verum esse, Aristotelicos veros libros eos esse, quos Diogenes Laertius catalogo in eius vita recēsuit, suntq; à nobis superiore libro enumerati, necesse est alios omnes tū extantes adhuc, tū quos ex authorib. alijs retulimus, præter nouē, omninò reijcere, ac veluti spurios coarguere. Sūt autē nouē quos dico, de Plātis 11. Mechanica, Physiognomica, contra Xenophanē, cōtra Zenonē, cōtrà Gorgiā, Categoriæ, de Interpretatione: hæ nāq; inscriptiones tùm ab eo recensentur, tùm etiam extant. Sed horum etiam pars examen posteà subibit. Reliquos omnes vel silentio præterijt, vel librorum numero, aut inscriptionis varietate, aut etiam vtraque te suspectos reddidit. Reticet quidem hos omnes: Physicæ auscultationis, De cœlo, De generatione, Meteoros, De mundo, omnes eos quos Parua naturalia appellant, De Animalium partibus, Generatione, Historiam, Metaphysicos, ac Elenchos: quæ tum maxima, tum præcipua Aristotelis sapientiæ pars est. Illi verò quos ijsdem inscriptionibus recenset, librorum verò numerus discrepat, hi sunt: Priora analytica: nouem enim libros ait; nos duos habemus: De Anima vnum enim recenset; nos tres tenemus: Ethicorum: nam ipse quatuor tantùm ait, nos decem & nouem. A quibus verò titulis euariat, sunt hi. Analyticis posterioribus adiungit ma-

ſora: & Politicis, præfigit Auſcultationem. In Topicis verò & numero librorum, & inſcriptionibus diſcordat. Nos enim Topicos, octo libris diſtinctos habemus: ipſe ſeptem primum ſub hoc nomine, Termini ante topica: vnum deinde adijcit, titulo, Ea quæ ante topos: poſtremò duos alios, Topicum ad terminos vocans. Quam ob rem efficitur, vt de ducentis & duobus, centum & nonaginta tres in dubium vertantur, atque an Ariſtotelis reuera ſint, certò ſciri nequeat. Niſi quis vel admiratione, vel tantæ iacturæ indignatione commotus, neget Diogenem Laertium iſtum, qui omnibus ignoretur quis homo fuerit, quo tempore & qua fortuna vixerit, verum Ariſtotelicorum librorum vel numerum, vel inſcriptiones calluiſſe: qui potiùs videatur eã philoſophorũ hiſtoriã & mancã, & multis locis hiulcã ſcripſiſſe, non quo eorũ dignitatẽ illuſtraret, aut poſteros ea doctrina iuuaret, ſed vt haberet quo loco elegantia illa ſua vel epigrammata vel epitaphia inſereret: quod illi obiectum fuiſſe à viro noſtra ætate Græcarum literarum peritiſſimo audiui. Sed, vt hæc ſe res habeat: illud ſatis, ſi quis eam hiſtoriam diligenter perlegat, conſtabit: Diogenem hunc, vt eas philoſophorum vitas compilaret, ducentos & vndecim authores probatiſſimos euoluiſſe: neminemque nos habere, præter Plinium, Plutarchum, Athenæum, Stobæum, Suidam, qui plures ſcriptores ſuis in ſcriptis nominet, quàm hunc ipſum: E quorum ſcriptorum numerò xl. philoſophorum itidem hiſtoriam, vel hæreſes eorum conſcripſerunt: quorum nomina libet adſcribere, nẽ id commenttitiẽ à nobis fictum eſſe putetur. Sunt autem hi: Apollodorus, Hippobotus, Sotion, Ariſtoxenus, Hermippus, Idomeneus, Alexander, Amphicrates, Archetimus Syracuſius, Antiſthenes, Clitomachus, Antigonus Caryſtius, Caſſius, Analexides, Appollonius Tyrius, Hecatæus, Damon Cyrenæus, Eubulides, Dicæarchus, Eubulus, Diocles, Meleager, Phauorinus, Soſicrates, Phanias Satyrus, Timotheus Athenienſis, Speuſippus, Seleucus grammaticus, Theodorus, Socrates, Xanthus Lydus, Apollodorus, Ephillus, Antipho, Ariſto, Diocles Magnes, Diodorus Epheſius, Hercules, Herodotus. Horum autem quid vnuſquiſque ſcripſerit, in eo legendo, facilè apparebit: eos omnes ſcilicet philoſophica tractaſſe. Qua autem fortuna vixerit, quid ad diligentiam authores euoluendi aut negligentiam faciat, nihil video. Quo autem vixerit tempore, ſatis euidenti coniectura ex ipſius ſcriptis mihi videor vidiſſe: nõn multò ſcilicet poſt Sexti Empirici ætatem is autem floruit ſub Marco Antonino philoſopho. Namque in Timonis fine, Sextum ipſum nominat; & Saturninum quendam eius auditorem: qui omnibus, quos nominat, videtur eſſe iunior. Fuit autem hic Saturninus annis circiter centum viginti poſt Potamonem Alexandrinum: qui vt Suidas tradit, vixit ante, & poſt Auguſtum. Ποτάμων Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, γεγονὼς πρὸ Αὐγούστου, καὶ μετ' αὐτόν. *Potamon Alexandrinus philoſophus, fuit ante & poſt Auguſtum.* De hoc Potamone Laertius in fine procemij ſic ſcripſit: ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη, ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως: *Adhuc paulo antè Selectiua quadam hæreſis eſt inducta à Potamone Alexandrino.* Verba illa *paulo antè*, ſatis indicant, Laertium ſatis vicinum Potamonis ætati fuiſſe. Quod etiam alio teſtimonio eius patet: ſic enim principio Timonis habet: Τίμων Ἀπολλωνίδου ὁ Νικαεὺς, ὁ παρ' ἡμῶν ἐν τῷ πρώτῳ εἰς τοὺς σίλλους ὑπομνήματι, ὁ προσφωνῶν Τιβερίῳ Καίσαρι: *Timon Apollonidis Nicæus, quem apud nos, in primo commentario in Sillos, quod Tiberio Cæſari inſcribit.* Verba illa ὁ παρ' ἡμῶν, *apud nos*, ſatis indicant, eum non longe à Tiberij ætate fuiſſe. Quod etiam confirmat, quòd nuſquam meminit Ariſtoclis Peripatetici, qui & ipſe philoſophorum vitas perſcripſerat, vixitque circà Antonini tempora, quaſi nondum fuiſſent eius libri in vulgus editi. Quare non eſt dubitandum, eum ſatis antiquum authorem eſſe. Antiquitas autem hæc, authoritatis ei ſatis acquirit. ſed longè plus tot authorum euolutio, ac tot philoſophicarum rerum ſcriptorum. Sed: quod me magis mouet, vt credam eum diligentiam non paruam adhibuiſſe, vt cognoſceret ea omnia, quæ ad Ariſtotelis & vitam, & actiones, & libros pertinent, eſt, quòd in eius vita deſcribenda octo authorum antiquiſſimorum, atque, vt videtur accuratiſſimorum teſtimonia citat: Hermippi, Timothei Athenienſis, Demetrij Magnetis, Ariſtippi, Eumeli, Apollodori, Phauorini, atque Ambryonis: quæ quidẽ res conuincit, eum non ſibi finxiſſe, quæ in ea vita deſcripſit. Namque Her-

mippus nominatim περὶ Ἀριστοτέλους, de Aristotele, plus vno libro scripsit: nam apud Athenæum libris 14. & 15. eius de Aristotele primus liber adducitur: non autem primus diceretur, nisi etiam sequeretur secundus. Hunc autem Hermippi librum de Aristotele, vidisse se Diogenes statim initio eius vitæ testatur, dum ait καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους: *Sicuti ait Hermippus in libro de Aristotele* Fuisse autem hunc Hermippum diligentissimum rerum philosophicarum, atque omnis generis sapientum indagatorem, restantur abundè multi ac varij libri ab eo conscripti, quibus diuersorum sapientium instituta, dogmata, actiones perscripsit. Citantur enim ab hoc eodem Diogene, eius libri, de Magis, de Sapientibus, de septem Sapientibus, vitæ. & ab Athenæo libri de Legum latoribus, de Isocratis discipulis, de Hipponacte, de Gorgia. In quibus quam diligentiam hic vir præstiterit, si quis cognoscere velit, adeat Athenæum libro x i. ac expendat, quæ ibi ex Hermippi libro de Gorgia afferat in Platonis dialogis excutiendis. Talem quoque fuisse rationi consentaneum est in Aristotelis vita, ac libris, & colligendis & examinandis. Laertius ergo, cùm & hosce Hermippi de Aristotele libros, & aliorum triginta nouem, & qui in his non sunt nominati, Aristippi, Demetrij Magnetis, Eumeli, & Ambrionis, in Aristotelis vita & libris consarcinandis, & viderit, & legerit, nemo eum vel ignorantiæ, vel negligentiæ recta ratione insimulabit: qui enim plura quiuis alius quamuis accuratissimus, satagere potuisset: Est igitur existimandum libros eos, quos Diogenes tum ex Hermippo, tum ex alijs duobus & quadraginta authoribus, collegit, reuera Aristotelis esse libros. Neque verò id solum, sed etiam solos eos, legitimos ac germanos extra omnem controuersiam eius authoris esse: id enim ipse asseruit in calce eius vitæ dum scribit: Τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο, καὶ εὑρετικώτατος, ὡς δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων, ἃ τὸν ἀριθμὸν ἐγγὺς ἥκει τετρακοσίων, τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται συγγράμματα αὐτοῦ: *In omnibus fuit laboriosissimus, ac inuentionum plenissimus: vt apparet ex antescriptis eius scriptis, quæ numero ad quadraginta ferè accedunt, ea scilicet quæ indubia sunt: multa enim alia quoque in eum referuntur eius scripta.* Ex quibus verbis satis clarè constat, libros Aristotelicos indubios, & extra controuersiam omnem apud antiquos positos, eos fuisse, qui à Diogene sunt enumerati: atque iccirco, eos omnes, qui ab eo inter illos non sunt coniecti, esse controuersos. Nam si soli ij, quos ipse numerauit, indubij sunt; reliquos omnes dubios esse necesse est. Inter quos ponendus est etiam Magicus ille inter initia ab eo positus, in Catalogo verò non repositus, atque alij omnes, tum extantes, tum apud authores alios reperti.

Sunt autem rationes multæ, præter hanc Laertianam tum omissionem, tum confessionem, quæ extantium librorum plerosque in controuersiam vocent, ac dubios reddant: quas pergam referre, vti inde veritas omnis excutiatur. Ac primò logici ordinis qui primus se offert, in manus sumamus, Categoriarum librum: Is quidem in maxima est controuersia ab Ammonio, atque Simplicio positus. Scribit enim ille prolegomenis in eum ipsum, non fuisse ab Aristotele liquidè profectum, sed ab interpretibus Aristotelis esse iudicatum: ita enim scribit: Ἀμέλει φασὶν, ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρέθη ἀναλυτικῶν μὲν Μ. βίβλους, κατηγοριῶν δὲ δύο. ἐκρίθη δ' ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον Ἀριστοτέλους. Nempè aiunt, in magna bibliotheca, (Alexandriæ scillicet) inuentos esse Analyticorum quadraginta libros, Categoriarum verò duos: iudicatum autem ab interpretibus, Categoriarum hunc esse legitimum Aristotelis. Simplicius verò eadem hac de re Adrastum citat testem: ἱστορεῖ δ' ὁ Ἄδραστος ἐν τῷ περὶ τῆς τάξ. τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων, ὅτι φέρεται καὶ ἄλλο τῶν κατηγοριῶν βιβλίον, ὡς Ἀριστοτέλους, καὶ αὐτὸ ὂν βραχὺ καὶ σύντομον κατὰ τὴν λέξιν. καὶ διαιρέσεσιν ὀλίγαις διαφερόμενον, ἀρχὴν δ' ἔχων, τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἐστί. *Narrat verò Adrastus in libro de ordine Aristotelicorum librorum, ferri etiam alium Categoriarum librum vti Aristotelis, & ipsum breuem & concisum dictione, paucis differentem diuisionibus, habentem principium: Entium, aliud quidem est.* ac subiungit πλῆθος δὲ στίχων ἑκατέρου τὸ αὐτό. *Versuum numerus idem vtriusque est.* Partem etiam illam, quæ à nostratibus philosophis Post prædicamenta appellatur, ad hunc librum non pertinere, anti-

quorum

quorum quorundam fuisse opinionem Ammonius eo loco testatur. ὅτι δ᾽ οὐκ ἐστὶν ἀπηρτημένον τὸ τμῆμα τοῦτο τοῦ σκοποῦ τῶν κατηγοριῶν, ὥς τινες ἐνόμισαν: *Quod non sit hæc sectio à scopo Categoriarum separata, vt quidam existimarunt.* Inter quos fuit Andronicus, vt Simplicius narrat: ait enim: τινὲς μὲν γάρ, ὧν καὶ Ἀνδρόνικός ἐστιν, παρὰ τὴν πρόθεσιν τοῦ βιβλίου, προσκεῖσθαι φασὶν ὑπό τινος ταῦτα: *Nam aliqui, inter quos est Andronicus, præter libri propositum aiunt, ab aliquo adiecta hæc esse.* Fuit autem Andronicus primus Aristotelicorum librorum, ac Aristotelicæ philosophiæ instaurator, vt suo loco tradetur. Itaque & liber totus, & tertia libri pars apud antiquos suspecta fuit. Reddit eum suspectum magis, quòd in Metaphysicis libris, triginta adminus vicib. Categoriæ nominantur, & earum aliquot non semel numerantur: primo etiã Topic. cap. 7. omnes dinumerantur: nusquã tamen aut his, aut alijs locis hic liber appellatur: cõtrà quàm Ammonius ac Simplicius asseruerunt, sæpe librũ hunc ab Aristotele citari. Liber verò qui de Interpretatione inscribitur, Categoriarũ libro lõgè est suspectior. Nã Andronicus is ipse librorũ Aristotelicorũ restitutor, non esse eũ Aristotelis asseruit. Quod Ammonius tradit, & ante eũ Boetius Seuerinus, qui ita scribit: Andronicus enim librũ hunc Aristotelis esse non putat, quẽ Alexander verè & fortiter redarguit. Quẽ cũ acutũ diligenteq; Aristotelis librorũ & iudicem, & repertorẽ iudicauerit antiquitas, cur in huius libri iudicio sit falsus, prorsus est magna admiratione dignissimũ. Non esse nanque Aristotelis. hinc conatur ostendere, quoniam quædã Aristoteles in principio libri huius de intellectibus animi tractat, quos intellectus animæ passiones vocauit, & de his se plenius in libris de Anima disputasse cõmemorat. Et quoniã passiones animæ vocabat, vel tristitiã, vel gaudiũ, vel cupiditatem, vel alias huiusmodi affectiones: dicit Andronicus, ex hoc probari, hunc librum Aristotelis non esse, quòd de huiusmodi affectionib. nihil in libris de Anima tractauisset. Ammonius verò in hunc modũ scripsit: πρὸς δὲ τὸ γνήσιον εἶναι τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον οὐδεὶς ἠξίωσε, τῶν περὶ τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους ἐσπουδακότων ἀμφιβαλεῖν, εἰς τὸ πιθανὸν ἀποβλέπων τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς τὴν ἰσχνὴν καὶ κεκομψευμένην καὶ τῷ φιλοσόφῳ συνήθη τῶν ἐν αὐτῷ παραδεδομένων θεωρημάτων διάθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ πραγματείας ὁμολογίαν, πλὴν Ἀνδρονίκου τοῦ Ῥοδίου, ὃς ἑνδέκατος μὲν ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους. *Quod verò germanus sit ipsius philosophi hic liber, nemo eorũ qui Aristotelicis libris operã dederunt, dubitãdũ putauit, respiciens ad tractationis probabilitatẽ, & ad artẽ, & ad theorematũ in eo tractatorum instructionẽ Aristoteli consuetã, & eius ad alios tractatus conformitatẽm: præter Andronicum Rhodium, qui ab Aristotele vndecimus fuit.* Auget hanc ambiguitatẽm, quòd Aristoteles res quæ hoc libro tractantur, duobus alijs libris, altero de Enunciatione, altero de Affirmatione, quos ex Alexandri comm. 62. in quartum Metaphysicum superius retulimus, tractauit: quod Aristoteli non esse in vsu, omnes sui asserunt. Sed magis etiam animos moueat considerantium, quòd hoc libro, fine quartæ sectionis, primarum substantiarum mentio fit, longè alio modo, quàm libro Categoriarũ præcedente. Ibi enim indiuidua corpora primæ substantiæ sunt appellatę: hic verò primas substãtias vocat diuinas, & quæ actus sunt. καὶ τὰ μὲν ἄνευ δυνάμεως ἐνέργειαί εἰσιν, οἷον αἱ πρῶται οὐσίαι: *Et hæc quidem sine potentia actus sunt, veluti primæ substantiæ.* & quæ ibi sequuntur. Præterea, hoc libro sectionis tertiæ cap. 2. ex Topicis citat quædam, quæ in Topicis nusquam sunt. Loquitur quidem illic, & primo libro, & octauo, de dialectica interrogatione: sed, vt hic ait, eam esse ἀποκρίσεως αἴτησιν, ἢ τῆς προτάσεως, Petitionem responsionis, vel propositionis, & reliqua: certè in Topicis nequaquam est. Quare vel hic, vel ille liber Aristotelis non est. Apud aliquos autem eorum qui legitimum habent librum, controuersa est pars eius quinta: quod Ammonius tradit, dum eo loco in hunc scribit modum: συμπεπλήρωται μὲν ἡ διδασκαλία τῶν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν ἀπηριθμημένων τεττάρων τοῦ βιβλίου κεφαλαίων, καὶ τὸ περὶ ἑρμηνείας, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τὸ προσῆκον ἀπείληφε πέρας. τὰ γὰρ ἐφεξῆς ὑποπτεύω, ἤτοι μὴ εἶναι γνήσια Ἀριστοτέλους, ἀλλὰ προστεθεῖσθαι ὑπό τινος τῶν μετ᾽ αὐτὸν ἀποβλέπων πρὸς τὸ πανταχοῦ τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων φαίνεσθαι τὸν φιλόσοφον τὰ ἐναντία δοξάζοντα τοῖς διὰ τούτων λεγομένοις, ἢ γεγράφθαι μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ, γυμνάσαι δὲ μόνον βουληθέντος τοὺς ἐντυγχάνοντας πρὸς τὴν ἐπίκρισιν τῶν πιθανῶς μέν, οὐ μέντοι ἀληθῶς λεγομένων λόγων. *Adimpleta quidem est doctrina quatuor quæ à principio proposuimus libri capitum: & tractatio de enunciatione, vt mihi quidem vi-*

*detur, congruentem recepit finẽ. Sequentia nanque suspicor vel non esse Aristotelis germana, sed à quopiã posteriorũ esse adiecta: Video enim quòd vbiq; in libris suis philosophus contraria opinetur his quæ hic dicuntur: vel scripta quidem ab eo esse, sed exercere tantùm volente legentes ad diiudicationem eorum quæ probabiliter quidem, non autem verè dicuntur.* In eadem sententia Porphyrium quoque fuisse paulò pòst scribit, ideoque hanc libri partem eum noluisse interpretari. Priora analytica, iam diximus librorum numero à Laertio tradito discrepare. Nam ille nouem eos esse ait, nos duos tenemus, eosq;, vt videtur, integros: Ideoq; non sine ratione suspecta redduntur. Nec non alia ratione non infirmiori, quòd nullo alio in loco aliorum librorum hic titulus agnoscitur. Ex quo titulo Posteriora etiam in dubiũ veniunt: nullo enim libro alio ita appellantur Discrepant etiam à titulo Laertiano, qui est Maiorum posteriorum. Topica verò multis nominibus sunt controuersa longè magis. nam & titulis, & numero à Laertianis differunt. Nam ille vocat, Terminos ante Topica, libros septem: Ea quæ ante locos, vnum, & Topicum ad terminos, duos. Itaq; hi decem sunt inscriptionibus & ab his & inter se diuersis. Cicero autẽ, qui cum Andronico Rhodio Romæ vixit eodem tempore, quo Aristotelis bibliótheca est promulgata, initio Topicorum suorum affirmat, se Aristotelis Topica in bibliotheca sua habuisse. *Cùm enim mecum in Tusculano esses, & in bibliotheca separatim vterq; nostrum ad suum studium libellos quos velles euolueret, incidisti in Aristotelis Topica quædam, quæ sunt ab ipso pluribus libris explicata.* Et paulo pòst. *Sed à libris te obscuritas reiecit.* Illa igitur Topica obscura à Cicerone iudicata: hæc verò nostra, ab Aristotelicis interpretibus, omnium eius operum clarissima existimata. Nam Simplicius prolegomenis Categoriarũ id his verbis est attestatus: *δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν ἐν οἷς ἐβουλήθη σαφέστατα ἐδίδαξεν, ὡς ἐν τοῖς μετεώροις, καὶ τοῖς τοπικοῖς. Clarum autem id est, etiam ex ijs, in quibus voluit clarissimè docere, vt in Mete ris, & Topicis.* Hæc ergo clarissima sunt Topica, illa Ciceronis obscura: *quæ rhetor* (inquit) *ille magnus, vt opinor, Aristotelica se ignorare respondit. Quod quidem minimè sum admiratus, eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis, præter admodum paucos, ignoretur.* Alia ergo sunt hæc nostra Topica, ab illis Ciceronianis. illa præterea disciplinam continebant, quà sine vllo errore ad argumentorum inuentionem perueniremus, vt Cicero asserit. Hæc nihil minus continent. Nulla etiam multiplicior, nulla magis varia ac confusa disciplina est, ea quæ his Topicis continetur. Ad hæc, requisiuit Trebatius à Cicerone eorum librorum sententiam, & secum vt illa-m sibi traderet egit. Itaque ille ex itinere memoria repetita ac conscripta illi misit, totamque eam argumentorum inueniendorum disciplinam, decem & octo non amplius locis, perstrinxit. Neque tamen vllam fecit mentionem locorum à proprio, ab accidente, à categorijs, à disparatis, à priuantibus, à contrariorũ medijs; neq; ab innumeris alijs, quæ in his habemus. Sed quod omnes etiã obstinatos cõuincere posse videtũ, id est, quod 1. Rhetoric. cap. 2. hæc habentur verba, *τίς δ' ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος φανερὸν ἐκ τῶν Τοπικῶν. ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον. Quæ autem sit differentia exempli, & enthymematis, clarum est ex Topicis. Ibi enim de Syllogismo, & inductione dictum est prius.* Tradita quidẽ est primò libro statim à principio syllogismi diffinitio, & cap. 10. diffinitio inductionis celebratur: & alibi eius & inductionis aliquoties facta mẽtio. Sed de exempli, & enthymematis differentia, ne verbum quidem omnibus libris. Primo etiam Analytico cap. 1. sic est scriptum: de propositione loquendo: *διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως: συλλογιζομένῳ δὲ λῆψις τοῦ φαινομένου, καὶ ἐνδόξου καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἴρηται. Dialectica verò* (scilicet propositio) *interroganti quidem, interrogatio contradictionis: syllogizanti verò assumptio apparentis, & opinione concepti, sicuti in Topicis dictum est.* Quod quidẽ nullibi in his Topicis inuenietur. Quæ res manifesto coarguit, vel hos Topicos, vel illos Rhetoricos & Analyticos, Aristotelis non esse: imò potius cõtraria repetietur dialecticæ propositionis diffinitio. Est. n. cap. 8. *ἐστὶ δὲ πρότασις μὲν διαλεκτικὴ, ἐρώτησις ἔνδοξος ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς*: Est propositio dialectica, interrogatio opinione cõcepta vel omnib. vel plurimis, vel sapientib. Cũ Topicis eandem contro-

uersiam

uersiam subeunt Elenchi: qui inter tot Sophisticarum libros à Diogene enumeratos, silentio prætereuntur. Quin etiam eo argumento ea res arguitur, quòd fine libri nescio quos alloquitur, ac prætermissorum veniam petit, inuentorum autem gratiam. *λοιπὸν ἂν εἴη πάντων ὑμῶν, ἢ τῶν ἠκροαμένων ἔργον, τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις, πολλὴν χάριν ἔχειν. Reliquum esset omnium vestrum, vel eorum qui audierunt officium, prætermissis huius methodi, veniam, inuentis autē multam habere gratiam.* Quæ res Aristotelicæ grauitati atque vsui nulla in parte correspondet. Sed omnibus manifestius, iactantia illa rem hanc prodit, quòd asserat sese artem Eristicam inuenisse. Falsitatis enim conuincitur à Protagora, qui, vt Diogenes est testis, *περὶ ἐριστικῶν*, de Eristicis scripsit: vixit autem ante Aristotelem non paucis annis. Sed & verba hæc: *προειλόμεθα νῦν εὑρεῖν τινὰ δύναμιν συλλογιστικὴν, περὶ τοῦ προβληθέντος, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ὡς ἐνδοξοτάτων, τοῦτο γὰρ ἔργον ἐστὶ τῆς διαλεκτικῆς καὶ τῆς πειραστικῆς. Proposuimus ergo inuenire facultatem quandam syllogisticam de proposita re, ex existentibus, tanquam opinione approbatis: hoc enim opus est dialectices, & tentatiuæ*; clarè conuincunt, vel hos Elenchos, vel illos Topicos non esse Aristotelis: quia in eis totis nihil est in hanc sententiam de tentatiua.

In eadem sunt naui ij libri, qui vocantur metaphysici. Nam & silentio sunt à Diogene præteriti; neque vllis locis in tot libris id nomen legitur. Tum quòd ingens quoddam confusionis chaos tum libris ijs, tum rerum tractationibus inest. Neque enim liber libro cohæret: nec videtur minus Alpha eius tractationis. quod Alexander etiam vidit. Philoponus comment. ijs in eundē, quæ nos ex Cypro attulimus, Pasicratis Rhodij esse ait. Tum quòd initio de sapientia ac primis rerum principijs se acturum proponit; aliud tamen maiore operis parte prosequitur. Agit enim de ente, eiusq; scientia, quam cum illa de primis principijs sapientia, miris modis permiscere atq; confundere videtur. Quæ res Aristoteli in more, vt sui omnes asserunt, non est, vt res scilicet rerumq; tractationes confundat. Duos etiam postremos libros, in quibus de ideis ac mathematicis agit, Bessario existimauit Aristotelis nullo pacto esse.

Acroasis autē physica à Diogene certè non nominatur, nec vsquā tot libris Aristotelicis id nominis reperitur: quin Nicomachi eius filij ea inscriptio eam arguit esse. Scribit enim Suidas in Nicomacho, *καὶ περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Et de physica auscultatione patris eius.* Vel etiam Xenocratis, quem eo titulo quosdam libros Laertius tradit scripsisse. Præter hæc, nos octo eos libros habemus: Iustinus verò Martyr, M. Antonini tempore florens, nouem, non octo physicæ Auscultationis libros numerat, cùm locos aliquot ex nono confutandos promat. Is idē non quatuor, sed tres de Cœlo libros producit. Neque etiam à Laertio nominantur; aut vllo tot librorum loco eorum fit mentio. Suspecti etiam redduntur duo illi de Generatione & Corruptione, quòd à Diogene reticeantur. Ac pari modo Meteorologici. Qui etiam dubium subeunt, quòd nullis libris vocentur, præterquam libris de Plantis, de quib. paulo post. Olympiodorus quoq; quatuor recenset rationes, quibus adducti sint nonnulli antiquorum interpretum, primum Meteororum esse Aristotelis nothum librum. Quibus rationibus & si ipse respondere conetur, non tamen tollitur, à quibusdam eum librum pro notho habitum. Quartus nō minus est dubius, cùm ad Meteorologicum negotium nō pertineat, quod Alexander is, qui eum exposuit, clarè fatetur. Liber autem de Mundo ab omnib. tanquam nothus reijcitur, præterquam ab vno Iustino, qui asserit, eum ab antiquioribus, tum esse Aristotelis, tum totius philosophiæ eius compendium creditum. Libri quoq; de Anima numero ipsorum in suspicionem veniunt, quòd Diogenes vnum numerat, nos verò tres habemus. Librum de sensu Scaliger nostræ ætatis doctissimus è classe Aristotelicorum librorum eijcit. Accedit quòd à Laertio non est nominatus: quo nomine omnes ij quos Parua naturalia quidam vocitarunt, sunt eijciendi. Eadem ratione Aristotelicus non est, liber de colorib. atq; etiam alia; quòd libro de sensu cap. 3. pollicetur se dicturū, cur colorum species non sint infinitę, hoc verò lib. cap. 3. infinitæ esse dicuntur. Liber quoque de Spiritu, spurius iudicatur, tum ex satis clara styli diuersitate, tum quòd amphora instituitur, & vrceus exit. Nā cum de spiritu instituisset dicere, in semē, in neruos, ossa, vsum pedum, & differentiam par-

tium abit oratio. quod certè Aristotelicæ methodi non est. Id ipsum indicauit, sed alijs, vt videtur, motus rationibus, egregius philosophus Nicolaus Leonicus. Sed & libri de Animalibus in eadem vel confusione, vel controuersia sunt. Nam Theodorus Gaza librum vnum de historijs eximit, & ordinem librorum immutat. Scribit enim in præfatione: *Sed quanquam libris nouem interpretatio hac historiarum consumatur, tamen qui nonus in exemplari græco continetur, hunc ego septimum collocaui, nec temerè id factum existimo. Agitur enim in eo, de hominis generatione, quam rem Aristoteles continuo à generatione animalium pollicetur explicaturũ. Itaque cùm quinto & sexto cæterorum animalium generationem exposuisset, nulli dubium esse debet, quin ille septimum hunc collocarit. Sed Apellicon Teius, de quo Strabo plura, vt alia permulta in exscribendis Aristotelicis libris deprauauit, sic id permutasse videtur. existimamus vltimum esse totius historiæ collocandum. Quoniam cùm Aristoteles agere de generatione inciperet, vltimo loco de homine dicturum se pollicitus est.* At ille non vltimo totius historiæ dixit, sed eius loci, quem de generatione tractaret; quod patet ex ijs quæ in sexto, qui secundus de generatione est, locum eum absoluens scribit. *Sequitur*, inquit, *vt pari modo de ijs quæ in terrestrium genere animal pariunt, atque etiam de homine disseramus. Tertius igitur hic à primo de generatione collocandus est, quo fit, vt idem septimus totius ordinis historiæ habeatur.* Hæc Theodorus, quantũ ad ordinem. Quantum verò ad numerum, statim subiungit: *Sunt etiam exemplaria, tum Græca, tũ verè Latina, quæ habeãt fragmentũ quoddã historys additũ. Sed id causas quasdam materiales agentesq; generationis humanæ exponit, non historiam complectitur. Itaque non inter historiæ libros hoc ego ponendum duxi, sed si collocandum vspiam est, libris de generatione, meo quidem iudicio, coniungendum.* Hæc quidem Gaza & permutat, & ordinat, quia pro certo habet, hos libros omnes Aristotelis esse: vultque historiæ libros, (nullo tamẽ certo testimonio) ab Apellicone Teio fuisse transpositos. Est tamẽ antiquus author, qui non nouem, vt Gaza vult, nec decem, vt vulgaria habent exemplaria, sed vndecim commemorat historiæ animalium libros. Is est Apollonius, qui libello suo de Admirandis historijs, cap. 35. scribit in hunc modum. εἴρηκε δὲ τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ιά τῶν ἱστοριῶν. *Dixit autem hoc Aristoteles in vndecima historiarum.* Is idem, quod maximè causam hanc confundit, cap. 27. tradit, aliud fuisse Aristotelis opus τῶν ζωικῶν, rerum animalicarum (vt ita dixerim,) aliud τῶν ζώων, Animalium ipsorum. Cui rei etiam Athenæus adstipulare videtur, in ijs quæ superiore volumine eius loca attulimus. Horum verò nulla sunt ne dum in extantibus libris, se ne apud Laertium vestigia. Sed quod huius rei difficultatem magis adauget est, quod Laertius de Animalibus nouem tantùm libros commemorat; nos diuersis titulis viginti & vnum habemus. Auerrois 7. metaph. comm. 31. citat librum de Animalibus sextum & decimum. Plinius verò lib. octauo cap. 16. quinquaginta ferè de animalibus volumina affirmat Aristotelem scripsisse, his quidem verbis: *Quos percontando quinquaginta ferè volumina illa præclara de animalibus condidit.* Antigonus verò quidam author, vt videtur antiquus, non quinquaginta, sed septuaginta de Animalibus libros Aristotelem scripsisse affirmat cap. 66. πλὴν ὅτι Ἀριστοτέλης, χωρὶς τῆς περὶ τοὺς βίους τῶν ζώων ὑπεροχῆς, καὶ τοιαῦτά τινα διέρχεται, πάνυ πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένος ἐν τοῖς πλείστοις αὐτῶν, καὶ οἷον ἔργῳ, οὐ παρέργῳ χρώμενος τῇ περὶ τούτων ἐξηγήσει, τὰ γοῦν πάντα σχεδὸν ἑβδομήκοντα περὶ αὐτῶν καταβέβληται βιβλία. *Enimuerò Aristoteles, præter calliditatis, quam animalia in vita sua vsurpant descriptionem, etiam huiusmodi quædam narrat. Vt qui permultum diligentiæ pleneque eorum impenderit, & non obiter sed seriò narrationibus hisce vacauerit, ad summam ferè septuaginta volumina de ijs composuit.*

Sunt igitur, si quos habemus de Animalibus libri, multis his rationibus controuersi, neque vlla est certitudo, qua eos reuera Aristotelis esse astrui possit. Itaque physicorum librorum nullus superest, qui pro vero & legitimo Aristotelis extra omnem dubitationem possit haberi. Sed liber de lineis insecabilibus, verus non ita pridem est inuentus, cùm pro eo Pachymerij paraphrasis legeretur, neque is tamen liquidò Aristotelis est opus. Testatur enim Simplicius comm. 8. in 3. de Cœlo, à quibusdam Theophrasto fuisse attributũ. ὡς εἰπὼν περὶ αὐτῶν ἐν τῷ περὶ ἀτόμων γραμμῶν, ὅπερ τινὲς εἰς Θεόφραστον ἀναφέρουσιν. *Et tanquam dixerit de his in libro*

de

*de lineis insecabilibus, quem aliqui in Theophrastum referunt.* Librum verò de Admirandis auditionibus, nemo literatorum est, qui Aristotelis eum esse audeat asserere. Ita omnia videntur ab Aristotelicis omnibus alijs discrepare. Quia itidem ratione problemata tot sectionibus partita, Aristotelis opus non esse, satis securè quis audeat affirmare: atque etiam, quòd à Laertio duo tantùm problematum libri nominantur. hæc autem vel vnus sunt, vel triginta & octo. Quo numero Laertius non problemata, sed physica quædam per elementa, κατὰ στοιχεῖον, recenset. Hæc verò non omnia sunt physica: nam & mathematica aliqua, & ethica illis sunt inserta. Atque ideo non ea sunt, quæ & Plutarchus, & Athenæus, & Gellius & Simplicius, & fortè alij titulo physicorum problematum subinde appellant: sed potius hæc sunt ea, quæ Diogenes nomine ἐγκυκλίων, Encycliorum recensuit Nam Gellius libro 20. cap. 3. ex Encyclijs problematis, hoc problema affert, quod reperitur sectione 30. problema 9. *διατί οἱ διονυσιακοὶ τεχνῖται, cur bacchanales artifices*, & quæ sequuntur. Attamen is ipse Gellius lib. 19. cap. 2. ex libro Aristotelis, quem physica problemata appellari ait, aliquot problemata excerpit, quæ itidem inter hæc reperiuntur. Videlicet sect. 7. probl. 28. & sect. 27. probl. 10. Quòd verò libro eodē cap. 4. secundo loco refert, & quod cap. 5. & cap. 6. affert, in his problematis nequaquam sunt. Quid verò de libris Politicis, Oeconomicis, Ethicis dicemus? inconcussi ne ij sunt, an verò concussionem patientur? Diximus superius, Politicos octo, numero cum Laertianis conuenire, sed inscriptione dissidere, quæ res dubios nos relinquit. Oeconomicum verò Diogenes vnū habet, Græca exemplaria duos, Latina tres, inter se longè & doctrina & methodo distantes. At Ethici duo magni titulo hoc, ipsi rei & tractationi contrario, in suspicionem veniunt, cum Parua potius ethica quàm magna appellari deberent. Tum etiam quòd à Laertio sunt omissi, neque vllis alijs libris citantur. Duabus his rationibus etiam Eudemici reijciuntur, Eudemique potius credendi sunt esse, cùm præsertim stylo, & rerum aliquarum diuersitate sint ab Nicomachijs differentes, à quibus videntur vsurpasse quartum, quintum & sextum libros, qui ijdem ipsi sunt & rebus & verbis cum quinto, sexto, & septimo Nicomachijs. Horum verò, si Ciceroni credatur, non est Aristoteles dicendus author: nam, lib. 5. de Finibus, ita scriptum reliquit: *Teneamus Aristotelem, & eius filium Nicomachum, cuius accuratè scripti de moribus libri, dicuntur quidem illi esse Aristotelis, sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius.* Deinde hi decem sunt. Diogenes verò, Ethicorum quatuor tantùm Aristotelis libros recenset. Rhetoricos autem nos tres habemus: Diogenes duos refert. Deinde bis aliam artem subiungit, quæ si de Rhetorica intelligantur iam quatuor libri erunt. Sed & Quintilianus lib 5. cap. de argumentis, ex Aristotelis Rhetorices lib. hanc affert sententiam: *Quid sequatur aut ambitum, aut superstitionem, quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici. Quæ omnino in his Rhetoricis nō reperientur.* Ea verò quæ ad Alexādrum est, & doctrinæ diuersitate, & stylo, & alijs multis à prioribus illis discrepans, eiusdem non esse authoris manifestum facit. Poetica quoq; in eadem est ambiguitate. Duos enim Diogenes de Poetica libros affert: hic vero vnus est, & quidem mancus, nec enim seruat promissa de comœdia. Libellus de Virtutibus Platonici cuiusdam potius videtur esse opus, quàm Aristotelis: Partitio enim illa animæ potentiarum, ex ijsque virtutum vitiorumque deductio, Platonis Platonicorumque doctrina est. Libri duo de Plantis, quod nomen inter incontrouersos initio positum fuerat, nunc in dubium vocatur: Nam eorum interpres ex recentioribus Græcis, attestatur eos libros primùm de Græcis Latinos factos, de Latinis Arabicos, de Arabicis rursus Latinos, ac demum de Latinis Græcos. Potuerunt fortè priores illi, germani Aristotelis fuisse; at quos habemus, vt sunt, nequaquam sunt Aristotelis. Vt fortè non est Physiognomica quæ & leuitate doctrinæ, & à reliquis diuersitate non videtur satis æquo iure Aristotelem authorem agnoscere. Atque hæc quidem de libris ijs, qui Græce sub Aristotelis nomine feruntur.

Nunc eos sumamus, qui eodem nomine, Latinè tantùm aut Arabicè scripti aliquandiu sunt circumlati, ac primò libri decem & quatuor titulo, Theologia siue mystica philosophia secundùm Aegyptios (quos Franciscus Rubeus Rauennas anno M D XIIII, Damasci, Arabicè scriptos inuenit, Latinosque fecit Petrus Nico-

laus Fauentinus) Aristotelis non esse, ipso statim initio produnt; nam ibi metaphysica appellantur, & res tractandæ proponuntur longè ab Aristotelica reliqua philosophia dissidentes. Nam & de anima mundi, de animabus terræ, ignis, ac reliquorum elementorum, tractatio & proponitur, & multis verbis & capitibus peragitur: quas Aristoteles nusquam agnoscere est dignatus. Sed & libri 3. cap. 6. animæ diffinitio Aristotelica traditur vti antiqui cuiusdam, quam Aristotelis sectatores præceptori adscribunt. Videtur attamen eorum librorum author, Platonis auditor fuisse, ex cap. 5. primi libri, vbi hæc leguntur verba: *Plato igitur olim dedit animæ plura attributa, quorum nos auriti fuimus testes, sed non scripsit vllum.* Sed potius opus id est Palæphati cuiusdam Aegyptij, quem asserit Suidas Aegyptiorum Theologiam scripsisse.

Liber de Pomo si non dormitanter legatur, satis se ipsum prodit Christiani hominis esse. Aristoteles autem Christum Christianorumque nomen plus quàm trecentis annis, vti principio horum voluminum docuimus, præcessit. Libellus autem de Nili inundatione, cùm nusquam reliquis libris commemoretur, quòd etiam à Diogene reticeatur, non Aristotelis, sed Aristonis potius Andronici discipuli credendus est esse, cum quo Strabo ait incontentionem Eudorum venisse, ob librum de Nilo, viciniitateque horum nominum, Aristonis, Aristotelis, fidem in Aristotelem deriuasse, est rationi consentaneum. Libellus verò is qui de Causis proprietatum elementorum inscriptionem fert, suppotititius esse deprehenditur manifesto, quòd Arabicarum sectarum mentionem faciat: ait enim: *Democritus autem, & Plato, & secta Araborum*: nullæ enim Aristotelis tempore inter Arabas literæ erant; sed longis post ea ætatibus, à Mahometi scilicet dominatu, ortum habuerunt, vt suo loco docebimus. Arguunt eum etiam multa ab Aristotelica philosophia abhorrentia, inter quæ magnus ille 36 millium annorum annus. Nec minus suppositirius est alter libellus, qui de Causis habet inscriptionem. Deprehenditur autem id ea ipsa ratione, quòd multa ab Aristotelis dogmatibus diuersa contineat; quod ex secunda, quarta, decima, atque alijs propositionibus appatet. Sed quod admiratione magis est dignum, librum de Nobilitate, quem Diogenes catalogo suo comprehendit, Plutarchus, & antiquissimus & grauissimus author, suspectum habuit, an Aristotelis esset. Sic enim in Aristidis fine scribit: Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς, καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἀριστόξενος ὁ Μυσικὸς, καὶ Ἀριστοτέλης, εἰ δὴ τὸ περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον, ἱστοροῦσι. *Demetrius verò Phalereus, & Hieronymus Rhodius, & Aristoxenus Musicus, & Aristoteles siquidem liber de Nobilitate in Aristotelis germanis est ponendus, narrant.* Athenæus quoque eadem ætate Apologia an Aristotelis esset, anceps animi fuit. Sic enim libro 15. καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος: *Et ipse Aristoteles in Apologia, nisi commentitius est sermo.* Quintilianus quoque libro 2. cap. quid sit Rhetorice, ita de Theodecticis ambigit: *A quo non dissentit Theodectes: siue ipsius id opus est, quod de Rhetorice nomine eius inscribitur, siue, vt creditum est, Aristotelis.*

Ad hunc ergo modum, de tot Aristotelicorum librorum numero, soli supersunt quatuor, qui omnem controuersiam effugerunt. ij sunt Mechanica, & libelli tres, contra Xenophanem, contra Gorgiam, cōtra Zenonem Huiusce autem rei tam absurdæ causam multiplicem potuisse esse conijcio. Prima, quòd situ atque tineis corrosi multorum librorum tituli, quodque & docti & elegantes viderentur libri, Aristotelis veluti celeberrimi authoris sunt nomine insigniti. Secundam verò puto, quòd cùm Alexandriæ Pergamique reges studio librorum comparandorum inter se certarent, magnis propositis præmijs, illis, qui ad se ferrent libros, cœpti sunt tunc quæstus gratia libri insignibus titulis adulterati. Quod nostris temporibus solent ij sæpe facere, in antiquorum metallis vel marmoribus ementiendis, qui Antiquarij gaudent nominari: nam sæpe recentia opera pro antiquis & vendunt, & supponunt. Hanc imposturam in libris, eorum regum tempore vsitatam fuisse, testatus est Galenus, in fine commentarij sui in librum Hippocratis de Natura humana, his verbis: *Et vt mittam alia, suppar discipulis eius* (scilicet Hippocratis) *fuit Plato: quorum si cuius hic liber esset, scriptoris ei nomen fuisset,*

*fuisset prascriptum. Nam ante atatem regum Alexandria & Pergami, inter quos erat in comparandis veteribus libris contentio, nullus vnquam liber falsum titulum habuerat; Verùm vt primùm acceperunt pramium, qui antiqui cuiuspiam authoris libros ijs afferrent; tum demum multos falso titulo insignientes attulerūt.* Cuius rei insigne exemplū narrat cōmentario secūdo in tertium librum Hipp. de Vulgaribus morbis, his verbis: *Quidam eum* (scilicet Mnemonem Siditam) *aiunt, cùm legendi gratia, tertium accepisset Vulgarium morborum librum ex magna illa Alexandria bibliotheca, restituisse, adulterinis adscriptis similis atramento & literis hisce notis. Sunt qui ex Pamphilia eū affirmant deportasse, ac tanto fuisse regē Aegypti erga libros studio Ptolemaū, vt omniū appellentium ad se libros deferri iuberet, quos relatos in nouas chartas, dominis descriptos daret, à quibus in portum inuectis ad se allati libri essent; allatos verò in bibliothecare poneret: atque inscriptiones erant, Ex nauibus acceptorum. Inter eos ferunt repertum esse tertium librum Vulgarium morborum, titulo insignitum, Sub correctore Mnemone Sidita. Quidam non esse inscriptum Sub correctore aiunt, sed solum nomen Mnemonis; quia & aliorum etiam omnium, qui cum libris appellebāt, regij ministri nomine reponendos in apothecas libros insigniuerunt. Neque enim continuò eos in bibliothecas asportasse, sed prius in certis adibus cumulatim deponere. Nam tanti studij ad veterum libros comparandos Ptolemai illius; magnum esse argumentum referunt rationem, quam habebat cum Athenensibus. Qui quindecim pigneratis argenti talentis Sophoclis, & Euripidis, & Aeschyli ab eis accepit libros, vt eos tantùm describeret, & mox sartos tectos restitueret. Cumq; magnificè eos apparuisset in pulcherrimis membranis, quos ab Athenensibus acceperat, retinuit, illis misit quos ipse instruxerat: orans, quindecim talenta tenerent, acciperentq; quòd veteres libros nouis commutaßet. Quòd si Athenensibus ne nouos quidem remisisset libros, non erat quod agrè ferrent, qui argentum hac lege acceperant, vt hoc ipsi seruarent, si ille retineret libros.* Hæc igitur præmiorum ratio à regibus illis proposita, in causa fuit, cur multi veterum authorum nominibus libros insigniuerint, vt scilicet maiora acciperent præmia. Hinc effectum est, quòd Hippocrati multi libri sunt adscripti, qui ab eo non fuerant conscripti. Vt est Prorrheticorum liber, quem Galenus, ex sententia aliquorum, Hippocratis non Coi, sed Heraclidis filij arbitratur, cuius etiam multi Aphorismos esse autumant, vt libro 3. de morbis vulgaribus narrat. Primo verò de Aliment. facult. ait, librum de Victus ratione referri in Hippocratem, vel Philistionem, vel Aristionem, vel Euryphontem, vel Philitem: & primo de Morbis vulgar. librum Prædictionum, Hippocratis non esse testatur. Liber etiam de Virginum passionibus, Hippocratis non est: ac etiam fortè alij eius viri non esse reperientur, etiamsi sub eius nomine ferantur. Platoni etiam multi sunt dialogi attributi, qui eum authorem non habuerunt; vt Epinomis, qui Philippi Opuntij eius auditoris est, testante id Diogene in vita Platonis & Athenæo libro 11. ex Hermippo, & Proclo, qui eum Platonis non esse hoc argumento asserit, quòd in eo dicatur, in cœlo solum Deos esse: cùm tamen in Phædone in terra, & Timæo terram ipsam deorum antiquissimam appellet. Id autem legitur compendio commentariorum in Phædonem. Ex Hermippi sententia Alcibiades secundus, non Platonis, sed Xenophontis est, vt is qui Axiochus Inscribitur. Aeschynis Socratici est; quod Laertius in Aeschyne, Suidas in Axiocho testantur. Huius Aeschynis etiam est Eryxias, quod ex Suidæ Aeschyne est conijcere. Ex quo etiam videtur dialogus de virtute eiusdem esse Aeschynis: quanquam ex Laertio, Simonis Socratici potius esse appareat; cuius Simonis Sisyphus etiam est, qui de Consultatione titulum præfert, quod ex Laertij Simone colligitur. Quod igitur Hippocratis, quod Platonis, quod etiam multorum aliorum præstantium authorum libris accidit: id quoque Aristotelicis non solùm verisimile est accidisse, verùm etiam reuera accidisse, expositorum eius nonnulli attestantur, quorum è numero Ammonius est, & Philoponus, & etiam ipsemet Galenus, commentarijs suis in librum de Natura humana, in quo ita scribit: *Quòd si veterum placita medicorum velis cognoscere, quos legas libros, vbi decreta sunt medica contracta, ascriptos quidem Aristoteli, à Menone tamen eius auditore sine controuersia scriptos, habes.* Quo circa Menonijs quidam his libris nomen dederunt. Sed clarius Ammonius causas aliquot ob quas Ari-

stotelici libri sint adulterati, exponit, dum prolegomenis in Categorias in hunc modum scribit: τρεῖς γὰρ ἀφορμαὶ γεγόνασι τοῦ νοθεύεσθαι τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους. μία μὲν ἡ ὁμωνυμία. γεγόνασι γὰρ καὶ ἕτεροι Ἀριστοτέλεις, ὧν τὰ συγγράμματα διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τινὲς ἐνόμισαν Ἀριστοτέλους. δευτέρα δ' ἡ τῶν συγγραμμάτων ὁμωνυμία. οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ, Εὔδημος, καὶ Φανίας, καὶ Θεόφραστος, κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου, γεγράφηκασι κατηγορίας, καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικήν. ἡ δὲ τρίτη τοιαύτη ἐστίν. Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον πάνυ ἐσπουδακέναι φασὶ περὶ τὰ Ἀριστοτελικὰ συγγράμματα, ὡς καὶ περὶ τὰ λοιπά, καὶ χρήματα διδόναι τοῖς προσφέρουσιν αὐτῷ βίβλους τοῦ φιλοσόφου· ἔνθεν τινὲς χρηματίσασθαι βουλόμενοι, ἐπιγράφοντες συγγράμματα τῷ τοῦ φιλοσόφου ὀνόματι προσῆγον. ἀμέλει φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρῆσθαι ἀναλυτικῶν μὲν τεσσαράκοντα βίβλους, κατηγοριῶν δὲ δύο. *Tres etenim causæ fuerunt, cur Aristotelis scripta notha fierent. Vna quidem nominis æquiuocum. Fuerunt namque etiam alij Aristoteles, quorum scripta, ob nominis æquiuocationem aliqui putarunt Aristotelis esse. Secunda verò causa est, nomina scilicet librorum eadem. Discipuli nanque eius Eudemus, Phanias, Theophrastus, per præceptoris æmulationem, scripserunt Categorias, peri Hermenias, & Analytica. Tertia verò causa talis est: Aiunt Ptolemæum Philadelphum incensum studio, fuisse circa Aristotelis libros, sicuti & circa alios, & munera dedisse ijs, qui sibi adferrent libros philosophi. Quare quidam ditari inde volentes, inscripserunt libros nomine philosophi, eiq; detulerunt. Hinc, aiunt, in magna illa bibliotheca, inuentos esse libros quadraginta Analyticos, Categoriarum verò duos.* Quanquam Philoponus Ammonij discipulus, viginriquatuor tantùm analyticos in veteribus bibliotheeis repertos esse asserat proœmio Priorum. Simplicius verò prolegomenis Categoriarum, Adrastum affert testem, de duobus Categoriarum libris, in his verbis: ἱστορεῖ δ' ὁ Ἄδραστος ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων, ὅτι φέρεται καὶ ἄλλο τῶν κατηγοριῶν βιβλίον, ὡς Ἀριστοτέλους. *Narrat verò Adrastus, in libro de ordine Aristotelicorum librorum, ferri & alium Categoriarum librum, veluti Aristotelis.* Nec verò singulares Aristotelis libri ad Ptolemæum seu vero seu fictirio nomine deuecti, sed etiam vniuersa eius bibliotheca, quod Athenæus primo libro testatur: Ἀριστοτέλην τε τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τούτου διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα, παρ' οὗ πάντα φησὶ πριάμενος ὁ ἡμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολεμαῖος, Φιλάδελφος δ' ἐπίκλην, μετὰ τῶν Ἀθήνηθεν καὶ τῶν ἀπὸ Ῥόδου, εἰς τὴν καλὴν Ἀλεξάνδρειαν μετήγαγε. *Atque Aristotelem philosophum, & Neleum qui horum libros seruauit, à quo omnia emens nostras rex Ptolemæus, cognomine Philadelphus, cum ijs quos ex Athenis atque Rhodo, in pulchram Alexandriam traduxit.* Cui loco videntur Strabonis probatissimi authoris verba omnino esse contraria. Namque is libro 13. ita, si quis latinè redderet, scripsit: *E Scepsi fuere philosophi Socratici, & Erastus, & Coriscus, & Neleus Corisci filius, qui Aristotelem, & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerant. Nam Aristoteles & bibliothecam & scholam Theophrasto reliquit: & primus omnium quos scimus libros congregauit, & Aegypti reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus verò eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit, hominibus sanè imperitis, qui libros inclusos ac negligenter positos tenebant. Cumq; Attalicorum regum, sub quibus erant, studium sentirent, conquirendorum librorum ad instruendam eam bibliothecam, quæ Pergami erat, eos in fossa quadam sub terra occuluerunt: quos & tineis & humiditate labefactatos tandem, qui ex eo genere erant, Apelliconti Teio tradiderunt, magno emptos argento, Aristotelicos scilicet atque Theophrasticos.* Is autem Apellicon Athenis habitauit. Athenis verò à Sylla captis, bibliotheca ea Romam est delata; prout & Strabo sequentibus, & Plutarchus post eum in Sylla his verbis Latinè redditis est attestatus. *Elegit sibi* ( de Sylla loquens ) *Apelliconis Teij bibliothecam, in qua plurimi Aristotelis & Theophrasti libri erant, qui vulgò nondum satis erant noti. Fertur autem ea perlata Romam, Tyrannionem grammaticum comparasse maiorem eius partem, & ab eo Andronicum Rhodium transumpta habuisse, in quæ medium protulisse, & descripsisse, eos qui nunc feruntur indices. Vetustio*

res

*res verò Peripatetici videntur illi quidem per se ipsos elegantes & eloquentes viri fuisse, Aristotelicis verò & Theophrasticis scriptis, nec multis, nec satis diligenter occurrisse; propterea quòd hæreditas Nelei Scepsij, cui Theophrastus libros reliquerat, in homines simplices & minime ambitiosos deuenisset.* E Strabone, è Plutarcho, èque Athenæo, Aristotelicam bibliothecam in Nelei manus peruenisse constat. Duo verò illi tradunt eam à Neleo posteris suis traditam, ab his Apelliconti venditam. Athenæus verò Ptolemæo Alexandriæ regi venditam affirmat: quæ quidem aperta est discrepantia. At nullo negotio videtur solui posse. Nil enim difficultatis in hoc fuerit, si duplicia eius bibliothecæ exemplaria habuerit Neleus, vel transcribenda curauerit; vt altera scilicet magno præmio Ptolemæo venderet, altera domi secum haberet, quæ hæredibus postea reliquerit: Illa, librorum titulis ob præmia multiplicatis, in incertum euaserint: hæc verò tineis primùm, dein Apollicontis ambitioso quodam studio, mox Tyrannionis, ac librariorum postremò scriptorumque negligentia sint corrupta, & plena erroribus edita. inde necessariò euenit, vt libri, qui ex Alexandrina bibliotheca prodierunt, controuersi: isti verò, qui Romam sunt delati, pleni errorum remanserint. Qui verò illi sint, qui ex Alexandria vel Athenis prodierint, maximè omnium iam est in tenebris, neque à quoquam vetere, aut recentiore, vel interprete vel authore alio, quantum lectione multiplici assequi potuerim, est traditum. Itaque omnes sunt incerti, omnes in ambiguo ac controuersia positi, accedentibus præsertim rationibus ijs, quas multas in singulis expendendis hoc libro attulimus. Quartam verò causam eam fuisse existimo, quòd fuerit in more antiquissimorum hominum, vt, si cui libro authoritatem accedere cuperent, vel Dei alicuius, vt Aegyptij Mercurij; vel hominis alicuius insignis nomine ornarent, reuerentia scilicet quadam, vel etiam quòd vendibiliorem eo nomine sperarent fore, vel quòd fœtui proprio, alieni nominis quàm sui insignibus, gratiam maiorem consequi sperarent ac immortalitatem: vel postremò, quòd reuera author libri ignoraretur, viderenturque in eo contenta dogmata non nisi magni viri esse; aut etiam negligentia quadam, ac nulla librorum expensione, alicuius eos viri celebris nomine insigniuerunt. His de causis euenisse puto, libros multos Aristoteli fuisse adscriptos. id namque etiam alijs illustribus accidit authoribus. Nam Galeno, quanquam de libris suis librum edidisset, quo testatum relinqueret, qui nam à se conscripti libri essent, sunt tamen reperti homines audaculi, qui illi, præter à se nominatos, ascripserunt libros plusquam quadraginta, hos scilicet omnes: Introductio. Diffinitiones medicæ. Quòd qualitates sine corpore sint. An animal sit quod in corpore continetur. de Vrinis. Dignotio passionum quæ in renibus sunt. Philosophica historia: (quæ vt ex Theodoreti libris 3. 4. & 5 Græcarum passionum collegi, Aetij est) de Facile parabilibus medicamentis ad Solonem, & alius eodem titulo. De mensuris & ponderibus. De atra bile, ex Galeno, Ruso. De medicamentis quæ inter se commutantur. De decubitu prænotiones ex mathematica scientia De spermate. De natura & ordine cuiusque corporis De anatomia parua. De anatomia viuorum. De anatomia oculorum. De virtutibus nostrum corpus dispensantibus. De voce & anhelitu. De vtilitate respirationis. Compendium pulsuum. De motibus manifestis & obscuris. De dissolutione continua. De bonitate aquæ. De vinis. Præsagium experientia confirmatum. De vrinæ significatione, ex Hippocrate. De simplicibus medicamentis ad Paternianum. De virtute centaureæ. De catharticis. De mulierum passionibus. Secretorum ad Montium. De medicinis expertis. De cura icteri. De cura lapidis. Quæsita in Hippocratem. De dynamidijs duo. De partibus artis medicinæ. Vt mirum prorsus videatur, viro omnia sua scripta contestanti, tam magnum librorum numerum, præter eius testimonium, accessisse. Idem accidisse videmus Homero, Demostheni, Virgilio, Origeni, Cyrillo, & alijs celeberrimis scriptoribus, quibus multi, ab eis minime scripti libri, sunt adscripti: vt nequaquam mirum sit, Aristoteli quoque multa adscripta fuisse, quæ ipse non scripserit. Sed quod omnium maximè literatus quisque stupeat, decem & septem Geographicorum libros Strabonis nomine circũferri, cùm tamen Strabonis minime sint. Id verò

elicitur ex Athenæi verbis his, quæ sunt libro 14. μνημονεύει δ' αὐτῶν (scilicet περνῶν) Στράβων ἐν τρίτῳ γεωγραφουμένων, ἀνὴρ οὐ πάνυ νεώτερος. λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα, συγγενόμενον Σκιπίωνι, τῷ τὴν Καρχηδόνα ἑλόντι. *Meminit earum* (pernarum scilicet) *Strabo in tertio Geographicorum, vir non admodum recentior. Namque libro septimo eiusdem operis ait se cognouisse Posidonium Stoicum philosophum, cuius sæpe mentionem fecimus, veluti familiaris Scipioni illi, qui Carthaginem cepit.* Capta autem est Carthago anno quarto Olympiadis centesimæ quinquagesimæ octauæ; à qua ad Augusti verum Imperium anni intercurrerunt centum quindecim. Augustus autem solus in Imperio vixit annos quatuor & quadraginta: ita vt à Carthagine capta ad finem Imperij Augusti 159 anni fuerint. Strabo autem hic, quem habemus, non solum Augusti, sed etiam Tiberij meminit. Libro enim tertio sic scribit: τούς τε γὰρ συνέχοντας ἔτι νῦν μάλιστα τὰ λῃστήρια Κανταβρους, καὶ τοὺς γειτνιῶντας αὐτοῖς κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, καὶ ἀντὶ τοῦ πορθεῖν τοὺς τῶν Ῥωμαίων συμμάχους, στρατεύουσι νῦν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, οἵ τε Κωμακοὶ, καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες, πλὴν Τυίσοι ὅτε ἐκεῖνον διαδεξάμενος Τιβέριος, τριῶν ταγμάτων στρατιωτικῶν ἐπιστήσας τοῖς τόποις. *Nam Cantabros, & vicinas illis gentes, quæ adhuc latrocinia retinent, Cæsar Augustus oppressit. Et qui Romanorum sociorum prædones erant, nunc pro Romanis militant, Comaci videlicet, & qui ad Iberi fontes habitant, præterquam Tuisi. Ac Tiberius, qui ei successor fuit, tribus militum ordinibus iis locis impositis.* Cuius Tiberij sæpe etiam aliàs facit mentionem, vt libro quarto, & septimo, & alijs; vt satis clarescat, eum vel sub Tiberio, vel etiam post eum vixisse ac scripsisse. Quare necesse est si Posidonium cognouit, eum ad minimum vixisse centum quinquaginta nouem annos. Sed quod etiam me magis mouet, id est, quòd Pernarum fit quædam libro tertio commemoratio, sed longè alijs verbis; quàm quæ Athenæus recenset. Ea sunt hæc, vti diximus, libro 14. γράφει δ' οὖν ὁ Στράβων οὕτως. Ἐν Ἰσπανίᾳ πρὸς τῇ Ἀκυτανίᾳ πόλις Πομπέλων, ὡς ἂν εἴποι τις Πομπηιόπολις, ἐν ᾗ πέρναι διάφοροι συντίθενται, ταῖς Κιβυρατικαῖς ἐνάμιλλοι. Scribit verò Strabo sic *In Hispania, ad Aquitaniam, ciuitas Pompelon, veluti quis dicat Pompeiopolis, in qua Pernæ variæ conficiuntur, Curicis similes.* Strabonis verò huius nostri verba sunt hæc, libro 3. ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰακκητανίας πρὸς ἄρκτον τὸ τῶν Οὐασκώνων ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Πομπέλων, ὡς ἂν Πομπηιόπολις. αὐτῆς δὲ τῆς Πυρήνης τὸ μὲν Ἰβηρικὸν πλευρὸν, εὔδενδρόν ἐστι παντοδαπῆς ὕλης, καὶ τῆς ἀειθαλοῦς; τὸ δὲ Κελτικὸν ψιλόν: τὰ δὲ μέσα περιέχει καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένους αὐλῶνας: ἔχουσι δ' αὐτοὺς Κερρητανοὶ τὸ πλέον τοῦ Ἰβηρικοῦ φύλου, παρ' οἷς πέρναι διαφόροι συντίθενται, ταῖς Κανθαρικαῖς ἐνάμιλλοι, πρόσοδον οὐ μικρὰν τοῖς ἀνθρώποις παρέχουσαι. *Supersidet verò Iaccetania ad Septentrionem Vasconum gens, in qua ciuitas Pompelon, veluti Pompe polis. Ipsius verò Pyrenes latus Hispanicum arboribus omnifariam sylua, & eius quæ semper virèt repletum. Quod Celtas spectat, nudum. Media verò continent conualles, quæ bene habitari possunt: eas verò habent Cerrhetani, vt plurimum Hispanici generis, apud quos pernæ variæ conficiuntur, Cantharicis similes, reditum non paruum hominibus præbentes.* Quòd si quis asserat, vtrosque hos contextus Strabonis eiusdem esse, sed temporum longinquitate vel scriptorum negligentia corruptum alterum: rogetur is, cur id potius credat, quam quòd posterior hic Strabo geographum, vti prior ille, scribens, & Hispaniam libro tertio, vt ille, describens, voluerit, de Pompeio loquens, eandem cum illo etymologiam vrbi dare, & pernarum mentionem, vti rei eius loci præcipuæ ac propriæ, ex illo sumere; reliqua verò, in quibus differunt, suo modo tradere. Sed quod eum facile conuincat est, quòd septimo libro nullam Carthaginis, nullam Scipionis, nullam Posidonij cum Scipione amicitiæ, nullam suæ cum Posidonio, mentionem faciat: & quod longè maius est, nullo librorum aliorum. Sæpe ille quidem Posidonium nominat, laudatque: semel tantùm Scipionem Aemilianum, vltimo scilicet libro, nominat; sed eo loco Posidonius non nominatur: se autem Posidonium nouisse, nullibi totis his libris legitur. Semel libro 16. hæc leguntur verba: ἐν ταύτῃ δ' ἦν δ' ὁ Ποσειδώνιος ὁ Στωικὸς, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος. quæ interpres sic vertit: *Ex hac vrbe est Posidonius Stoicus, vir philosophorum nostri temporis eruditissimus.* Nescio tamen an

illud

illud, καθ' ἡμᾶς, rectè vertatur semper, Nostri temporis. Neque enim concordat tempus Strabonis huius, cum tempore Posidonij Apamensis, de quo hoc loco Strabo loquitur; nam eum testatur Suidas Panætij discipulum & successorem fuisse, Romamque venisse sub M. Marcello, qui fuit annus (vt etiam vltimum Marcelli consulatum ponamus) à condita vrbe 602. Imperij verò Tiberij initium cœpit anno vrbis eiusdem 767. post aduentum scilicet Posidonij annos centum sexaginta quinque. Secure itaque concludendum, Strabonem, de quo Athenæus loquitur, alium fuisse ab eo, qui Tiberij tempore floruit, cuius libros geographicos xvii. habemus. Dirimere hanc litem nominum Strabonis ac Stratonis vicinitas rectè posse videtur; patriæ quoque, & professionis, & scriptorum identitas. Nam Suidas sic de vtroque scribit: Στράβων Ἀμασεὺς φιλόσοφος καὶ γεωγράφος. *Strabo Amaseus philosophus, & Geographus.* Et infrà non ita multum: Στράτων Ἀμασεὺς, φιλόσοφος, γέγονεν ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος, καὶ ἔγραψε γεωγραφίαν ἐν βιβλίοις ζ. *Strato Amaseus philosophus fuit sub Tiberio Cæsare, & scripsit Geographiam libris septem.* Hic si ante illud ζ ponatur ι, decem & septem libros faciet, quot sunt tecta hi, quos habemus. Neque hic error in numeris, difficilis est vt contingat; quando difficile non est, vt scriptor, qui quandoque integras periodos ommittat, vnum etiam iota ommittat. Itaq; concludendū est, cùm in his tertio, & septimo libris nihil reperiatur eorum, quæ Athenæus citat; hos Geographiæ libros, non Strabonis illius veteris, sed Stratonis huius neoterici, qui sub Tiberio vixit, & Geographiam scripsit, esse. Nec satis est argumenti, afferre Diogenem Laertium, qui in Stratone, ex professo Stratones celebres enumerat, & octo nominat, nullam tamen huius Amasei Stratonis mentionem facit. Non enim omnes cognouit, quando Suidas vetustiorem hoc Amaseo, Comicum quendam afferat, mediæ Comœdiæ poetam, cuius drama etiam ait fuisse Phœnicum. Sic enim scribit: Στράτων κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἦν φοῖνιξ. Hic tamen à Laertio non numeratur. Quòd verò nec à Plutarcho, nec alijs antiquis Strato hic Geographus agnoscatur, imò quando Geographum citant, Strabonem, non autem Stratonem, appellant, quid mirum, si libri huius Stratonis latuerint, quando etiam Aristotelis ipsius libri, præter admodum paucos, plus annis CCLX. ignoti omnibus iacuerint? Nisi ergo error sit in Athenæo, loco allato, proculdubiò geographia quæ extat, non Strabonis, sed Stratonis esse, erit iudicanda. Hæc enim nominis vel vicinitas, vel identitas, tales sæpe errores committit, quod in Aristotele superius ex Ammonio vidimus; & nunc agnoscimus, ex Suida, Argonautica illa, quæ Orphei nomine feruntur, non esse Orphei Lebethrij, vt hactenus est creditum, sed Orphei Crotoniatæ, qui Pisistrati familiaris fuit: Hymnos quoque Orphei Ciconæi, non autem Lebethrij esse. Fuere etiam, viri docti ætate nostra, qui Plutarchi Agesilaum, non Plutarchi, sed Xenophontis esse asseruerint, nescientes, vtrosque hos authores Agesilaum scripsisse. Et passim vt Plutarchi, vita Aristotelis citatur, quia cum Plutarchi vitis Latinis impressa sit, cùm tamē Guarinum Veronensem habuerit authorem: ita literati sæpe homines in rebus clarissimis hallucinantur, idque in mille librorum exemplaribus diuulgaris iam, & ab omnibus cognitis. Quid ergo arbitrandum est in rebus abstrusis & antiquitate absconditis accidisse, tum in Aristotelis operibus, tum aliorum authorum? Ea enim æquiuocatio in Alexandri quoque commentarijs accidit, cuius videntur sine vlla controuersia esse commentaria in Analyticos priores, quod ex Philoponi 4. com. in eosdem clarè confirmatur. Metaphrasis etiam in libros de Anima: Quæstiones tum naturales tum morales: librum quoque de Fato indubiè eius esse plerique nostratium philosophorum, & arbitrati sunt, & arbitrantur. Sed Eusebius verbis quibusdam, quæ refert libro 6. capite 7 eum in dubium adducit. Ea sunt: *Nunc Aphrodiseum audiamus Alexandrum, præclarum in philosophia virum, qui in libro, quem de Fato ad Antoninum edidit; his verbis Chrysippi dogma refutat. Omnium quæ fiunt, quatuor sunt causæ, vt diuinus Aristoteles demonstrauit.* Quorum verborum est quidem sententia capite 2. sed verba alio modo posita, ac sine epitheto illo. Diuinus. ita enim iacent: *Diuiduntur quippe eorum quæ fiunt causæ in quatuor causarum modos, Vt Aristoteles demonstrauit.* Atque etiam ita habent in Græco codice: διαιρεῖται δὴ τὰ τῶν γινομένων αἴτια εἰς τρόπους αἰτίων τέσσαρας, καθὼς Ἀριστοτέλης δέδειχεν. Chrysippi autem

nibus non accuratis, quando & accuratissimis, in antiquorum monimentis, saepius id accidit. Inter quos posuerim etiam Philoponum, qui commentarijs in secundum Priorum ita scripsit: *At Alexander philosophi interpres in quodam uno libro vult praeceptorem suum Sosigenem fuisse eiusdem opinionis.* Nam dum ait, Philosophi interpres, videtur Aphrodisieum innuere, qui ἐξηγητὴς est appellatus; nisi quis dicat, eum eo agnomine etiam Aegaeum potuisse intelligere, alio qui in praeceptore Aphrodisiei assignando errasse, cùm tempora nequaquam id ferant, & nullus alius Sosigenes memoretur, quàm is qui annum correxerit sub Iulio Caesare. Securè itaque pronunciare audeamus, commentarios in libros Meteoros, quia in ijs non inueniantur quae Olympiodorus ex eis citat, nec ea quae tertio quaestionum suarum ex meteorologicis eius commentarijs afferuntur, Aphrodisiei non esse. In quibus cùm Sosigenes praeceptor nominetur, Aegaei Alexandri esse. Ob eandem hanc causam commentarios in Metaphysicos Aegaei esse. Commentaria verò in Topicos, certò scio neutrius horum esse Nam & octauo libro, in caput de Responsione, Galenum authoritatem iam habentem nominat. Galenus autem Aphrodisieo coaetaneus fuit; Aegaeo verò multis annis posterior. Sed euidentius, etiam in librum quintum, commentario primo, quinque voces nominantur, atque ex ijs proprij significatio refertur, & angelorum ac animatum immortalitas. Quorum alterum testatur, Aphrodisiei hoc opus non esse, qui angelos non nouit, & animarum mortalitatem induxit. Alterum, hunc Alexandrum, posteriorem Porphyrio etiam fuisse. Porphyrius enim quinque voces conscripsit: fuitque Aphrodisieo posterior, & hic Aegaeo. Quod decimo harum discussionum libro clarè à nobis ostendetur. Quare commentaria in Topicos, nec Aegaei nec Aphrodisiei Alexandri opus sunt. Eiusdem tertij Alexandri sunt commentaria in Elenchos. In quorum primo statim commentario, & Athenaeum, & Proclum nominat; nono verò Galenum. Fuit autem Athenaeus, Galeno contemporaneus. Sub Antonino enim ambo floruerunt cum Aphrodisieo. Proclus autem, si de Lycio intelligatur, etiam Porphyrio multis annis posterior fuit. Fuisse autem hunc eundem Alexandrum, cum eo, qui in Topicos commentaria scripsit, clarè ipsemet testatur, initio vltimi commentarij, sic scribens: *Vim quandam disserendi appellat locorum tractationem, & quam ob rem vis appellatur in libris Topicorum diximus.* Dixit autem id primo commentario. Itaque tertius hic Alexander est ab Aegeo, atque Aphrodisieo, vtrisque longe posterior aetate. Est tamen vsque ad hunc diem à Peripateticis omnibus pro Aphrodisieo habitus. Vt tandem iam testatum sit, his tot scriptorum exemplis, libros vnius authoris saepe alterius nomen subijsse. Veluti Archytae euenisse opinatus est Themistius, testante Boetio, qui negat Pythagorici Archytae librum eum esse, in quo de decem entis generibus egit, quem ferè integrum ad verba vsque ipsa Aristoteles in suas Categorias transtulit, sed Archytae alicuius Peripatetici. Ita quoque credendum est, sine multa admiratione, Aristotelicis libris, Aristotelisque nomini vsuuenire potuisse.

ARISTOTE-

# ARISTOTELICORVM LIBRORVM DIIVDICATIO.

## LIBER QVARTVS.

CONTROVERSIIS Aristotelicorum librorum superiore volumine expositis, scio te, ornatissime Zacharia, magnam animo cepisse molestiam; quòd videatur nullo iam gradu Aristotelica philosophia consistere, nullo firmo solo dogmata eius sita. Si enim omnes primò in vniuersum libri, tum extantes, tum etiam qui ad nostra secula non peruenerunt; deinde ij, quos præ manibus habemus singuli, in dubium vocentur, nullaque certitudine, quòd Aristotelici sint, nitantur, iam non immeritò nullam Aristotelis philosophiam esse possumus arbitrari. Quod si admittatur, frustra iam te Aristotelicis studijs inhiare, vanũ iam omnem tuum laborem futurum, rectâ ratione vereare. Huiusce verò spei abiectio, quam, maximis profectibus te illustrem futurum, tu, tuique & cognati & amici omnes, animo conceperamus, non sine magno animi dolore sentiri potest. Hunc autem dolorem nimia quædam & superstitiosa forsan diligentia mea videtur incussisse. Quid enim opus fuit, notitiam Aristotelicorum librorum aliquam flagitanti, tam exactam dare, vt nulla prorsus euaderet? ac tibi philosophiæ cupidine flagranti non solùm remoras obijcere, sed omnem omninò cursum intercidere? Sed ego ipse, qui id vulnus nimis minuta diligentia inflixi; alia, non minutiore, medicari tentabo, iisdem antiquorum authorum & herbis & succis. Ex eorum enim testimonijs concinnabo tibi historiam quandam, ex qua fortè aliqua eruetur medela, quæ istum tuum dolorem lenire, atque animum fluctuantem comprimere valeat. Est igitur in 13. Strabonis (suo enim nomine posthac huius Geographiæ authorem appellabo) libro, historia hæc verbis ipsis: ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν Ἔραστος, καὶ Κορίσκος, καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεύς, ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος, καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν, ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος ὧν ἴσμεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν, ὁ δ᾽ εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ᾽ αὐτὸν παρέδωκεν, ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, οὐδ᾽ ἐπιμελῶς κείμενα. ἐπειδὴ δ᾽ ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ᾽ οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία, εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν, ἐν διώρυγί τινι. ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα, ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους, καὶ τὰ Θεοφράστου βιβλία. ἦν δ᾽ ὁ Ἀπελλικῶν, φιλόβιβλος μᾶλλον, ἢ φιλόσοφος. Διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφήν, ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν Περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον, ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία, πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν· τοῖς δ᾽ ὕστερον, ἀφ᾽ οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν καὶ ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσεβάλετο. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτήν, Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην, ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών. δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο, φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης, καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Quæ sic versa sunt. *E Scepsi fuere philosophi Socratici, Erastus, & Coriscus, & Neleus Corisci filius, qui Aristotelem, & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliotheca Theophrasti, in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles, & bibliothecam, & scholam reliquit Theophrasto. Et primus omnium, quos scimus libros congregauit, & Aegypti reges bibliotheca ordinem docuit.*

*docuit. Theophrastus verò eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit; hominibus sanè imperitis, qui libros inclusos, ac negligenter positos tenebant. Cumq́; Attalicorum Regum sub quibus erant, studium sentirent conquirendorum librorum, ad instruendam eam bibliothecam, quæ Pergami erat; eos in fossa quadam sub terram occuluerunt; quos & tineis, & humiditate labefactos, tãdem sero, qui ex eo genere erant, Apelliconti Teio magno emptos argento tradiderunt, Aristotelicos scilicet, atque Theophrasticos. Apellicon, qui magis librorum esset studiosus, quàm sapientiæ, volens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non rectè suppleta, quapropter libros edidit erroribus plenos; sed antiqui Peripatetici post Theophrastum, cùm omnino libris carerent paucis duntaxat præsertim exotericis exceptis, nihil habebant in quo firmiter philosopharentur, sed positiones quasdam lucubrabant. Posteriores postquam hi libri in lucem venere, Aristotelem imitantes, melius quàm illi philosophati; ac Aristotelem secuti sunt. Coacti tamen sunt propter errorum multitudinem plerumque ex coniectura, ac consentaneè dicere. Multum his erroribus Roma adiecit. Nam continuo post Apelliconis obitum Sylla, quando Athenas cepit, eius quoque bibliothecam cepit. Quam, Romam delatam, Tyrannio Grammaticus, peiorem reddidit, cùm Aristotelis amantissimus esset, eo qui bibliotheca præerat sibi conciliato. Et bibliopolæ quidam, scriptoribus non bonis usi, & non collatis codicibus; quod & hic, & Alexandriæ, libris qui in venditionem transcribuntur, euenit.* In quam ferè sententiam Plutarchus quoque in Sylla sic itidem scribit. καὶ μυηθεὶς ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλικῶνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. λέγεται δὲ κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλά, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν Ῥόδιον Ἀνδρόνικον εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων, εἰς μέσον θεῖναι καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας, οἱ δὲ πρεσβύτεροι περιπατητικοὶ φαίνονται μὲν καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, χαρίεντες καὶ φιλολόγοι; τῶν δ' Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου συγγραμμάτων, οὔτε πολλοῖς, οὔτ' ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες; διὰ τὸ Νηλέως τοῦ Σκηψίου κληρόνομον, ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώπους περιγενέσθαι. Quæ ita vertimus. *Atque expiatus selegit sibi Apelliconis Teij bibliothecam, in qua plerique Aristotelis, ac Theophrasti libri inerant; eo tempore non satis vulgo noti. Fertur autem, postquam ea Romam delata fuit, Tyrannionem Grammaticum, plerósque obtinuisse, & ab eo Andronicum Rhodium, transumpta acquisiuisse, inq́; medium produxisse; exscripsisseq́; eos indices, qui nunc feruntur. Antiquiores verò Peripatetici videntur quidem per se illi elegantes fuisse viri, atque eloquentiæ studiosi, non autem multis Aristotelis, Theophrastiq́; scriptis, aut diligenter occurrisse. Propterea quod hæreditas Nelei, cui Theophrastus libros reliquerat, ad homines idiotas, ac minimè ambitiosos deuenerat.* Neleum verò hunc, puto inter Theophrasti præcipuos discipulos fuisse: nam ei libros Testamento reliquit; vt est apud Laertium, τὰ δὲ βιβλία πάντα, Νηλεῖ. *Omnes verò libros, Neleo*; Quẽ etiã scholæ participẽm, secundo loco instituit, ait enim Ἔστωσαν δὲ οἱ κοινωνοῦντες Ἵππαρχος, Νηλεύς, Στράτων, Καλλῖνος. *Sunto participes, Hipparchus, Neleus, Straton, Calinus*. Is vt puto dicitur à Strabone primus, qui libros congregauerit. Aegyptiósque Reges, bibliothecæ ordinem docuerit. Nam hoc postremum, minimè est de Aristotele intelligendum; qui anno post Alexandrum obijt, quando nondum erat Aegypti Rex Philadelphus, qui fuit Ptolemæorum secundus, & primus qui bibliothecam instruxit. Huic, à Neleo venditos fuisse Aristotelicos libros, superiore libro tetigimus ex Athenæo, cuius quoque testimonio patet prius illud Strabonis, Neleum, vel etiam Aristotelem primum fuisse, qui bibliothecam adornauit, esse falsum. Sic enim scribit de Larensio loquens. ἦν δέ, φησί, καὶ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ, ἀρχαίων, ἑλληνικῶν τε, τοσαύτη; ὡς ὑπερβάλλειν πάντας, τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τεθαυμασμένους, Πολυκράτη τε τὸν Σάμιον, καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων τυραννήσαντα, Εὐκλείδην τε τὸν καὶ αὐτὸν Ἀθηναῖον, καὶ Νικοκράτη τὸν Κύπριον, ἔτι δὲ τοὺς Περγάμου βασιλέας, Εὐριπίδην τε τὸν ποιητήν, Ἀριστοτέλη τε τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τούτων διατηρήσαντα βιβλία, Νηλέα, παρ' οὗ πάντα φησὶ πριάμενος ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς Πτολεμαῖος Φιλάδελφος ἐπικληθείς, μετὰ τῶν Ἀθήνηθεν, καὶ τῶν ἀπὸ Ῥόδου, εἰς τὴν καλὴν Ἀλεξάνδρειαν, μετήγαγε. *Erat, inquit, illi librorum antiquorum græcorumq́; acquisita copia tanta, vt superaret quotcunque propter eorum congregationem*

*sunt*

*sunt in admiratione habiti, Polycratem Samium, Pysistratum, qui Atheniensium tyrannus fuit, Eucliden & ipsum Atheniensem, Nicocratem Cyprium, Euripidem poetam, & Aristotelem philosophum, Neleumq́ qui horum libros asseruauit. A quo fertur noster Rex Ptolemaus, Philadelphus cognomine omnes emisse simulq́ cum ijs, quos ex Athenis, Rhodoq́ coemerat, in pulchram Alexandriam traduxisse*. Ex quo loco claret neque Aristotelem, neque Neleum fuisse primum, qui bibliothecam instruxerint: sed ante ipsos, Euripidem, Nicocratem, Pisistratum, ac Polycratem.

Qua autem ratione vtrunq; verum esse possit, Neleum hāc bibliothecam & hæredibus suis reliquisse, & Philadelpho vendidisse, satis clarè, vt puto superiore libro, ostendimus; duplices, scilicet, codices habuisse, vel fecisse, vt alteros diuenderet, alteros hæredibus legaret.

Sed Apellicon quis fuerit ostendit idem Athenæus lib 5. de quo ita scribit: ἐκπέμψας γοῦν εἰς τὴν νῆσον Ἀπελλικῶντα τὸν Τήιον, πολίτην δὲ Ἀθηναίων γενόμενον, ποικιλώτατόν τινα ἀψίκορον ζήσαντα βίον. ὅτε μὲν γὰρ ἐφιλοσόφει, καὶ τὰ περιπατητικά, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους βιβλιοθήκην, καὶ ἄλλας συνηγόραζε συχνάς, ἦν γὰρ πολυχρήματος. *Emisit ergo in insulam Apelliconta Teium, qui ciuis Atheniensis factus fuerat, varia cuiusdam, atque inconstantis vitæ hominem; quandoque enim philosophabatur peripateticè, atque Aristotelis bibliothecam emebat, aliasq́ multas, erat enim prædiues.*

Post obitum Apelliconis, Sylla Athenas cepit, eiusque bibliotheca est potitus. Quod fuit anno quarto Olympiadis 173. eamque Romam deportauit. Octo annis post, Sylla moritur: anno scilicet 4. Olymp. 175. post cuius mortem. Lucullus Mithridate deuicto, Tyrannionem Grammaticum cepit, quod Plutarchus in Lucullo sic scripsit: τότε καὶ Τυραννίων ὁ γραμματικὸς ἑάλω. Μουρήνας δ' αὐτὸν ἐξῃτήσατο, καὶ λαβὼν ἀπηλευθέρωσεν, ἀνελευθέρως τῇ δωρεᾷ χρησάμενος, οὐ γὰρ ἠξίου Λεύκολλος, ἄνδρα διὰ παιδείαν ἐσπουδασμένον, δοῦλον γενέσθαι πρότερον, εἶτα ἀπελεύθερον. ἀφαίρεσις γὰρ ἦν τῆς ὑπαρχούσης ἡ τῆς δοκούσης ἐλευθερίας δόσις. *Tunc & Tyrannio Grammaticus captus est, quem Murena petijt, & acceptum libertate donauit, illiberaliter dono vsus. Non enim volebat Lucullus, virum disciplinis ornatum, seruum fieri primùm, vt libertate posteà donaretur. Ablatio namq; fuit veræ libertatis, apparentis donatio*. De quo Suidas etiam hæc prę̄ter alia nō nulla: ὃς ἤχθη εἰς Ῥώμην, ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑπὸ Λευκόλλου ὅτε κατεπολέμησε Μιθριδάτην τὸν τοῦ Πόντου ἐθνῶν βασιλεύσαντα. διαπρεπὴς δὲ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ καὶ πλούσιος, ἐκτήσατο καὶ βιβλία ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας, ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ὑπὸ ποδάγρας παραλυθείς, ὀλυμπιάδι ρκ. ἐν τῷ γ. ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος. *Qui Romam est ductus, seruus captus à Lucullo, quando Mithridatem eum qui Ponti gentibus imperauit, deuicit. Illustris verò Romæ factus, & diues, acquisiuit libros supra triginta millia. Obijt senex à podagra resolutus olymp. 120. tertio anno Olympiadis*. In hoc tempore, error est. Nam Lucullus Mithridatē debellauit 177 Olympiadis, anno primò. Quo ergo pacto Tyrannio 177 Olympiade captus, 120 moritur? Sed mendum est in numero græco ρκ. estque pro κ, reponendū π, quod est deflexum κ, vt sit ρπ, Olympiadis, scilicet 180, anno 3. Itaque post Syllæ interitum annis octo Romam venit, facultatemq; habuit, ab eo qui post Syllæ mortem bibliotheca Aristotelica potitus fuerat, vt eam haberet. Quam postea Andronicus Rhodius, seu à Tyrannione ipso, seu ab hæredibus eius habuit: eamq; in mediū produxit, & in indices libros distinxit, vt Plutarchus loco citato retulit. Porphyrius autem in Plotini vita, de hac re ita scripsit: μιμησάμενος δ' Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικόν, ὧν ὁ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον, εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγε, ὁ δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταυτὶ συναγαγών: οὕτω δὴ καὶ ἐγώ: *Imitatus Apollodorum Atheniensem, & Andronicum Peripateticum, quorum ille Epicharmum Comicum in decem collegit tomos, iste verò Aristotelis, & Theophrasti libros in tractatus distribuit proprias suppositiones in idem conducens: sic & ego*. Hanc ob causam Andronicus is apud antiquos Peripateticos, in magna est habitus existimatione. Quod Boetius procemio libri de Interpretatione sic est attestatus: Quem cùm acutum diligentemque, Aristotelicorū librorum, & iudicem, & repertorem, iudicauerit antiquitas. Itaque ex supra narratis breuiter summam colligamus. Aristotelis libros in Theophrasti manus peruenisse, hos & proprios Theophrastum Neleo reliquisse. Ab eo, alteros Philadelpho venditos Alexandriam transportatos. Quo loco, vsque ad quę tempora occultati fuerint, incertum

incertum antiquitas reliquit. Satis tamen constat, eam bibliothecam conflagrasse, quando C. Cæsar Alexandriam cepit: alteros relictos hæredibus, in fossa quadam delituisse, annos, vt ego conijcio, circiter 160. Post hos annos, libri corrupti situ, & tineis corrosi, ab Apellicone empti sunt, & vt in nouas membranas transcriberentur, iussi. Inde pleni erroribus editi, Romam translati, transcripti; errores errorib: addiri; ab Andronico publicati, in indices, ac proprias suppositiones, distributi. Peripateticos veteres, statim à Theophrasto, Aristotelis libris caruisse, præter quàm paucis exotericis.

Ex hac itaque historia inuestigemus, si quam fortè rationem inueniamus, qua animos nostros, ac Aristotelis libros, ex controuersijs eruamus. Cuius rei initium rectè videtur inde accipi posse, vnde veteres eius interpretes, controuersos eius libros, quòd sui essent, diiudicarunt. Vsi autem sunt ad id faciendum rationibus sex potissimis. Si stylus videretur idem cum Aristotelico. Si dogmata eadem. Si sententiarum frequentia. Si alijs libris indubijs, dubius citarétur. Si eum esse Aristotelis, discipuli eius testatum reliquissent. Si eius esse, sectatores Peripatetici iudicassent. Quæ quidem omnia ex Simplicij prooemio in prædicamenta colligun-tur. ὅτι δὲ γνήσιον τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον, μάλιστα μὲν ἡ τῶν ἐννοιῶν πυκνότης, καὶ τὸ συνεστραμμένον τῆς φράσεως δηλοῖ, κατὰ τὴν νοερὰν τοῦ Ἀριστοτέλους προϊόντος δύναμιν, καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται τοῦ βιβλίου ἐν ἄλλοις, δέκα κατηγορίας αὐτὸ καλῶν, ἵνα μὴ ὑπονοήσωμεν τοῦ Ἀρχύτου μνημονεύειν αὐτόν, ἄλλην ἐπιγραφὴν ἔχοντος. ἢ οὖν καὶ ἐκεῖνα νοθεύειν χρὴ τὰ συγγράμματα, ἐν οἷς μέμνηται τούτου· ἢ μηδὲ τοῦτο ἀθετεῖν, ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαιότεροι τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, ὡς γνήσιον ἀπεδέξαντο τὸ βιβλίον. πρὸς δὲ τούτοις, μὴ τοῦτο προγραφόντος τῷ Ἀριστοτέλει, ἄναρχος ἂν ἦν, καὶ ἀκέφαλος, καὶ πᾶσα μὲν ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους φιλοσοφία, ἐξαιρέτως δὲ ἡ λογικὴ πραγματεία. *Quòd autem germanus Aristotelis sit liber, maximè quidem sententiarum frequentia, & stylus contortus secundum Aristotelis intellectiuam facultatem progrediens indicat, tum quòd ipsemet libri in alijs meminit Decem prædicamenta ipsum vocans, ne suspicaremur eum libri Archytæ meminisse, qui aliam habet inscriptionem, vel ergo & eos libros, in quibus huius mentio fit spurios esse necesse est, vel neque hunc spurium esse dicere. Ad hæc & præstantiores eius discipuli vti germanum hunc librum receperunt. Præterea nisi hic liber Aristotelis scriptus esset, sine principio, ac sine capite omnis eius philosophia, ac præsertim dialectica tractatio esset.* Ammonius autem hanc eandem rem de Categorijs tractans, sic conclusit. ἐκρίθη δὲ ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, ἀναλυτικῶν δὲ τέσσαρα. ἐκρίθη δὲ ἐκ τῶν νοημάτων, καὶ τῆς φράσεως, καὶ τῷ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τὸν φιλόσοφον. *Iudicatus verò est ab interpretibus, Categoriarum hunc esse germanum Aristotelis: Analyticorum verò quatuor. Iudicatus autem est ex conceptibus, & ex phrasi, & quòd semper alijs in libris huius meminerit philosophus.* Boetius verò prooemio in librum de Interpretatione, editionis secundæ, addit, vel quòd Theophrastus vt in alijs solet cum de similibus rebus tractat, quæ scilicet antè ab Aristotele sunt tractatæ. Has igitur rationes perpendamus, vt securè inde Aristotelicos libros dignoscere queamus. Ac primum dicamus conceptus ipsos & sententias πυκνὰς, vt ait Simplicius, frequentes, non ita proprios Aristoteli esse, vt non etiam alij authores multi, ijs sint vsi. Quod in Hippocrate, & in Pythagoricis Timæo & Ocello, ac Archytæ aliquibus fragmentis manifestò apparet, nec nō in Stoico Epicteto, & in Aristotelis discipulo Theophrasto, & huius Stratone; in Platonis Timæo, post Atlanticam historiam toto, atque alijs fortè authotib. multis. Dogmata verò ipsa quorū ipse caput fuit, in auditores suos sunt ita diffusa, vt Aristotelis propria non remanserint: potueruntq; excellentissimi illi viri, Theophrastus, Eudemus, Clearchus, Phanias, Dicæarchus, Aristoxenus, alijque permulti, eadem dogmata perscribere, ijsdem rationibus ac fundamentis, quibus præceptor eorum vsus fuerat: quod Ammonius aliqua ex parte Theophrastum, Phaniam, Eudemum, testatur confecisse. Neque vero stylus ipse, ac phrasium modus satis est argumenti ad id confirmandum; quandoquidem stilus aliquis, vel elegantissimus, per imitationem effingi ita potest, vt vix, & ne vix quidem discerni queat: quod verum esse multi docti nostræ ætatis viri ostenderunt, dum Ciceroniani volunt esse. Quod etiam Soranus Cous accidisse testatur in Hippocratis libris diiudicandis, sic scribens. περὶ δὲ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ πολλὴ γέγονε διαφωνία·

ἄλλων ἄλλα, δεξαμένων, ὅθεν οὐκ εὐμαρὲς τὸ περὶ αὐτῶν ἀποφήνασθαι, διὰ τὸ πολλὰς αἰτίας ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει. πρῶτον τὴν ὁμωνυμίαν. δεύτερον τὸ δύνασθαι τὸν χαρακτῆρα τῆς φράσεως τηρῆσαι. τρίτον διὰ τὸ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν ῥωμαλεώτερον, ἄλλοτε ἀσθενέστερον διὰ τὴν ἡλικίαν συγγράφειν. καὶ ἄλλας δ' αἰτίας ἐστὶν εἰπεῖν. *De scriptis autem eius multa fuit discordia, alys alia opinantibus. quare facile non est de ipsis pronunciare: quia multæ causæ offuscant iudicium. Primum nomenclatura. Secundò, quia potest characteris phrasis seruari. Tertio quia vnus & idem, aliquando validius, aliquando debilius ob ætatem conscribere possit. possunt etiam aliæ causæ dici.* Quin etiam eiusdemmet authoris stylus, & ætate, & proposito, & materia variari potest. alius quidem est Platonis stylus in Phædro quem adolescens scripsit; alius in libris de Repub. alius deniq; in Timæo. Hanc varietatem ipsi hi Aristotelis interpretes in Aristotele & agnoscunt, & fatētur, dū obscuritatē eius excusant plerisq; in libris, claritatem in Topicis, in meteorologicis atque alijs prædicant. Quod Simplicius fecit his verbis. ὅτι γὰρ οὐκ ἀσθενείᾳ λόγου τὸ ἀσαφὲς αὐτοῦ τοῖς συγγράμμασιν ἐπεγένετο, ἴσασι μὲν καὶ οἱ μετρίως λόγῳ παρακολουθεῖν δυνάμενοι, ὅτι πολλὴν ἐμφαίνει λεκτικὴν δύναμιν ἡ Ἀριστοτέλους ἑρμηνεία, ὡς δι' ὀλίγων πολλάκις συλλαβῶν παραδιδόναι, ὅσα οὐκ ἄν τις ἐν πολλαῖς περιόδοις ἐδίδαξε, δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν ἐβουλήθη σαφέστατα ἐδίδαξεν, ὡς ἐν τοῖς μετεώροις, καὶ τοῖς τοπικοῖς, καὶ ταῖς γνησίαις αὐτοῦ πολιτείαις, ἅπερ διὰ τὸ κοινότερον τῶν θεωρημάτων, σαφέστερον ἀπαγγέλλειν οἴεται. *Quòd vero nulla sermonis imbecillitate obscuritas eius scripta inuasit, norunt quidem hi, qui vel mediocriter sermonem assequi possunt, quòd multam præ se fert dicēdi facultatem Aristotelica elocutio, vt sæpe paucis syllabis longè plura tradat quàm alius multis periodis queat tradere. Quod quidem patet etiam ex his, quæ voluit, clarissime docuit, vt in Meteoris, in Topicis, in germanis eius Rebuspub. quæ ob Theorematum quandam communitatem, clarius eloqui nouit.* Stylus igitur, vel quia ab alio effingi, vel quia ab eodem variari potest, argumentum sufficiens non est, quo scripta aurhoris alicuius esse, securè iudicare possimus. Quarta melior multo est ratio, quando ab authore ipso, aliquo libro alius liber vti suus appellatur, dum modò illud aduertatur, vti prior ille liber in quo alter vocetur, legitimus sit; quod nisi constet, illud accidet, quod ipse Simplicius tetigit: ἢ οὖν καὶ ἐκεῖνα νοθεύειν χρή, ἐν οἷς μέμνηται τούτου· ἢ μηδὲ τοῦτο ἀθετεῖν. *Vel ergo & illa adulterina censere oportet in quibus huius meminit, vel neque hunc reijcere.* Vt autem id constet, securissima mihi omnium ratio ea esse videtur, quam quinto loco Simplicius posuit, quòd Aristotelis discipuli librum aliquem pro Aristotelico reuera agnouerint, nec proprium, magistri nomini supposuerint. Sextæ autem rationis firmitas, paulo pòst clarebit, quæ est, quando Aristotelis interpretes, aliquem pro Aristotelico recipiunt.

Ego verò octo, ad summum, reperio Aristotelicorum librorum testimonia. Primum, quod discipuli eius, præsertim Theophrastus, qui librorum eius (etiamsi id Aristotelis testamento non appareat) hæres fuit, aliquem librum Aristotelis esse indubie attestetur. Secundum, si indubius eo testimonio liber, alium librum vti Aristotelis, appellet. Tertium, si ab Andronico, qui Aristotelis librorum repertor, iudex & vindex fuit, Aristotelis esse affirmetur. Quartum, si ab Andronici auditoribus eiusque ætatis viris iudicatus fuerit Aristotelicus. Quintum, quos ab Andronico atque his iudicati libri, citauerint. Sextum, quos philosophicarum rerum collectores pro Aristotelicis iudicauerint. Septimum, quos Aristotelici interpretes pro suis vindicauerint. Octauum, quos classici scriptores pro Aristotelicis nominauerint. Omnium tutissimum, ac validissimum testimonium est primum illud Aristotelicorum discipulorum, ex quo secundum pari firmitate pendet. Tertium inualidius, post Apelliconis videlicet, atque Tyrannionis ματαιοβιβλιοφιλίαν, *congregandorum librorum vanum studium*; post transcriptorum negligentiam, post Philadelphi, Attalicorumque regum in libris emendis largitatem: quibus omnia cœpta sunt corrumpi, atque adulterari. Reliqua testimonia vt sese consequuntur, ita vel roboris, vel imbecillitatis plus & minus continent. Namque ab Andronici reparatione, vel ab Alexandrina, Pergamenaue bibliotheca authoritatem omnem habent.

Itaque quòd superiore libro Aristotelicorum librorum euersores visi sumus, hoc restitutores videamur, fluctusq; animi compescamus; reuocemusq; ab exilio.

Theo-

Theophrasti, aliorumq; Aristotelis auditorum, testimonijs, libros eos, qui reuera pro Aristotelicis post hac sint retinendi, atque à priore illa controuersia eximendi. Hæc itaque testimonia quorumcumq; habere possumus proferamus, ne celeberrima illa toto terrarum orbe Aristotelis philosophia, noua superioris libri ac fortè nimium minuta diligentia, nobis pereat ac euanescat. Primum itaq; Theophrastũ profero ex Simplicio lib. 6. Physicorum, in principio. Diximus autem prius, quòd quinque libri præcedentes appellantur naturales, & reliqui tres de motu. Sic enim & Andronicus in tertio lib. Aristotelis de motu, ordinat. Quod etiam testatur Theophrastus; & Eudemus scribit de Præcedentibus, de quodam suo exemplari, in quo multi errores erant, quo ad quintum librum, pro quo, vt inquit ille, misit & iussit sibi vt scriberet, & mitteret libros naturales. Quoniam ille scripsit, aut ego non intelligo, aut quippiam omnino habet ante hæc. Quod quidem Quiescere voco solùm de immobilibus: nam contraria motui quies est. Quare priuatio erunt recipientis, & susceptiui. Quare, quintum librum Theophrastus inter naturales collocat. Physicos itaque hos quinque libros, scilicet priores, Theophrasti, Eudemi, atque etiam Andronici testimonio, procul omni dubio Aristotelis esse rectè tenemus. Alterum est Eudemi, sed tacitum testimonium, sextum, & octauum physicum Aristotelis esse. Quod Simplicius proœmio septimi sic attestatur. Quod etiam confirmat Eudemus, qui vniuersæ huius disciplinæ ferè ad hunc librum, capita secutus, hunc reliquit, ac præterit veluti superfluum, & proficiscitur ad ea capita, quæ vltimo libro differenda proponuntur. Ex quibus patet, Eudemum, sexti & octaui capita prosecutum. Septimum verò præteritum ab eo, ab Alexandro etiam nothum habitum, à Themistio penè prætermissum ipse Simplicius est author, ipse verò ἀπομνημονευτικὸν esse existimat. Hæc Theophrasti, ac Eudemi, duo tantum testimonia de Aristotelicis libris tota authorum antiquitate, neque vlla alia comperta habeo. Quibus, septem tantùm libri Aristotelis reuera esse confirmantur, ij scilicet quos Physicæ auscultationis vocant omnes, præter septimum. Hos igitur septem pro Aristotelis germanis ac genuinus securè ac indubiè retineamus.

Librum quoque Categoriarum, ait Simplicius ab auditoribus Aristotelis pro Aristotelico agnitum, ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαιότεροι τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ὡς γνήσιον ἀπεδέξαντο τὸ βιβλίον: *Sed & præstantiores eius socij vt genuinum receperunt librum*. Sed cùm nomina eorum non citet, nec verba, vti solet, eorum afferat; nequaquam pro primario testimonio hæc Simplicij attestatio est accipienda, sed potius de sexti generis testimoniorum numero putanda. Itaque cùm primi generis plura non habeamus, ad secundum descendamus, videamusque num vlli alij Aristotelis libri septem his physicis indubijs, citentur. Libro itaque primo, cap 9. proponitur prima philosophia τῆς πρώτης ἔργον ἐστὶ φιλοσοφίας. id est, *prima opus est philosophia*, scilicet tractare de forma incorruptibili. quod quidem ijs libris est tractatum, quos Metaphysicos appellarunt; non tamen vti suum ex hoc loco recipere possumus, cùm non dicat, se ibi id dixisse, vel tale quippiam. Hæc ipsa prima philosophia libro 8. cap. 8 affertur, ἔτι δὲ καὶ διὰ τῶν ἐκ τῆς πρώτης φιλοσοφίας λόγων δειχθείη ἄν: *præterea verò, & per eas quæ sunt ex prima philosophia rationes demonstrare posset*, scilicet quòd si alij mundi essent, similiter se haberent, vt hic noster. Quod quidem nullibi in Metaphysicis libris tactum est. Ex quo loco Metaphysici possunt non sine ratione suspecti haberi, vt ex priore illo non approbari. Libro autem secundo physicorum, cap. 2. habet hæc verba: ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας: *in libro de philosophia*: hoc titulo Laertius 3. nominat, interpretes omnes intelligunt non primam philosophiam, sed moralem, & primo de anima & Philoponus & Simplicius libros de Bono intelligunt, hi non extant Libro quarto, cap. 10. πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων: *Primũ verò bene habet, dubitare de eo (scilicet tempore) & per exotericos sermones*. Sunto ergo exoterica, Aristotelis libri: qui nam autem hi sint, proprio volumine discutietur. Libro deniq; octauo, præter locum nunc allatum, est alius cap. 1. ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἐκ τῶν διωρισμένων ἡμῖν ἐν τοῖς φυσικοῖς πρότερον. *Incipiamus verò primùm ex determinatis à nobis prius in physicis*. Incipitq; ab eadem motus diffinitiõe quam libro præcedente tertio protulisset. Physicos ergo præcedentes libros appellat, vt etiam περὶ φύσεως, vt ex cap. 5. eiusdem 8. apparet his verbis. τὸ δὲ κινούμενον ἅπαν εἶναι διαιρετὸν εἰς ἀεὶ διαιρετά, τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς καθόλου περὶ φύσεως:

*Quod mouetur omne, diuisibile esse in semper diuisibilia. hoc enim demonstratum est prius in his quæ vniuersaliter de natura.* Id autem tractatum est lib. 6. antecedente, cap. 7. eiusdem 8. ἄπειρον μὲν οὖν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται μέγεθος εἶναι δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς φυσικοῖς. *Infinitam non posse esse magnitudinem demonstratum est prius in physicis:* quod lib. 3. factū est. Nulli ergo totis octo physicis alij libri ab Aristotele appellātur, præterquàm Prima philosophia, Philosophia, Exoterici, Physici, De natura. Hi duo posteriores, hi ipsi sunt. Exoterici qui sint, nondum satis cognitum est, Philosophia nō extat. Prima verò philosophia nec probatur eius esse, & suspectior ijs testimonijs redditur; at si hæc pro Aristotelica aliquo testimoniorum genere accipiatur; & aliosque appellabit libros, & hi pro Aristotelicis sine controuersia erunt recipiendi. Primo itaque libro cap. 3. 4. 5. 6. 7. sexties, ἐν τοῖς φυσικοῖς appellat, & lib. 10. cap. 1. semel, qui sunt libri illi physici ante hos examinati. Libro verò 8. cap. 8. libros de motu, ἐν τοῖς περὶ κινήσεως, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ γινομένου γεγονέναι ἄττι, καὶ τοῦ ὅλως κινουμένου κεκινῆσθαί τι, δῆλον δ' ἐν τοῖς περὶ κινήσεως τοῦτο. *Sed quia eius quod fit aliquid factum est, & omnino eius quod mouetur, aliquid motum est, quod apparet in ijs qui de motu.* Id autem sexto physico est traditum. Libro item primo, cap. 1. appellantur τὰ ἠθικὰ, Ethica, sic. εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς, τίς διαφορὰ τέχνης καὶ ἐπιστήμης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν: *Dictum est quidem in Ethicis, quæ differentia sit artis & scientiæ, & aliorum generis eiusdem.* Quod quidem est, & primo Magnorum moralium, & quinto Eudemiorum, & sexto Nicomachiorum. Libro 6. cap. 12. analytica nominat. Νῦν δὲ λέγωμεν πρῶτον, ἐφ' ὅσον ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς περὶ ὁρισμοῦ μὴ εἴρηται: *Nunc verò dicamus primum, quatenus in Analyticis de diffinitione non est dictum.* At quæ sint Analytica hæc, non est hac appellatione clarum: attamen videtur dubitatio quæ hic sequitur, cur vnum sit diffinitum, cuius rationem diffinitionem esse dicimus, non esse in duobus Posteriorum analyticorum libris, neque etiam Prioribus; itaque multò suspectiores quàm antea, hoc testimonio redduntur.

Categorias appellat multis locis, scilicet lib. 3. cap. 2. 10. lib. 4. cap. 7. lib. 5. cap. 2. lib. 6. cap. 1. 3. 4. ter, 5. 9. lib. 8. cap. 3. 12. lib. 9. cap. 4. 5. 11. lib. 10. ca. 8. ter, 10. lib. 11. cap. 4. bis, lib. 13. ca. 1. & 2. bis. Ita vt 26. vicibus eis libris omnibus eas nominet, nunquam tamen aut veluti librum appellat, aut ait, Vt diximus, Dictum. Demonstratum est. Neq; ex his locis tantum, verum est illud Simplicij, Aristotelem librum Categoriarum alijs libris citare. Libro autem 12. cap. 1. Exotericos semel appellat, quos differimus proprio volumine discutiendos. Libro vero 9. cap. 5. appellat Diuisionem contrariorum, quamtamen existimo non extare: nam quæ hic ait ibi dixisse, neque libri 3. cap. 10. neque prædicamentis cap. de contrarijs continentur. Aliquando ait primis libris, vt lib. 8. cap. 1. lib. 10. cap. 1. atque alijs locis, aut alias, aut alibi; qui quoniam sine nomine sunt, nihil inde attestatum possumus proferre. Ex Metaphysicis ergo, qui à Physicis non satis validè sunt comprobati, nullos alios quàm eos ipsos Physicos ac Metaphysicos, Exotericos, & Ethicos; nescio tamen quos, comprobare securè possumus esse Aristotelicos.

Ad tertium ergo testimonij genus est transeundum: Andronici, scilicet, iudicium, ac eius temporis philosophorum, quando Aristotelici libri sunt reperti ac promulgati. Quod non satis validum diximus esse, quia penderet ex Nelei hæredibus, ex largitate Philadelphi, ac Attali Regum, nec non ex Apelliconis ac Tyrannionis congregandorum librorum studio; arbitrioque ac negligentia tum scriptorum tum bibliopolarum. Sed qualecunque id sit, Andronici sententias ac iudicia afferamus. Iudicio ergo Andronici Categoriarum liber Aristotelis est; namq; is paraphrasi eum vt Aristotelicum exposuit, quod Simplicius pluribus locis in Categorias attestatur: præsertim his, ταῦτα δ' ἐπισημαίνονται ὅτι τοὺς παλαιοὺς τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς αἰτιῶνται, Βοηθὸν καὶ Ἀρίστωνα, καὶ Εὔδωρον, καὶ Ἀνδρόνικον, καὶ Ἀθηνόδωρον: *Hæc verò notantes isti veteres Categoriarum expositores, accusant Boethum, & Aristonem, & Eudorum, & Andronicum, & Athenodorum.* Alibi autem testatur Andronicum paraphrasi hunc librum exposuisse. διὸ καὶ Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον. *Propterea Andronicus paraphrasi exponens Categoriarum librum.* & rursus, καὶ ὁ Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ βιβλίον: *& Andronicus paraphrasi exponens librum.* Neq; verò Andronici solius apparet testimonio librum Aristotelis esse, sed etiam discipulorū

cius,

cius, Aristonis, Boethi, Eudori, sed etiam de secta Stoica Athenodori. Is idem Andronicus, affertur, vt expositor physicorum, à Simplicio lib. 3. & 6. quod superius attulimus; vt etiam libro ante hunc attulimus locum ex Boetio, quo testatur Andronicum librum peri Herminias respuisse, libros verò de Anima recepisse. Neq; alia Andronici testimonia habemus, cuius iudicio tres tantum Aristotelicos libros approbatos tenemus: Categorias, Physicos, de Anima. Sed discipulorum eius Boethi, Aristonis, Eudori nulla testimonia habemus, neque etiam Stoici Athenodori. Habemus tamen Ciceronis, & Peripateticorum, Xenarchi, atque Nicolai Damasceni, qui cum Andronico iisdem temporibus, vel paulò pòst vixerunt. Cicero itaque ambobus his aliquot annis vetustior lib. 5. de Finibus sic scripsit: *Persecutus est Aristoteles animantium omniū ortus, victus, figuras.* Quibus verbis puto eum obscurè satis innuere libros de animalium generatione, historia, ac partibus, nec non anatomicos. Primo quoque de natura Deorum ait: *Aristoteles quoque in tertio de philosophia multa turbat*: Hanc autem Philosophiam diximus non extare. Nicolaus verò videtur agnouisse pro Aristotelicis Metaphysicos, quod ex Auerroe colligitur lib. 12. Ex his igitur dictis patet quid nam contineat vnusquisque liber huius scientiæ ex libris qui Aristoteli ascribuntur, & quòd procedunt ordine optimo, & quòd nihil in eis contingit præter ordinem, quemadmodum inuenimus Nicolaum Damascenum esse opinatum in libro suo, propterea quòd ipse declarauit, vt opinatus est, hanc scientiam debere doceri præstantiori ordine. Quibus indicat Nicolaum librorum horum ordinem accusasse. Aristotelicos ergo putauit esse, quanquam referat Alexander Aegæus, & primum librum, & quintum, aliquibus Peripateticis suspectum fuisse. De primo sic ait commentario 29. libri tertij; ad ea relegans quæ in primo libro dicta sunt. Vnde multis iam rationibus intelligitur illum quoque librum Aristotelis esse, & ad propositam doctrinam pertinere. De quarto verò sic in primo: Librum hunc qui quartus librorum Primæ philosophiæ inscribitur, in quo partitionem prosequitur quorundam quæ multifariam dicuntur, Aristotelis opus esse, non solum ex dictione ipsa & charactere dicendi intelligere licet, sed iis etiam quæ in ipso disputantur. Nicolaus videtur etiam libros de anima agnouisse, quia ab Auerroe comm. 14. libri tertij citatur his verbis: Neque possumus dicere, quòd alia præparatio denudetur à subiecto; rectè videmus quòd Theophrastus, & Themistius, & Nicolaus, & alij antiquorum Peripateticorum magis retinent demonstrationem Aristotelis, & magis conseruant verba eius. Xenarchus autem libros de cœlo, pro Aristotelicis recognouit; cū Simplicius commentarijs suis in primū de cœlo, multa eius argumenta contra Aristotelis dogmata referat, & comm. 6. sic scribit. ὁ δὲ Ξέναρχος πρὸς πολλὰ τῶν ἐνταῦθα εἰρημένων ἐν τοῖς γεγραμμένοις αὐτῷ βιβλίοις περὶ τῆς πέμπτης οὐσίας ἀντιφάσεις καταλειπὼν, ἀντείρηκε καὶ πρὸς ταῦτα: *Xenarchus ad multa quæ hic dicta sunt, in iis libris quos de quinta essentia scripsit, contradictiones reliquit, ad hæc quoque contradixit.* Atque hæc quidem sunt tertij generis testimonia, ex quibus non plures decem libros colligimus, Categorias, physicos, de cœlo, de anima, de animalium generatione, historia, partibus, anatomicis, metaphysicos, ac de philosophia, coniecturis potius in aliquibus vsi.

Quarti ergo generis testimonia sunt hæc alia. Primo de cœlo præter libros quos cap. 3. 5. 6. 7. 8. de motu, de principijs, de prima philosophia, citat, cap. 9. encyclia nominat: καὶ γὰρ καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις, ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον: *etenim quemadmodum in encyclijs speculationibus de diuinis sæpè apparent rationes, quòd immutabilia sint diuina.* Libro verò 2. cap. 2. διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων (scilicet de ante, retro) ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζώων κινήσεις: *determinatum igitur de his est in quæstij de animalium motu.* Libro etiam 3. cap. λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν, ἅμα δὲ συμβήσεται περὶ τούτων λέγουσι, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διασκέψασθαι: *reliquum est de duobus dicere, simulq́; accidet de his dicentes, etiam de generatione & corruptione contemplari.* Reliquis capitibus ac libro, nec non duobus de generatione & corruptione, vel quæ iam nominauit nominat, vel anonyma quædam, quæ nihil est necesse huc afferre, recenset. Libris autem de anima qui Andronici, & Damasceni testimonio, sunt Aristotelis, libros de philosophia, quos etiam secundo physico, ac sermones vniuersales de actione, & passio-

ne, quæ tractauerat libris de generatione & corruptione appellat; proponitque lib. secundo, cap. 7. se dicturum posteà cur homo ac reliqua animantia respirantia olfacere non possint nisi inspirando. Quod libro de Respiratione, ac de Animalium partibus dicit. Libro vero tertio, cap. 9. περὶ δ' ἀναπνοῆς καὶ ἐκπνοῆς, καὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, ὕστερον ἐπισκεπτέον: *De inspiratione verò ac exspiratione, de somno ac vigilia posteà est inspiciendum*: Libris scilicet de Respiratione, ac Somno. Libro etiam de Animalium motu quem superius libro tertio de Cœlo citauerat, præter quædam quę ex physicis ac prima philosophia vocat, in libri calce, sic scripsit. περὶ μὲν οὖν τῶν μορίων ἑκάστου τῶν ζώων, καὶ περὶ ψυχῆς, ἔτι δὲ περὶ αἰσθήσεως, καὶ μνήμης, καὶ ὕπνου, καὶ τῆς κοινῆς κινήσεως εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας, λοιπὸν δὲ περὶ γενέσεως εἰπεῖν: *Ac quidem de cuiusque animaliũ partib & de Anima, nec non de sensu, & memoria, & somno, & cõmuni motu causas diximus: reliquũ est de generatione dicere.* qua verò generatione etiamsi videat alicui animalium generationem eum proponere, id tamen incertum habeo; causam verò suo loco afferam. His ergo attestationibus libri de Generatione & Corruptione, de Respiratione, de Partibus, de Anima, de Sensu, de Memoria, de Somno, de Communi motu, pro Aristotelicis quarto testimoniorum genere sunt recipiendi. In quibus, qui nam alij nominentur, videamus. Itaque libro de Sensu, statim in principio ait se dixisse de anima, ac eius potentijs, sequi vt differatur περὶ ζώων, καὶ τῶν ζωὴν ἐχόντων ἁπάντων τινές εἰσιν, καὶ τίνες κοιναὶ πράξεις αὐτῶν: *De animalibus, & quæ sint, omnium vitam habentium propria, & quæ communes eorum actiones.* Φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα, καὶ τὰ κοινὰ, καὶ ἴδια τῶν ζώων, κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα, καὶ τοῦ σώματος, οἷον αἴσθησις, καὶ μνήμη, καὶ θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία, καὶ ὅλως ὄρεξις, καὶ πρὸς τούτοις ἡδονὴ καὶ λύπη, καὶ γὰρ ταῦτα σχεδὸν ὑπάρχει πᾶσι τοῖς ζώοις; πρὸς δὲ τούτοις τὰ μὲν πάντων ἐστὶ τῶν μετεχόντων ζωῆς κοινὰ, τὰ δὲ τῶν ζώων ἐνίοις. τυγχάνουσι δὲ τούτων τὰ μέγιστα τέσσαρες οὖσαι συζυγίαι τὸν ἀριθμὸν μόναι. οἷον ἐγρήγορσις καὶ ὕπνος, καὶ νεότης καὶ γῆρας, καὶ ἀναπνοὴ καὶ ἐκπνοὴ, καὶ ζωὴ καὶ θάνατος, περὶ ὧν θεωρητέον τί ποτε ἕκαστον αὐτῶν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας συμβαίνουσι. *Videntur autem maxima, communia & propria animaliũ, communia inquam animæ & corporis, veluti sensus, memoria, animositas, & concupiscentia, & omnino appetitio. Et ad hæc voluptas & dolor, hæc enim ferè insunt omnibus animalibus. Præter hæc, alia quidem sunt omnibus vitam participantibus communia, alia verò quibusdam animalium. Sunt autem horum maximè quatuor numero iugationes tantùm; veluti vigilia & somnus, iuuentus & senectus, inspiratio & expiratio, & vita & mors.* De quibus, speculandum est, quid sit vnumquodque & quas ob causas contingant; ac prætereà, φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας, καὶ νόσου τὰς πρώτας ἀρχὰς ἰδεῖν: *Naturalis est sanitatis, & morbi primas causas videre.* Itaque si liber de Sensu Aristotelis est, proculdubio ipsius libri etiam sunt sequentes omnes, de Animalibus, ac communibus, & proprijs eorum actionibus: scilicet liber de Memoria, de Somno & Vigilia, de Respiratione; de Iuuentute & senectute; de Vita & morte. Inter quos deesse videntur quatuor libri hoc loco ab eo propositi, atque vt ex titulis apparet à Diogene tres enumerati. περὶ παθῶν ὀργῆς α. πάθη. περὶ ἡδονῆς α. *De ira passionibus, 1. passiones, ac de voluptate.* In hoc namque videtur tractasse de voluptate & dolore; in illis verò de animositate, & concupiscentia, & omnino appetitione. Deest etiam liber de Sanitate & morbo, qui ab ipso hic propositus, nec extat, nec à Diogene, aut alio quoquam appellatur; ac ideo fortè non est ab eo conscriptus. Capite tertio huius libri de Sensu habet hæc verba, ὥσπερ ἐν τῷ περὶ μίξεως εἴρηται καθόλου, *vt dictum in eo qui de mixtione vniuersaliter.* Sed est potius disputatio de mixtione in secundo de generatione habita, qui liber nec appellatur à quoquam, nec extat; vt etiam nec extant, nec appellantur, ij quos in eius cap. fine videtur promittere his verbis διὰ τίνα δ' αἰτίαν ἤδη χρωμάτων εἰσὶν ὡρισμένα, καὶ οὐκ ἄπειρα, καὶ χυμῶν καὶ ψόφων ὕστερον ἐροῦμεν: *Quâ verò de causa, species colorum sunt determinatæ, & non infinitæ, & saporum & sonorum posteà dicemus.* Quam quidem rem nullo horum librorum tractat, cùm tamen, Capite quarto addat τὰ δ' ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ τῇ περὶ τῶν χυμῶν: *Aliæ verò saporum passiones propriam inspectionem habent in philosophia quæ de saporibus.* Quam tamen philosophiam nec habemus, nec quam scripserit vllum extat testimonium.

stimonium. Eodem quarto capite sic habet, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ στοιχείων: *Vt dictũ est in libris de Elementis*: quos Diogenes tres numerat, eodem itidem δεῖ μὲν οὖν διορίζειν περὶ τούτων ἐν τῷ περὶ γενέσεως: *Oportet quidem de his determinare in eo qui est de generatione*, puto animalium. Libro autem de memoria meminit λόγων ἐπιχειρηματικῶν *sermonũ argumentatiuorũ*, πρῶτον μὲν οὖν ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις ἐστὶν ἀληθῆ, δεῖ τιθέναι ὡς ὑπάρχοντα: *Primum quidem quæcunque in sermonibus argumentatiuis verè sunt dicta, oportet ponere vt existentia*. Hos etiam Diogenes commemorat, puto autem fuisse argumenta contra Platonicam reminiscentiam ex verbis statim sequentibus, ὅτι γὰρ μνήμης ἐστὶν ἀνάληψις, ἡ ἀνάμνησις, οὔτε λῆψις: *Neque enim memoria est resumptio, aut reminiscentia, neque sumptio*. Libro autem de Somno, capite secundo. διότι δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δὲ ἐγρηγορικὰς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς προβληματικοῖς εἴρηται: *Cur verò, experrecti meminerunt insomnia, actiones verò in vigilia factas non meminerunt, dictum est in problematicis*: quod tamẽ in problematis quæ habemus, non reperitur. Cap. autem 3. εἴρηται δὲ περὶ τούτων, ἐν τοῖς περὶ τροφῆς: *Dictum verò de his est, in ijs quæ de nutrimento*. Libro verò de Respiratiõe, cap. 11. γέγραπται δὲ περὶ αὐτῶν δι' ἀκριβείας ἐν τοῖς περὶ ζώων ἱστορίας *Dictũ verò de eis est exactè in historia animalium*. xv. verò cap. eiusdẽ historiæ meminit etiam anatomicorum. ὃν δὲ τρόπον ἡ καρδία τὴν σύντρησιν ἔχει πρὸς τὸν πνεύμονα, δεῖ θεωρεῖν ἔκ τε τῶν ἀνατεμνομένων, καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῶα γεγραμμένων: *Quẽ verò ad modũ cor perforationẽ habeat ad pulmonẽ, oportet inspicere ex dissectis, ac ex historijs quæ de animalibus scriptæ sunt*. Libro verò de historia cap. 5. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐν τοῖς περὶ γενέσεως δι' ἀκριβείας ὕστερον ἐροῦμεν: *Sed de his in ijs quæ de generatione postea exactè dicemus*. Cap verò 18. & lib. 4. cap. 1. meminit descriptionis anatomes. Sed libro 5. cap. 1. ὥσπερ εἴρηται ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ φυτῶν: *vt dictum est in contemplatione ea qua est de Plantis*: cuius etiam meminit libro de generatione animalium primo, in fine περὶ μὲν οὖν φυτῶν αὐτὰ χωρὶς ἐπισκεπτέον: *De Plantis verò ipsis separatim per se est inspiciendum*. Ita igitur ex libris principio libri de sensu promissis, Anatomici historia, Generatio, ac de Plantis libri ab ipso Aristotele citantur.

Sed librorum de Partibus animalium ac de Progressu animalium nullibi, aut in illis, aut in his facta est mentio: sed tamen huius meminit lib. 5. de Partibus ca. 11. ἡ δ' αἰτία τῆς ἀποδίας αὐτῶν, εἴρηται ἐν τοῖς περὶ τῆς πορείας τῶν ζώων διωρισμένοις: *Causa verò cur pedib. careãt, dicta est in ijs, quæ de animalium sunt gressu determinata*. Quid ergo libri de Partibus, quia in libris citatis non sunt citati, Aristotelis non sunt; certè continuatio eorum ad Historiam, ac Generationem etiam eos facit Aristotelicos, Namque in fine quarti de Partibus vocat post has, libros de Generatione. περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τινὰ αἰτίαν ἕκαστον ἐστὶν ἐν τοῖς ζώοις, εἴρηται περὶ πάντων τῶν ζώων καθ' ἕκαστον, τούτων δὲ διωρισμένων ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς αὐτῶν γενέσεις, διελθεῖν: *De partib. quidem ob quam causam vnaquæque est in animalibus, dictum est singillatim de animalibus omnibus: quibus determinatis, consequens est ea quæ circa generationes eorum sunt, pertractare*. Igitur ex libris his omnibus, omnes libri naturales Aristotelis esse dicendi sunt, eo, scilicet testimonij genere, quod quintum est in nostra testimoniorum serie.

Sexto verò genere omnes ij sunt Aristotelis quos rerum Collectores Aristotelis esse dixerunt, scilicet ij quos Diogenes præsertim in Aristotelis vita profert, Hermippus, Timotheus, Demetrius, Aristippus, Phauorinus, Eumelus, Apollodorus, Ambryon de quibus tam multis, nullos præter quatuor nos habere superiore libro docuimus; scilicet Mechanica, contra Xenophanem, Zenonem & Gorgiam; alios nullos ex horum qui extant numero ab eis nominatos. Qui verò sunt & ab hoc testimoniorum genere, & ab alijs præcedentibus omnibus præteriti, sunt decem & septem, hi scilicet. De Interpretatione, Priora, Posteriora, Topicã, Elenchi, de Insomnijs, de Diuinatione per somnum, Nicomachia Magna, Eudemia, Politica, Oeconomica. Rhetorica. Rhetorica ad Alexandrum, Poetica, de Virtutibus. Horũ tamẽ aliqui alios citanr. vt Priora appellant Topicos, Ethica Physicos, Politica Poeticos, Poetici Rhetoricos, Rhetorici Topicos. Quos ferè omnes, septimo testimonio Interpretum scilicet Aristotelicorũ, Aristotelis esse dicendũ est. Præter hos de Flatu, de Coloribus, Oeconomicum secundum, Rhetorica ad Alexandrum, de

Virtutibus. Nam libellus de Mirabilibus auſcultationib. Ariſtotelis videtur ſexto teſtimonio. Namque Athenæus ex hoc libro accepit, quod nos ſecundo volumine veluti ex ſingulari libro attulimus: ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις: *In mirabilibus luxus.* Athenæi verba ſunt hæc. Ἀλκισθένη τὸν Συβαρίτην, φησὶν Ἀριστοτέλης, ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις, ὑπὸ τρυφῆς ἱμάτιον τοιοῦτον κατασκευάσαι τῇ πολυτελείᾳ, ὡς προτίθεσθαι αὐτὸ ἐπὶ Λακινίῳ ἐν τῇ πανηγύρει τῆς Ἥρας, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται, καὶ τῶν δεικνυμένων πάντων, ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι. & quæ ſequuntur: *Alciſthenem Sybaritem, ait Ariſtoteles in Mirabilibus luxus, veſtem talem ſumptu paraſſe, vt proponeretur in Lacinio, in panegyri Iunonis, quo conueniunt omnes Itali, & eam præ omnibus alijs admirationi habitam* Quæ verba omnia ſunt in hoc libro; ſed alio titulo quàm nunc hic liber antiquitus ferebatur. Nam Antigonus, præfatus quædam cap. 32. ait, ἀκριβέστατα ἐν τῇ ἐκ τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους συναγωγῆς καταμάθοι, ἐξ ἧς ἡμεῖς πρῶτον ποιούμεθα τὴν ἐκλογήν: *Exactiſſimè quis diſcat ex Ariſtotelis Synagoge, ex qua nos primū faciemus ſelectionem.* Selegit autem capita aliquot ſequentia, quæ in hoc ſunt libro, etiamſi aliqua etiam in hiſtorijs reperiantur. Laertius quoque hoc titulo, συναγωγῆς *Collectionis* duos libros numerat. Sed vel ibi in numero error eſt, vel nobis liber deeſt, vel hic in duos poteſt diuidi. Quare antiqua ei reſtituenda eſt inſcriptio, συναγωγὴ ἀκουσμάτων θαυμασίων: collectio auditionum mirabilium: qua cum Stobæus ſermone 98. citat, quo eodem titulo Theophili cuiuſdam librum etiam adducit. Eſſe autem hunc librum Ariſtotelis, non ſolùm ſexto teſtimonio patuit, ſed etiam quinto; nam libro tertio hiſtoriæ, capite 29. hæc ſunt verba. ὁ δὲ κόκκυξ, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἑτέροις, οὐ ποιεῖ νεοττιάν: Cuculus, vt dictum eſt in alijs, non nidificat. Dictum autem id eſt hoc libro, tertio ſtatim loco, vbi omnia (ferè etiam verba) ſenſa eadem habet. Hic ergo liber his duobus teſtimonijs Ariſtotelis eſt, ac fortè fuerit, quem Laertius de Fabuloſis animalibus appellat. Omnes itaque qui extant Ariſtotelis nomine libri, his teſtimoniorum generibus Ariſtotelis eſſe dici poſſunt. Sed duo illa prima genera certiſſima ſunt. Duo ſecunda, ſecundo certitudinis loco ſunt collocanda, cum multa incertitudine, ob eas quas diximus ſæpè rationes. Reliqua verò multos continent libros, quos Ariſtotelis non eſſe certo aſſerere poſſumus. Proinde poſtquam Ariſtotelicos libros recognouimus, qui eius non ſunt recognoſcamus.

Ac primùm dicimus libellos duos, de Flatu, ac de Coloribus Ariſtotelis certò non eſſe, rationibus quas anteriore libro attulimus. Sunt autem Lampſaceni, Theophraſti diſcipuli; nam Laërtius ſub eo titulo eos in ſuorum catalogo recenſet. Problemata quoque hæc quæ habemus triginta & octo ſectionibus diſtincta, Ariſtotelis non eſſe pro certo habeo; idq; ſuo ipſius teſtimonio; ſi modo libri omnes naturales pro Ariſtotelicis ſunt arbitrandi. In quibus ſepties problemata appellantur, nihil tamen eorum, quorum cauſa adducuntur, in his extantibus habetur. Nam quod libro de ſomno, fine cap. 2. pollicetur ſe dicturum his verbis, διότι δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δ' ἐγρηγορικὰς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς προβληματικοῖς· *Cur autem ſomnia quidem meminerunt expergefacti, actiones verò in vigilia factas non meminerunt, in problematicis*, videlicet dicetur, nullibi in problematis promiſſa hæc obſeruauit. Quod etiam libro de iuuentute & ſenectute cap. 5. ait ſe in problematis dixiſſe, nequaquam in problematis reperitur. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης, ὅτι ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγκρυπτομένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρί (τὸ μὲν γὰρ μαραίνεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον) εἴρηται καὶ ἐν τοῖς προβλήμασιν: *Sed de cauſa hac, quòd contrarium accidat, abſcondito & ſuffocato igni (hoc enim extinguitur, illud verò plus temporis manet) dictum eſt & in problematis.* Id autem nequaquam eſt in his. Quemadmodum neque illud quod libro de generatione animalium ſecundo, capite decimo. ἔστι τῶν τοιούτων γίνεσθαι, ἐκ μαλακῶν σκληρῶν, ὥσπερ τῷ καττιτέρῳ μιχθεὶς ὁ χαλκὸς, λέγων, οὔτ' ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ, καὶ τοῦ καττιτέρου τὴν αἰτίαν ὀρθῶς (εἴρηται δ' ἐν τοῖς προβλήμασι περὶ αὐτῶν). *Atque ex talibus generari ex mollibus dura, veluti ſtanno admixtum æs, dicens, neque de ære, & ſtanno cauſam rectè, dictum verò de his eſt in problematis.* Neque etiam quod libro quarto cap. 4. ait ſe in problematis dixiſſe, in his inuenitur: καὶ γὰρ τὰ ἐκτώματα ἔστι μὲν, ἧττον δὲ, τὸ δ' ἐναντίον

ἐκ

ἐκ τῶν νῦν λεχθέντων συνίδοι τις ἄν. εἴρηται δ' περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς προβλήμασι: *Octomestria namque viuunt quidem, sed minus, causam verò ex nunc dictis conspiciat quis, dictum verò est de his in problematis.* Nec etiam quod capite septimo eiusdem libri ait, se causam Molæ in problematis dixisse, extat in his. περὶ μὲν τοῦ πάθους τῆς αἰτίας, εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι: *De passionis quidem causa dictum est in problematis.* Nec verò problema vllum est quod causam exponat, cur in omaso multi ventrium, coagulum generetur, vt ipse fine libri tertij de animalium partibus asseruit se dixisse. διότι δὲ τοῖς πολυκοίλοις ἐν τῷ ἐχίνῳ γίνεται ἡ πυετία, εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασιν. His itaque sex locis problemata citata, nequaquam inter hæc quæ habemus reperiuntur; quare Aristotelis tot testimonijs liquido apparet, hæc problemata, ipsius non esse. Vna sectio tantum videri potest eius esse, ea quæ est de ventis: nam Meteoro secundo capite sexto ita scribit de ventis, proponens discussionem, περὶ δὲ θέσεως αὐτῶν, καὶ τίνες ἐναντίοι ποίοις καὶ τίσιν ἅμα πνεῖν ἐνδέχεται, ποίοις οὔ. ἔτι δὲ τίνες καὶ πόσοι τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ πρὸς τούτοις περὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ὅσα μὴ συμβέβηκεν ἐν τοῖς προβλήμασιν εἰρῆσθαι τοῖς κατὰ μέρος, νῦν λέγωμεν. :*De ipsorum positione, & qui aduersi quibus, & quos simul flare contingat, & quos non: præterea qui & quot existant, & adhac de alijs passionibus, quotcunque accidit non esse considerata in problematibus particularibus, nunc dicamus.* Atque hæc quatenus ad physicos libros quos ex Aristotelis numero eijcimus. De quorum numero eijcimus quoque Physiognomica, nam author antiquus quidam qui Physiognomica ex Aristotele, ex Loxo medico, ex Polemone sophista se profitetur collegisse, multa ex Aristotele citat, quæ in hoc libello non sunt. Ad Logicos transeamus.

Ac primùm liber de Interpretatione nullo aliorum librorum loco appellatur. Deinde doctrina eius omnis tradita est in Analyticis, ideoq; superuacua videtur. Quòd verò hoc libro, & Topica, & Analytica, & de Anima citantur, non plus fidei facit eum Aristotelis esse, quàm si aiam ego hunc quem modo scribo librum Aristotelis esse, quia omnes Aristotelis libros appellat. Quòd verò falsò Topicos citet, vti superiore volumine ostendimus, arguit potius eum esse suppositium. Nec verò Andronici ratio inualida est, si παθήματα passiones animæ, quorum principio libri mentio fit, pro affectibus accipiantur; nihil enim de his in libris de Anima tractatum est. At si pro intellectibus, vti Boetius, & Alexander acceperunt, neq; etiam sic inualidum est argumentum. Nam in ijs libris de Anima, de Intellectib. ac conceptibus nullibi est tractatum, ea ratione qua initio huius libri tractantur, quòd scilicet eorum symbola & signa sint verba ac voces. Quòd si etiam tractarentur hoc modo, ea appellatio non arguit eum esse Aristotelis librum, quando & mihi, & cuique liceat eos libros appellare. Sed falsa Topicorum appellatio, falsa librorum de Anima, falsa etiam Analyticorum, manifestò conuincunt eum librum ab oscitante hac in re homine fuisse conscriptum. Nusquā enim Analyticis eo modo sunt ordinata ea quæ ibi dicuntur; merito itaq; hunc quoq; librum vti suppositium reprobamus. Nisi quis malit Analyticos reijcere, quia nō continēt, quæ liber is ex illis affert. Sunt enim Analytica etiam alijs nominibus suspecta, vti superius demonstrauimus. Nam si Metaphysici Aristotelis libri sunt, Analytici nō sunt; quandoquidem in ijs non reperiatur ea quæstio, quam ex ipsis citat lib. 6. cap. 12. vti antea etiam tetigimus. Locus etiā Rhetorici primi, cap. 2. τὰ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνοντα, καὶ ἐνδεχόμενα ἐκ τοιούτων ἀνάγκη ἑτέρων συλλογίζεσθαι, τὰ δ' ἀναγκαῖα ἐξ ἀναγκαίων, δῆλον δ' ἡμῖν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν: *Ea verò quæ vt plurimū accidunt, & possibilia, ex talibus necesse est alia syllogizare. Necessaria verò ex necessarijs, clarum autem nobis & hoc est ex Analyticis;* non videtur ex Analyticis quæ habemus desumptus: Nusquam enim tractatur, quòd possibilia vt plurimum conclusionem talem faciant, etiamsi verum id sit; neque etiam quòd ex necessarijs necessarium concludatur. Quòd autem eodem capite; antea dixerat, πάντες δὲ τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα, καὶ παρὰ ταῦτα οὐδὲν πῶς: ὥστ' εἴπερ καὶ ὅλως ἀνάγκη συλλογιζόμενον, ἢ ἐπάγοντα δεικνύναι, ὁτιοῦν, ἢ ὁντινοῦν: δῆλον δὲ ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν, ἀναγκαῖον ἑκάτερον αὐτῶν, ἑκατέρῳ τούτων τὸ αὐτὸ εἶναι: *Omnes autem probationes conficiunt, eò quòd demonstrent, vel exempla, vel enthymemata dicentes, & præter hæc nihil ferè, itaque si omnino necef-*

*se est syllogizantem, aut inducentem demonstrare quodcunque, aut quemcunque (manifestum autem id est ex Analyticis) necesse est vtrunque ipsorum, vtrique horum idem esse.* Nullo in loco hoc ad amussim est ostensum; quemadmodum neque id quod in vltimo capite secundi libri ait. ὅτι γὰρ ἀσυλλόγιστόν ἐστι πᾶν σημεῖον, δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *quòd enim syllogizabile sit omne signum, manifestum nobis est ex Analyticis.* Et paulò pòst. τὰ δὲ τεκμήρια, καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα, κατὰ μὲν τὸ ἀσυλλόγιστον οὐκ ἔστι λῦσαι. δῆλον δὲ καὶ τοῦθ' ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *indicia verò; & indiciosa enthymemata, quatenus non sunt syllogizabilia, non est soluere: Clarum autem & hoc nobis ex Analyticis*: nusquam est in Analyticis, nec prioribus, nec posterioribus. Quare si Metaphysici, ac Rhetorici libri Aristotelis putandi sunt esse; Analytici profectò non erunt. Quod si quis dicat, Topicis, Nicomachijs, Eudemijs, hos ipsos Analyticos citari; dicemus nos, eos quoque libros nequaquã esse Aristotelis; quod mox ostendere aggrediemur. At si magnis Moralib. lib. 2. cap. 6. dicitur, ὥσπερ ἔφαμεν ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐκ δύο προτάσεων γίνεσθαι τὸν συλλογισμόν: *sicuti diximus in Analyticis, ex duabus propositionibus fieri syllogismum*: intelligi facile potest, cum id dixisse in Analyticis germanis, quòd etiam in his est dictum. Neque verò mirum videri debet, hos Analyticos Aristotelis non esse, quandoquidem certo testimonio nullo nobis comprobantur, sed solo interpretum iudicio illius esse sunt crediti, quod apertè Ammonius est testatus loco superius adducto. Topica autem Aristotelis non esse, satis ante hunc libro constitit, tã ex ijs quæ ex Cicerone attulimus, quàm etiã ex ijs, quæ ex Rhetorico primo. Nam quod ex primo Analytico testimonium allatum est, infirmum redditur ex Analyticorum reiectione. Qualem infirmitudinem etiam patitur quod secundo Analytico est, cap. 17. Nunc verò id ipsum alijs locis falsò citatis confirmemus. Est enim primo Rhetorico capite primo etiam alius locus, in hũc se habens modũ. ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους, οὐδ' εἰ τὴν ἀκριβεστάτην ἔχοιμεν ἐπιστήμην, ῥᾴδιον ἀπ' ἐκείνης πεῖσαι λέγοντας. διδασκαλίας γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην λόγος, τοῦτο δ' ἀδύνατον: ἀλλ' ἀνάγκη διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι τὰς πίστεις καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς ἐλέγομεν περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως. *Praeterea, neque etiam si exactissimam habeamus scientiam, facile est ex ea aliquos persuadere. Doctrina enim est sermo secundum scientiam, hoc verò impossibile est. Sed necesse est per communia conficere probationes ac rationes: Sicuti etiam in Topicis dicebamus de collocutione ad vulgus.* Quod quidem nullibi in Topicis dictum est. Sunt quidem primo libro cap. 2. hæc verba, dum quatuor illius methodi vtilitates explicat: πρὸς δὲ τὰς ἐντεύξεις διὰ τὰς τῶν πολλῶν κατηριθμημένοι δόξας, οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων ὁμιλήσομεν πρὸς αὐτούς, μεταβιβάζοντες, ὅτι ἂν μὴ καλῶς φαίνωνται λέγειν ἡμῖν: *Ad collocutiones verò, quia enumerantes multorum opiniones, non ex alienis, sed ex proprijs dogmatibus versabimur cum ipsis, traducentes si quid nõ rectè dicere nobis videbuntur.* Quem locum si quis rectè perpendat, contrarium potius asserere deprehendet. Quod verò fine capitis secundi scribit, καθάπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, καὶ ἐνταῦθα διαιρετέον, τῶν ἐνθυμημάτων τά τε εἴδη καὶ τοὺς τόπους, ἐξ ὧν ληπτέον: *sicuti ergo in Topicis, hic diuidendum est enthymematum species & locos ex quibus accipiatur*: non est Topicorum appellatio, veluti in ijs dixerit, aut quippiam dicturus sit. Iccirco nihil ad ea vel retinenda, vel reijcienda facit, prout eadem de causa nihil faciunt appellationes eæ Topicorum, quæ sunt libro 2. capitibus 22. 23. 25. & 26. quæ si conferantur cum his Topicis, manifestò apparebat in ijs non inueniri præcipuas, veluti quæ de quatuor instantijs dicuntur: nam capite 25. ita scriptum est αἱ δ' ἐνστάσεις φέρονται, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς τετραχῶς. ἢ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ὁμοίου, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἢ ἐκ τῶν κεκριμένων: *instantia verò feruntur, sicuti etiam in Topicis, quadrupliciter: vel enim ex seipso, vel ex simili, vel ex contrario, vel ex iudicatis.* Topico verò octauo capite 4. quatuor longè differentes ab his locos instantiarum affert. Ac primum destruendo id ex quo fit falsũ, vel ad interrogantem instantiam ferendo; tertium, ad interrogata; quartum, quam χειρίστην pessimam vocat; ea quæ ad tempus, ἢ πρὸς τὸν χρόνον. Luce ergo clarius iam est, si libri Rhetorici Aristotelem authorem agnoscunt, Topicos eum ignorare. Eos autem conijcio Theophrasti, vel Eudemi, vel Phaniæ, vel alterius alicuius Aristotelis discipuli esse, eò quòd Xenocratis.

Aristotelis æmuli, atque inimici, & secundo lib. & 6. & 7. fit mentio; non quidem cum laude, attamen sine vlla reprehensione. Is autem Aristoteli superuixit annos duodecim; quibus iam Theophrastus docuerat. Sed cuiuscunque ij libri sint, Aristotelis non esse satis secure superioribus rationibus pronunciauerim. Neque etiam libris Elenchorum magis confirmantur, quòd videantur Elenchi post illos ordine scripti. Quinimò non ij esse conuincuntur, qui in Elenchis citantur, quòd lib. 2. cap. 8. hæc habeantur verba. προὐθέμεθα εὑρεῖν τινὰ δύναμιν συλλογιστικὴν περὶ τοῦ προβληθέντος ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐνδοξοτάτων. *Proposuimus quidem inuenire facultatem quandam syllogisticam, de proposita re, ex existentibus tanquam probabilissimis.* Hæc autem diuersa est propositio ab ea, quæ est initio Topicorum: ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας, μέθοδον εὑρεῖν, ἀφ' ἧς δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος ἐξ ἐνδόξων: *Propositio operis methodũ inuenire, ex qua poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilib.* Alia quoq; ratione euincitur, nõ eundẽ esse vtrorunq; operum authorem, quòd secundo capite, primi Elenchi ait se dixisse περὶ διαλεκτικῶν καὶ πειραστικῶν ἐν τοῖς πρότερον: *de Dialecticis & tentatiuis in prioribus.* Nulla autem prorsus pirastices tentatiuæ mentio in Topicis est. At suspectos quoque Elenchos istos esse superiore libro docuimus.

Ethica verò Nicomachia Aristotelis nomine ferri, esse tamẽ eius filij Nicomachi, ex Cicerone superius ostensum est. Nunc etiam alia afferamus testimonia, id verum esse corroborantia. Guarinus Veronensis videtur arbitratus à discipulo fuisse profectos, sed quo, non indicat. Sed nos appellationes eorum in alijs libris repertas proferamus. Politico secundo, cap. 1. διόπερ καὶ τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις, ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον: *quia æqualitas talionis seruat ciuitates, sicuti in Ethicis dictum est prius.* Id autem nequaquam est in Nicomachijs; imo potius cõtrarium: nam lib. 5. in quo totum de iustitia, & æqualitate negotium peragitur, cap. 5. sic est scriptũ. τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς, οὐκ ἐφαρμόττει οὔτ' ἐπὶ τὸ νόμιμον, οὔτ' ἐπὶ τὸ πολιτικόν: *Talio verò non conuenit ad legitimum, neque ad ciuile.* Sed in Magnis moralibus, cap. penult. est talis sententia. Libro verò tertio Politico, cap. 6. ἔστι ἐπὶ τὸ δίκαιον τισί, διῄρηται τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπί τε τῶν πραγμάτων καὶ οἷς, καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς: *Itaq; cum iustum aliquibus, diuisum est eodem modo in rebus, & quibus sicuti dictum est prius in Ethicis.* Est quidem talis quædam sententia cap. 3. sed eadem est in Eudemijs, & Magnis, ac etiam potuit esse in quatuor illis quos Laertius eũ scripsisse affirmat. Libro quoque 4. cap. 2. εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον: *Si enim rectè dictum est in Ethicis, vitam beatam esse eam, quæ secundum virtutem non impeditam est.* Hæc quidem sententia est in Nicomachijs, est in Eudemijs, est in Magnis: quare non magis illos, quam vtraque hæc arguit, aut cuiuslibet Peripatetici opus. Et lib. 7. capite 13. ἀλλὰ τὸ μακάριον ἐν τοῖς ἐναντίοις ἐστί, καὶ γὰρ τοῦτο διώρισται κατὰ τοὺς ἠθικοὺς λόγους: *Sed beatitudo in contrarijs est, etenim hoc etiam determinatum est in Ethicis sermonibus.* Id autem neque in Nicomachijs, neque Eudemijs, neque etiam in Magnis inuenietur. Cap etiam eodem: φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, ἐνέργειαν εἶναι καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείας: *Dicimus vero etiam in Ethicis, si qua eorum sermonum est vtilitas, esse actionem, & vsum perfectæ virtutis.* At sicut illud prius in nullo trium Ethicorum est, sic hoc in omnibus reperietur, ac etiam in omnium Peripateticorum libris. Non ergo ad Nicomachiorum probationem multum facit. Quemadmodum neque id, in quod primo Methaphysico, cap. primo est scriptum, εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς, τίς διαφορὰ τέχνης καὶ ἐπιστήμης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν. *Dictum igitur est in Ethicis, quæ differentia artis, & scientiæ, & aliorum congenerum sit.* Etenim est in Magnis primo lib. cap. penult. & in Eudemijs, & in Nicomachijs. Ex quo dicere poteris, tria hæc omnia opera Aristotelis esse; sed præter Ciceronis authoritatẽ, qui eo vixit tempore quo ab Andronico Aristotelis libri sunt publicati, est authoritas Attici Platonici, qui paulo post ea tempora vixit, nempe Galeno paulò antiquior fuit. Eius verba Eusebius lib. cõtra philosophos cap. 3. refert. Sunt autem hæc: *Aristotelis igitur de hac re libri, in primis verò magna Ethica quos inscripsit, exiguũ quiddã & humile, imò vulgare prorsus, nec amplius, quàm idiota aliquis, & homo indoctus, aut adolescens siue mulier aliqua sentiret.* Et paulo post: *Concedere enim nolunt, quòd*

*sola ipsa fœlicitatem prastet, sed similem eam faciunt diuitijs, gloria generis nobilitati, sanitati, pulchritudini, nec non alijs huiusmodi rebus, quibus inconstantia malum coniunctum est.* Quæ eadem senrentia, & Nicomachijs, & Eudemicis continetur, non tamen hæc, sed magna moralia, pro Aristotelis Ethicis adduxit. Quòd si afferas locum ex 6. cap. 3. qui sic habet, ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία ὥσπερ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐλέγομεν: *Ex pracognitis est omnis doctrina, quemadmodum in Analyticis dicebamus.* Vt astruat hos Ethicos reuera Aristotelis opus esse; quantum hic locus astruit, tantum alius qui est eodem libro & capite, destruit. ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη, ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτική, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς: *Scientia ergo est habitus demonstratiuus, & quacunque alia adiecimus in Analyticis.* Nam cùm nullo Analyticorum loco scientia diffiniatur, vt hic, & Analyticos suspectos reddit, & se ipsum redarguit. Præter eas quas iam contra Analyticos adduximus suspiciones, est Laertij locus in Eudoxo his verbis. φησὶ δ' αὐτὸν Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους, τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν: *Ait verò ipsum Nicomachus Aristotelis voluptatem dicere esse bonum ipsum.* Quæ sententia est x. Nicomachio, cap. 1. & 2. initio his ipsis verbis, Εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τ' ἀγαθὸν ᾤετο εἶναι. *Eudoxus quidem voluptatem putauit bonum ipsum esse.* Qui locus conuincere videtur hos, libros non Aristotelis, sed Nicomachi esse. Addam quod me maximè torquet, id verò est, quòd tempora non videntur ferre potuisse, vt Aristoteles libros hos, Nicomacho filio scribere, aut potuerit, aut debuerit, qui puerulus admodum, moriente patre, est relictus curæ Hipparchi, Timarchi, atque aliorum eius testamenti curatorum. Cuius sententia talis fuit. *Aristoteles haredes suos reliquit, Pythiada, & Nicomachum filios, & Nicanorem generum Pythiadis futurum sponsum.* Inter hos ea ætatis fuit differentia, vt Nicanor fuerit reliquis maior, sequeretur eũ Pythias aliquot annis iunior, postremus esset ætate Nicomachus, omnes tamen tam tenera ætate essent, vt curatoribus egerent. Nicanorque nõn adhuc idoneus esset ad rem familiarem gubernandã. Sic enim principio Aristotelici restamenri Diogenes scripsit. ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων, καὶ διαπαντὸς, Ἀντίπατρον, ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι μὲν Ἀριστομένη. *Tutorem omnium esse, & semper, Antipatrum, & quousque Nicanor suscipiat. curam gerat Aristomenes, & reliqui.* Cuiusnam rei curam gerat? τῶν τε παιδίων, καὶ Ἑρπυλλίδος, καὶ τῶν καταλελειμμένων. *Puellulorum, Herpylidis, atq; relictorum.* Quid autem est illud, Quousq; Nicanor suscipiat, aliud quàm, postquàm gubernationem suscipere sit aptus? Id autem futurum erat, quando per ætatem posset, & Pythiada vxorẽ duceret: nam si ætatis legitimæ fuisset, cur non à principio constitutus est rerum dominus ac gubernator? vt paulo post, Νικάνωρ κύριος ἔστω, Nicanor dominus esto, quando adoleuerit. ac tunc, ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ, καὶ τῆς παιδὸς, καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν, ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός: *Curam habeat Nicanor, & puella, & pueri Nicomachi pro eorum dignitate, tanquam & pater & frater.* Debuit autem puellam ducere, ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδὶ, ἐκδέδοσθαι αὐτὴν Νικάνορι: *Quando hora fuerit puella, vt Nicanori tradatur.* Non erat ergo Nicanor, cùm Aristoteles moreretur, idoneus administrãdæ rei familiaris, nec puella adhuc matura viro erat. Iccirco voce illa nominantur statim τῶν τε παιδίων puellulorum. Quorum Pythias suscepta fuerat ex Pythiade vxore, Hermiæ Eunuchi nepte; Nicomachus vero ex Herpylide cõcubina, quam verisimile est domum duxisse post Pythiadis obitum, ex eaque anno saltem pòst Nicomachum suscepisse. Iunior itaq; Nicomachus sorore fuit. Tẽpore autem paterni obitus, illa nubilis non erat. Puellulus ergo Nicomachus erat, ad quem eius ætatis, libros tam magnos, tamque arduos, non est verisimile scripsisse Aristotelem, tam grauem virum, quem nolunt sui cuiquam, ne regi quidem Alexandro, tam magno, tamque de se benemerito, sua opera dicare voluisse. Quæ quidem ratio apud me tantum valet, vt simul cum Ciceronis, & Attici authoritate, locisque ex Politico paulo antè allatis, qui sententias Ethicorum notant, quæ in his Ethicis non sunt, facile in eam sententiam abeam, vt credam reuera hos Ethicos Aristotelis minimè esse: & si sint, eos non fuisse ad Nicomachum puerulum scriptos; sed debere Magna ethica vocari: & ea quæ Magna hactenus sunt vocata, vocanda esse Nicomachia. Neque enim nomen illud, Magna, illis paruis, atque epitomis congruit: & si quid

Ari-

Aristoteles filio scripsit, epitomen potius, atque synopsim morum fœlicitatisque, quàm diexodicam doctrinam scripsit.

De Eudemijs verò ita sentio, vt adduci nō passim eos Aristotelis esse vt credam, quòd à Diogene præteriti sint; quòd phrasis multum est ab Aristotelica dissimilis; quòd doctrinæ aliqua etiam sit dissimilitudo. Etiamsi libro septimo, capite duodecimo, ea verba habeātur, ὡς οὐδεὶς φίλος, ᾧ πολλοὶ φίλοι, *Quod nullus amicus cui multi amici*: quæ Laertius paulo ante catalogum Aristotelicorum librorum ex Phauorino affert vti dicterium Aristoteli vsitatum, aitq; septimo Ethico reperiri. φησὶ δὲ Φαβωρῖνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, ὡς ἑκάστοτε λέγοι, ᾧ φίλοι, οὐδεὶς φίλος, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἠθικῷ ἑβδόμῳ ἐστί: *Dicit verò Phauorinus in secundo Apomnemoneumatum, quòd identidem diceret, cui amici nemo amicus. Sed & in septimo Ethico est.* vbi rectè legetur, ᾧ πολλοὶ φίλοι: cui multi amici; corruptè apud Laertium. Qui ex se ipso nequaquam potuit dicere, id dictum esse in septimo Ethico, cùm paulo pòst, quatuor solos Aristotelem scripsisse, scripturus erat. Sed id ex Phauorini relatione attulit, ex cuius sententia non Nicomachij, sed hi Eudemij Aristotelis esse, dicendi essent. Eodem scilicet errore, quo multi multos libros pro Aristotelicis vsurparunt. Nos verò Eudemi eos esse arbitramur Rhodij, qui, vti ex Ammonio vidimus, ad præceptoris imitationem, & Categorias, & peri Herminias, & Analytica scripsit. & Sophisticos elenchos, vt Galenus de Sophismatis quæ penes dictionem accidunt citat, καθ' ἕκαστον τῶν προειρημένων παράδειγμα λάβοι τις ἄν, ἔκ τε τῶν Εὐδήμου καὶ ἄλλων. *Singulorum prædictorum exempla sumpserit quispiam ex Eudemi & aliorum Elenchis.* Et etiam Physica, vti Simplicius multis in locis suorum commētariorum tradidit, in omnibus ita præceptoris doctrinam secutus, vt etiam proprio ingenio aliquid reseruaret; quod clarius postea apparebit. Analytica autem sua fuisse Eudemia appellata ex commentarijs Alexandri in Topicos apparet, dum ita scribit libri secundi commentario primo in fine: *Quod vero particularius sit dialectico destruere, & confutare, quàm probare, & construere, patet in primo resolutiuorum, qui inscribuntur Eudemici.* Equidem inscribitur etiam ipsum ab Eudemo de Resolutorijs. Itaq; is idē Eudemus, vir magnus, qui præceptorem imitatus, Categorias, peri Herminias, Analytica, Physica conscripsit, non est à ratione ac verosimili alienum, Ethica ad eādem imitationem conscripsisse, ab eoque Eudemia, vti illa Analytica, fuisse nuncupata. Atque hæc de Ethicis omnibus.

De Oeconomico verò eo qui secundus inter Græcè impressos codices numeratur, sentimus vt omnino de Aristotelicorum librorum numero explodatur, tum ob dogmatum diuersitatem permagnam, tùm ob phraseos dispatitatem, tùm etiam quòd à Diogene reticeatur, à nemine alio antiquorum pro Aristotelico nominetur. Quem verò Leonardus Aretinus pro secundo suppoluit, Aristotelis neque ipse est, quia methodus intercisa, quia non ex rei natura deducta, sed omnis ex Homeri testimonijs conformata, quasi ex eius præscripto vellet Oeconomicam instituere. Moris autem Aristotelici est, ex rerum ipsarum naturis dogmata sua constituere.

Ex eodem numero eijciantur etiam Aegyptia illa Theologia, liber de Pomo, de Causis, ac alter de Causis proprietatum elementorum, rationibus antecedente adductis; quas nihil est necesse hic refricare. Prodijt nuper libellus sub Pepli Aristotelici nomine, Heroum Homericorum epitaphia aliquot continens, qui certè non est is, quem Nicephorus ac Tripartita historia, vti libro secundo retulimus, nominarunt. Non enim continet Theologiam antiquorum, vti hi, illum Peplum cōtinuisse autumant. Sed est potius alterius cuiusdam Aristotelis, quem Laertius tertium cōmemorat, aitque, τρίτος περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος: *tertius qui circa Iliada est operatus*; nam epitaphia huius Pepli omnia sunt Heroum qui in Iliade celebrātur. Stobœi, quoque Χρεῖαι, *Chriæ*, Aristotelis nostri non esse, satis manifestò apparet, quòd sermone 55. ex ijsdem Chrijs Zenonis Stoici dicterium affert; Zeno autem is Aristotelis nostri obitu aliquot annis posterior fuit.

# ARISTOTELICORVM LIBRORVM LOCA CITATA.

## ET ALIQVOT TITVLI RESTITVTI.

## LIBER QVINTVS.

ANTECEDENTE libro præstanti ingenio adoleſcens, reſarciuimus quoquo modo per antiquorum teſtimonia licuit, ea vulnera, quæ ante illum libro, animo tuo inflixeramus. Libros Ariſtotelis certiſſimos monſtrauimus: qui certiſſimè ipſius non eſſent oſtēdimus. Ambiguos, medio certitudinis loco ſtatuimus: pro Ariſtotelicis tamē recepimus, vt abundantiore tanti viri doctrina frueremur, quæ ijs quoque ablatis, exigua valde ac tenuis remanſura videbatur. Quoniam verò in ea re peragenda multi loci ex multis Ariſtotelis libris ſunt allati, qui alios libros appellarent, operæ non paruum pretium fore putamus, ſi præſenti volumine, omnes omnino eiuſmodi locos colligeremus, tibique exhiberemus. Fore namque ſperauimus, vt ea ope, & certiorem in Ariſtotelicis libris, & faciliorem opetam nanciſcere. Neque enim exigua eſt ea ſtudiorum remora, qua dum innumeris locis Ariſtoteles libros alios citat; quādoq; non extātes amplius, quādoq; verò extātes: ſępe tamē ſuis nominibus, ſæpe nomine ſuppreſſo, ſæpe etiā mutato, animus fluctuare ac dubitare cogatur: præſertim cū tot locis, nuſquā libros de Phyſica auſcultatione, aut de Cælo, aut Metaphiſicos, vel Priores, vel Poſteriores Analyticos nominet. Hanc itaq; rē, quæ nō parū multis interpretib. ambiguitatis attulit, in examē vocemus, lucēq; afferre nitamur, quo, quàm maximè fieri poſſit, omnia clara ac dilucida ad tua ſtudia habeas. Exponā igitur primò eos libros oēs, quos ipſe inſcriptionib. à ſe poſitis, quas adhuc retinent, appellat. Deinde eos quos ſuis nominibus vocauit, ſunt tamen temporum iniuria amiſſi. Tertiò eos libros quos ſe ſcripturum pollicetur, non tamen in notitiam cuiuſquam peruenerunt. Quartò eos, in quibus libros extantes quidem, ſed ſine nomine citat, ac veluti inſinuat. Præterea afferam loca in quibus ſe aliquid dicturum pollicetur, non tamen librum exprimit. Poſtremò, locos eos in quibus libros nominibus alijs, quàm nunc habeant appellat; illiſque proprios, & ab Ariſtotele ipſo inſcripros titulos reſtiruam. In qua re, ex omnibus libris loca appellara proferam, tam ex certis eius, quàm incertis, ne videar fraudem huic labori feciſſe. Itaq; quod primo propoſuimus, aggrediamur.

Libro tertio de Cœlo, cap. 1. libros de generatione & corruptione appellat. λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν, ἅμα τι συμβήσεται περὶ τούτων λέγουσι, καὶ περὶ γενέσεως, καὶ φθορᾶς διασκέψασθαι: *Reliquum eſt de duobus dicere, & ſimul accidit de his dicentes etiam de generatione & corruptione perſcrutari.* Primo deinde Meteoro, cap. 1. καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς κοινῆς εἴρηται πρότερον: *Atque de generatione & corruptione communi, dictum eſt prius*. Libri verò Meteorum non alibi citantur, quàm ſecundo de Plantis, cap. 2. ἐπεθήκαμεν δ' αἰτίας περὶ τῆς γενέσεως τῶν πηγῶν, καὶ ποταμῶν, ἐν τῷ ἡμετέρῳ βιβλίῳ, τῷ περὶ Μετεώρων· *Poſuimus autem cauſas generationes fontium & fluuiorū, in noſtro libro Meteororum*. Qui tamen libri ſi Ariſtotelis ſunt, non Ariſtotelico ſermone loquuntur, ſed alieno quodam Arabico, ex Latino in Græcum quomodocūque transformato.

Librorum de anima ſæpe eſt facta mētio, ac primo libro de Interpretatione, cap. 1. περὶ μὲν οὖν τούτων εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς: *De his quidē dictum eſt in ijs quæ de anima.* deinde libro de Senſu, cap. 1. ἐπεὶ δὲ περὶ ψυχῆς καθ' αὑτὴν διώρισται πρότερον: *Quādoquidē de anima per ſe, determinatū eſt prius.* Libro etiā de Memoria, cap. 1. ἐπεὶ δὲ περὶ φαντασίας εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς: *Quandoquidē de phantaſia dictū eſt prius, in libris de Anima.* Libro de Somno, cap. 2. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. *Dictum verò de ipſis, in libris de Anima.* Libro quoq; de Reſpiratione, cap. 8. δι' ἣν δ' αἰτίαν, εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς: *Quam verò ob cauſam, dictum eſt prius in libris de Anima.*

Libro

Libro etiam secundo de animalium generatione,cap.3. ἐκ τῶν περὶ ψυχῆς διωρισμένων ἐν ἄλλοις,φανερὸν: *Ex ijs quæ de Anima sunt determinata in alijs,clarum est.* Libro quinto iterum,cap.1. ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τοῖς περὶ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τούτων ἔτι πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς διωρισμένοις: *Quemadmodum dictum est prius in his quæ de Sensibus, & quàm de his etiam prius in ijs quæ de Anima sunt determinata.* Cap. quoq; septimi libri eiusdem: τίνος μὲν οὖν ἕνεκα φωνὴν ἔχει τὰ ζῶα, καὶ τί ἐστι φωνή, καὶ ὅλως ψόφος, τὰ μὲν ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεων, τὰ δ' ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς εἴρηται: *Cuius quidem gratia vocē habent animalia,& quid vox est,& omnino sonus,partim equidem in ijs quæ de Sensibus;partim verò in ijs quæ de Anima,dictū est.* Et rursus in fine eiusdē capitis: περὶ μὲν οὖν φωνῆς ὅσα μὴ πρότερον ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως διώρισται, καὶ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, τοσαῦτα εἰρήσθω: *De voce quidē,quotcunq; prius in ijs quæ de Sensu non sunt determinata: ac in ijs quæ de Anima, tot dicta sunto.* Atq; his tribus posterioribus locis,nõ solùm liber de Anima, sed etiã liber de Sensu est appellatus, quē Iulius Scaliger vir optime eruditus,nescio qua ratione,putauit esse Theophrasti, cùm non solùm his locis , sed etiam multis alijs idē liber appelletur;veluti tertiò Meteoro,cap 2. ἔστω δ' ἡμῖν περὶ τούτων τεθεωρημένον ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις δεικνυμένοις: *Esto de his nobis speculatum in ijs quæ de Sensibus demõstrata sunt.* & lib 5.de animaliũ generatione,cap.2. οἱ γὰρ πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως: *Poris namq; sensoriorũ omniũ,sicuti dictũ est in ijs quæ de Sensu.* Libro quoq; secundo de Partibus animalium,cap.7. περὶ ὧν εἴρηται καθ' αὑτὰ ἐν τῷ περὶ αἰσθήσεως,καὶ περὶ ὕπνου διωρισμένοις: *De quibus dictum est per se,in libro de Sensu,& de Somno determinatis.* Rursum, cap. 10. ὅτι μὲν ἀρχὴ τῶν αἰσθήσεών ἐστιν ὁ περὶ τὴν καρδίαν τόπος,διώρισται πρότερον ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως: *Quòd quidē sensuũ principiũ est locus circa cor , determinatum est primùm,in libro de Sensu .* fine scilicet capitis secundi, quæ manifestè refellunt Scaligeri opinionem. Quę quidē refellitur etiã ab ijs, quæ initio huius libri proponũtur dicēda de Memoria scilicet,de Somno,Vigilia; de Iuuentute,& Senectute;de Inspiratione,& Expiratione;de Vita,& Morte, quæ omnia Aristoteles prosecutus est: etiamsi non extent quæ iam quæ hoc eodem loco proponit. Vt libri de Sanitate,& Morbo;de Animositate. Concupiscentia,Appetitu, de Voluptate,& Dolore,quæ temporum iniuria interciderunt.Itaq; liber is,Aristotelis habeatur. Sed liber qui hunc sequitur,de Memoria,nullo alio loco præterquam initio huius appellatur.

At liber de Somno,& hoc initio, & loco ex 2.de partibus,cap.7.paulo antè citato, tum etiam alijs,vt tertio de Anima,cap.9. περὶ δ' ἀναπνοῆς,καὶ ἐκπνοῆς,καὶ ὕπνου,καὶ ἐγρηγόρσεως, ὕστερον ἐπισκεπτέον: *De respiratione verò, & expiratione,& somno, & vigilia, postea perspiciendum.* Et libro de Vitæ longitudine,cap.1. περὶ μὲν οὖν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως,ὕστερον ἐπισκεπτέον: *De respiratione verò, & expiratione,& somno & vigilia, postea perspiciendum* . Et libro de Vitæ longitudine ,cap. 1. περὶ μὲν οὖν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως εἴρηται πρότερον: *De somno verò & vigilia dictum est prius* . Libri verò de Animalium motu,mentio duobus locis est facta,altero,libro 2.de Cœlo,cap 2. διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων,ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζώων κινήσεις,διὰ τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖα τῆς ἐκείνων εἶναι: *Determinatum ergo de his est in ijs quæ de animalium motu,quia natura eorum propria sunt*, scilicet dextrũ & sinistrũ. Altero verò lib 4.de Partibus animalium,cap.13. τὸ δ' αἴτιον ἐν τοῖς περὶ πορείας,καὶ κινήσεως τῶν ζώων εἴρηται: *Causa verò in libris,de Ingressu, & de Motu animalium dicta est.* Libri verò de Ingressu meminerat etiam eiusdem libri cap.11. ἡ δ' αἰτία τῆς ἀποδίας αὐτῶν εἴρηται ἐν τοῖς περὶ τῆς πορείας τῶν ζώων διωρισμένοις: *Causa verò quòd pedibus careant , dicta est in ijs quæ de Ingressu animalium determinata sunt.* Et iterum eodem ipso capite , περὶ δὲ τῆς τῶν καμπύλων κάμψεως ἐπίσκεπται πρότερον ἐν τοῖς περὶ πορείας κοινῇ πάσιν: *De inflexu verò curuarum consideratũ est prius in ijs quæ de gressu omnibus communi.* Libri quoq; de Respiratione, præter locũ anteà citatum mentionē fecit lib.3.de Partibus,cap.6 καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ἀναπνοῆς: *Quemadmodum dictũ est in actis de Respiratione.* Libro etiam quarto,cap.13. δι' ἣν δ' αἰτίαν, εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ἀναπνοῆς: *Quam verò ob causam,dictum est in ijs quæ de Respiratione.*

Libelli verò de Longitudine, & Breuitate vitæ, & eius qui de Iuuentute & Senectute,Vita & Morte,nullibi est mētio facta. Sed initio illius de Vita & Morte,ac de Sanitate,& Morbo pollicetur se dicturũ. περὶ δὲ ζωῆς καὶ θανάτου λεκτέον: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ νόσου,καὶ ὑγιείας,ἐπεὶ ἐπιβάλλει τῇ φυσικῇ φιλοσοφίᾳ: *De vita verò & morte dicendũ: simili-*

*ter etiã de morbo & sanitate, quantũ naturali philosophia confert.* Sed historiã Animaliũ frequenter nominauit. Veluti libro de Respiratione, cap. 11 γέγραπται δὲ περὶ αὐτῶν δι' ἀκριβείας μᾶλλον, ἐν τοῖς περὶ ζώων ἱστορίαις: *Scriptum verò est de ipsis magis exactè in libris de animalium historia.* Cap. itidem 15. καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῶα γεγραμμένων: *Et ex historijs quæ de animalibus scripta sunt.* Libro quoq; primo de Generatione animalium, cap. 3. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τῶν ζώων: *Determinatum verò est de ipsis exactius in historijs quæ de animalibus.* Eiusdem libri, cap. 4. ὃν δὲ τρόπον ἔχει αὕτη, ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῶα δεῖ θεωρεῖν: *Quo autem modo ipsa se habeat ex historijs de Animalibus oportet contemplari.* Iterum cap. 11. δεῖ δὲ καὶ περὶ ταύτης, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὑστερῶν, ὃν τρόπον ἔχουσιν, ἐκ τῶν ἀνατομῶν τεθεωρηκέναι, καὶ τῶν ἱστοριῶν: *Oportet verò, & de hac & de alijs vterũ, quo se habeant modo, ex dissectionibus contemplatum esse, & ex historijs.* Rursum cap. 20. δι' ἀκριβείας δὲ πῶς συμβαίνει ταῦτα περὶ ἕκαστον τῶν ζώων, γέγραπται ἐν ταῖς περὶ ζώων ἱστορίαις: *Exactè verò modo quo accidant hæc circa singula animalia, scriptum est in historijs de animalibus.* Libro autem secundo, cap. 5. δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἔκ τε τῶν παραδειγμάτων, τῶν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων: *Oportet autem hæc conspicere in exemplis dissectionum, & ijs quæ in historijs scripta sunt.* Libro etiã tertio, cap. 1. ἔνια γὰρ εὐθὺς ἔχοντα ᾠὰ φαίνεται, καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται περὶ αὐτῶν: *Quædam enim statim apparent oua habere, quemadmodum in historijs scriptum est de ipsis.* Et cap. 2. δι' ἀκριβείας μὲν οὖν ὃν τρόπον ἔχουσι ταῦτα πρὸς ἄλληλα, κατ' ἀρχάς τε τῆς γενέσεως, καὶ συνισταμένων τῶν ζώων, ἔτι δὲ περί τε ὑμένων καὶ ὀμφαλῶν, ἐκ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων δεῖ θεωρεῖν: *Exactè verò quomodo se ista habeant ad inuicem, tum in principio generationis, tùm etiam adultis iam animalibus, & præterea de mẽbranis & vmbilicis, ex ijs quæ in historijs scripta sunt oportet contemplari.* Libro verò secundo de Partibus, cap. 17 εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τῶν ζώων: *Dictum verò est de ipsis in historijs de animalibus.* Libro etiã tertio, cap. 5 ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν, καὶ ἐκ τῆς ζωϊκῆς ἱστορίας: *Ex dissectionibus oportet contemplari, & ex animali historia.* Postremo cap. 14. eiusdem libri, ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ ζῶα δεῖ θεωρεῖν: *Ex historia de animalibus oportet speculari.*

Librorum verò de Partibus animalium fit mẽtio non paucis locis. Ac primo lib. de Longitudine & Breuitate vitæ, cap. 3. ἡ δὲ καρδία ὅτι ἐστὶν ἀρχὴ τῶν φλεβῶν, ἐν τοῖς περὶ τὰ μέρη τῶν ζώων εἴρηται πρότερον: *Cor verò esse principium venarum, in libris de Partibus animalium dictum est prius.* Libro etiam de Animalium generatione, cap. 15. καθάπερ εἴρηται τ' ἐν τοῖς περὶ τῶν μορίων λόγοις: *Quemadmodum dictum est in sermonibus de partibus.* Libro quoque 4 cap. 1. περὶ μὲν οὖν ὅλου τε τοῦ σώματος, καὶ τῶν μορίων, τί τε ἕκαστον ἐστὶ, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν, εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις: *De toto enim corpore & partibus, quid sit vnumquodque, & qua de causa, dictum est prius in alijs.* Libro etiam quinto, cap. 3. τίνος μὲν οὖν ἕνεκα τὸ τῶν τριχῶν ἐποίησε γένος ἡ φύσις τοῖς ζώοις, εἴρηται πρότερον ἐν ταῖς αἰτίαις ταῖς περὶ τὰ μέρη τῶν ζώων: *Cuius quidem gratia natura fecerit pilorum genus in animalibus, dictum est prius in causis partium animalium* Libro quarto cap. 14. περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τίνα αἰτίαν ἐστὶν ἐν τοῖς ζώοις εἴρηται: *De partibus quam ob causam sunt in animalibus dictũ est.* Libro etiam quinto de historia, cap. 5. ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν μορίων: *Sicut dictum est prius in differentijs partium.* Libro autem quarto de Partibus, cap. 14. proponitur dicendum de animalium generatione. τούτων δὲ διωρισμένων ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν: *His determinatis, consequens est ea quæ ad eorum generationis pertinent distinguere* Libro quoque secundo, cap 3. dictum fuerat. ὃν δὲ τρόπον λαμβάνει ἐξ αὐτοῦ τὴν αὔξησιν τὰ μόρια, ἔτι δὲ περὶ τροφῆς ὅλως, ἐν τοῖς περὶ γενέσεως, καὶ ἑτέροις οἰκειότερον ἐστὶ διελθεῖν: *Ad quem verò modum accipiunt ex ipso augmentum partes ipsæ; præterea de nutritione omnino, in ijs quæ de generatione, & alijs, magis proprium est transigere.* Libro etiam tertio, cap. 4. ἐκ τῶν ἀνατομῶν δὲ κατάδηλα ταῦτα, καὶ ἐκ τῶν γενέσεων: *Ex anatomis clara sunt ista, & ex generationibus.* Et lib. 4. cap. 4 ἀλλ' ἐπεὶ περὶ γενέσεως λεκτέον, ἁρμόττον ἐστὶ, καὶ περὶ τούτων ἐν τῇ περὶ ἐκείνων θεωρίᾳ διελθεῖν: *Sed postquam de generatione est dicendum, conueniens est in ea speculatione etiam de his transigere.* Libro etiam de Generatione quarto in fine. περὶ μὲν οὖν τῆς ἔσωθεν τροφῆς τῶν ζώων, καὶ τῆς θύραζε γενέσεως εἴρηται, καὶ χωρὶς περὶ ἑκάστου, καὶ κοινῇ περὶ πάντων: *De interna verò animalium nutritione, ac de interna generatione dictum est de singulis seorsum, & communiter de omnibus.* Primo quoque libro de animalium historia, cap. 3. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν

τῆς

τοῖς περὶ γενέσεως δι' ἀκριβείας ὕστερον ἐροῦμεν: *Sed de his quidē in libris de Generatione exactius posterius dicemus.*

Libros de Plantis, citat libro de Vitæ longitudine, cap. 6. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου, καὶ καθ' αὐτὰ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν διορισθήσεται. *Sed de hoc etiam separatim in libris de Plantis determinabitur.* Primo etiā de Generatione animaliū, cap. 1. περὶ μὲν οὖν φυτῶν, αὐτὰ καθ' αὑτὰ χωρὶς ἐπισκεπτέον: *Plantas igitur, ipsas per se ipsas separatim est speculandū.* Libro etiā quinto de Historia, cap. 1. ὥσπερ εἴρηται ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ τῶν φυτῶν: *Quemadmodum dictum est in contemplatione de Plantis.*

Problemata quoq; non rarò citantur. Loca hæc sunt; secundo Meteoro, cap. 6. καὶ πρὸς τούτοις περὶ τῶν ἄλλων παθημάτων, ὅσα μὴ συμβέβηκεν ἐν τοῖς προβλήμασιν εἰρῆσθαι τοῖς κατὰ μέρος, νῦν λέγωμεν: *Et ad hac, de alijs passionibus, quotcunque contigit in particularibus problematis non attingere, nunc dicamus.* Libro etiā de Somno, cap. 2. διότι δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δ' ἐγρηγορικὰς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς προβληματικοῖς εἴρηται: *Qua verò de causa somnia meminerunt expergefacti, actiones verò in vigilijs factas non retinent memoria, in problematicis dictum est.* Libro de Iuuentute & senectute, cap. 5. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης ὅτι τὸ ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγκεκυκλωμένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρὶ (τὸ μὲν γὰρ μαραίνεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον) εἴρηται καὶ ἐν τοῖς προβλήμασιν: *Sed de causa hac, quòd contrarium accidat igni aperto, & suffocato (hic enim extinguitur, ille verò perdurat plus temporis) dictum est in problematis.* Libro itidē de Generatione animalium secundo, cap. vlt. εἴρηται δ' ἐν τοῖς προβλήμασιν περὶ αὐτῶν: *Dictum verò est in problematis de ipsis*, scilicet ære, & stanno. Libro etiā quarto, cap. 4. καὶ γὰρ τὰ ὀκτάμηνα ζῇ μέν, ἧττον δέ. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς προβλήμασι: *Octomestria namq; viuunt quidem, sed minus. Dictum autem est de ipsis in problematis.* Eodem libro, cap. 7. περὶ μὲν τοῦ πάθους τῆς αἰτίας εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι: *De causa verò passionis* (mole scilicet) *dictum est in problematis.* Libro tertio de Partibus, cap. 15. διότι δὲ τοῖς πολυκοίλοις ἐν τῷ ἐχίνῳ γίνεται ἡ πυετία, εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι: *Cur coagulum in omaso multiuentriū generatur, dictum est in problematis.* Atque hæc quidem sunt loca quibus ab Aristotele Physicæ classis extantes libri appellati sunt.

Logicos post hos recēseamus. Quorum Analyticos non semel citat, ac primùm Metaphysico 6. cap. 12 νῦν δὲ λέγωμεν πρῶτον, ἐφ' ὅσον ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς περὶ ὁρισμοῦ μὴ εἴρηται: *Nūc verò primo dicamus quantū in Analyticis nō est de diffinitione dictū.* Libro etiā 6. Nicomac. cap. 3. ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν: *Ex præcognitis enim est omnis doctrina, veluti in Analyticis diximus.* & mox, ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτική, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς: *Scientia ergo est habitus demōstratiuus, & quotcunq; alia addidimus in Analyticis.* Moralibus verò Magnis, lib. 2. cap. 6. ὥσπερ ἔφαμεν ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐκ δύο προτάσεων γίνεσθαι τὸν συλλογισμόν: *Sicuti diximus in Analyticis, ex duob. propositionib. fieri syllogismū.* Libro quoq; moralium Eudemiorū primo. ἔστι γὰρ διὰ ψευδῶν ἀληθὲς δεῖξαι, δῆλον δὲ ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *Nam ex falso verum potest demonstrari. Manifestum id est ex Analyticis.* Libro etiam secundo. δῆλον δ' ὃ ἐπιχειροῦμεν ἔτι ἀναγκαῖον ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *Manifestum autem id est quod astruimus esse necessarium ex Analyticis.* Rursus eodem lib. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν μὲν τοῖς ἐν ἀρχῇ βραχέως, ἐν δὲ τοῖς ἀναλυτικοῖς δι' ἀκριβείας: *Dictū verò de ipsis est inter initia quidem breuiter, sed in Analyticis exactè.* Libro autē quinto, eadem sunt quæ 6. Nicomachio, cap. 3. Libro etiam de Interpretatione (si modò pro Aristotelico hic liber est habendus) cap. 7. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς εἴρηται, οὕτω τέτακται: *Hæc quidem sicuti in Analyticis dictum est, sic sunt disposita.* Sed secundo de Demōstratione, particularē quādā analysim appellat, καθάπερ ἐν τῇ ἀναλύσει τῇ περὶ τὰ σχήματα εἴρηται. *Quēadmodū in Analysi de figuris dictum est.* Et Topico 8. cap. 4 τὸ δ' ἀληθές, ἔστι καὶ διὰ ψευδῶν ποτὲ συλλογίσασθαι, φανερὸν δ' ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *Verum etiam ex falsis est aliquando syllogizare, clarū autē ex Analyticis.* Et cap. 5. τὸ δ' ἐν ἀρχῇ καὶ τὰ ἐναντία πῶς αἰτεῖται ὁ ἐρωτῶν, κατ' ἀλήθειαν μὲν ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς εἴρηται: *Quòd in principio verò & cōtraria quodāmodo petit interrogans, secundū veritatē quidē in Analyticis dictum est.* Primo Rhetorico, ca. 2. δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *Clarū id nobis est ex Analyticis.* Et rursus. δῆλον δ' ἡμῖν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *Clarū verò nobis & hoc est ex Analyticis.* Libro verò 2. cap. 2. ὅτι γὰρ ἀσυλλόγιστόν ἐστι πᾶν σημεῖον, δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. *Quòd enim non syllogizabile est omne signum, clarum est nobis ex Analyticis*; & mox,

τὰ δὲ τεκμήρια, καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα κατὰ μὲν τὸ ἀσυλλόγιστον, οὐκ ἔσται λῦσαι. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν: *Inditia verò, & ex indicijs enthymemata, quatenus non sunt syllogizabilia, non est soluere. Clarum verò id quoque nobis est ex Analyticis.*

Topica autem & lib. de Interpretatione nominat, cap. 7. εἴρηται δ' ἐν τοῖς τοπικοῖς περὶ αὐτῶν: *Dictum verò est in Topicis.* Et Analytico primo, cap. 1. διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως, συλλογιζομένῳ δὲ λῆψις τοῦ φαινομένου καὶ ἐνδόξου, καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἴρηται: *Dialectica verò interroganti quidem, interrogatio contradictionis, syllogizanti verò acceptio apparentis, & opinione concepti, sicuti in Topicis dictum est.* Secundo etiam Analy. cap. 17. ὅπερ εἴρηται καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς, τὸ γὰρ ἀναίτιον ὡς αἴτιον τιθέναι, τοῦτό ἐστι: *Sicuti dictum est etiam in Topicis, non causam enim vt causam ponere, hoc ipsum est.* Primo autem Rhetorico. cap. 1. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς ἐλέγομεν περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως: *Sicuti in Topicis dicebamus de collocutione ad multitudinem,* & ca. 2. τίς δ' ἐστι διαφορὰ παραδείγματος, καὶ ἐνθυμήματος φανερὸν ἐκ τῶν Τοπικῶν: *Quæ verò sit differentia exempli & enthymematis, clarum ex Topicis est.* Cap. eodem. καθάπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, καὶ ἐνταῦθα διαιρετέον τῶν ἐνθυμημάτων τά τε εἴδη καὶ τοὺς τόπους, ἐξ ὧν ληπτέον: *Sicuti ergo in Topicis, sic & hoc loco diuidenda sunt enthymematum species, & loci, ex quibus sumantur.* Libro verò 2. cap 22 φανερὸν οὖν ὅτι ἀναγκαῖον, ὥσπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, πρῶτον περὶ ἕκαστον ἔχειν ἐξειλεγμένα: *Clarū ergo quod necessariū vt in Topicis primum circa vnumquodque habere selecta.* Et cap. 23. ἄλλος ἐκ τοῦ ποσαχῶς, οἷον ἐν τοῖς Τοπικοῖς περὶ τοῦ ὀρθῶς: *Alius ex multiplici, veluti in Topicis de eo quod rectè.* Cap. eodem. ἄλλος ἐκ τῶν μερῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, ποία κινεῖ ἡ ψυχή. *Alius ex partibus, veluti in Topicis qualia mouet anima.* Cap. 25. αἱ δ' ἐνστάσεις φέρονται καθάπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς τετραχῶς: *Instantia verò feruntur, sicuti in Topicis quadrupliciter.* In fine verò libri. ἡ δ' ἔνστασις οὐκ ἔστιν ἐνθύμημα, ἀλλὰ καθάπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, τὸ εἰπεῖν δόξαν τινά: *Instantia verò non est enthymema, sed veluti in Topicis, dicere opinionem quandam.* Et tertio lib. cap. 18. φανερὸν δ' ἡμῖν ἔσται ἐκ τῶν Τοπικῶν καὶ τοῦτο, καὶ αἱ λύσεις: *Clarum autem nobis erit ex Topicis, & hoc & solutiones.* Hos eodem libros videtur etiam dialecticos appellasse tribus locis. Primum Analytico primo cap. de medij abundantia, καθόλου μὲν οὖν ὃν δεῖ τρόπον τὰς προτάσεις ἐκλέγειν, εἴρηται σχεδόν, δι' ἀκριβείας δὲ διεληλύθαμεν ἐν τῇ πραγματείᾳ τῇ περὶ τὴν διαλεκτικήν: *Vniuersaliter quidem quo nam oporteat modo propositiones seligere, dictū est ferè, exactè verò transegimus, in opere quod est de dialectica.* Et secundo Rhetorico. cap. 22. καὶ διαφέρει ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἔλεγχος, καὶ συλλογισμός: *& differunt sicuti in Dialecticis, Elenchus & syllogismus.* Et cap. 24. καὶ τούτου ἓν μὲν μέρος, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, τὸ μὴ συλλογισάμενον, συμπερασματικῶς τὸ τελευταῖον εἰπεῖν: *Et huius vna quidē pars, vt in dialecticis quod non est syllogisatum, conclusiuè vltimum dicere.* Cap. eodem. οἷον ἐν μὲν τοῖς διαλεκτικοῖς, ὅτι ἐστὶ τὸ μὴ ὄν, ὄν: *Vt in dialecticis quod sit non ens, ens*

De Eristica etiam ter facit mentionem, eodē secundo Rhetorico. cap. 24. ἔτι ὥσπερ ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, παρὰ τὸ ἁπλῶς, καὶ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατά τι γίνεται φαινόμενος συλλογισμός: *Præterea, veluti in Eristicis à simpliciter, & non simpliciter, sed secundum quid, fit syllogismus.* Et rursus. ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐριστικῶν, τὸ κατά τι καὶ πρός τι: *Sed veluti etiam in Eristicis, id quod est secundum quid, & ad quid.* Et paulo infrà. ψεῦδός τε γάρ ἐστι, καὶ οὐκ ἀληθὲς, ἀλλὰ φαινόμενον εἰκὸς, καὶ ἐν οὐδεμιᾷ τέχνῃ, ἀλλ' ἐν ῥητορικῇ καὶ ἐριστικῇ: *Falsum enim est, & nō verum, sed apparens consentaneum, & in nulla arte præterquam in Rhetorica, & Eristica.* Eristicam autem intelligit proculdubio Sophisticos Elenchos. Quos etiam si non appellat, attamen quia in ijs tractantur, ea quæ hic afferuntur, opportunum fuit hęc loca indicare.

Poetices quoq; in ipsis Rhetoricis meminit, libro enim primo, cap. 11. sic scribit. διώρισται δὲ περὶ γελοίων χωρὶς ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς: *Determinatū verò est de ridiculis seorsum in ijs quæ de Poetica.* Lib. etiā tertio, ca. 1. περὶ δ' ἐκείνης εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς *De illa enim (scilicet dictione) dictū est in ijs quæ de Poetica.* Et ca. 2. ἀλλὰ κεκοσμημένην τ' ἄλλα ὀνόματα ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς: *Sed ornatū alijs nominib. quot sunt dicta in ijs q̄ de Poetica.* Et mox τῶν δ' ὀνομάτων τοσαῦτ' ἐχόντων εἴδη ὅσα τεθεώρηται ἐν τοῖς περὶ ποιήσεως: *Nominū verò habētiū tot species, quot speculati sumus in ijs quæ de Poetica.* Atq; iterum. καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται, καὶ ἐν ποιήσει, καὶ ἐν λόγοις αἱ μεταφοραὶ, εἴρηται καθάπερ ἐλέγομεν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. *Et quod hoc plurimū possint, et in poesi, & in orationib. metaphora dictū est, sicut dicebamus in ijs quæ de Poetica.* Et ca. vlt. εἴρηται πόσα εἴδη γελοίων ἐστὶν ἐν τοῖς περὶ ποιη-

τικοῖς

τικοῖς: *Dictū est quot species ridiculorū sunt in ijs quæ de Poetica.* Libro quoq; octauo Politico.ca.vlt. πάλιν δ' ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, ἐροῦμεν σαφέστερον: *Rursus in ijs q̃ de Poetica dicemus clarius.* In Poetica verò semel librorū Rhetoricorū meminit. τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν διάνοιαν, ἐν τοῖς περὶ ῥητορικῆς κείσθω. τοῦτο γὰρ ἴδιον μᾶλλον ἐκείνης τῆς Μεθόδου: *Ea verò quæ ad sententiā pertinent, in ijs quæ de Rhetorica posita sunto, hoc enim proprium magis est illius Methodi.* Nec amplius omnibus libris Rhetorica est nominata. In qua semel etiam Politicorum mentionem facit, cum nullibi amplius appellentur. Id autem est lib.1. ca. 8. his verbis. διηκρίβωται γὰρ ἐν τοῖς Πολιτικοῖς περὶ τούτων: *Exactius enim de his tractatum est in Politicis.* In quibus Ethicorum etiam meminit: nam libro 2. cap.1. διόπερ καὶ τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις. ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον: *Propterea & æquale talionis seruat ciuitates sicuti in Ethicis dictum est prius.* Et libro tertio, cap.6. ὡς ἐπεὶ τὸ δίκαιόν τισι, καὶ διῄρηται τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπί τε τῶν πραγμάτων, καὶ οἷς καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς: *Itaque quam iustum aliquibus, & eo modo diuisum est, in rebus, & quibus; sicuti dictum est prius in Ethicis.* Libro etiam quarto.cap. 11. εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον: *Si enim rectè dictum est in Ethicis, vitam beatam esse, eam quæ secundum virtutem, non impeditam est.* Libro quoq; septimo, cap decimotertio. φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, ἐνέργειαν εἶναι, καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείαν: *Dicimus verò & Ethicis, si qua vtilitas est eorum sermonum; actionem, & vsum virtutis perfecta esse*, Et mox. ἀλλὰ τὸ μακάριον ἐν τοῖς ἐναντίοις ἐστί. καὶ γὰρ τοῦτο διώρισται κατὰ τοὺς ἠθικοὺς λόγους: *Sed beatitudo in contrarijs est, & enim hoc etiā determinatum est in Ethicis sermonibus.* Primo quoque metaphy.cap.1. εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς τίς διαφορὰ τέχνης, καὶ ἐπιστήμης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν: *Dictum igitur est in Ethicis, quæ differentia artis, & scientia, & aliorum his congenerum sit.* Quod verò Politico. 3.cap.4.ait. εἴρηται δὴ κατὰ τοὺς πρώτους λόγους ἐν οἷς περὶ οἰκονομίας διωρίσθη, καὶ δεσποτείας: *Dictū vero est in primis sermonibus, in quibus de Oeconomia, & Despotia est determinatū.* Locum.ex primo Politico appellat. Libro etiam quarto, cap.3. εἴρηται ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀριστοκρατίαν; *Dictum est in ijs quæ de Aristocratia*, ex libro præcedēte tertio vocat. Est etiam cap 7. ex eodē, ἀριστοκρατίαν μὲν οὖν καλῶς ἔχει καλεῖν περὶ ἧς διήλθομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις: *Aristocratiam ergo rectè est, vocare, de qua percurrimus in primis sermonibus.* Libro quoq; sexto, cap.1. καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τὰς φθορὰς καὶ τὰς σωτηρίας τῶν πολιτειῶν εἴρηται πρότερον: *Quemadmodum in ijs quæ de corruptione, & salute rerum publicarum dictū est prius.* Libro scilicet præcedēte. Et rursus, cap.2. καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τῇ Μεθόδῳ τῇ πρὸ ταύτης: *Sicuti dictū est prius in Methodo, quæ est ante hanc.* Et ca.4. iterū. καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐλέχθη λόγοις: *Quemadmodum in sermonibus, qui sunt ante hos dictum est.* Et libro 7.cap.3. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἱκανῶς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις: *Determinatū verò est de ipsis sufficienter in primis sermonibus.* Atq; hi quidem sunt libri omnes Aristotelici extantes, qui in his ipsis nominatim sunt appellati.

Quos verò nominatim itidem appellat, nec tamen ad nostra tempora peruenerunt sunt hi sequentes Methodici quos primo Rhetorico.cap.2. vocat. καθάπερ γὰρ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς εἴρηται, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει: *Quemadmodum in Methodicis dictum est, & in his simili modo habet.* Tertio quoq; Rhetorico.cap.9. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται: *Principia verò Periodorum in Theodecticis sunt ferè enumerata.* Nisi forte dicamus eum hoc loco non suum librum, sed Theodectis citare. Quod non nego posse esse. Metaphysico. tertio, cap. 2. Selectionem quandam contrariorum nominat, τεθεώρηται δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων: *Speculati verò sumus hæc in selectione cōtrariorum*, & Metaphysico. 9. cap.5. diuisionem quandam eorū citat. ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἑνὸς ὥσπερ καὶ ἐν τῇ διαιρέσει τῶν ἐναντίων διεγράψαμεν, τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον, καὶ ἴσον: *Est enim vnius, sicuti etiam in diuisione contrariorum descripsimus, idem & simile & æquale* Librorum de philosophia meminit Physico.2 cap. 2. διχῶς γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα, εἴρηται δ' ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας: *Dupliciter enim id cuius gratia. Dictum verò est in libro de philosophia.* Nec non etiā primo de Anima, cap.2. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις διωρίσθη: *Similiter & in ijs quæ dicuntur de philosophia, determinatū est.* Libro quoque tertio Politico.cap. 6. καὶ μέχρι γε τινὸς ὁμολογοῦσι τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λεγομένοις, ἐν οἷς διώρισται περὶ τῶν ἠθικῶν: *Et quadamtenus fatentur ea quæ dicuntur in libris de philosophia, in quibus determinatum est de Ethicis.* Et libro de Partibus, primo. τῶν διωρισμένων ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν: *determinatorum in ijs quæ de philosophia.*

Librũ etiã de Bono nominat quarto Metaphysico, cap. 2. εἰλήφθη γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀγαθοῦ: *Sumpta enim à nobis est anagoge, in primo de Bono.* Physicã etiã quãdam historiã nominat libro de animaliũ gressu, c. 2. ὅτι μὲν οὖν οὕτω συμβαίνει, δῆλον ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς φυσικῆς: *Quòd verò sic accidat, clarũ est ex historia physica.* Et etiam libro secundo de Partibus, cap. 1. δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἐκ τῶν ἀνατομῶν, καὶ ἐκ τῆς φυσικῆς ἱστορίας: *Oportet autẽ hæc contẽplari ex anatomis, & ex Physica historia.* & cap 3. eadẽ habet verba ad vnguẽ Puto autẽ hanc physicã historiam, nõ aliam esse, quàm historiam animaliũ. Sæpe enim aliâs, animalium historiam cũ anatomicis cõiungit; vt locis aliquot cũ de historia loqueremur superius, visum est. Sed rectius longè, vt mea est sententia, potest pro physica historia intelligi, aspectio rerũ naturalium, qua ratione secundo Cœli primo, ita scripsit φανερὸν ὅτι τὴν πλείστην συμβαίνει τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας περὶ σωμάτων εἶναι: *clarum est quòd accidat plurimã de natura historiam de corporibus esse.* Id quod primo de partibus, ca. 1. appellauit τὰ φαινόμενα περὶ τὰ ζῷα: *Apparentia circa animalia*; Idest, ea quæ oculis apparent in animalibus, vt conspiciũtur. atq; ita puto etiã intelligendũ esse animæ historiam, quam primo lib. cap. 1. nominauit, δι' ἀμφότερα ταῦτα τὴν περὶ ψυχῆς ἱστορίαν εὐλόγως: *Ob vtraq; hac historiam de Anima rationabiliter.*

Anatomicorũ autẽ sæpè mentionẽ facit. Vt libro de Respiratione, cap. 15. ὃν δὲ τρόπον ἡ καρδία τὴν σύντρησιν ἔχει πρὸς τὸν πνεύμονα, δεῖ θεωρεῖν ἐκ τῶν ἀνατεμνομένων, καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν: *Quo verò pacto cor habeat foramen ad pulmonẽ, oportet inspicere ex dissectu, & historys.* Et libro quarto de Generatione animalium, cap. 1. καὶ τοῦτο ἱκανῶς τεθεωρήκαμεν ἐκ τῶν ἀνατομῶν: *Atq; hoc satis conspeximus ex Anatomis.* Libro etiam de Partibus tertio, cap. 4. ἐκ τε τῶν ἀνατομῶν κατάδηλα ταῦτα, καὶ ἐκ τῶν γενέσεων: *Ex Anatomis clara sunt hæc, & ex generationibus.* Et libro primo de Historia, cap. 18. πλὴν ταῖς ὑστέραις ὧν ἡ μὲν ὄψις θεωρείσθω ἐκ τῆς διαγραφῆς τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς: *Præterquam vterũ, quorum figura spectetur ex descriptione quæ est in Anatomis.* Libro iterum quarto, cap. 1. ἕκαστα δὲ τούτων ὡς κεῖται τῶν μορίων, θεωρείσθω ἐκ τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαγραφῆς: *Quo autẽ modo posita sint singula hæ partes spectetur ex descriptione Anatomorum.* Libro quoq; sexto, cap. 10. τὸ μὲν οὖν σχῆμα τῆς ὑστέρας ὡς ἔχει, ἐκ τῶν ἀνατομῶν θεωρείσθω: *Figura verò vteri quomodo se habeat ex Anatomis spectetur.* Capite rursus 11. θεωρήσθωσαν δὲ καὶ οἱ τῶν ἀρρένων πόροι ὡς ἔχουσιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν διαγεγραμμένων: *Spectetur verò quomodo se habeãt masculorũ pori ex descriptis Anatomis.* Atq; hęc quidẽ sunt loca, in quib. libros, qui nõ extãt nominatim appellat.

Ea verò, quibus libros eos, quos incertũ est an scripserit, vocat. hæc sequẽtia sunt. Librũ de subterraneis videtur scripsisse. Nã tertio Meteoro, cap. 6. sic de eis ait. κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν, ἰδίᾳ δ' ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος: *Cõmuniter quidem dictum est de omnibus ipsis; singillatim verò considerandum est aggredientes singula genera.* Sed hi libri perierunt; quam fortẽ ij quoq; habuerunt quos principio de Sensu proposuit his verbis, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν λέγωμεν, καὶ πρῶτον περὶ τῶν πρώτων. φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα, καὶ τὰ κοινά, καὶ ἴδια τῶν ζῴων, κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα, καὶ τοῦ σώματος. οἷον αἴσθησις, καὶ μνήμη, καὶ θυμός, καὶ ἐπιθυμία, καὶ ὅλως ὄρεξις, καὶ πρὸς τούτοις ἡδονή, καὶ λύπη: *De reliquis verò dicamus, & primũ de primis. Videntur autẽ maxima, & cõmunia, & propria animaliũ, & animæ cõmunia & corpori, veluti sensus, memoria, animositas, concupiscentia, & omnino appetitus, & ad hæc voluptas, & dolor.* Et paulo post, φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς: *Physici verò est etiam de sanitate, & morbo prima principia cognoscere.* Quos omnes libros vel nõ scripsit, vel certè perierunt. Nam Laertius cõmemorat librũ de voluptate, alios oẽs reticet, nec apud quẽquam veterũ authorũ mentionẽ eorũ factã reperi. Quẽadmodũ neq; libri de Mixtione, quẽ tamen ipse veluti iam scriptũ appellat libro eodẽ de Sensu, cap 3. ὥσπερ ἐν τῷ περὶ Μίξεως, καθόλου περὶ πάντων: *Sicuti in libro de Mixtione, vniuersaliter de omnibus.* Et paulo post. πῶς δὲ τοῦτο μάλιστα γίνεσθαι δυνατόν, ἐν τοῖς περὶ Μίξεως εἴρηται πρότερον: *Quo autẽ modo maxime id fieri potest, in ijs quæ de Mixtione dictum est prius.* Nisi velimus hæc non pro libris separatis, sed pro sermonibus de Mixtione interpetari, ijs scilicet quos habuit primo de Generatione, & corruptione. Atq; hoc eodẽ modo sermonẽ eo ipso libro habitũ de Nutritione intelligat aliquis, quãdo libro de Somno, ca. 3. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τροφῆς: *Dictum verò de his est in ijs quæ de Nutritione.* scilicet de cibi in sanguinẽ transmutatione. De qua tamen non videtur libris de generatione, & corruptione tractasse. Itaq; videtur alia hæc esse tractatio; veluti alia quædam de saporibus, quam eodem de

Sensu

Sensu libro, cap. 4. innuit. τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν, οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν, ἐν τῇ φυσιολογίᾳ τῇ περὶ τῶν χυμῶν: *Alia namq; passiones saporum, propriam habēt inspectionem, in physiologia de succis*; quam tamen neq; scriptam à se ait, neq; polliceri videtur. Puto tamē ego eum alibi etiam, scilicet lib. 2. Meteor. cap. 3. horum librorum meminisse, cū ait, ποῖοι δὲ χυμοὶ, ἐκ ποίων γίνονται κράσεων, εἴρηται περὶ αὐτῶν χωρὶς ἐν ἄλλοις: *Quales verò succi ex qualibus fiunt tēperamētis, dictū est de eis separatim in alijs*; quod neq; lib. de Anima secundo, neq; libro de Sensu tractauit. Pollicitus est etiam de coloribus tractare tertio Meteoro, cap. 4. περὶ δὲ τῶν ἄλλων χρωμάτων ὕστερον ἐροῦμεν: *De alijs verò coloribus postea dicemus*; nisi quis intelligat eum intelligere, de alijs Iridis coloribus, hoc eodē tractatu acturum: nam hactenus non nisi de phœniceo egerat. De viridi verò & luteo reuera post hæc egit: nam hic locus, neque de secundo de Anima, neq; de libro de Sensu potest intelligi, cùm ijs de colorum speciebus nihil omnino egerit. Hanc de coloribus tractationem, deq; succis, ac sonis præterea, videtur promittere in fine tertij capitis libri de Sensu. διὰ τίνα δ' αἰτίαν εἴδη χρωμάτων ἐστὶν ὡρισμένα, καὶ οὐκ ἄπειρα, καὶ χυμῶν, καὶ ψόφων, ὕστερον ἐροῦμεν: *Quam verò ob causam species colorum sunt terminata, & non infinita, & saporum, & sonorum, postea dicemus*. Libro secundo de anima, cap. quarto, alterius cuiusdam libri meminit his verbis. φασὶ δέ τινες, καὶ τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχειν. τοῦτο δὲ πῶς δυνατὸν ἢ ἀδύνατον, εἴρηται μὲν ἐν τοῖς καθόλου λόγοις περὶ τοῦ ποιεῖν, καὶ πάσχειν: *Aiunt verò quidam, & simile à simili pati; hoc verò quo modo possibile, aut impossibile sit, dictum est in vniuersalibus sermonibus de Agere & Pati*: Atq; his quidem innuere potest eos sermones quos hac de re habuit primo de generatione & corruptione; potest etiam intelligi, eum citare librum, quē Laertius nominat περὶ τοῦ πάσχειν καὶ πεπονθέναι: *de Pati, & Passum esse*. Nunc subinferam ea loca in quibus extantes libros sine nomine citat, ac veluti insinuat. Quorum primus videtur esse, libro primo de Cœlo, cap. 3. διὰ τὸ γίνεσθαι μὲν ἅπαν τὸ γινόμενον ἐξ ἐναντίου, καὶ ὑποκειμένου τινὸς, καὶ φθείρεσθαι ὡσαύτως ὑποκειμένου τε τινὸς, καὶ ὑπ' ἐναντίου, καὶ εἰς ἐναντίον, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται λόγοις. *Eo quòd, omne quod fit, ex contrario & subiecto aliquo fit, & corrūpitur similiter subiecto aliquo & è contrario, & vt contrarium, sicut in primis dictum est sermonibus*. videlicet primo, & quinto Physico. Libro 4. cap. 3. κινεῖ δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς ποιῆσαν, καὶ τὸ ὑποσπάσαν, ἢ ὅθεν ἀπεπήδησε, καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, ἐν οἷς διωρίζομεν, ὅτι οὐδὲν τούτων αὐτὸ κινεῖ: *Mouet verò quòd à principio egit, & quod subduxit, vel vnde resiluit quēadmodum dictum est in primis sermonibus. In quibus determinauimus quòd nihil horum se mouet*. scilicet quinto physico Primo de Generatione, cap. 6. εἰ οὖν ἐστὶν ὥσπερ διωρίσθη πρότερον περὶ τοῦ ἅπτεσθαι, τὸ τὰ ἔσχατα ἅμα ἔχειν: *Si ergo est vt determinatum est prius, de factione, quòd tangere sit, extrema simul habere*. 5. & 6 physicis. Libro verò secundo de Generatione, cap. 1. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον: *Determinatum est de ipsis in alijs exactius*, scilicet de Elementorum generatione. Et cap. 9. ἡμῖν δὲ καθόλου πρότερον εἴρηται περὶ τῶν αἰτιῶν: *Nobis verò dictum est prius in vniuersum, de causis*. quod fuit secundo physico. Et paulo post. ἔτι δὲ ἐπειδὴ ἡ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις δέδεικται ὅτι ἀΐδιος: *Præterea, quandoquidem lationis motus, demonstratum est, quòd sit æternus*: quod fecit octauo physico. Rursus, cap. 10. ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη εἶναι τι τὸ κινοῦν, εἰ κίνησις ἔσται, ὥσπερ εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις: *Siquidem necesse est esse aliquid mouens, si motus erit, sicuti dictum est prius in alijs*; scilicet octauo physico. Et statim post. συνεχοῦς ἄρα τινὸς ἀριθμὸς ὁ χρόνος, τῆς κύκλῳ ἄρα, καθάπερ ἐν τοῖς ἐν ἀρχῇ λόγοις διώρισται: *Continuus ergo alicuius, numerus est, tempus ipsum. circularis ergo, sicuti in sermonibus à principio determinatum est*: quod itidē octauo physico fuit. Libro primo Meteor. cap. 1. ἡμῖν μὲν οὖν εἴρηται πρότερον περὶ τοῦ πρώτου στοιχείου: *Nobis quidē dictū est prius de primo Elemēto*; primo scilicet, & secūdo de Cœlo. Et mox. εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον, ἐν τοῖς περὶ τὸ ἄνω τόπον θεωρήμασι, λέγομεν δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ νῦν: *Dictum quidem est etiā prius in Theorematibus de loco sursum, dicamus vero eundem sermonem etiam nunc*. scilicet ijsdem primo, & secundo de Cœlo dictum est. Rursum, καὶ ἔστιν ὑπὸ κινήσεως, καὶ ἀκινησίας, ἧς τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀρχὴν εἰρήκαμεν πρότερον: *Et est à motu, & à quiete, cuius causam & principiū diximus prius*. scilicet 5. 6. & 8. physicis. li. 2. ca. 4. ὁ μὲν οὖν ἀὴρ καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τούτων λόγοις εἰρήκαμεν, γίνεται ἐκ τούτων: *Aer quidē, quemadmodū in sermonibus ante hos diximus, fit ex his*; scilicet libris de Generatione, & 3. & 4. de Cœlo. Libro 4. Meteor. cap. 3. πήγνυται μὲν γὰρ ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, σήπεται δ' ἐν τῇ κάτω τὸ ἀποκριθέν. δι' ἣν δ' αἰτίαν εἴρηται ἐν ἑτέροις

*Coquitur quidem in ventre superiori, putrescit verò in inferiore, quod secernitur. Qua verò de causa, dictum in alijs est.* Libro secundo de Anima, cap. 5. ἔστι γὰρ ἡ κίνησις ἐνέργειά τις, ἀτελὴς μέν τοι, καθάπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται: *Est enim motus actus quidem, imperfectus tamen, quemadmodũ in alijs dictũ est*; scilicet tertio physico. Libro 3. cap. 3. καὶ αἰσθάνεσθαι τὸ φρονεῖν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατ' ἀρχὰς λόγοις διωρίσαμεν: *Et sentire & ratiocinari simile simili, sicut determinauimus in sermonibus à principio.* primo scilicet de Anima. Libro de Somno, cap. 2. ἐπεὶ μὲν οὖν ἡ τῆς αἰσθήσεως ἀρχὴ γίνεται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μέρους τοῖς ζῴοις, ἀφ' οὗπερ καὶ ἡ τῆς κινήσεως, διώρισται πρότερον ἐν ἑτέροις: *Quòd quidẽ sensus principiũ sit animalibus ab eadẽ parte, à qua & motus principium, determinatũ est prius in alijs.* libris scilicet de partibus, & de generatione. Cur aũt dicat, prius id dictum esse, postea apparebit. Cap. 3. οὐ μὴν ἀλλὰ κυρίως ἐστὶν ὁ τόπος, ὁ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, ὥσπερ ἐν ἄλλοις εἴρηται: *Sed enim principalis locus est is qui circa cerebrum, sicut in alijs dictum est*, iisdem scilicet. Rursus, παντὸς δ' αἵματος ἀρχή, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν ἄλλοις ἡ καρδία: *Omnis sanguinis principium, vt & hic, & in alijs dictum est, cor ipsum est*: iisdẽ Libro de Motu animalium, cap. 12. τίς μὲν οὖν ἡ σωτηρία τοῦ συμφύτου πνεύματος, εἴρηται ἐν ἄλλοις: *Qua verò salus sit innati spiritus, dictum est in alijs*; scilicet in iisdem. Libro de Iuuentute, & Senectute, cap. 3. διὰ τί δ' αἱ μὲν τῶν αἰσθήσεων φανερῶς συντείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν, αἱ δ' εἰσὶν ἐν τῇ κεφαλῇ (διὸ καὶ δοκεῖ τισὶν αἰσθάνεσθαι τὰ ζῷα διὰ τὸν ἐγκέφαλον) τὸ αἴτιον τούτων ἐν ἑτέροις εἴρηται χωρίς: *Quam verò ob causam sensuum quidã manifestè referuntur ad cor, alij verò sunt in capite (propterea & quibusdam videtur animalia sentire propter cerebrũ) causa verò horum in alijs separatim est dicta*, iisdem libris scilicet Libro de Respiratione, cap. 7. ἐστὶ δ' ἐν πᾶσι τὸ αὐτὸ αἰσθητήριον, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις σαφέστερον: *Est verò in omnibus idem sensorium, dictum verò de his est in alijs clarius*, scilicet iisdem de Sensibus. Libro de Gressu animalium, cap 5 ἔνια δ' ἔστι τὸ αὐτὸ ἔχει καὶ τὸ ἐπίσθιον καὶ τὸ πρόσθιον, οἷον τά τε μαλάκια, καὶ τὰ στρομβώδη τῶν ὀστρακοδέρμων, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν πρότερον ἐν ἑτέροις: *Quadã eadẽ versus habent & posterius & anterius, veluti malacia, & testacea turbinata ostrea induta. dictũ verò de his est prius in alijs*, iisdem etiam. Libro de Generatione animaliũ primo, cap. 23. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων (de plantis scilicet maribus & fœminis) ἐν ἑτέροις ἐπέσκεπται. *Verum de his, in alijs consideratum est* libris s. de Plantis. Libro 2. ca. 6. περὶ δὲ τῆς τούτων διαφορᾶς εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις, ποῖα λυτὰ ὑγρῷ καὶ πυρί: *De horũ verò differentia dictum est prius in alijs, qualia sint solubilia humido, & igne*: Meteoro. quarto scilicet. Libro 3. cap. 7. καθάπερ γὰρ εἴρηται τοῖς ἄνω, καὶ ἐν τοῖς ἀπογύοις εἴρηται λόγοις, τὰ μὲν τῶν ὀρνέων ᾠὰ τελειοῦνται ἐντός, τὰ δὲ τῶν ἰχθύων ἐκτός: *Quemadmodũ enim in superioribus, & proximis sermonibus dictũ est, auium oua perficiuntur intus, piscium verò extra*, iisdem libris de Generatione. Libro 5. cap. 1. εἰρήκαμεν δὲ τὴν αἰτίαν τοῦ καθεύδειν τοιαύτην οὖσαν ἐν ἑτέροις: *Diximus autẽ causam somni talẽ esse in alijs.* libro scilicet de Somno, cap. 4. γίνεται δ' ἡ σῆψις ὑπὸ θερμότητος μὲν πᾶσα, οὐ τῆς συμφύτου δέ, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἑτέροις: *Fit quidẽ putredo omnis à calore, nõ autẽ innato, sicuti dictũ est in alijs.* libro quarto scilicet Meteororũ. Libro primo de Partibus, cap. 1. εἴρηται δ' ἐν ἑτέροις περὶ τούτων: *Dictũ verò est de his in alijs*, scilicet de modo demonstrationis physicæ, & scientiarũ. Quod quidẽ in posterioribus Analyticis nõ videtur esse. Verũ quod sequitur, διώρισται δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις: *Dictũ quidẽ est de his in alijs*: est in prioribus. Libro 2. cap. 1. τῆς δ' αἰσθητικῆς δυνάμεως, καὶ τῆς κινούσης τὸ ζῷον, καὶ τῆς θρεπτικῆς, ἐν ταὐτῷ μορίῳ τοῦ σώματος οὔσης, καθάπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται πρότερον: *Sensitiua vero potentia, & eius qua mouet animal, & nutritiua in eadẽ corporis particula existẽtis, sicuti in alijs dictũ est prius*; scilicet libris de Anima. Et cap. 2. καθάπερ γὰρ ἐν ἑτέροις εἴρηται πρότερον, ἀρχαὶ τῶν φυσικῶν στοιχείων αὗταί εἰσιν, θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρόν: *Quemadmodũ enim in alijs dictũ est prius, principia naturalium Elementorũ ista sunt calidũ, & frigidũ, & siccũ, & humidũ.* scilicet lib. 3 & 4. de Cœlo, & libris de Generatione. Et iterũ, ἀλλὰ περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν ἑτέροις διώρισται σαφέστερον, ποῖα τὰ πηκτά, καὶ διὰ τίνας αἰτίας πήγνυται: *Verũ equidẽ de his, in alijs determinatũ est clarius, quenã cõgelẽtur, & qua de causa cõgelãtur*: quarto scilicet Meteor. Libro 3. ca. 9. ἡ δὲ διαφορὰ τούτων εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις: *Differẽtia verò horũ* (scilicet pinguedinis & seui) *dicta est prius in alijs.* libris scilicet de Generatione vt puto. Cap. 10. δεδήλωται δὲ περὶ τῆς αἰτίας ἐν ἑτέροις: *Declarata aũt est causa in alijs*; cur scilicet viuãt insecta recisa. Atq; hęc quidẽ sunt omnia loca quibus sine librorũ nomine dixisse se aliquid affirmat. Sunt etiã alij innumeri loci, quib paulo ante dicta assignat his loquendi formulis ὥσπερ ἐλέχθη.

ἐλέχθη, ὥσπερ εἰρήκαμεν, ὥσπερ εἴπωμεν, ὥσπερ εἴρηται; *vt dictum est, vt diximus*; vel simpliciter, vel adiuncto ἤδη, vel πρότερον, vel νῦν, *iam, prius, nunc*: quæ, quia proxima loca citant, non autem libros. & quia sine numero sunt, nolui huc afferre, ne sine fructu fastidio essent; omisi etiam omnia illa quibus in fine librorũ, vel capitũ, epilogum facit eorum, quæ dicta sunt, quia ab nostro proposito sunt aliena. Subiungã his illis loca, in quibus se aliquid tractaturũ proponit, neq; tamẽ indicat quo libro. Itaq; secundo de Cœlo, cap. 3. sic: νῦν μὲν οὖν ὑποκείσθω τοῦτο, ὅτι ἀκίνητος ἡ γῆ, ὕστερον δὲ λεχθήσεται περὶ αὐτοῦ: *Nunc equidem supponatur hoc, quòd immobilis sit terra: Posterius verò de eo dicetur*. tertio, scilicet, & quarto libro. Rursus, ὑποκείσθω δὲ καὶ τοῦτο νῦν, ὕστερον δὲ πειρατέον δεῖξαι: *Supponatur verò etiam hoc ad præsens; posteà verò tentandum est demonstrare*, scilicet quod Elementa contraria sint ad inuicem: quod his ipsis libris duobus, & libris de Generatione egit. Et mox rursus: λεχθήσεται δὲ καὶ περὶ τούτου, ἐν τοῖς ἑπομένοις σαφέστερον: *Dicetur autẽ etiam de hoc clarius in sequentibus*, scilicet quia generatio sit, an detur latio vna vel plures, quod libris de Generatione videtur egisse, sed non admodum clarum est. Libro primo de Generatione, cap. 3. περὶ δὲ τοῦ, διὰ τὸ συνεχῶς κινεῖσθαι τ' ἄλλα κινοῦντος, ὕστερον ἀποδοτέον τί πότερον τῶν καθ' ἕκαστα λεγομένων αἴτιον ἐστίν: *De illo vero, quod quia continuè moueatur, alia moueat; postea reddendum est quænam eorum quæ particularia dicuntur, causa est*: quod fecit secũdo de Generatione, solem talem causam esse asseuerans. Libro secundo de Anima, cap. 7. ἀλλ' ὁ μὲν ἄνθρωπος, καὶ τῶν πεζῶν ὅσα ἀναπνεῖ, ἀδυνατεῖ ὀσμᾶσθαι μὴ ἀναπνέοντα, ἡ δ' αἰτία καὶ περὶ τούτων ὕστερον λεχθήσεται. *Verùm homo & pedestrium quæcunque respirant, non possunt olfacere nisi respirando; causa verò huius rei postea dicetur*. Libro de Sensu, & de Respiratione, cap 8. οὕτω καὶ τῷ πνεύματι πρός τι τὴν θερμότητα τὴν ἐντός, ὡς ἀναγκαῖον, τὸ δ' αἴτιον ἐν ἑτέροις εἰρήσεται: *Sic & spiritui quod necessarium sit ob internum calorem*. Libro autem de Sensu, cap. 3. ὅτι γὰρ οὐδέν ἐστι μέγεθος ἀόρατον, ἐν τοῖς ὕστερον ἐπισκεπτέον: *Quod erga nulla magnitudo inuisibilis sit, in posterioribus considerandum*: in fine libri eiusdem. Libro de Somno, capite 2. ῥηθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ὕστερον καθ' αὑτήν: *Dicetur verò de ipsa postea separatim*, de caloris innati salute. libris de Generatione animalium. Rursus, τὸ γὰρ ἐνύπνιον ἐστὶν αἴσθημα τρόπον τινά, λεκτέον δὲ περὶ αὐτοῦ ὕστερον. *Somnium enim sensatio quodammodo est, dicendum verò de ipso posterius*. Capitibus scilicet de Somnijs, & de Diuinatione per somnium. Libro de Animalium motu, cap. 1. ἐπισκεπτέον περὶ ἁπάντων ἐν ἑτέροις: *Considerandum de omnibus in alijs*, scilicet motuum differentijs, scilicet libro de Gressu animalium. Metaphy. 7. cap. 1. περὶ δὲ τῶν ἰδεῶν, καὶ τῶν μαθηματικῶν ὕστερον ἐπισκεπτέον: *De ideis verò, & mathematicis postea considerandum*. duobus scilicet postremis libris, quos diximus Bessarionem affirmasse Aristotelis non esse. Quam opinionem videtur locus is satis manifestè confutare. Politico etiam primo, cap. 8. περὶ δ' ἀνδρὸς, καὶ γυναικὸς, καὶ τέκνων, καὶ πατρὸς, τῆς τε περὶ ἕκαστον αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμιλίας τί τὸ καλῶς ἐστὶ, καὶ πῶς δεῖ τὸ μὲν εὖ διώκειν, τὸ δὲ κακῶς φεύγειν, ἐν τοῖς περὶ τὰς πολιτείας ἀναγκαῖον ἐπελθεῖν: *De marito verò & vxore, & filijs, & patre, & de eorum vniuscuiusq; virtute, ac de conuersatione ad se inuicem, quid benè, & non benè sit; & quomodo oporteat bonum sequi, malum verò fugere, in ijs quæ de rebus publicis, necesse est percurrere*: quæ tota pars deesse videtur. Libro etiam 4. cap. 11. τὴν δ' αἰτίαν ὕστερον ἐν τοῖς περὶ τὰς μεταβολὰς τῶν πολιτειῶν ἐροῦμεν: *Causam verò postea in ijs quæ de mutationibus rerum publicarum, dicemus*. Quod fecit sequenti quintò lib. Libro quoque septimo, cap. 5. τοῦτο δ' εἰ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς λέγομεν, ὕστερον ἐπισκεπτέον ἀκριβέστερον, ὅταν ὅλως περὶ κτήσεως, καὶ τῆς περὶ τὴν οὐσίαν εὐπορίας συμβαίνῃ ποιεῖσθαι μνείαν: *Hoc verò, an benè, vel non benè dicamus, postea considerandum exactius, quando omnino de acquisitione, ac de substãtiarum abundantia accidet mentionem fieri*. Atq; hæc quoq; pars tota deest: vt etiam hæc, quã eodẽ lib. cap. 16. innuit ποίων δὲ τινῶν τῶν σωμάτων ὑπαρχόντων μάλιστ' ὄφελος ἂν εἴη τοῖς γεννωμένοις, ἐπιστᾶσι μὲν μᾶλλον λεκτέον, ἐν τοῖς περὶ τῆς παιδονομίας: *Qualibus autẽ corporibus, maxime vtile sit gentitis aduertẽtibus magis dicẽdũ in ijs quæ de pueritia legib.* Huius pars aliqua deesse in lib. 8. videtur. Quare dicendũ est hos libros, vel ab eo imperfectos relictos, vel tales tẽporum iniuria euasisse. His itaq; omnibus locis qui ducentorum ferè numerũ ęquant, nullibi (quod mirũ videatur) nominatos reperimus eos libros qui physicæ auscultationis appellantur; neq; eos qui de Cœlo, de Sensu & sensili, Metaphysici, Priora, Posteriora, Elenchi inscripti sunt. Reperimus ta.

men dogmata in eis contenta ſæpè ſine libri inſcriptione ; ſæpè etiam alia inſcriptione, quàm ea quam habemus, nominatos: quas inſcriptiones nunc referam. Octauo phyſico, cap. 1. ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἐκ τῶν διωρισμένων ἡμῖν ἐν τοῖς φυσικοῖς πρότερον: *incipiamus primum ex determinatis à nobis prius phyſicis* : ac ſtatim ſubiungit motus diffinitionem traditam, tertio phyſico. Et rurſus, cap. 3. ἐπειδὴ μὲν γὰρ ἡ φύσις ἐν τοῖς φυσικοῖς ἀρχὴ καθάπερ κινήσεως, καὶ ἠρεμίας: *poſitum quidem eſt in phyſicis, naturam eſſe principium vt motus, ſic & quietis.* quòd fuit ſecundo phyſico, cap. 7. ἄπειρον μὲν οὖν ὅτι ἐνδέχεται μέγεθος εἶναι, δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς φυσικοῖς: *quod verò non poſsit infinita eſſe magnitudo, demonſtratum eſſe prius in phyſicis.* tertio videlicet libro. Primo metaphyſi. in fine. ὅτι μὲν οὖν τὰς εἰρημένας ἐν τοῖς φυσικοῖς αἰτίας ζητεῖν ἐοίκασι πάντες: *Quòd quidem videntur omnes quærere eas cauſas quas in phyſicis diximus.* primo ſcilicet libro. Et decimo, capit 5. εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς φυσικοῖς, πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεται τὰ γινόμενα, καὶ πῶς ἐξ ὄντος : *Dictum verò eſt in phyſicis, quomodo ex non ente generantur ea quæ generantur, & quomodo ex ente.* primo ſcilicet. Et nono Metaphy. cap. 1. τίς μὲν οὖν ἡ διαφορὰ τοῦ ἁπλῶς γίνεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς, ἐν τοῖς φυσικοῖς εἴρηται: *Quæ verò differentia ſit inter ſimpliciter fieri & non ſimpliciter, in phyſicis dictum eſt.* quinto ſcilicet libro. Et primo Metaphy. περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας εἴρηται τί ἐστι ἐν τῇ μεθόδῳ τῇ τῶν φυσικῶν περὶ τῆς ὕλης: *De ſubſtantia quidem ſenſibilium, dictum eſt de materia in Methodo phyſicorũ.* Quibus titulis tot locis nuſquam actoaſim, aut auſcultationem addidit ; vt videatur non rectè Simplicium alicubi dixiſſe, Ariſtotelem hoſce libros auſcultationis, ſiue acroaſeos phyſices inſcripſiſſe. Nuſquam enim id legitur, cùm & ſuperiora nomina toties leganrur, & etiam ſæpè libros de natura eoſdem appeller περὶ φύσεως. Veluti octauo phyſico, cap. 5. τὸ κινούμενον ἅπαν εἶναι διαιρετὸν εἰς ἀεὶ διαιρετά, τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς καθόλου περὶ φύσεως: *omne quod mouetur eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia, hoc enim demonſtratum eſt prius in vniuerſalibus de natura*: quod fuit ſexto phyſico. Cap. etiam tertio. τεθεωρημένων οὖν ἱκανῶς περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως, ὅμως: *conſideratis ſufficienter his in ijs quæ de natura, tamẽ.* ſcilicet primo phyſico. Cap. quinto, de Parmenidis opinione περὶ οὗ σαφέστερον ἐν τοῖς περὶ φύσεως εἰρήκαμεν: *De quo clarius in ijs quæ de natura diximus*, primo ſcilicet libro. Cap. 6. ὅμως δὲ τοσοῦτόν γε ἔχομεν ἐξ αὐτῶν, ὅτι τῶν λεγόντων περὶ ἀρχῆς καὶ αἰτίας, οὐθεὶς ἔξω τῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως ἡμῖν διωρισμένων εἴρηκεν: *Nihilominus tantum ex ipſis habemus, quòd dicentium de principio & cauſa nemo extra ea quæ nos in ijs quæ de natura determinauimus, dixit.* Cap. 7. γινόμενά τε γὰρ ἐξ ἀλλήλων ὁρῶμεν, ὡς οὐκ ἀεὶ διαμένοντος πυρὸς, καὶ γῆς τοῦ αὐτοῦ σώματος. εἴρηται δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φύσεως περὶ αὐτῶν: *fieri namque ex ſe inuicem videmus, veluti non ſemper eodem igne, & terra corpore permanente. Dictum verò de ipſis etiam in ijs quæ de natura.* Primo etiam Metaphyſico, cap. 4. οὗτοι μὲν οὖν ὥσπερ λέγομεν ἐμίχρι τούτου δυοῖν αἰτίαιν ἐφήψαντο ὡς ἡμεῖς διωρίσαμεν ἐν τοῖς περὶ φύσεως τῆς τε ὕλης, καὶ τοῦ ὅθεν ἡ κίνησις: *Iſti equidem vti dicimus, vſque ad duas cauſas attigerunt, ſicuti nos determinauimus in ijs quæ de natura: materiam & vnde motus.* Quod quidem primo libro egit, in quo de materia tantùm, & aliquid de motore ex Anaxagoræ ſententia. 12. item Metaphyſico, cap. 9. καὶ περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν, καὶ τῶν πρώτων αἰτίων καὶ στοιχείων, ὅσα μὲν λέγουσιν οἱ περὶ μόνης τῆς αἰσθητῆς οὐσίας διορίζοντες, τὰ μὲν ἐν τοῖς περὶ φύσεως εἴρηται, τὰ δ' οὐκ ἐστὶ τῆς μεθόδου τῆς νῦν: *Ac de primis principijs, & primis cauſis, & Elementis quæcunque quidam dicunt, qui de ſola ſenſibili ſubſtantia determinant, partim quidẽ dicta ſunt in ijs quæ de natura, & partim non ſunt præſentis methodi.* Videtur etiam hoſce libros περὶ κινήσεως de motu vocaſſe. Nam primo Cœli, cap. quinto ſic ſcripſit. ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον, τὴν ἄπειρον διελθεῖν ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ, ἐν ἀπείρῳ ἄρα. δέδεικται γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως: *Verùm illud eſt manifeſtũ, quòd impoſsibile ſit, infinitũ pertranſire in finito tẽpore, in infinito ergo. Demonſtratũ enim id eſt primũ, in ijs quæ de motu*: quod ſexto, & octauo libris oſtẽdit. Cap. verò ſeptimo. λόγος δ' ἐν τοῖς περὶ κινήσεως, ὅτι οὐδὲν ἔχει ἄπειρον δύναμιν τὸ πεπερασμένον, οὐδὲ τῶν ἀπείρων, πεπερασμένην: *ratio verò eſt in ijs quæ de motu, quòd nullum finitum habet potentiam infinitam, neque vllum infinitum, finitam*: quod octauo fuit oſtenſum. Libro tertio Cœli, cap. primo. περὶ δὲ τούτων ἐπέσκεπται πρότερον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀδιαίρετα μήκη: *de his verò conſideratum eſt prius in ſermonibus de motu, quod non ſint indiuiſibiles magnitudines*: quod libro ſexto eſt. Cap. quarto. περὶ ὧν εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ χρόνου καὶ κινήσεως: *De quibus dictũ eſt prius in ijs quæ*

*de*

*de tempore & motu* libris scilicet sexto, & octauo. Primo de Generatione, cap. tertio περὶ μὲν οὖν ἐκείνης εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις, ὅτι ἐστὶ τὶ μὲν ἀκίνητον τὸν ἅπαντα χρόνον, τὸ δὲ κινούμενον ἀεί: *de illa quidem dictum est prius in sermonibus de motu, quòd sit aliquid immobile omni tempore, aliquid verò quod semper mouetur*. octauo physico. Libro de Sensu, cap. sexto. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς λόγοις τοῖς περὶ κινήσεως: *dictum verò de ipsis est in sermonibus de motu*. Scilicet de magnitudine indiuisibili, quod sexto physico est tractatum. Metaphysico octauo, cap. octauo. ὁ γὰρ μανθάνων οὐκ ἔχει, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ γινομένου γεγενῆσθαι τί, καὶ τοῦ ὅλως κινουμένου, κεκινῆσθαι τί: δῆλον δὲ ἐν τοῖς περὶ κινήσεως τοῦτο: *discens enim non habet, sed quia eius quod fit factum iam est aliquid, & omnino eius quòd mouetur, motum aliquid est, clarum verò est istud in ijs quæ de motu.* sexto scilicet libro. Secundo, etiam de demonstratione, cap. 12. ὥσπερ οὖν γραμμὴ πρὸς στιγμὴν ἔχει: οὕτω τὸ γινόμενον πρὸς τὸ γεγονός, ἐνυπάρχει γὰρ ἄπειρα γεγονότα, ἐν τῷ γινομένῳ, μᾶλλον δὲ φανερῶς, ἐν τοῖς καθόλου περὶ κινήσεως, δεῖ λεχθῆναι περὶ τούτων: *sicuti ergo linea ad punctum habet, ita quod fit ad factum, insunt enim infinita facta in eo quod fit, magis tamen clarè in vniuersalibus de motu oportet de ipsis dicere*, quod fuit 6 physico. His itaque omnibus locis cùm de motu sermones citat, non ex omnibus octo libris affert, sed ex 6. & 8. tantùm. Atque ita Simplicius posteriores hos, à quibusdã de Motu inscriptos esse ait, Aristotelica scilicet & germana inscriptione. Porphyrius verò, eodem Simplicio testante, etiam quintum esse de Motu ait. Sed septimũ nullo horum locorum apparet appellatum: vt hac etiam ratione vel Aristotelis eũ librum non esse, vel ab Aristotele non approbatum, rectè cum Eudemo concluserimus; vocabimusq; hos tantũ libros. 5. 6. & 8. de Motu. Quatuor verò illis anteriores, Physici, vel de Natura, Aristotelica nomenclatura debent appellari: quod nos post hac semper faciemus, vel etiam de Principijs: nam primo Cœli, cap. 6. sic habet. μὴ μόνον κατὰ τοὺς λόγους τοὺς ἐν τοῖς περὶ τὰς ἀρχὰς εἰρημένοις ἡμῖν. διώρισται γὰρ καὶ ἐκεῖ καθόλου πρότερον περὶ ἀπείρου, πῶς ἐστι, καὶ πῶς οὐκ ἐστί: *non solùm secundum sermones qui de principijs à nobis sunt dicti, determinatum namq; etiam ibi est, de infinito, quo modo est, & quo modo non est.* Quod factum est lib. 3. Sed nos maluimus eos, vel Physicos, vel de Natura appellare; tum quia semel tantùm hoc nomine de Principijs vsus est, tũ quia etiam æquiuoca hæc est appellatio, cum libris de Sapientia, vt postea clarescet. Atque hactenus de his.

Libros verò quos de Cœlo appellamus posteriores scilicet duos, ipse duobus insigniuit nominibus: de primo Cœlo, ac de primo Elemento. Nam principio tertij sic scripsit. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ, καὶ τῶν μερῶν: *de primo quidem Cœlo, & Partibus.* Et paulo pòst. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου τῶν στοιχείων εἴρηται. *de primo quidem Elementorum dictum est.* Id verò quod annectit, λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν: *reliquum verò est de duobus dicere*, scilicet Elementis. Duo vocans ea ratione quam rectè Simplicius assignauit grauis, & leuis. Itaque hi duo posteriores libri non amplius de Cœlo vocandi sunt, sed de Elementis. Quod etiam alijs Aristotelis locis comprobatur. Nam secundo de Anima, cap. 11. λέγω δὲ διαφορὰς αἳ τὰ στοιχεῖα διορίζουσι, θερμόν, ψυχρόν, ξηρόν, ὑγρόν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον ἐν τοῖς περὶ στοιχείων: *dico verò differentias quæ determinant ipsa Elementa, calidũ, frigidum, siccũ, humidum; de quibus diximus prius in ijs quæ de Elementis.* Libro etiam de Sensu, cap. 4. γῆς δὲ τὸ ξηρόν, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ στοιχείων: *Terra verò siccum, sicuti dictum est in ijs quæ de Elementis.* Quod non nisi duobus illis libris ex instituto tractatum est. Eos itaque de Elementis inscribimus: quo titulo Laertius Aristotelem libros scripsisse testatur, etiamsi tres enumeret; sed in numeris græcorum facilis est lapsus.

Librum verò quem habemus de Sensu & sensilibus περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν. Quemque Galenus libro de Sensorio olfactus, testatur à quibusdã, inscriptum etiã fuisse περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητηρίων: *de Sensu & sensorijs*, Aristoteles περὶ αἰσθήσεως *de Sensu* simpliciter, vti superius vidimus multoties vocat, quod etiam nos faciemus. Quod etiam accidit in titulo Analyticorum; quos Aristoteles ipse, simpliciter toties vti vidimus, nominat Analyticos: sine vlla adiunctione, vel priorum vel posteriorum, aut etiam primorum vel secundorum, qui tituli non sunt Aristotelis, sed ab alijs quibusdam impositi; quod Galenus clarè reliquit testatum lib. 2. de Placitis Hippo. & Platonis: His verbis, ἐν δὲ τοῖς περὶ ἀποδείξεως, ἃ δὴ καὶ δεύτερα ἀναλυτικὰ

ἐπιγράφουσι: *In libris verò de Demonstratione, quos sanè & secunda Analytica inscribunt.* Libro etiam de proprijs libris, τέτταρα δὲ εἰς τὸ πρότερον περὶ συλλογισμῶν, καθάπερ γε καὶ εἰς τὸ δεύτερον ἴσα τὸν ἀριθμὸν· ἐπιγράφουσι δ' αὐτὰ σχεδὸν ἅπαντες εἶναι, ἀναλυτικῶν προτέρων, ὥσπερ καὶ δευτέρων, τὰ περὶ ἀποδείξεως. αὐτὸς δ' ὁ Ἀριστοτέλης τῶν μὲν προτέρων ὡς περὶ συλλογισμοῦ γεγραμμένων αὐτῷ μέμνηται, τῶν δὲ δευτέρων, ὡς περὶ ἀποδείξεως: *Quatuor in primum de syllogismis, sicuti in secundum aquales numero, inscribunt autem ipsos ferè omnes huius atatis, Analyticorum priorum sicuti & secundorum, libros de Demonstratione. Ipse verò Aristoteles priorum, quidem meminit vti de Syllogismo à se scriptorum. Secundorum verò vti de Demonstratione.* Quod quidem verum esse ex his Aristotelis verbis apparet, quæ sunt, libro primò de Demonstratione, cap. 3. οὕτως μὲν οὖν ἐνδέχεται ἐξ ἀλλήλων δεικνύναι, πάντα τὰ αἰτηθέντα ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι, ὡς δέδεικται ἐν τοῖς περὶ συλλογισμοῦ: *Ita quidem possent ex se inuicem demonstrari omnia vetita in prima figura, vt demonstratum est in ijs quæ de syllogismo.* Eodem lib. cap. 8. ἀποδεικνύντι γὰρ οὐκ ἔστιν ἐρωτᾶν διὰ τὸ τῶν ἀντικειμένων ὄντων μὴ δεικνύναι τὸ αὐτό, δέδεικται δὲ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ συλλογισμοῦ: *Demonstranti enim non est interrogare, quia opposita cùm sint non demonstratur idem. Demonstratum autem hoc est in ijs quæ de syllogismo.* Quo etiam titulo vsus est Proclus, cap. 35. eorum quæ in Platonis rempublicam scripsit. οὕτω καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ἀποδεικτικοῖς, *sic & Aristoteles in demonstratiuis*; itaque nos quoque vt Aristoteles ferè semper, Analytica simpliciter vocabimus, libros numeris distinguentes; vel duos priores de Syllogismo vocabimus, reliquos De demonstratione.

Methaphysicos verò libros, certum est ab Aristotele eo nomine nusquam appellatos. Videtur tamen ea appellatio antiquissima, quoniam Nicolaus Damascenus eam appellationem videtur agnouisse, qua Theophrasti libellum qui circumfertur appellauit, & post eum Plutarchus in Alexandro, hos libros nominat ἀληθῶς γὰρ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματεία: *reuera enim tractatio metaphysica*; itaque potest videri ab Andronico hæc appellatio manasse, quæ certè Aristotelica non est, qui primis duobus capitibus proponit his libris de Sapientia se tractaturum. Initio postea tertij libri Scientiam de ente nominat. Sequenti verò capite ait ad philosophum pertinere eius tractationem; primò postea capite 5. libri eam Primam philosophiam nominat, & mox Theologiam. Quæ nominum multitudo in causa fortè fuit vt Andronicus (si tamen is fuit) quo certo nomine eos appellaret dubius, aliud finxerit, ac μετὰ τὰ φυσικὰ appellauerit; nulla sanè nec ab Aristotelis authoritate, neque à re ipsa sumpta ratione: nam Aristoteles Primam philosophiam hanc vocat, quia de substantijs, quæ priores physicis substantijs sunt, pertractatur: ait enim 6. lib. cap. 1. εἰ δ' ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα, καὶ φιλοσοφία πρώτη: *Si autem est aliqua substantia immobilis, ipsa prior & philosophia prima.* Qua duplici ratione, rei scilicet & Aristotelicæ authoritatis πρὸ τῶν φυσικῶν *Antephysica*; longè melius, quàm μετὰ τὰ φυσικὰ Metaphysica, appellari debuissent, si ab Aristotelicis nominibus discedendum fuerat. Quæ nomina multiplicia, & rem ipsam multiplicem hisce libris tractatam, sequentium libro aliquo diligentius perpendemus. Hoc loco id solum dicam si quando alijs libris res in his tractatas citat, Primæ philosophiæ nomine semper citat, veluti fine primi physici. περὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ εἶδος ἀρχῆς πότερον μία ἢ πολλαί, καὶ τίς ἢ τίνες εἰσί, δι' ἀκριβείας τῆς πρώτης φιλοσοφίας ἔργον διορίσασθαι, ὥστ' εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀποκείσθω: *De principio verò secundum formam, vtrum vnum est aut plura, & quod & quæ sint exactè terminare prima philosophia opus est, quare in illud tempus reponatur.* Et libro de Animalium motu, cap. 6. διώρισται πρότερον ἐν τοῖς περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας: *Determinatum est primo in ijs quæ de Prima philosophia.* Sed de re hac postea exactius.

Libellus quoque περὶ ζῴων πορείας, inscriptionem passim præfert de Animalium ingressu; rectius Aristotelico titulo inscriberetur, περὶ τῶν πρὸς τὴν κατὰ τόπον κίνησιν χρησίμων μορίων. *De partibus ad localem motum vtilibus*: nam ipse principio libri expresse scribit. περὶ δὲ τῶν χρησίμων μορίων τοῖς ζῴοις πρὸς τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τόπον: *De vtilibus verò partibus ipsis animalibus ad motum qui secundum locum*, & quæ sequuntur. Toto enim tractatu agit, nō solū de pedibus, qui ad gressū vtiles sunt, sed etiā de alijs, de pinnis, de signis quatuor, quæ tum ad volatū, tū ad natationē atq; etiā reptionem faciunt, in quæ summa quatuor genera, motum animalium localem, tum

primo

primò de partibus, tum alibi sæpe diuisit, scilicet πτῆσιν, νεῦσιν, βάδισιν, καὶ ἕρψιν *Volatum, natationem, greßum, & reptionem*. At quod ex cap. 11. superius attulimus, non integrum hunc librum, sed eius partem significat, eam scilicet, quæ specia-tim de ingressu egit capitibus. 6.7.8. Atque hæc sunt quæ ad speciales aliquot librorum titulos mutandos afferre possumus.

Ad generales verò quod attinet adijcimus, Aristotelem nusquam tractatus suos quos nos libros appellamus βιβλία libros nuncupasse, sed tribus tantum modis ἐν τοῖς, *in ijs quæ*, atque, ἐν τοῖς λόγοις. κατὰ τοὺς λόγους *in sermonibus, ac per sermones*. Bis verò ait, ἐν τοῖς θεωρήμασι *in Theorematibus*, Veluti primo Meteororum, cap 2. εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἄνω τόπου θεωρήμασιν: *Dictum quidem est etiã prius in Theorematib. de superiore loco*. Ac alio loco quē superius attulimus vocauit θεωρήματα περὶ ψυχῆς: *Theoremata de Anima*. Quare Aristotelica authoritate nō libri βιβλία sed λόγοι *sermones* sunt eius libri inscribendi. Quo argumento, præter ea quæ superius in Rhetorica, ad Alexandrum reijcienda adduximus, securè audemus asserere, eam Aristotelis non esse, eo quòd sine procœmij βιβλία libros nominat. περιτεύξῃ δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις: *Occurres verò duobus his libris*. Nam hic quidem Aristotelis mos nō est. Est quidem βιβλία libri vox 5. de historia animalium cap. 32. καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις ἄλλα γίνεται *& in libris alia gignuntur*, scilicet vermes qui & libros, non tractatus non disputationes, sed (vt gaza etiam vertit) chartas corrodunt, vt etiam vestes, & lanas, de quibus eo toto capite agit. Est etiam.libro de ente capite 2. tale quid-dam. Cum compositiones enumerat. τὰ δὲ δεσμῷ, οἷον φάκελος, τὰ δὲ κόλλῃ, οἷον βιβλίον. *Quædam vinculo, vt fascis, quædam glutino, vt liber*. Quo loco etiam pro materia libri non pro disputatione accipitur. Nec est totis Aristotelis voluminibus, alia libri mentio quàm his solis.

# ARISTOTELIS LIBRI

## ACROAMATICI EPOPTICI

*Exoterici Encyclij Ecdedomeni.*

### LIBER SEXTVS.



CONTVLIMVS tibi Zacharia iucundissime, libro antecedente, in vnum: multo nostro labore, ac penè tædio conquisita, omnia, omnium librorum, qui vti Aristotelis circunferuntur loca, quibus libri alij appellantur. Hæc res, à multis Aristotelicorum dogmatum studiosis desiderata à nemine adhuc fuit tentata. In quibus locis quoniam aliquoties Exoterici quidā sermones, ac Encyclij sunt adducti: præsenti labore propositū est nobis tibi exponere, quid sibi vir is voluerit, cum à se scriptos Exotericos, Encyclios, ac Ecdedomenos libros memoret: ad eosq; adeundos lectores remittat. Multos namq; magnos viros, hæc res non mediocriter torsit: & adhuc est sub iudice lis. & præter hos, ij etiā sunt quos interpretum eius aliqui, Acroamaticos, aut Epopticos appellant. Afferam igitur primò, omnes eos locos superiore libro de industria omissos, vbi libri hi sunt nominati. Deinde magnorū virorum varias atq; inter se discordes sententias proferam: postremò nostrā significabo. Itaque à primo rē aggredientes dicimus, Aristotelē Acroamaticos, vel Epopticos libros in ijs quos habemus libris, nullibi nominasse. Exotericos nonies: Encyclios, bis: Ecdedomenos semel. Loci antē sunt hi. Libro 4. Physico. cap. 10. ita scribit, de tempore disputare aggressus. πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, πότερον τῶν ὄντων ἐστὶν, ἢ τῶν μὴ ὄντων, εἶτα τίς ἡ φύσις αὐτοῦ: *Primum verò rectè habet dubitare de ipso per Exotericos sermones, verum entium sit, an non entium: postea quæ eius sit natura*. Libro autem Methaphysico. 12. cap. 1. ἔπειτα μετὰ ταῦτα χωρὶς περὶ τῶν ἰδεῶν αὐτῶν ἁπλῶς, καὶ ὅσον νόμου χάριν, τεθρύλληται γὰρ τὰ πολλὰ, καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων: *adhuc posthac separatim de Ideis ipsis simpliciter, & quantum legis gratia: peruulgatum*

*enim est plurimum etiam per Exotericos sermones.* Primo autem Nicomachio, cap. 13. θεωρητέον δὲ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς, θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα. τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν, ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς. οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. *Speculandum verò est etiam Politico viro de Anima: speculandum verò horum gratia, & quantum sat habet, ad ea quæ quæruntur: namque exactissimè de ea tractare, difficilius fortè est, quàm hæc ipsa nobis proposita sint. Dicuntur verò de ea quædam satis sufficienter in Exotericis sermonibus, quibus utendum est: veluti, quòd alia eius pars sit irrationalis, alia rationem habens.* Libro iterum 6. cap. 4. τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, ἐστὶ τι καὶ ποιητὸν, ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις, καὶ πρᾶξις. πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ αὐτῶν, καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, ὥστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ, ἕτερον ἐστὶ, τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως: καὶ οὐδὲ περιέχεται ὑπ' ἀλλήλων: *Illius verò quod aliter se habere potest, est quiddam factibile, quiddam agibile: aliud autem est factio, & actio. Credimus autem de ipsis, etiam Exotericis sermonibus: itaque aliud etiam est habitus ratione activus, ab habitu ratione factivo, neque alter ab altero continetur.* Primo quoque Eudemico, cap. 8. ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτῆς τρόποις καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν: *Speculosa verò res est, multis modis, & in Exotericis sermonibus, & in philosophicis.* Libro etiã Eudemico 2. statim in principio. πάντα δὴ τὰ ἀγαθὰ, ἢ ἐκτὸς, ἢ ἐν τῇ ψυχῇ: καὶ τούτων αἱρετώτερα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ, καθάπερ διαιρούμεθα, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. *Omnia itaq; bona vel extra, vel in anima, atq; eorũ eligibiliora sunt ea quæ in anima: quẽadmodũ diuisimus etiã in Exotericis sermonib.* Est quoq; Eudemico quinto idem locus qui etiam sexto Nicomachio, nam libri quoque ijdem. Politico. verò 3. cap. 4. ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀρχῆς γε, τοὺς λεγομένους τρόπους, ῥᾴδιον διελεῖν: καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. *Sed enim & principatus modos facilius est diuidere: Etenim in Exotericis sermonibus determinauimus de eis multoties.* Libro etiam 7. cap. 1. νομίσαντες οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς: *Putantes igitur sufficienter multa dici, eorum quæ sunt in Exotericis sermonibus, de optima vita, ijs est etiam nunc utendũ.* Atque hæc quidem sunt loca omnia ex libris extantibus Aristoteli attributis, in quibus Exoterici nominati reperiuntur. Animaduertendumque est omnib. dici: non libris, non tractatib. non operib. sed sermonibus Exotericis.

Encycliorum verò meminit lib. 3. de Cœlo, cap 9. his verbis καὶ καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις, ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον: *Et quemadmodum in Encyclijs philosophematis, circa diuina sæpe rationibus apparet, quòd diuinum sit immutabile.* Primo verò Nicomachiorum, cap. 5. φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα καὶ αὕτη (de virtute loquens) δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν, καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα. τὸν δ' οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων: καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις: ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις, εἴρηται περὶ αὐτῶν: *Apparet quidem & ipsa imperfectior esse, videtur enim posse & dormire is qui virtutem habet, & otiari tota vita: atque ad hæc mala pati, ac infortunia maxima. eum verò qui ita viuit, nemo beatum diceret, nisi Thesin defendẽs. Sed de his satis, sufficienter enim de eis dictum etiam in Encyclijs.*

Locus verò de Ecdedomenis est lib. de arte Poetica his verbis. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν, ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς: *Dictum autem est de ipsis in vulgatis sermonibus sufficienter.* Nulla præter has, omnib. quos habemus libris, mentio horum librorũ est facta. Atq; hæc, quantum ad primum, quod propositum à nobis fuit, sufficiant.

Ad secundũ accedamus. ac primo loco, Ciceronis antiquissimi scriptoris opinionẽ, ac verba afferamus, quib. quid Exoterici essent declarat. Est autẽ locus lib. 5. de Finib. in hunc habens modũ. *De summo autẽ bono, quia duo librorũ genera sunt, vnum populariter scriptũ, quod Exotericõ appellatur: alterũ limatius, quod in cõm. reliquerunt.* Post quẽ Plut. in Alexandro sic scripsit. ἔοικε δ' Ἀλέξανδρος οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ βαθυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως ἀκροαματικὰς, καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες, οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλοὺς μετασχεῖν. *Videtur Alexander non solùm Ethicum & Politicum sermonem didicisse, sed etiam secretiorum ac profundiorum doctrinarum particeps factus, quas ij viri, propriè Acroamaticas, atque Epopticas vocantes, non efferebant in vulgus.* Gellius autem libro 20 capite 4. hac

*hac ipsa de re sic scripsit. Commentationum suarum, artiumque, quas discipulis tradebat Aristoteles philosophus, Regis Alexandri magister, duas species habuisse dicitur. alia erant quæ nominabat Exoterica, alia quæ appellabat Acroamatica. Exoterica dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumq; rerum notitiam conducebant: Acroamatica autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes, disceptationesue Dialecticas pertinebant. Huic disciplinæ quam dixi Acroamaticen, tempus exercendæ dabat in Lyceo matutinum, nec ad eam quenquam temerè admittebat, nisi quorum ante ingenium, & eruditionis elementa, atque in discendo studium, laboremque explorasset. Illas verò ἐξωτερικὰς, eodem in loco vesperi faciebat, easq; vulgo iuuenibus sine delectu dabat, atque eam δειλινὸν περίπατον appellabat: illam alteram suprà, ἑωθινόν, Vtroque enim tempore ambulans disserebat, librosq; suos, rerum omnium commentarios, seorsum diuisit, vt alij Exoterici dicerentur, partim Acroamatici.* Ammonius autem Hermiæ multis annis, & Plutarcho, & A. Gellio posterior, commentariorum suorum in prædicamenta prolegomenis, longè secus hac de re scripsit, his scilicet verbis. τῶν δὲ συνταγμάτων, τὰ μὲν διαλογικά, τὰ δ' αὐτοπρόσωπα. Αὐτοπρόσωπα μὲν, ἐν οἷς ἐξ οἰκείου προσώπου τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο, ἅπερ καὶ Ἀκροαματικὰ καλοῦσι. διὰ τὸ πρὸς γνησίους ἀκροατὰς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. Διαλογικὰ δ' ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραφεν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πλάτων ὑποκρινόμενος ἑτέρων πρόσωπα· ἅπερ καὶ Ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, διὰ τὸ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν γεγράφθαι ὠφέλειαν. Διαφέρει δὲ πλεῖστον τὰ διαλογικὰ τῶν αὐτοπροσώπων· ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐτοπροσώποις, ἅτε πρὸς γνησίους ἀκροατὰς τὸν λόγον ποιούμενος, τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει καὶ δι' ἐπιχειρημάτων ἀκριβεστέρων, καὶ οἷς οὐχ οἷοί τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ παρακολουθῆσαι. ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς, ἅτε πρὸς κοινὴν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν γεγραμμένοις, τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει, ἀλλ' οὐ διὰ ἀποδεικτικῶν ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ δι' ἁπλουστέρων καὶ οἷς οἷοί τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ παρακολουθεῖν: *Cõpositionũ autẽ alia dialogica, alia ex sua persona. Suæ personæ sunt, in quibus ex propria persona doctrinã tradebat, quas etiã Acroamaticas vocant, quia ad legitimos discipulos sermonem faciebat. Dialogica verò, quæcunque non ex propria persona conscripsit, sed vt Plato, aliorum supponens personas, quæ etiam Exoterica vocabant, quia ad vulgi vtilitatem scriberentur. Differunt verò plurimum dialogica ab ijs quæ ex propria persona sunt. In his namq;, veluti ad legitimos auditores sermonem faciens, ea quæ sibi videntur tradit, rationibus exactissimis, & quas vulgus consequi non potest. In Dialogicis verò, veluti qui ad communem vulgi vtilitatem scripti sunt, quæ sibi videntur, tradit quidem, sed nequaquam rationibus demonstratiuis, sed simplicioribus quibusdam, & quas vulgus consequi potest.* Ammonij autem huius auditor Philoponus aliter aliquanto quàm præceptor hanc rem nobis tradidit, com. suarum in libros Aristotelis de Anima lib 1. cõm .138. in quo sic scripsit. ἐν τοῖς ἐν κοινῷ φησὶ λεγομένοις λόγοις. λέγει δ' ἂν ἢ τὰς ἀγράφους αὐτοῦ συνουσίας πρὸς τοὺς ἑταίρους, ἢ τὰ ἐξωτερικὰ συγγράμματα· ὧν εἰσὶ καὶ οἱ διάλογοι, ὧν ὁ Εὔδημος. Ἅπερ διὰ τοῦτο ἐξωτερικὰ κέκληται, ὅτι οὐ πρὸς τοὺς γνησίους ἀκροατὰς ἐγράφη, ἀλλ' εἰς τὴν κοινὴν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν: *In ijs qui in cõmuni dicuntur sermonibus, dicit verò forsan vel non scripta eius colloquia cum socijs, vel Exoterica scripta: quorũ sunt etiã dialogi: è quibus est Eudemus. Quæ ideo exoterica vocata sunt quia non sunt scripta ad proprios socios, sed ad communem & vulgi vtilitatem.* Simplicius verò aliter & ipse, in physicorum procemio, hac de re scripsit his verbis. *Cum verò bifariam scripta eius diuidantur, in ea quæ Exoterica nominabat, ceu sunt historica & dialogica meditationes, & penitus ea quæ exactam & summam diligentiam non postulant: & in ea quæ Acroamatica appellabat, inter quæ præsens tractatio numeratur: in Acroamaticis data opera obscuritati esse voluit, vt segniores ab huiusmodi studio repellat, & dehortetur, perinde ac ob illam Acroamatica scripta fuisse non videantur.* Hæ sunt ergo grauissimorum authorum hac de re sententiæ: variæ quidem atque inter se dissidentes. Ex quibus si diligenter perpendantur: aut nihil omnino colligere poterimus, aut permultum. Nihil dixi, quia si vnius eorum sententia vera est; quoniam ab ea reliquæ sententiæ dissident, hæ ipsæ veræ non erunt. Si verò omnes veræ sint, permultum lucri fecimus: quoniam omnes Naturales, Theologicos, ac Logicos libros, demonstratiuis rationibus conscriptos, Acroamaticos dicere poterimus. Reliquos omnes Ethicos, Politicos, Oeconomicos, Rhetoricos, Poeticos, Historicos,

Dialogos non demonstratiuis rationibus, sed ad popularem sensum accommodatis, scriptos, Exotericos esse, tutò affirmabimus. Quæ res si vera est, cùm in has duas tantùm classes, omnes Aristotelici libri redacti sint, ij qui de naturalibus rebus, & diuinis, & logicis, non demonstratiuis argumentationibus scripti sunt, inter Acroamaticos nullum habebunt locum. Qualis Historia animalium, Problemata, Physiognomica, Mirabiles narrationes, Topica, tota ferè Metaphysica. Quoniam si libri nulla demonstratione scripti sunt, neque etiam inter Exotericos recipientur cùm de rebus abstrusis sint conscripti. Quod si exactissima ratio, ex Ammonij sententia propria Acroamaticorum est, omnes Aristotelis libri Acroamatici erunt, nulli Exoterici. Testatur enim is ipse Ammonius, Aristotelem omnes suos libros, demonstratiua methodo scripsisse. Ait enim: ἐπειδὴ οὖν ἐν πάσαις αὐτοῦ ταῖς πραγματείαις ὁ φιλόσοφος κέχρηται τῇ ἀποδεικτικῇ μεθόδῳ: *In omnibus namq; suis operibus usus est philosophus, demonstratiua methodo.* Si verò alia ex parte, argumenta simpliciora, propria sunt Exotericorum, iam omnes Aristotelici libri, Exoterici erunt: si quidem vera est Auerrois, omnium interpretum, vt multi putant, Aristotelicissimi, sententia, qui nullam exactam demonstrationem in omnibus Aristotelis libris reperiri, affirmare est ausus. Quid ergo in hac tam ambigua, ac perplexa re, dicemus nos? Dicimus, itaque nos, primo duplicem hunc librorum ordinem, non fuisse proprium Aristotelis, sed & Theophrasti, ac fortè Eudemi & aliorum eius discipulorum, nec non Platonis, antiquiorumq;, posteriorumq; nonnullorum philosophorum. Secundò, alterum ordinem eorum librorum fuisse qui promulgati essent, quem Exotericum appellarent: alterum apud se, ac in scholis retentum, discipulisq; legi solitum, quem Acroamaticum vocauere. Vtranque hanc animaduersionem, veram esse, ex Clemente Alexandrino, & Galeno satis clarè apparebit. Locus Galeni est lib. de Substãtia facultatũ naturaliũ in principio statim. Πλάτων γοῦν αὐτὸς ἔμψυχα μὲν ἀεὶ λέγει τὰ ζῷα, τοὺς λίθους τε καὶ τὰς πόας, καὶ τὰ ξύλα καὶ καθόλου φάναι τὰ φυτὰ πάντα τῶν ἀψύχων σωμάτων εἶναί φησιν. ἀλλ' ὅταν ἐν Τιμαίῳ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ὀλιγίστοις ἀκροαταῖς κατακολουθεῖν ἐπιστημονικοῖς λόγοις δυναμένοις, ἀποχωρήσας τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων εἰς ὅλον τὸν κόσμον ἐκτετάσθαι λέγει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. διαφωνίαν οὐ χρὴ ποῦ νομίζειν εἶναι τἀνδρός, ἑαυτῷ τ' ἀναντία λέγοντος. ὥσπερ οὐδ' Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου, τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων, τὰς δ' ἀκροάσεις, τοῖς ἑταίροις: *Plato quidem ipse, animata semper dicit animalia. Lapides verò, herbas, & ligna, & omnino plantas omnes, de inanimatorum corporum numero esse ait. Sed quando in Timæo omnem naturalem speculationem, paucissimis auditoribus, scientificos sermones assequi valentibus, separans, ab his quæ vulgò creduntur, in vniuersum mundum ait extensam esse ipsius animam; non est putandum hanc esse dissidentiam, quia vir iste sibi contraria dicat. Quemadmodum neque Aristotelis vel Theophrasti, qui alia quidem vulgo scripserunt: Acroases verò, discipulis familiaribus.* Quibus verbis, & Platonem ante Aristotelem, & post eum, Theophrastũ huiusmodi libros scripsisse, fit clarum. Hanc rem posteriorem retigit etiam libro de Sophismatis in dictione contingentibus. Dum ait, σύνηθες δὲ τὸ τοιοῦτον τάχος τῷ φιλοσόφῳ, καὶ καθάπερ ἐπὶ σημείων ἐκφέρειν τὰ πολλὰ καὶ διὰ τὸ πρὸς τοὺς ἀκηκοότας ἤδη γράφειν: *Consueta verò est velocitas ista ipsi philosopho, ac veluti per signa, proferre multa, quia scriberet ijs qui iam audierant.* Quam fortè opinionem hausit Galenus ex fine eius ipsius libri Elenchorum, de quo ibi tractat: quo Aristoteles discipulos alloquitur vt iuuentis gratiam haberent; omissis veniam darent, veluti ijs ipsis scripsisset eum librum, qui audierant. Hosque libros Acroase, vel Acroamaticos appellarunt, non solùm Aristoteles, sed etiam Theophrastus, vt loco priore autumat Galenus, atque etiam alij, vt verba illa Plutarchi suprà allata ὡς οἱ ἄνδρες, ἀκροαματικὰς καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλούς: *Quas viri auditorias, ac perspectorias (quasi ab ipsis audita & visa) vocantes nõ proferebant in vulgus.* Quasi dicat, alios verò qui Acroamatici non essent, in vulgus proferebant, atque ideò Exotericos atque externos nominabant. Vox hæc Epoptica reconditas rès & non nisi à paucis visas, significat, vt testis est Plutarchus in Demetrio cum ait: *Porrò repetens tunc Athenas scripsit velle se vbi eò venisset, ilico initiari, mysteriaq; à paruis vsque ad vltima & recondita sacra, quæ epoptica appellant, cuncta percipere.* Idem Plutarchus libro de Iside & Osiride: ἡ δὲ τοῦ νοητοῦ καὶ εἰλικρινοῦς καὶ ἁγίου νόησις, ὥσπερ ἀστρα

τῇ διαλάμψασι ψυχῆς ἅπαξ ποτὲ θιγεῖν καὶ προσιδεῖν παρέσχε. διὸ καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐποπτικὸν τοῦτο τὸ μέρος τῆς φιλοσοφίας καλοῦσιν: *Intelligibilis verò & sinceri, & sancti intellectio veluti fulgur collustrant animam eam semel attingere & perspicere attendit. Ideo Plato & Aristoteles epopticam hanc philosophia partem vocant.* Hanc totam rem, omnium clarissimè docuit Clemens, Stromatum libro qninto sic scribens. *Non solùm autem Pythagorei, & Plato multa occultabant, sed etiam Epicurei dicunt; quædam esse apud se arcana, & non permittere omnibus vt ea scripta legant. Quin etiam Stoici dicunt, à Zenone primo quædam fuisse conscripta, quæ non facile permittunt legere discipulis, quorum non prius fuerit factum ab ipsis periculum, an germanè, ac sincerè philosophentur. Aristotelici quoque dicunt ex suis scriptis, alia quidem esse* ἐσωτερικά, *id est interna, alia verò communia &* ἐξωτερικά, *hoc est externa. Quin etiam, qui fecerunt mysteria, cùm essent philosophi, sua dogmata obscurauerunt fabulis, vt nō essent manifesta omnibus.* Et mox. *Quin etiam cum Pythagerea consuetudo, & quæ cum familiaribus erat duplex coniunctio, vocabat quosdam* ἀκουσματικούς, *quosdam verò* μαθηματικούς. Acusmatici vocabantur, vt Iamblichus declarat, qui fide tantùm, nulla ratione tenebant, quod didicerant. Eorumque fuit vt ego puto illud αὐτὸς ἔφα, *ipse dixit*. Mathematici verò, qui è contra, ab eo secretiore doctrina, rationem etiam eorum quæ docebantur, percipiebant. Est verò hac de re, locus insignis apud Galenum lib. 3. de plac. Hipp. & Gal. qno ait Stoicos habuisse tales quosdam sermones secretiores, quos non omnibus communicabant, vocabantque Esotericos: sic enim scribit. οὐ μὴν προσίενταί τι πάντες οἱ Στωικοὶ τὴν τοιαύτην ἐξήγησιν, ἀλλ' ἕτερόν τι λέγεσθαί φασιν, οὐ δηλοῦσι δ' αὐτὸ τῶν ἐσωτερικῶν ὑπάρχον δηλονότι καὶ ἐπιτιμῶσιν ἡμῖν εὐθέως ὡς προπετῶς ἀντιλέγουσι πρὶν γνῶναι τὸ λεγόμενον: *Neque enim omnes Stoici recipiunt talem expositionem, sed aliud quid dici aiunt, neque id declarant, nimirum interiorum quippiam existens: & reprehendunt nos, quòd statim ac præcipitanter contradicimus, priusquam noscamus id quod dicitur.* Tale aliquid in more fuisse Protagoræ Plato in Theæteto innuit. ἆρ' οὖν πρὸς χαρίτων πάσσοφός τις ἦν ὁ Πρωταγόρας, καὶ τοῦτο ἡμῖν μὲν ᾐνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀπορρήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε: *An non per gratias, omnia sapiens quidam erat Protagoras, & ænigmaticè ostendit nobis quisquilijs: At discipulis in arcano veritatem dicebat.* Sic Aristoteles 3. Physico. cap. 8. λείπεται ἄρα παιᾶν ᾧ ἐχρῶντο μὲν ὡς ἐν ἀπορρήτῳ οἱ ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι: *Relinquitur ergo pæan, quo vtebantur tanquā in arcano qui à Thrasymacho cœperunt.* Sed & Proclus 5. libro Commentariorum in Parmenidem Platonis scribit in hæc verba. ὡς πάντα ταῦτα, καταγέλαστα μὲν ἐστὶ τοῖς πολλοῖς. θαυμαστοῦ δ' ἄξια τοῖς σοφοῖς. οὕτω δὲ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τῶν λόγων, τοὺς μὲν ἔφασαν εἶναι μυστικούς, τοὺς δ' ἐξωτερικούς. καὶ αὐτὸς Παρμενίδης τὰ μὲν πρὸς ἀλήθειαν ἔγραψε, τὰ δὲ πρὸς δόξαν. καὶ ὁ Ζήνων δὲ τοὺς μὲν ἀληθεῖς ἐκάλει τῶν λόγων τοὺς χρειώδεις: *Tanquam hæc omnia ridicula sunt vulgo, admiratione verò digna Sapientibus. Sic & Pythagorei, Sermonum alios dixerunt esse mysticos, alios verò exotericos. Et ipse Parmenides alia ad veritatem scripsit, alia ad opinionem. Et Zeno alios sermones vocabat veros, alios verò vsuales.* Fluxit autem hic occultandarum disciplinarum mos à Noe, qni libros suos si Beroso credimus, tum Armenijs, tum Aegyptijs, tnm etiam Hettuscis reliquit, ita vt non nisi à sacerdotibus viserentur, in sacratijsq; asseruarentur. Ab Armenijs hunc morem ad Chaldæos: ab his ad Persarum Magos: ab his etiam ad Indorum Brachmanas verisimile est progressum fuisse. Ab Hetruscis verò ad Romanos, qui sacrarum rerum libros sacerdotum tantùm manibus tractari, lege sanxerunt. Ab Aegyptijs autem & ad Aethiopes transijt; & ad Græcos per Orpheum, ac Pythagoram: qui etiam si libros ac disciplinas inuulgarunt, ita tamen inuulgarunt, vt non nisi ijs cogniti essent, qui ab ipsis eas didicissent. Quod Aristoteles in epistola ad Alexandrum vsurpauit. ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους, συνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν: *Scito eos, & inuulgatos, & non inuulgatos, intelligibiles nanque sunt ijs solis qui nos audiuerunt.* Mos itaq; hic disciplinarum occultandarum antiquissimus fuit, à Noe inde in vniuersas gentes emanatus. Quem Græci omnium primi, gloriā inde quærentes, videntur corrupisse, non ita statim à principio, sed paulatim. Nam Orpheus doctrinas suas tradidit fabulis obuolutas: Pythagoras numeris quas primus omnium prosanauit Hippachus eius discipulus: quem ea de causa, è schola, atque

eo nsortio eiecit, in eiusq; locum, lapideam columnam in gymnasio erexit. Plato partim Orphicnm, partim Pytagoricum morem secutus, & fabulis & numeris sacretiores doctrinas tractault: morales disciplinas, ad iunentutem erudiendam, apertius docuit. Aristoteles omnes, omnibus velaminibus demptis, apertè tradidit. Hoc duntaxat sernato, vt alios libros apud se haberet, discipulisque de libro disciplinas legeret: alias verò euulgaret. Illos Esotericos, & Acroamaticos, & Epopticos vocaret: hos verò Ecdedomenos, Exotericos, Encyclios. Quod tum ex Galeni, & Plntarchi, & Clementis locis apparuit, tum ex loco Philoponi in primum de anima cō. λέγει δ' ἂν ἢ τὰς ἀγράφους αὐτοῦ συνουσίας πρὸς τοὺς ἑταίρους. &c. Vbi indicat quædam arcana cū habuisse ad sodales, veluti etiam Plato, quem testatur Aristoteles. 4. phy. cap. 2. καὶ ἐν τοῖς λεγομένοις ἀγράφοις δόγμασιν. Vbi Simplicius ait, Estieum & Heraclidem & alios eius auditores testatum reliquisse, ænigmaticè in ijs, Platonem locutum: tum ex epistolis Alexandri Aristotelisque: tum ex ijs apparebit quæ mox adiungemus. Sed has epistolas discutiamus, ex eisque promamus, quod ad huius quæstionis solutionem, nostræque opinionis confirmationem faciat. Itaq; ait Alexander. οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων: *Non rectè fecisti, emittens Acroamaticos sermones.* Quibus in verbis aduertendum est primum, illud ἐκδοὺς emittens, promulgans. Non rectè fecisti, emittens Acroamaticos sermones: Quasi emittere eos esset nefas: quod Aristoteles respondens clarè dicit, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάσσειν ἐν ἀπορρήτοις: *Existimans eos oportere asseruare in secretis.* Quia scilicet, id in more ipsius erat, Acroamaticos asseruare. Quid autem sit illud ἐκδοὺς, ipse Alexander declarat, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί: *Si sermones ij, secundum quos nos sumus eruditi, omnibus erunt communes.* Itaque ἐκδοῦναι, nihil aliud fuit, quàm in vulgus emittere, inuulgare: hoc enim modo omnibus fiunt communes. Illa autem verba in epistola Aristotelis, ἴσθι οὖν καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους, respondent illi verbo Alexandri. ἐκδοὺς. *Scito igitur, & inuulgatos, & non inuulgatos.* quasi diceret etiamsi communes omnibus facti sint, non tamen, qnin Acroamatici adhuc sint, amiserunt. Non enim intelligibiles sunt, nisi ijs solis qui nos audierunt, quibus scilicet soliti sumus Acroamaticos libros, legere ac tradere. Apparent ergo duo hæc librorum genera contraria quasi inter se fuisse. Ecdedomena & Acroamatica atque hæc quidem asseruata, illa inuulgata. Hinc clarum fit, quosnam intelligat Aristoteles, cnm libro de Poetica nominat ἐκδεδομένους, *ecdedomenos*, scilicet libros, publicatos, inuulgatos. Neque vero expositio ista, minus firma est, quia sint hæ epistolæ ab aliquibus fictitiæ existimatæ: quorum ego opinionem minus rectam existimo. Testatur enim A. Gellius, eas se desumpsisse ex libro Andronici Philosophi, scilicet Andronici Rhodij, qui primus Aristotelis libros collegit & publicauit. Qui verò libri sint hi, quos Alexander queritur inuulgatos, in dubio est. Nam Plutarchus Metaphysicos, Simplicius ac alij interpretes physicos autumant esse. Ego verò neutros existimo. Sed librum de Mundo qui ipsi Alexandro inscriptus ab Aristotele est, eoque ipsi totam, tum diuinam, tum naturalem philosophiam, doctrinas scilicet secretiores acroamaticas per compendium, Regio scilicet otio ac ingenio accommodatè tradidit. Neque enim physicis illis aut primæ philosophiæ libris quicquam continetur quod Regio muneri inseruire possit: imò potius omnia quæ non solum occupatissimum Regem delectare aut instruere non possunt, sed etiam otiosissimis studiosissimisque & labores ingentes, & tædium incutiant. Econtra liber de Mundo, & partes omnes ipsius, & ordinem, & geographiam, & aeris passiones, & diuinam prouidentiam explicat: quæ omnia Regi & populorum rectori, & exercituum ductori maximè conducere queant. Atque ea methodo eo libro comprehensa sunt, ex qua facile vel memoria repetere quæ à præceptore prius audierat, vel etiam sine tædio relegere Alexander posset. Quam methodum, Regibus idoneam esse declarat Ptolemæi Philadelphi desiderium, quem refert Proclus ab Euclide requisisse, an esset aliqua in Mathematicis Regia methodus, qua per compendium ijs disciplinis imbui posset: tulisseque ab eo responsum, nullam esse. Accedit ad hæc credibilius esse, hunc ipsum de Mundo librum eum esse, quem Alexander queritur fuisse editum, qnoniam Alexandri nomen præferat, quàm illi vel Physici vel Metaphysici, qui ne vmbram Alexandri,

vel

vel nominis vel studij continent. Neque me terret quin id pronunciem, quòd eũ librum Aristotelis non esse multi affirment, quia & procemio contra eius Philosophi morem vtatur: & multa in alijs libris, ab eo traditis dogmatibus, repugnantia dicat. Hoc namque argumentum, nullius est roboris, cum & repugnantia ista non sola est: quia in libris confessis & indubijs, multæ contradictiones reperiuntur: tum etiam quia ex Galeno vidimus, Aristotelem, Theophrastum, Platonem, alijs atque alijs auditoribus, aliter atque aliter sæpe scripsisse. Ideoque non repugnat hoc libro nonnulla eum dixisse, Alexandri gustui accommodata, alijs vero libris quæ sibi videntur, docuisse. Nec quia procemium non sit de Aristotelis more, liber is Aristotelis non est, cum nec discipulos alloqui de ipsius est more: quod tamen in fine libri Elenchorum facit. Neque ieeirco, Aristotelis eũ librum non esse est à quoquam vnquam assertum. Accedit Iustini grauissimi Philosophi testimonium: qui Plutarcho paulo iunior, Galeni ac Aphrodisiei Alexandri temporibus floruit. Is attestatur, nõ solùm eum librum Aristotelis esse, verum etiam à veteribus philosophis Aristotelicæ philosophiæ compendium fuisse vocatum. Hunc igitur de Mundo librum, queritur Alexander ab Aristotele inuulgatum: quem in secretis oportuerat asseruare, ne doctrina qua ipse imbutus per compendium, ac regia methodo fuerat, omnibus communis fieret. Videtur autem mihi, ex Lyconis testamento, quod est apud Laertium, eo tempore in more philosophis positum fuisse, vt quacunque de re libros conscripsissent, de eis discipulos instituere: perlectos ac castigatos inuulgare. Sic enim Lycon de suis libris testamento legat καὶ χάρητα ἀφίημι ἐλεύθερον, καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτὸν καὶ δύο μνᾶς αὐτῷ δίδωμι, καὶ τὰ ἐμὰ βιβλία τὰ ἀνεγνωσμένα. τὰ δ' ἀνέκδοτα Καλλίνῳ, ὅπως ἐπιμελῶς αὐτὰ ἐκδῷ: *Et Charetẽ dimitto liberum, & nutriat eũ Lyco: & duas minas ipsi do, & libros meos perlectos. Non inuulgatos verò Callino, vt diligenter eos inuulget.* Illud namque ἀνεγνωσμένα perlectos, nihil mihi significare videtur aliud, quàm quòd aliqui Lyconis libri perlecti iam fuissent auditoribus: eosque iam missos atque inuulgatos fuisse, quia istis contraponi videntur, τὰ δ' ἀνέκδοτα, *non inuulgata*: qui etiam vt diligenter emittantur, Callino relinquuntur. Nõ sanè aliter, atque Pherecydes, Thaleri librum suum de natura, moriens legat, vt recognoscat, atque si videatur, inuulget: quod per epistolam, quæ apud Laertium in Pherecyde est, ita mandat. ἐπέσκηψα δ' ὦν τοῖσιν οἰκιήτῃσιν ἐπὴν μὲ καταθάψωσιν ἐς σὲ τὴν γραφὴν ἐνέγκῃ. σὺ δ' ἢν δοκιμάσῃς σὺν τοῖς ἄλλοις σοφοῖς, οὕτω μὶν φῆνον. ἢν δ' οὐ δοκιμάσητε μὴ φήνῃς, ἐμοὶ μὲν γὰρ οὔκω ἥνδανεν: *Commisi ergo domesticis postquam me sepelierint, ad te librum adferre. Tu autem si probaris, cum alijs sapientibus, ita eum publices, si verò non probaueritis, non publicos. Mihi namque non adhuc placuit.* in decreto etiam Atheniensiũ in gloriã Hippocratis facto dicitur. ἐξέδωκε δὲ καὶ συγγράψας ἀκριβῶς τὰ περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης πολλοὺς βουλόμενος τοὺς σώζοντας ὑπάρχειν ἰατρούς: *publicauit & cõscripsit exactè rẽ artis medicæ cũ vellet multos medicos salutares esse*: nã suprà etiã discipulorũ mẽtionem fecerat. τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς παρήγγελε: *Et suis discipulis in mandatis reliquit.*

Hunc in modum existimo Arist., suos libros, quos viuens non promulgauit, Theophrasto reliquisse, vt ab eo castigarentur: castigatique promulgarentur. Puto nãq; ei ætatem nõ suppetijsse, vt eos & scriberet, & ad vltimam manum perduceret. Cur enim Aristoteles ipse, vir gloriæ cupidissimus, destiterit eos omnes emittere viuẽs, si perfectos à se cognouerat, potius quàm alteri eos aut supprimendos, aut euulgãdos committeret: nulla probabilis videtur causa, nisi quòd emendatos prius eos cuperet: id autem ipse morte præuentus non potuerat efficere. Neque enim verisimile est, virum sagacissimum non vidisse, si ipse eos emitteret, gloriam omnem suam futuram: si alteri emittendos relinqueret, gloriæ partem illi concedere. Vel etiam quod longè peius est, periculum subire, ne Theophrastus gloriæ & ipse cupidus, mortuo eorum authore, pro suis vsurparet. Sed de hac re etiam alibi. Sunto ergo Acroamatici libri, qui asseruabantur apud authorem: ex quibus auditoribus doctrina tradebatur. Qui perlecti cum essent, in vulgus edebantur: ac tum ecdedomeni dicebantur. Illi qui interni & apud se essent ἐσωτερικοὶ Esoterici dicti sunt. Si verò, qui in aliorum manibus iam essent, atque à domo & schola egressi ἐξωτερικοὶ Exoterici, atque externi rectâ ratione sunt appellati. Postquam igitur libri

emissi in vulgus fuerant ἐκδεδομένοι, quasi ἔξω δομένοι extra dati erant, Exoterici externi, exteriores appellabantur: vt illi qui asseruabantur, apud se, esoterici, interni, interiores. Qui quoniam audiendi discipulis proponebantur, prælegebantur, Acroamatici, Acusmatici, id est Auscultatorij dicebantur: Epoptici etiam inspectiui, quia discipulis ipsis oculis legendi darentur atque inspiciendi. Alteri autem illi qui Ecdedomeni fuerant, atque ideo ab autore Exoterici, & externi facti, Encyclij efficiebantur, non priore illa significatione, qua scilicet Encycliæ disciplinæ ἐγκύκλια μαθήματα quædam appellatæ sunt, quæ pueris nobilibus, Grammatica, Rhetorica, Poetica, Pictura, & aliæ quædam tradebantur. Quo sensu primo Politico. cap. 4. ἐγκύκλια διακονήματα, *encyclia ministeria*, & secundo, τὰς ἐγκυκλίους διακονίας encyclia ministeria dixit. Neque secunda illa, qua vniuersa philosophia encyclopædia appellata est, quia scientiæ inter se ita connectantur, vt in se recurrentes, circulo quodam cohærerent: sed tertio quodam significatu quo encyclion id dicitur quod iam publicum, & populi factum esset: forte quia homines conuenientes, in circulisque colloquentes de ijs rebus differebant. Quam significationem Suidas sic expressit, ἐγκύκλιον ἁπανταχῆ καθολικόν *Encyclium vbique catholicum*, id est quòd vniuerso populo est expositum. Et Eunapius eo loco ab eo allatus eadem significatione protulit ἀλλ᾽, ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ, καὶ πρόχειρον τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν: *Sed encyclium erat illi, & promptum similia peccare.* Quo forte sensu intelligendus est locus Oeconomico secundo dum prouentus enumerans tertio loco ponitur ἔπειτα ἡ ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων: *postea ab his quæ ab Encyclijs*. Atque etiam alius in procemio Meteororum. καὶ τῶν ἄλλων ἐγκυκλίων, *& aliarum encycliarum* rerum scilicet roris, pruinæ, & reliquis similibus omnibus vulgo notis, vel etiam circulo recurrentibus. Itaque Encyclij libri erant, qui vbique populo expositi essent. Iidemque Exoterici, quod apertè simplicius docuit primo Cœli commentario nonagesimosexto. locum suprà citatum exponens. His verbis, ἐγκύκλια δὲ φιλοσοφήματα καλεῖ, τὰ κατὰ τάξιν ἀπ᾽ ἀρχῆς, τοῖς πολλοῖς προτιθέμενα, ἅπερ καὶ ἐξωτερικὰ καλεῖν εἴωθεν: *Encyclia verò philosophemata vocat ea quæ ordine à Principio vulgo proponebantur, quæ eadem exoterica vocare est solitus.* Id autem, quia exoterici ab auctore essent, extra manus, ac extra domum ipsius. Id verò quia iam Ecdedomeni, ἔξω δομένοι extra dati, emissi, promulgati, inuulgati erant. Qui ijdem antequam inuulgarentur, asseruabantur in secretis & vt Aristoteles ait, ἐν ἀποῤῥήτοις φυλαττόμενοι: Hi quia intra domum erant, Esoterici dicebantur, quia à discipulis audiebantur, Acroamatici, & Acusmatici: quia etiam inspiciebantur, Epoptici appellati sunt. In hunc ergo modum, quæstio hæc vetus, ardua, varia, ambigua soluta sit, vt Esoterici, Acroamatici, & Epoptici Aristotelis libri ij fuerint, quos domi retinens, non ediderat. Exoterici verò, Ecdedomeni, & Encyclij quos emiserat vt vulgo legerentur. Quos etiam primo de anima cap. 4. vocauit τοῖς ἐν κοινῷ λεγομένοις λόγοις: *in sermonibus qui sunt in communi*. Quo loco Simplicius vel Platonicum Phædonem, vel sui ipsius Eudemum dialogum innui scribit: in quo confutauerat eam opinionem quæ asserebat animam esse quandam harmoniam. Philoponus verò exponit pro Exotericis. eundem Eudemum ita vocans. emissos autem libros, scilicet Acroa. significari ostendit veluti prouerbialis locutio quæ sæpe apud authores reperitur, vt 12. de legibus apud Platonem. τὸ λεγόμενον ὦ φίλοι, ἐν κοινῷ καὶ μέσῳ ἔοικεν ἡμῖν κεῖσθαι. *quod dicitur, ó amici, in communi & in medio nobis videtur positũ*. Emisisse autem eum aliquos, tum Epistola Alexandri testatur, tum etiam ipse, cum Exotericos, Ecdedomenos, Encyclios appellat. Paucos autem eos fuisse, testatur Strato Geographus libro decimotertio, cum scribit. συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων τοῖς μὲν παλαιοῖς μετὰ Θεόφραστον ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν: *Accidit autem Peripateticis antiquis qui Theophrastum secuti sunt, omnino libros non habere, præter paucos & maximè Exotericos.* Plutarch. etiã in Sylla. ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία ἦν οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς: *In qua (scilicet bibliotheca) plurimi Aristot. & Theophrasti libri erant: nondũ eo tẽpore clarè vulgo cogniti. Et paulo post.* οἱ δὲ πρεσβύτεροι περιπατητικοὶ φαίνονται μὲν καθ᾽ ἑαυτοὺς γενόμενοι χαρίεντες, καὶ φιλολόγοι· τῶν δ᾽ Ἀριστο-

τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γράμματα, οὐδὲ πολλοῖς, οὔτε ἀκριβῶς ἐντετυχηκότας: *Veteres verò Peripatetici, videntur illi quidem fuisse, elegantes, ac eloquētia studiosi, in Aristotelica verò, atque Theophrastica scripta, nec multa, nec diligenter satis incidisse*. Causa verò huiusce rei est quia Aristoteles paucos libros viuens emiserat, reliquos omnes Theophrasto, vt egoquidem existimo, emendandos si quid egerent, reliquerat. Is verò, non vsquequaque præceptoris doctrinis addictus, sed suo etiam marte multa commentans, nec præceptoris, nec suos libros emisit; cum tamen 34. annos post Aristotelis obitum vixerit: sed eos omnes Neleo Scepsio eius discipulo emendandos fortè etiam, ipse reliquit. Is verò, in duo exemplaria descriptos, altera Ptolemæo Philadelpho vendidit, qui sunt in bibliothecam Alexandriæ repositi: altera hæredibus reliquit, qui eos in fossam quandam detruserunt, ibique plusquam centum & sexaginta annis occulti iacuerunt. Quare Peripatetici omnes posteriores Theophrasto, vsque ad Andronicum Rhodium, paucos admodum Aristotelis vel Theophrasti libros habuerunt, eosque, vt ait Strato, Exotericos. Eos scilicet qui ab Aristotele dum viueret, publicati, & inuulgati fuerant. Qui autem hi fuerint incertum est. Sed tamen liber de Mundo, is fuit (vt mea est opinio) de quo Alexander per epistolam conquestus est, quòd emissus fuisset. Libros etiam de Natura vel Physicos, quinque scilicet priores, puto ab eo emissos. Quod quidem elicio ex procemio Simplicij in librum sextum. Vbi sic scribit. *Et Eudemus scribit de quodam suo exemplari, in quo multi errores erant quo ad quintum librum. Pro quo vt inquit ille, misit, & iussit sibi vt scriberet, & mitteret libros Naturales*. Ex quibus quidem apparet Eudemum habuisse exemplar eorum librorum, sed quia erroribus scatebat, ad Theophrastum, qui originarios habebat, scripsit, vt emendatum ad se mitteret. Quod si verum est, non est vera Ciceronis sententia, quòd Exoterici libri essent populariter scripti. Neque etiam Plutarchi, quòd Ethici & Politici tantùm, Exoterici essent. Nec etiam Gellij, qui libros Rhetoricos, Argutiarum & Ciuiles, Exotericos putauit. Falsa quoque Ammonij sententia est, qui dialogicos libros, eos arbitratur fuisse. Falsa etiam Philoponi, quòd ad vulgi vtilitatem tantùm scripti fuerint, non autem proprijs discipulis prælecti. Falsa denique Simplicij etiam opinio, qui dialogicos & historicos eos fuisse opinatus est. Liber namque de Mundo, atque Physicæ auscultationes, nec populariter scripti, nec Ethici aut Politici, nec Rhetorici, nec Argutiæ, nec dialogici, nec historici sunt. Neque etiam tales fuerunt, quos ipse Aristoteles 4. Physico, & 12. Metaphysico, & 1. Ethico Nicomachus appellat, in quibus ait, se dixisse, de tempore, de ideis, de anima; quarum rerum tractatio, omnium quæcunque in philosophia tractantur, maxima atq; difficillima est. Ex quibus locis apparet exotericos fuisse libros 4. de ideis, quos Alexander Aegæus in Metaphysicis citat. Et libri de Anima aliqui De ea enim ait se in exotericis tractasse. Exoterici ergo Aristotelis libri illi fuere proculdubio, qui ab eo viuente in vulgus sunt editi, seu illi de grauissimis rebus, seu de leuibus, seu contemplatiuis, seu moralibus, seu per dialogum, seu ex propria persona res illas tractarint. Non tamen omnes superius allatos locos, de libris intelligendos putamus. Nam primus ille, dum de tempore disputationem aggreditur, nequaquam significat de eo alibi tractatum esse in Exotericis libris, aut sermonibus: sed de futura re loquitur, scilicet καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ, *bene habet dubitare de ipso*, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, *per exotericos sermones*. Qui verò hi sermones essent, statim explicat, πότερον τῶν ὄντων ἐστὶν ἢ τῶν μὴ ὄντων: *Vtrum entium est, aut non entium*. Hoc verò dicimus nos per exotericos sermones, quæsitum, ac dubitatum fuisse: Illud verò, ἔπειτα τίς ἡ φύσις αὐτοῦ *posteaqua ipsius natura*, philosophicè, ac scientificè quæsitum. Asseueramus enim nos hæc duo, exotericè, & philosophicè, esse contraposita Quod tum ex superius allato loco ex 1. Eudemico patet, tum etiam alijs, vt mox explanabimus. Nam ibi dictum est. καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν: *Et in exotericis sermonibus, & in philosophicis*. Hoc autem significatu exotericum, nil aliud refert, quàm logicum, dialecticum, probabile. Philosophicum verò nil aliud itidem significat, quàm demonstratiuè scientificè, ex rebus per se, essentialibus, intrinsecis rei. Quo autem id clarissimè pateat, afferā locos omnes in quibus Aristoteles, vel Eudemus, aut Nicomachus, voce Exo-

terica, aut alia ei cognata vsi sunt. Ac primò Aristoteles ipse lib.5. de generatione animalium. cap.6. sic ait. τὴν δὲ γλῶτταν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὥσπερ ἓν μόριον τῶν ἐξωτερικῶν, μὴ ὅτι ἐν τῷ σώματι σκεπάζεται, ἀλλ' οἷον χεῖρας ἢ πόδας: *Linguam autem existimare oportet, veluti vnam exotericarum partium, non quòd in corpore occulitur (nam ita veluti esoterica esset) sed vt manum aut pedem.* Quæ extra corpus scilicet tendunt, & instrumētariæ sunt. Methaphysico autem 9. cap 4. sic scripsit καὶ γὰρ πλεῖστον διαφέρει ἡ τέλειος διαφορά. τῶν τε γὰρ γένει διαφερόντων οὐκ ἔστιν ἐξωτέρω λαβεῖν, καὶ τῶν εἴδη, δέδεικται ὅτι πρὸς τὰ ἔξω τοῦ γένους, οὐκ ἔστι διαφορά. τούτων δ' αὕτη μεγίστη, καὶ τὰ ἐν τῷ αὐτῷ γένει πλεῖστον διαφέροντα τἀναντία: *Etenim plurimum differt perfecta differentia. Eorum enim quæ genere differunt, non est exotero accipere, & eorum quæ specie, demonstratum quòd ad extra genus, non est differentia, horum verò hæc maxima, & ea quæ in eodem genere, plurimum differunt contraria.* Primo verò Politico cap.3. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως: *Sed fortè, hæc sunt exotericotera considerationis.* Secundo verò Politico, cap.8. ἔστι γὰρ ἐξωτερικῆς ἀρχῆς κοινωνοῦσιν οἱ κρῆτες, νεωστὶ δὲ πόλεμος ξενικὸς διαβέβηκε. Quarto etiam Politico cap. 10. καὶ γὰρ ἃς καλοῦσιν ἀριστοκρατίας, περὶ ὧν νῦν εἴπομεν, τὰ μὲν ἐξωτέρω πίπτουσι ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων, τὰ δὲ γειτνιῶσι τῇ καλουμένῃ πολιτείᾳ: *Etenim eæ quas vocant aristocratias, de quibus nunc diximus, quædam exotero cadunt plurimis ciuitatibus; quædam verò appropinquant ei quæ vocatur Polita.* Septimo quoque Politico, c.1. Μάρτυρι τῷ θεῷ χρωμένοις, ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος, δι' οὐδὲν δὲ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ δι' αὑτὸν αὐτός: *Deo teste vtentibus, qui fælix quidem est & beatus, ob nullum verò exotericorum bonorum, sed ob seipsum ipse.* Eodem etiam Politico cap.3. μάλιστα δὲ καὶ πράττειν λέγομεν κυρίως, καὶ τῶν ἐξωτερικῶν πράξεων τοὺς ταῖς διανοίαις ἀρχιτέκτονας: *Maximè verò, & agere dicimus propriè, & exotericarū actionum, eos qui mente sunt architecti.* Et paulo post. σχολῇ γὰρ ἂν ὁ θεὸς ἔχοι καλῶς, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, οἷς οὐκ εἰσὶν ἐξωτερικαὶ πράξεις παρὰ τὰς οἰκείας τὰς αὐτῶν: *Frustrà verò & deus benè haberet, & omnis mundus, quibus non sunt exoterica actiones præter proprias ipsorum.* Hæc igitur satis fidenter ausim affirmare omnia esse Aristotelicorum librorum loca, in quibus voce hac seu cognata vsus sit. Quæ si rectè aduertantur, vbique intrinsecis ac proprijs sunt contraposita. nam & lingua vti instrumentum extranea est, & extra genus non esse differentiam, oppositum est ei, quæ intra genus & in genere est; Et extra ciuitates cadere, opponitur illi quæ appropinquat: Et deus non externis bonis, sed proprijs & essentialibus est fœlix: Et Architectus mente operatur, in actionibus quæ extra ipsum tendunt: Et deus ac mundus, nihil extra se habentes, in se ipsis operantur. Locus verò primi Politici ἐξωτερικωτέρας *exotericotera* speculationis appositè accommodatur, inquisitioni illi 4. Physici; διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων: *Per exotericos sermones.* Vtrique enim sunt, quod Latinè dicitur, extra rem: oppositi illis, qui rem considerant, intrinsecus, ac essentialiter. Nam de tempore dubitate, vtrum è numero entium sit vel è numero non entium, extra rem prorsus est. Hoc est, non considerantur essentialia, vti dicunt; neq; vt ipse ait, τίς ἡ φύσις αὐτοῦ: *quæ sit eius natura.* Logicè enim & probabiliter disputat, primò vt probent tempus non esse, postea disputat, tempus esse. Ad vtramque autem partem disputare, disputatio est probabilis, Logica, Dialectica, non scientifica, nec demonstratiua. Asserit autem Auerrois multis in locis Aristoteli in more esse, antequàm ad essentialia veniat, probabiles rationes afferre. Nostræ verò sententiæ astipulatur Philoponus eo loco, ἐξωτερικοὺς λόγους φησὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀκροαματικῶν καὶ ἀποδεικτικῶν, τοὺς ἐξ ἐνδόξων καὶ πιθανῶν εἰρημένους: *Exotericos sermones vocat, ad contra distinctionem Acroamaticorum & demonstratiuorum, eos qui ex opinione conceptis & probabilibus procedunt.* Quod & Simplicius affirmat. Has autem rationes probabiles, non solùm exotericas, sed etiam ἔξωθεν λόγους 2. politico cap. 4. τὰ δ' ἄλλα τοῖς ἔξωθεν λόγοις πεπλήρωκε τὸν λόγον: *reliqua extraneis sermonibus impleuit sermonē.* ἀλλοτρίας; alienas, & Logicas, & Dialecticas, & κενοὺς vanas sæpè appellat. Alienas quidem, quia non à re ipsa petuntur, sed aliunde; id autem κενὸν vanū quiddam est, quia nihil in re constituit. Logicas verò significatu dialectices. Dialecticas autem, quia ἐκ τῶν ἐνδόξων ex opinione conceptis, putatis, non veris ac intrinsecis fiunt. Sæpè enim legimus in suis libris, λογικῶς, διαλεκτικῶς. Sed insignis est locus Analytico tertio cap.15. κατὰ μὲν οὖν δόξαν συλλογιζομένοις καὶ μόνον διαλεκτικῶς: *Secundum-*

*cundum opinionem quidem syllogizantibus & solùm dialecticè*. Et mox. συλλελόγισται διαλεκτικῶς, πρὸς δ' ἀλήθειαν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων δεῖ σκοπεῖν: *Syllogizatum est dialecticè, ad veritatem verò ex inexistentibus oportet considerare.* Rursus sequenti capite. λογικῶς μὲν οὖν ἐκ τούτων ἄν τις πιστεύσειεν περὶ τοῦ λεχθέντος, ἀναλυτικῶς δὲ διὰ τῶνδε συντομώτερον. *Logicè quidem ex his credat quispiam circa dicta. Analyticè verò per hæc breuius.* Rursum eodem capite. ὅτι δ' ἵστανται, δέδεικται λογικῶς μὲν πρότερον, ἀναλυτικῶς δὲ νῦν: *Quòd verò consistant, demonstratum est Logicè quidem prius, Analyticè verò nunc.* Quod ergò priorib. locis dixit dialecticè, his dixit Logicè. Et quod ibi πρὸς ἀλήθειαν, *ad veritatē*, nūc ait Analyticè, idest demōstratiuè. Sed omniū luculentissimè 1. Eudemio (siue Aristotelis, siue eius discipuli atq; interpretis Eudemi libri sint) ca. 6. hęc res distinguitur. διαφέρουσι δ' οἱ λόγοι περὶ ἑκάστην μέθοδον, οἵ τε φιλοσόφως λεγόμενοι, καὶ μὴ φιλοσόφως: *Differunt verò sermones in quaque methodo, ij qui philosophicè dicuntur, & non philosophicè.* Qui autem vtrique sint mox declarat, δι' ἧς οὐ μόνον τὸ τί φανερὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ τί. φιλόσοφον γὰρ τὸ τοιοῦτον, περὶ ἑκάστην μέθοδον: *Per quā nō solùm quid est clarū, sed propter quid. Philosophicum enim id est, circa quamque methodum.* Non philosophicum verò quod subnectit. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ διὰ τὸ δοκεῖν φιλοσόφου εἶναι τὸ μηθὲν εἰκῇ λέγειν, ἀλλὰ μετὰ λόγου, πολλάκις λανθάνουσι λέγοντες ἀλλοτρίους τῆς πραγματείας καὶ κενούς: *Sunt enim aliqui, qui quòd philosophi videatur esse, nihil ad nihil dicere, sed cum modo, multoties latent, dicentes alienos sermones à re, atque vanos.* Id autem non esse philosophicum mox ostendit. ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους: *Ignorantia enim est, circa quamque rem non posse iudicare proprias rei rationes, & alienas.* Quas autem hic vocat alienas 8. capite vocat λογικὰς, logicas, repetita illa voce κενὰς, vanas: sic, λέγωμεν ὅτι πρῶτον μὲν τὸ εἶναι ἰδέαν μὴ μόνον ἀγαθοῦ, ἀλλὰ καὶ ἄλλου ὁτουοῦν λέγεται λογικῶς καὶ κενῶς: *Dicamus quod primum quidem, esse ideas non solùm boni, sed alius cuiusuis dicitur logicè & vanè.* Libro quoque 2. de animalium generatione cap. 10. Aristoteles ipse οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος καθόλου λίαν καὶ κενός. οἱ γὰρ μὴ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν λόγοι, ἀλλὰ δοκοῦσιν εἶναι τῶν πραγμάτων, οὐκ ὄντες, οἱ γὰρ ἐκ τῶν ἀρχῶν τῶν γεωμετρικῶν, γεωμετρικοί. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. τὸ δὲ κενὸν, δοκεῖ μὲν εἶναί τι, ἔστι δ' οὐθέν: *Hic quidem sermo vniuersalis nimis, & vanus. Ij enim qui non sunt ex proprijs principijs sermones, sed videntur quidem esse ipsius rei, non sunt autem: Qui enim ex Geometricis principijs, Geometrici. Sic & in alijs: sed vanum, videtur quidem esse aliquid, est autem nihil.* Concludendum itaque secunda significatione, exotericum idem significare, quod extraneum, alienum, vanum, Dialecticum, Logicum, ἔνδοξον; καθόλου contrapositè ad proprium, intrinsecum, essentiale, scientificum, demonstratiuum, Analyticum, philosophicum, & ad veritatem dictum. Atque isto significatu accipi, & 4. Physico. & 1. Politico. Priore verò significatu, exotericos sermones seu libros eos esse, qui iam ἐκδεδομένοι, ἐν τῷ κοινῷ, ἐγκύκλιοι, euulgati, in populo, ac publici essent.

# ARISTOTELICORVM
# LIBRORVM
## *NON EXTANTIVM, FRAGMENTA*
### *Verborum, Sententiarum, Dogmatum.*

## LIBER SEPTIMVS.



GIMVS Superiore libro, de Actoamaticis atque eorum cognatis Acuſmaticis atque Epopticis: nec non veluti contratijs, Exotericis, Encyclijs, atque Ecdedomenis Ariſtotelis libris: videmurque nobis rem omnium ferè Ariſtotelicarũ hactenus maximè controuerſam, ex incertitudine exemiſſe: deque obſcuriſſima, ſatis claram tibi præſtantiſſime Adoleſcens reddidiſſe. Ita vt non amplius, Ariſtotelicæ Philoſophiæ deditus animus tuus, hac in re anceps eſſe poſſit. Præſenti volumine, copioſiorem quandam philoſophiam, itidem Ariſtotelicam tibi paramus. Multas enim eius viri ſententias, multa dogmata: libris qui interierunt olim comprehẽſa, ab antiquis authoribus varijs, inde excerpta: ex ijs non ſine multo labore, à nobis huc collecta, tibi exhibemus. Quibus lautius fruare, atque ingenium iſtud tuum excellentiſſimum, magnificentius exornes. Afferemus igitur, quæcunque inuenire potuimus, Ariſtotelis librorum qui ad nos non peruenerunt fragmenta, tum verborum, tum ſententiarũ, rum etiam dogmatum. Quæ cum multa ac varia ſint, & tua ſtudia iuuare, & te oblectare magnopere poterunt. Itaque à Cicerone initium capiemus, quem ſolum, poſt Theophraſtum, vel Demetriũ Phalereum, aut Stratonem Lampſacenũ eius diſcipulos, antiquiſſimum rerum philoſophicarũ authorẽ habemus. Omnium etenim, qui à Demetrio ac Stratone ad Ciceronis vſque tempora ſcripſerunt, qui infiniti propè omnis generis philoſophi fuere, annorum pluſquam ducentorum ſpatio, (quod & dictu mirum, & lachrimabile eſt, interierunt: neque vllus eorum liber, ad noſtra tempora peruenit, præter duos illos, vt nos quidem putamus Stratonis Lampſaceni de Spiritu ac de Coloribus, qui inter Ariſtotelicos reponebantur, ac Demetrij libellum (ſi tamen eius eſt) de interpretatione. Cicero igitur, Tuſcul. 3. Sic ſcripſit: *Itaque Ariſtoteles, veteres philoſophos accuſans, qui exiſtimauiſſent, philoſophiã ſuis ingenijs eſſe perfectam: ait eos, aut ſtultiſſimos, aut glorioſiſſimos fuiſſe, ſed ſe videre, quum paucis annis, magna acceſſio facta eſt, breui tempore philoſophiam planè abſolutam fore.* Libro autem 5. *Quid aliud inquit, Ariſtoteles in bouis non in regis ſepulchro inſcriberes?* Libro 2. de Finibus *Sed hominem ad duas res* (vt ait Ariſtoteles) *intelligendũ, & ad agendum eſſe natum, quaſi mortalem Deum.* Libro primo de natura Deorum, *Ariſtoteles quoque in 3. de philoſophia libro multa turbat, à magiſtro Platone vno diſſentiens. Modo enim, menti tribuit omnem diuinitatem: modo mundum ipſum, Deum dicit eſſe: modo, quendã aliũ præficit mũdo, eiq; eas partes tribuit, vt replicatione mũdi quadã, motũ regat atq; tueatur: tũ cæli ardorẽ Deũ dicit eſſe: nõ intelligens cælũ mũdi eſſe partem, quẽ alio loco ipſe deſignarit Deum. Eodem libro Orpheum Poetã, docet Ariſtoteles nunquã fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiuſdam fuiſſe Cercopis.* Libro verò ſecundo. *Cum igitur aliorum animantium ortus in terra ſit, aliorum in aqua, in aere aliorum, abſurdum eſſe Ariſtoteli videtur, in ea parte, quæ ſit ad gignenda animalia aptiſſima, animal gigni nullum putare. Sydera verò æthereum locum obtinent, qui quoniam tenuiſſimus eſt, & ſemper agitatur & viget, neceſſe eſt, quòd in eo animal gignatur. Idem quoque ſenſu acerrimo & mobilitate celerrima eſſe. Quare cum in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt in ijs ſenſum ineſſe & intelligentiam.* Iterum libro eodem. *Nec verò Ariſtoteles non laudandus in eo, quòd omnia quæ mouentur, aut natura moueri cenſuit, aut vi, aut voluntate. Moueri aũt Solẽ, & Lunã, & Sydera omnia: quæ aũt natura mouerẽtur, hæc aut pondere deorſum, aut leuitate in ſublime ferri: quorum neutrum aſtris contingeret: propterea quod eorum motus, in orbem circumferretur. Nec verò dici poteſt, vi quadam maiore fieri: vt contra naturam aſtra moueantur. Quæ enim poteſt maior eſſe? Reſtat igitur,*

vt

*ut motus astrorum sit voluntarius.* Rursus eodem libro. *Praeclarè ergo Aristoteles, si essent inquit, qui sub terra semper habitauissent, bonis & illustribus domicilijs, quae essent ornata signis, atq; picturis, instructaq; rebus ijs omnibus, quibus abundãt ij, qui beati putantur: nec tamen exijssent vnquàm supra terram: accepissent autem fama, & auditione, esse quoddã numẽ & vim Deorum: deinde patefactis terrae faucibus, ex illis abditis sedibus, euadere in haec loca, quae nos incolimus, atq; exire potuissent: cũ repente terrã, & maria, caelumq; vidissent, nubium magnitudinem, ventorumq; vim cognouissent, quòd is diem efficeret, toto caelo luce diffusa. Cum autem terras nox opacasset, tum caelum totum cernerent, astris distinctum, & ornatum: Lunaq; luminum varietatem, tum crescentis, tum senescentis, eorumq; omnium ortus, & occasus: atq; in omni aeternitate, ratos immobilesq; cursus: haec cum viderent, profectò & esse Deos, & haec tanta opera deorum esse, arbitrarentur.* Atque haec quidem ille. Locum autem hunc videtur ex septimo Platonis Reipublicae Aristoteles vel mutuasse, vel imitatus esse. Rursus libro codẽ. *Illud verò ab Aristotele animaduersum, à quo pleraq; quis potest non mirari? Grues, cum loca calidiora petentes, maria transmittunt, trianguli formam efficere. Eius autem summo angulo aer, ab ijs aduersus pellitur, deinde sensim ab vtroq; latere, tanquam remis, ita pennis cursus auium leuatur. Basis autẽ trianguli, quam Grues efficiunt, ea tanquam à puppi, ventis adiuuatur. Haeq; in tergo praeuolantium colla & capita reponunt. Quod quia ipse dux facere non potest: quia non habet, vbi innitatur, reuolat, vt ipse quoq; quiescat. In eius locum succedit ex ijs quae acquieuerunt: eaq; vicissitudo in omni cursu conseruatur.* Libro autem primo de Diuinatione. *Quid singulari vir ingenio Aristoteles, & penè diuino? Ipse ne errat, an alios vult errare? Cum scribit, Eudemum Cyprium familiarem suum, iter in Macedoniam facientem, Pheras venisse, quae erat vrbs in Thessalia, tum admodum nobilis: ab Alexandro autem Tyranno crudeli dominatu premebatur. In eo igitur oppido ita grauiter aegrum Eudemum fuisse, vt omnes medici diffiderent. Ei visum esse in quiete, egregia facie iuuenem dicere, fore vt breui conualesceret, paucisq; diebus interiturum Alexandrum tyrannum. Ipsum autem Eudemum quinquennio post, domum esse rediturum. Atque ita prima quidem scribit Aristoteles consecuta: & cõualuisse Eudemum, & ab vxoris fratribus interfectum Tyrannum. Quinto autem anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio in Cyprũ illũ ex Sicilia esse rediturum, praeliantem eum ad Syracusas occidisse. Ex quo ita illud somniũ interpretatum, vt cum animus Eudemi, ex corpore excesserit, tunc domum reuertisse videatur.* Eodem etiam libro. *Aristoteles quidem eos etiã qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens atq; diuinum.* Libro verò eius voluminis 2. *Is cum languore corporis, nec membris vti, nec sensibus potest, incidit in visa varia, & incerta, ex reliquijs (vt ait Aristoteles) inhaerentibus, earum rerum quas vigilans gesserit aut cogitarit: quarum perturbatione, mirabiles interdum existunt species somniorum.* Libro verò secundo de officijs. *Quanto Aristoteles grauius & verius nos reprehendit: qui has effusiones pecuniarum admiramur, quae fiunt ad multitudinem deliniendam.* At haec quidem omnia sunt loca, quae Cicero, ex Aristotelicis libris amissis: in suos libros transtulit. Proximus, aetate eum sequitur Strato Geographus, qui sub Augusto, & Tiberio floruit. Is quoquè ex Aristotele, nonnullas vel sententias, vel dogmata in suos libros transtulit. Ac primum libro 3. his verbis. ἤδη καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, οὐκ ὀρθῶς αἰτιᾶσθαι τὴν παραλίαν, καὶ τὴν Μαυρουσίαν τῶν πλημμυρίδων, καὶ τῶν ἀμπωτίων. *Iam & Aristotelem, Posidonius ait, non rectè affirmare causam esse crescẽtis & decrescẽtis maris litora, & Mauritaniam.* Libro iterũ quarto. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν φησιν, ὑπὸ σεισμῶν τῶν καλουμένων βραστῶν, ἐκπεσόντας τοὺς λίθους, εἰς τὴν ἐπιφάνειαν συνολισθῆναι εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. *Aristoteles quidẽ ait, à terrae motib. qui brasta appellantur, decidisse lapides in superficiem, & in loca caua collapsos.* Libro etiam. 17. φασὶ δὲ Καλλισθένη λέγειν, τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρ' Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου Θασίου, τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος: *Aiunt Callisthenem dicere, causam (scilicet Nili excrescentis) imbres aestiuos, ab Aristotele accepisse. Hunc verò à Thrasyalco Thrasio, qui vnus fuit ex antiquis physicis.* Stratonem proximè Seneca sequitur. qui & hos Imperatores tetigit, & Neronis praeceptor fuit. Is libro 1. de ira cap. 1. *Aristoteles ait affectus quosdam, si quis illis benè vtatur, pro armis esse.* Libro autem primo Natur. Quaest. cap. 7. *Aristoteles ait post autumnale aequinoctium, qualibet hora diei, arcum fieri; aestate non fieri, nisi incipiente, aut inclinato iam die.* Nec aliud à Seneca

πρόπαππος, ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης: πῶς οὐκ εἶπε· καὶ δέοιτ' ἂν κήδεσθαι τοῖς πλουσίοις μᾶλλον ἢ τοῖς εὐγενέσιν. εὐγενεῖς γὰρ οἱ παλαιοί, κρείττους δ' οἱ νῦν. οὐκ οὖν ὁμοίως κἂν τις ὑπολαμβάνῃ οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι. κρεῖττον γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος, καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπάππου, ἢ τινὰ τῶν ἄλλων προγόνων. ὀρθῶς ἔφη λέγεις. ἆρ' οὖν οὐκ, ἐπεὶ ἐν μηδετέρῳ τούτων, εὕρωμεν τὴν εὐγένειαν, σκεπτέον ἄλλον τρόπον: τίνα τοῦτον: ἐνίοτε σκεπτέον δ' ἔφη. τὸ εὖ συμβαίνει τι δηλοῦν τῶν ἐπαινετῶν, καὶ σπουδαίων: οἷον τὸ εὐπρόσωπον, καὶ τὸ εὐόφθαλμον. ἀγαθὸν γάρ τι ἢ καλὸν συμβαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. πάνυ γ' εἶπεν. οὐκ οὖν εὐπρόσωπον μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀρετὴν προσώπου, εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν, οὕτως εἶπεν. ἀλλὰ μὴν ἐστὶ γένος, τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον, ἀλλ' οὐ σπουδαῖον; πάνυ γ' εἶπε. σπουδαῖον δέ τι γε φαμέν, ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν εἶναι. ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως; οὕτως εἶπε. δῆλον ἄρ' ἔφην, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐγένεια, ἀρετὴ γένους: *De nobilitate autem planè dubitò quosnam oporteat appellare nobiles: nec immerito me dubitare dixi. nam & apud vulgus, & apud sapientes quadam in dubium vocantur, & quodam non apertè declarantur. Ac statim ea qua ad facultatẽ attinent. Dico autem id, vtrum honorabilium sit & bonorum, vel vt Lycophron Sophista scripsit, nouum quiddam omnino. Ille enim comparans eam alys bonis. nobilitas igitur, cuius pulchritudo obscura, in verbis verò grauitas. Veluti ad opinionem fit electio ipsius, secundum veritatẽ autem nihil differre ignobiles à nobilibus. Dubitatur autem sicut quantum ea sit bonum, ita quosnam oporteat nobiles appellare. Si enim eos qui ex bonis parentibus sunt nobiles esse existimant veluti, & Socrates. Etenim propter Aristidis virtutem, & filiam ipsius esse generosam. Simonidem verò aiunt interrogatum, quinam nobiles? respondisse, y qui ex antiquis diuitibus. Quem sermonem, non rectè reprehendunt. Theognis verò poeta hos versus fecit. Nobilitatem quidem laudant mortales. Magis tamen curant diuites. Vel per Iouẽ, nonne eligibilior est is qui ipse est diues, eo, cuius abauus, aut progenitorũ quispiã diues fuit, & ipse sit pauper. Quid ni? ait: ac debeat magis curare diuites quàm nobiles. Antiqui enim nobiles, præsentes autem potentiores. Nonne similiter ac si quis opinetur, non eos, qui ex antiquis diuitibus, nobiles esse, sed eos qui ex bonis antiquis? Præstantior enim est virtus recẽs, quàm antiqua: & particeps est quisque patris magis quam abaui, aut alterius cuiusdam aliorum progenitorum. Rectè inquit dicis. Nonne ergo, postea quam in horum neutrorum vidimus nobilitatem, videndum est alio modo? quonam modo? speculandum est ait, dictio* τὸ εὖ *benè aliquando significat aliquid laudabilium, bonorumq́, veluti cum dicitur* εὐπρόσωπον, εὐόφθαλμον, *bonum enim aut pulchrum secundum hunc sermonẽ. Prorsus inquit. Nonne ergò* εὐπρόσωπον *dicitur, id quod faciei habet virtutem.* εὐόφθαλμον *verò quod oculi virtutem habet? Sic est inquit. Nonne & genus, aliud bonum aliud malum & non bonum? Prorsus ita ait. Bonum verò vnumquoque dicimus, secundum propriam virtutẽ. ita quoque & genus bonum? Ita, ait. Clarum ergo, dixi, quod nobilitas est virtus generis.*

Iterum sermone 86. Ex eodem Aristotelis lib. de Nobilitate. Φανερὸν τοίνυν, ἔφην ἐγώ, περὶ ὧν πάλαι διηπορήσαμεν διὰ τί ποτε οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ οἱ ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγενέστεροι δοκοῦσιν εἶναι μᾶλλον τῶν σύνεγγυς τἀγαθὰ κεκτημένων, αὐτὸς γὰρ ἐγγύτερος σπουδαῖος ὤν, ἢ πάππου σπουδαίου τυχηκώς, ὥστ' εἴη ἂν εὐγενής, ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ, καί τινες εἰρήκασιν οὕτως ἐκ τοῦ διελέγχειν προσποιούμενος τὸν συλλογισμὸν τῆς εὐγενείας, ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης. οὐχὶ τῶν ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅς τις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἁπλῶς. τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ὀρθῶς ζητοῦσιν οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προστιθέντες. τὸ δ' αἴτιον εἴπομεν, τοῦτ' ἐστὶν ὅτι ἡ μὲν εὐγένεια ἐστὶν, ἀρετὴ γένους. ἡ δ' ἀρετὴ σπουδαῖον. σπουδαῖον δ' ἐστὶ γένος, ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον, ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει. ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν πολλὰ προσαπεργάζεσθαι οἷά περ αὐτή. τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ ἕτερα πολλά. ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει, καὶ οὕτω σπουδαῖος, ὥστ' ἔχειν τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεάς, τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἂν τὸ ἀνθρώπων ᾖ τὸ γένος: ἂν τὸ ἵππων, ἵπποι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων. ὥστε εὐλόγως, οὐχ οἱ πλούσιοι, οὐδ' οἱ ἀγαθοί, ἀλλ' οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ ἐκ πάλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τἀληθές· ἀρχὴ γὰρ ἄνωθεν πάντων. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' οἱ ἐκ προγόνων ἀγαθῶν εὐγενεῖς πάντως, ἀλλ' ὅσοι τυγχάνουσιν ἀρχηγοὶ τῶν προγόνων ὄντες. ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθός, μὴ ἔχῃ δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως, ὥστε τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἀρχὴ τοιαύτην δύναμιν ἐν τούτοις. ἀρχὴ τοῦ γένους, καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου ὄντες. οὐκ ἐὰν ὁ πατὴρ εὐγενὴς ᾖ ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους. οὐ γὰρ δι' αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθόν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν: *Clarum itaque est, inquam, id de quo iam dudum dubitamus, quam ob causam.*

*ij qui ex antiquis diuitibus, ac ex antiquis bonis nati, nobiliores videntur esse, ijs qui recèter hac bona possederunt. Ipse enim propinquior, bonus cum sit, quàm si bonum auum teneat. Itaq; fuerit nobilis bonus vir. Ac quidā ita dixerūt syllogismo refellere figētes nobilitatē vt Euripides dixit. Non quòd ij nobiles sint, qui ex antiquis sint bonis nati, dicens, sed siquis vir simpliciter sit bonus. Id verò non est. Sed quærunt ij qui adijciunt, antiquam virtutem. Causas autem diximus. Id est, quòd nobilitas est generis virtus. Virtus autem bonum: bonū verò genus est, in quo multi boni ingeniti sunt. Accidit autē id quādo ingeneratur principium bonum in genere. Principium enim talem habet facultatem vt multa pariat sibi similia. Hoc enim principij opus est, facere quale est ipsum, al. a multa. Quando ergo ingeneratur generi vnus quispiam, ita bonus, vt habeat id bonum ab eo multa propago, id genus necesse est bonum esse. Erunt enim multi boni homines, si genus sit hominum. Si verò equorū equi similiter etiam in alijs animalibus. Ratione igitur rectà, non diuites, neq; boni, nobiles fuerint, sed qui ex antiquis & diuitibus & bonis orti sint. Ratio enim verū quærit. Omniū autem principium à supernis, neq; etiam ij qui à bonis progenitoribus omnino nobiles, sed quicunq; progenitorum authores sunt. Quando igitur ipse bonus, non verò habeat facultatem eam à natura, vt pariat multos sibi similes, nō habet vt principium talem facultatem. Sed si habeat sibi principiū generis est. Et qui ex hoc genere sunt, nobiles sunt, nō quando pater nobilis fuerit, sed quando author. Non enim propter se eum pater genuit bonum, sed quia ex tali genere erat.* Præter hæc sæpe ex Chrijs Aristotelis loca affert, quæ nos huc afferenda nequaquam duximus. Liquidò enim constat eas non esse Aristotelis nostri, quia Sermone 55. vnam affert Zenonis Stoici Philosophi. Is enim iuuenis audiuit Cratem Thebanum, vt Laertius narrat, floruit autē Crates in docendo, Olympiade centesimadecimaquarta. Aristoteles verò sequenti Olympiade vita est functus, quo tempore Zeno auditor cum esset, nondum Stoicam sectam constituerat. ideo alterius cuiuspiam Aristotelis putandæ sunt.

Adijciam huc epistolas aliquot quas reperi ad Philippum. Οἱ τῆς ἡγεμονίας ἀναλαβόντες πρὸς εὐεργεσίαν τῶν ἀρχομένων, οὐχ ὑπὸ τῆς τύχης ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ τῆς φύσεως προηγμένοι, ταῖς ἀρχαῖς ὅμως ἐντυγχάνουσι, αἳ μεταπίπτειν εἰώθασιν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀρετῆς μέγα φρονοῦσι, καὶ σφόδρα σοφῶς πολιτευόμενοι. οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν ἀνθρώποις βέβαιον καὶ ἰσχυρὸν οὐδ' ὁ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἥλιος ταχείᾳ ῥοπῇ συναλλοιοῖ καὶ μεταφέρει. ποικίλλουσι τοὺς βίους ἅπαντας καθάπερ τραγῳδίας ὑποκρίσει τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἡ φύσις μετασκευάζεται· ὅπερ μὴ διαψευδώμεθα τῆς ἀληθείας. ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἕκαστον, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀνθεῖν ποτὲ συμβαίνει καὶ τὰς ἀκμὰς ἐν χρόνοις τισὶν ἀναλαμβανομένους πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρειν. διὸ πειρῶ μηδὲ τῆς Ἑλλάδος τυραννικώτερον προΐστασθαι, μηδὲ τοῖς λήμμασι βαρύτερον. τὸ μὲν γὰρ προπετείας ἐστὶ σημεῖον, τὸ δὲ ὁμολογουμένης ἀβουλίας τεκμήριον. δεῖ γὰρ τοὺς νῦν ἔχοντας τὰς δυναστείας, μὴ διὰ τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀρχῶν θαυμάζεσθαι. ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται. τὰ δ' ἄλλα εὖ πρᾶττε, ψυχὴν πρὸς φιλοσοφίαν, σῶμα δὲ πρὸς ὑγίειαν ἄγων καὶ ἐπιμελούμενος.

ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οἱ πολλοὶ τῶν φιλοσόφων τὴν εὐεργεσίαν θεῷ ἰσότιμον παρεσκεύασαν· ὁ γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν χάριτος ἀμοιβὴ καὶ δόσις συνέχει τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους, τῶν μὲν διδόντων, τῶν δὲ λαμβανόντων, τῶν δ' αὖ πάλιν ἀνταποδιδόντων. διὸ καλὸν καὶ δίκαιον ἐστὶ πάντας μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας ἐλεεῖν. Οὕτως μὲν γὰρ ἡμέρου ψυχῆς ἐστὶ σημεῖον. χαλεπότης δ' ἀπαιδευσίας. αἰσχρὸν γὰρ καὶ σχέτλιον ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν περιορᾶν. ὅθεν ἐπαινῶ καὶ τὸν ἡμέτερον γνώριμον Θεόφραστον, λέγοντα τὴν χάριν ἀμεταμέλητον εἶναι, καὶ καλὸν καρπὸν φέρειν, τὸν παρὰ τῶν εὖ παθόντων ἔπαινον. διόπερ δεῖ τοὺς νῦν ἔχοντας τῶν ἀνθρώπων εἰς πολλοὺς αὐτὴν καταθέσθαι, νομίζοντας χωρὶς τῆς εὐφημίας ἔρανόν τινα τοῦτον αὐτοῖς ὑπάρξειν ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων, καὶ εἴ γε μὴ πάντας, ἀλλ' ἕνα τῶν εὐεργετημάτων ἀποδώσειν τὴν χάριν. Ὅθεν πειρῶ πρόθυμος μὲν εἶναι ταῖς εὐεργεσίαις, ἐποχὸς δὲ τοῖς θυμοῖς. τὸ μὲν γὰρ βασιλικόν τι καὶ ἥμερον, τὸ δὲ βαρβαρόν τι καὶ συνηθές. τὰ δ' ἄλλα καθὼς ἂν δοκιμάζῃς πρᾶττε, μὴ παρορῶν τὰς λυσιτελεῖς ψήφους.

ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οἱ διαφέροντες τῶν βασιλέων ἐπὶ φρονήσει, καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἄκρων ψαύοντες, εὐεργετοῦσιν, οὐδὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς πολιτευόμενοι καιρούς. ἀλλὰ καὶ θεωροῦντες τὸ τῆς τύχης ἄστατον. θησαυρίζουσι τὴν χάριν πρὸς ἑκάτερα. ἐν μὲν ταῖς εὐπραγίαις τιμῆς βουλόμενοι μεταλαμβάνειν, τιμὴ γὰρ οἰκεῖον ἀρετῆς ἐστίν, ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασι βοηθείας, αἱ γὰρ συμφοραὶ τ' ἀναγκαῖα κρίνουσι τῶν καλῶν πρότερον, σαφέστατος γὰρ εὐνοίας ἔλεγχος ἡ τῆς τύχης, καιρὸς ἀπαιτεῖ γὰρ οὐ λόγους, ἀλ-

λὰ πράξεις δεόντως. ἡ γὰρ τῶν εὐνόντων ὄψις, ὥσπερ ἐν πελάγει χειμαζομένοις παρεφάνη γῆ. πᾶσι γὰρ ὡς ἔοικεν ἐν ἐρήμῳ πεσοῦσα τύχη. σκοπὸς ἀληθὴς ἔγκειται τοῖς πολεμοῦσι, ἢ ἀδικοῦσι ἢ συκοφαντοῦσι αἱρουμένοις μόνη δὴ τῶν συνήθων δι' αὐτὴν τὸ τῆς τύχης εὐκίνητον οὐκ ἀπαρνεῖται, φέρουσι δ' εὐλόγως πᾶν τὸ περιττὸν τῶν κατὰ Πλάτωνα κρειττόνων διατίθεται. διὸ καὶ τὴν ταχύτητα τῶν πραγμάτων εὐλαβοῦ, καὶ τὸν κύκλον τῆς μεταπτώσεως ἡγοῦ, καὶ τὰς ἐν τῷ ζῆν ψήφους λογίζου. πολλὰ γὰρ ἡ ταυτομάτου φορὰ κομάζει τῷ βίῳ, καὶ ῥοπὰς αἰφνιδίους ποιεῖ. τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι μετάνοιαν δίδωσι, θεοῖς δ' εὐνοοῦσι τὰς χάριτας προχείρους νέμει, ταῦτα γὰρ πράττων οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ δι' ὅλου συντηρῶν ἀσφαλέστατα καὶ ἀκίνδυνα τὰ τῆς ἡγεμονίας ἕξεις μέλαθρα. ὡς μὲν, ὑπὲρ μεγάλων ὀλίγα, ὡς δὲ πρὸς σέ, ταῦτα σχεδὸν εἴρηται.

## ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ.

Απορῶ τίνα ἢ ποίαν ἀρχὴν λάβοιμι πρὸς σέ. ἐφ' ἃ γὰρ ἐπισκοπῶν ἐπιβάλλω τῇ διανοίᾳ, πάντα μοι φαίνεται μεγάλα καὶ θαυμαστά. καὶ λήθης οὐδὲν ἄξιον ὁρῶ. μνήμης δὲ οἰκεῖα καὶ περιβλέψεως, ἃς οὐδὲν οὐδεὶς ἀμαυρώσει χρόνος. αἱ γὰρ καλαὶ τῶν διδασκάλων παραινέσεις, καὶ προτρέψεις, βεβαίαν ἔχουσι τὸν αἰῶνα. διὸ πειρῶ, τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν, ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι πρὸς ἀρχὴν ὡς οὐδὲν μεῖζον τῶν ἐν βίῳ ὑπάρχειν πέφυκε. διὸ καὶ τὸ θνητὸν τῆς φύσεως, πολλάκις ὑπὸ τοῦ χρόνου διαλυομένον, ἄφθαρτον διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἔργων κέκτηται τὴν μνήμην. τούτων οὖν ἔννοιαν ἔχε. οὐ γὰρ ἀλογίστως ἤχθης ὥς τινες, οἱ ἀτόπως καὶ τὰς γνώμας διετέθησαν. σοὶ καὶ γένος ἔντιμον, καὶ βασιλεία πατρῷος, καὶ παιδεία βέβαιος, καὶ δόξα περίβλεπτος. καὶ ὅσον ταῖς ἀφορμαῖς τῆς τύχης διαφέρεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν καλῶν προτερεύειν σε δεῖ. τὰ δ' ἄλλα πράττε τὰ συμφέροντα, ἐπὶ τέλει δὲ τὰ δόξαντα.

## ΘΕΟΦΡΑΣΤΩ.

Ἡ πρόχειρος ἀδικία τῆς πολυχρονίου χάριτος λυσιτελέστερον πέφυκεν ὑπάρχειν. ἡ μὲν γὰρ ὀλιγοχρόνιον ἔχει τὴν μνήμην καὶ τὴν βλάβην. ἡ δὲ γηράσκει ὥς ἂν πεπεισμένη τὴν δυσμένειαν, ἔργον ἀοίδιμον παρασκευάζειν, καὶ τοῖ πολλάκις δώροις λογισάμενοι γαληνισμὸν, εὕρομεν πῇ καὶ μεγίσαντες τῆς ζημίας σάλον καὶ διανοίας εἴδομεν πορθμόν. διὸ φημὶ δεῖν τὴν ἑταιρείαν μάλιστα μὲν μὴ ἀδικεῖν εὐσεβεῖν καὶ εὔλογον ἔχειν πρόφασιν. εἰ δὲ μὴ παρ' ἀκουσίως τοῦτο πράξασα, θᾶττον διαλύεσθαι τὴν ἔχθραν. τὸ γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν ἴσως ὑπὲρ ἄνθρωπον. τὸ δὲ πλανηθέντα διασώσασθαι ἣν ἐπιφέρει τις μέμψιν, καλῆς καὶ σφόδρα εὐσταθοῦς κρίσεως ἴδιον. τὰ δ' ἄλλα, ἔρρωσο.

## AD PHILIPPVM.

*QVI ducatus suscipiunt ad beneficentiam subditorum non à fortuna sed neq; à natura proacti principatibus confidunt, qui recedere consueuerunt. Sed ob virtutes magna sapiunt. Rectè & valde sapienter ciuitatem regentes. Nihil enim eorum quæ inter homines, stabile, & robustum. neq; vsq; ad vesperam Sol veloci motu alterat & transfert. Varians vitas omnes sicuti tragœdias, fictione nostris malis natura transmutatur. nisi fallimur à veritate. quod alium modum veluti eorum quæ terra germinant vnumquodq; & homines florere aliquando accidit. Et status in temporibus quibusdam recipientes multum ab alys differre. Quare tenta, neq; Græcia Tyranni more præesse, neq; del'rys violentius. Alterum enim præcipitantiæ est signum, alterum confessæ inscitiæ testimonium. Oportet enim mentē habentes potentes, nō ob principatus sed per principatus in admiratione haberi. Ne fortuna recidente, earundem laudum digni habeantur. alia rectè habeas animum ad Philosophiā, corpus verò ad sanitatem ducens diligenter.*

## AD EVNDEM.

*PLERIQVE Philosophorum beneficentiam Deo dignam astruxerunt. Vt enim simpliciter dicam gratia permutatio, ac datio continet hominum vitam, alys dantibus, alÿs accipientibus, alÿs rursus reddentibus. Quare honestum & iustum est omnes infortunatos misericordia prosequi. Miseratio enim mansueti animi est signum. asperitas vero ineruditi. Turpe enim & impium est virtutem infortunatam negligere. Vnde laudo etiam nostrum discipulum Theophrastum, dicentem, gratiam non pœnitendam esse. Et bonum fructū ferre, laudem ab ÿs qui beneficio sunt affecti. Quare oportet mente præditos homines in multos eam deponere, existimantes sine etiam laude, beneficium quoddam tale illis futurum in mutationibus rerum. ac etiam, etsi non omnes, vnum tamē aliquem beneficiorum retributurum gratiam. Quare adnitere promptus esse in beneficÿs. Et cohibe iras. Illud enim regiū, & mansuetum. hoc vero Barbarum & odibile. alia vero, vti existimaueris age, non negligens vtiles calculos.*

## AD EVNDEM.

*EXCELLENTES Reges prudentia, & celsitudine astra tangentes beneficia conferunt, non ad præsentia regentes tempora, sed etiam contemplantes fortunæ instabilitatem, Thesaurizant gratiam ad virumque. In bona enim fortuna, honore volentes potiri, honor enim proprium virtutis est: in casibus verò aduersis, auxilio. Aduersitates enim necessitatem indicant bonorum priorum. Clarissima enim beneuolentiæ demonstratio, fortunæ tempus. Repetit enim non verba, sed opera decenter. Beneuolentium enim aspectus, vti in pelago periclitanti, apparuit terra. Omniũ enim vt videtur, in deserto cadens fortuna, scopus verax propositus est iis qui vel bellum, vel iniuriam, vel calumniam inferre eligunt. Sola verò proborum coruscatio fortunæ instabilitatem non recusat, ferensque rationabiliter omnẽ casum, maior secundum Platonem rectè disponit. Quare celeritatem rerum caue, & circulum recidentiæ ducas. Et calculos vitæ reputa. Multa enim casus latio, infert in vitam, & pondera spontanea facit. ignorantibus pœnitentiam da, beneuolis verò gratias promptas tribue. Hæc enim agens non semel, sed semper conseruans, securissimè & extra periculum, semperque habebis domos. Vt quidem de magnis pauca: vt verò ad te, omnia ferè dicta sunt.*

## AD ALEXANDRVM.

*DVBITO, quorum nam, vel qualium principium me capiat ad te. In quacunque enim respiciens mentem conijcio, omnia mihi videntur magna & admirabilia, & obliuione nihil dignum video. Memoria verò propria & adhortationis, quorum nihil, vllum obscurabit tempus. Bonæ enim præceptorum admonitiones, & adhortationes spectatorem habent æternitatem. Quare aduisere principatum, non in iniuriam, sed in beneficentiam componere. Cuius nihil maius, eorum quæ in vita natum est. Quare & mortalis natura, sæpe à necessitate dissoluta, incorruptibilis ob magnitudinẽ operum consequitur memoriam. Horum ergò cogitationẽ habeas. Non enim irrationabiliter educatus es vt quidã, qui absurdè etiã mẽtes disposuerũt. Tibi & genus honorabile, & regnũ auitũ, & disciplina stabilis, & gloria admirabilis. Et quantum occasionibus fortunæ excellis, tantũ & virtutibus honestorũ primum te esse oportet. Reliqua vero age quidem vtilia, perfice verò quæ videbuntur.*

## AD THEOPHRASTVM.

*PROMPTA iniustitia, vetere gratia vtilior solet esse. Hæc enim habet breuis temporis memoriam, & noxam. Illa vero senescit, velutsi faciat odium, opus perpetuum cõstruere. Etsi sæpè, dono reputantes, placiditatem inuenimus alicubi, & partientes tempestatũ fluctus, & cogitationis videmus traiectionem. Quare aio oportere societatem, maximè quidem nõ iniuria afficere, sed benè facere, & rationabilem habere prætextum. Quod nisi iniustè faciat, citius dissoluitur odium. Neminem enim iniuria afficere, fortè supra hominem. Sed postquã erratum est, seruare eam quam quis fert reprehensionem, boni ac valdè bene constituti iudicij est proprium, alia. Vale.*

Suidas in Stratia. Ἀριστοτέλης τοῦτο δεδήλωκεν ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, τίς ἦν ἡ ἐν τοῖς ἐπωνύμοις στρατεία· εἰσὶ γὰρ φησὶν ἐπώνυμοι, δέκα μὲν οἱ τῶν φυλῶν, δύο δὲ καὶ τεσσαράκοντα οἱ τῶν ἡλικιῶν· οἱ δ᾽ ἔφηβοι ἐγγραφόμενοι, πρότερον μὲν εἰς λελευκασμένα γραμματεῖα ἐνεγράφοντο, καὶ ἐπεγράφοντο αὐτοῖς, ὅ τε ἄρχων, ἐφ᾽ οὗ ἐπεγράφησαν, καὶ ἐπώνυμος ὁ τῷ προτέρῳ ἔτει δεδιῃτηκώς· νῦν δ᾽ εἰς τὴν βουλὴν ἀναγράφονται. καὶ μετ᾽ ὀλίγα· χρῶνται δὲ τοῖς ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας· καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσιν, ἀπογράφουσιν ἀπὸ τίνος ἄρχοντος ἐπωνύμου, μέχρι τίνος δεῖ στρατεύεσθαι. Strato lib. 7. παρ᾽ Ἀριστοτέλει δὲ ποταμίους λίθους, ἐξ ἄμμου, ἐκ τῶν ὄμβρων τήκεσθαι. Item. ὅτι δὲ πλάνητες καὶ μετ᾽ ἐκείνων καὶ χωρίς, καὶ ἐκ παλαιοῦ καὶ αἱ Ἀριστοτέλους πολιτεῖαι δηλοῦσιν. ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἀκαρνάνων φησὶ τὸ μὲν ἔχειν αὐτῆς Κουρῆτας, τὸ δὲ πρὸς ἑσπέριον Λέλεγας, εἶτα Τηλεβόας. ἐν δὲ τῇ Αἰτωλῶν, τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ. κατασχεῖν δὲ τὴν Βοιωτίαν αὐτούς φησιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν Ὀπουντίων καὶ Μεγαρέων. ἐν δὲ τῇ Λευκαδίων, καὶ αὐτόχθονά τινα Λέλεγα ὀνομάζει, τούτου δὲ θυγατριδοῦν Τηλεβόαν, τοῦ δὲ παῖδας δύο καὶ εἴκοσι Τηλεβόας, ὧν τινὰς οἰκῆσαι τὴν Λευκάδα.

Olymp. in Gorg praxi 14. ἐπειδὴ καὶ Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι ἡ ἄνοια γίνεται ἢ παρὰ τὴν ἡλικίαν, ὡς ἐπὶ τῶν παίδων· ταῦτα γὰρ ἀνόητα διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ διὰ τὸν λογισμόν, ὡς ἐπὶ τῶν τελείων μὲν ἀνδρῶν, ἀπαιδεύτων δέ· ἐφ᾽ ὧν ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι δὶς παῖδες οἱ γέροντες, καὶ ἕκαστον, ἵνα ἐν τῷ εἰδέναι κατατρίβωσι. Affer huc quæ Simplicius. 4. de natura in cap. 2. exscribit ex Aristotele, Pythagoreorum συζυγίας.

# ARISTOTELICORVM LIBRORVM

## *EXTANTIVM PER GENERA Distributio.*

## LIBER OCTAVVS.



ARISTOTELIS libri Zacharia facundissimè, non minus hi qui eius nomine nostris temporibus feruntur, quàm etiam illi qui à Diogene enumerantur expositi, nobis sunt confusè nimium: ita vt Laertiani nullo prorsus ordine, nulla cohęrentia iungantur. Illi verò priores quamquam videantur cõsecutione quadã hęrere, vt Logici seorsum à Physicis, hi à Moralibus cudãtur, tamen qua serie Logici Physici, & Morales inter se disponantur, maximè dubium ac anceps est. Eaq; res non minimum negocij, scholis nostratium Peripateticorũ exhibet. De ordine igitur eorum, aliquid tibi tradere instituimus, vti in hac etiã parte, quæ non parui est momenti in Aristotelica philosophia, opem aliquam ingenio studioq; tuo afferamus omniaq; impedimenta, remoras omnes, quà à nobis fieri potest, tibi remoueamus. Authorem igitur, habemus grauissimum Plutarchum, loco sæpe ex Sylla citato: Andronicum Rhodium *εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων, εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας: Exscripta acquisisse, in medium produxisse, & perscripsisse eos qui nũc feruntur indices* Quales autẽ hi indices fuerint videtur Porphyrius indicasse cũ in vita Plotini sic scripsit: *μιμησάμενος δ' Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον καὶ Ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικόν, ὧν ὁ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν, ὁ δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸ συναγαγών. οὕτω δὴ καὶ ἐγώ: Imitatus Apollodorum Atheniensem, & Andronicum Peripateticũ: quorum ille, Epicharmum Comicũ, in decem collegit tomos: iste verò Aristotelis, & Theophrasti libros, in tractatus distribuit, proprias suppositiones in idem conducens. Ita & ego.* Ex quo loco apparet Andronicũ ita distribuisse horũ philosophorũ libros, vt proprias suppositiones, & materias, in idẽ cõduceret, scilicet (vt ego quidem intelligo) Logicos omnes in tomũ vnũ, Physicos in alterum, Morales in tertiũ, & reliquos itidẽ. Sic enim Porphyrius Andronici exẽplum secutus, Plotini libros in Eneadas distribuit, vt in vnã quamq; cognatas tractationes congereret. Quod & ipse attestatus est eo loco, & re ipsa cõspicitur. Sed hæc Andronici distributio ad nos nõ peruenit, neq; ab vllo Aristotelicorũ interpretum perscripta nobis est: nisi fortè sit ea quàm Ammonius, & Simplicius prædicamentorũ prolegomenis tradiderunt. Verba Ammonij nõ ascribã ob nimiam prolixitatẽ: sententiam verò breuiter referã. Quod Aristotelis libri fuerint alij particulares, vt Epistolæ: alij vniuersales, vt Physica, alij medij, vt Politia & Historia animalium. Rursus omniũ horũ alij fuerint Hypomnematici alij Syntagmatici. Illorũ alios fuisse ait vnius speciei, quotcunq; de vno Theoremate scripsit. Alios varios, quotcunq; de pluribus, Syntagmaticorum verò, alios ex ppria persona fuisse, & Acroamaticos, Dialogicos, & Exotericos. Illorũ rursus alios Theoreticos & contẽplatiuos, vt Physicos, Mathematicos, Theologicos. Alios practicos, veluti Ethicos, Oeconomicos, Politicos: Alios deniq; Organicos, veluti eos qui ante methodũ, deq; ipsa methodo essent, & de ijs quæ ad methodũ conferrent. Hæc itaq; est Ammonij, Aristotelicorũ librorũ partitio. Quàm eius auditor Simplicius, loco citato, ad vnguẽ est secutus: præter paucula quędã. Inter quæ est quod addit ex Alexandri sentẽtia, Hypomnematicos libros fuisse ab Aristotele conscriptos ad propriã memoriã, quos postea maiore labore perficeret. Atq; ideo nõ esse studio digna, neq; ex eis Philosophi dogmata cõfirmari, censisseq; Alexandrũ, confusè eos neq; ad vnũ scopũ, scriptos fuisse. Sub hos igitur indices, si voles, poteris tibi Aristotelis libros oẽs cõferre, tum eos qui extãt, tũ Laertianos, tum etiã eos quos ex diuersis authoribus, nos in secundum harum discussionum librum tibi contulimus. Quorum laborem totum, quia nullius tibi vsus foret, non est necesse huc conferre: Satis erit,

si libros eos, qui ad nostrã ætatẽ peruenerũt, in cõmodiores, vt mihi videtur, classes, tibi distribuero. Pleriq; oẽs, qui hãc rẽ scriptis tractarũt, nõ plures quã quatuor libro rũ Aristotelicorũ ordines constituerũt: Logicos scilicet, Physicos, Metaphysicos, & Morales. Qui verò libri his nõ cõtinerẽtur, extra ordinẽ esse sunt arbitrati. Nos verò alios ordines cõstituimus, dicimusq; octo eorum librorũ ordines, seu genera esse omnia. Logicũ, videlicet, De Ente, De sapientia, Mathematicũ, Naturale, Medicũ, Morale, Artificiale. Eaq; genera octo ita sese ordine consequi, vt modò sunt à nobis nominata Logicisq; ordinis esse librũ Periherminias, Analytica, de syllogismo, Demõstratiua Analytica, Topica, Elenchos. Ordinis verò de Ente esse eũ qui est tertius Metaphysicorum, quartus, Categoriæ, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus. Ad sapientiam pertinere libros primùm Metaphysices, id est, maius A. secundum, decimũ, vndecimum, duodecimum, & tertiumdecimum, eosq; qui cõtra Xenophanem, & Zenonẽ & Gorgiã inscribuntur. Ad Mathematicum pertinet liber solum de lineis indiuisibilibus problemata 15 & 19. sectionum. Ad physicum libri quinq; de principijs, scilicet, primus Physicus, & is qui hactenus fuit A minus, Metaphysicorũ 2. Physico. 3. & 4. Tres de motu, quintus scilicet q fuit auscultationis Physicæ sextus, & octauus. Libri de Cœlo, & reliqui satis noti, & Problematum sectiones oẽs hæ. 11 12. 13. 14. 16. 17. 20. 22. 23. 24. 25. 26. 31. Ad Medicum verò ordinẽ pertinent problematum sectiones hæ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Post quas, sequi aio librum Physiognomicum: deinde ordinẽ Moralẽ, cuius sunt Ethica, Oeconomica, Politica, Poetica, & Rhetorica, & ꝓblematũ sectiones 18. 27. 28. 29. vltimo loco Artificialiũ genus, in quo sunt methanica. Esse aũt tot ordines si dubites, poterit à me probari, quod neminẽ putẽ dubitare posse, factionẽ qualẽ Mechanicus docet liber, à locutione esse diuersam, quã tradunt libri Poeticorũ & Rhetoricorũ: quas locutiones inter ciuiles actiones rectè annumerare debemus. Nemo enim est antiquorũ Rhetorũ, qui Oratorũ orationes nõ vocet λόγους πολιτικοὺς, *Sermones ciuiles.* quod etiam Plato, quod Aristoteles ipse nõ semel: quod Anaximenes, quod oẽs reliqui sunt secuti. Quinimo Rhethoricã artẽ ait Aristoteles, subire figurã Politices, sic scribẽs primo Rhetoric. cap. 2. ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν, οἷον παραφυές τι, τῆς διαλεκτικῆς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὰ πάθη πραγματείας, ἣν δίκαιον ἐστὶ προσαγορεύειν πολιτικήν: διὸ καὶ ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς πολιτικῆς ἡ ῥητορική: *Itaque accidit Rhetoricã, veluti germen quoddã esse dialectices: & eius tractationis, quæ est de affectibus: quàm iustũ est vocare Politicã: quare etiã subit sub figurã politices ipsa Rhetorica.* Quod autẽ etiã Poetica pars quædã vel germẽ sit Politices, clarũ est ex octauo Politices lib. quo puerorũ institutio tractatur, ostẽditurq; ad eã rẽ Musicã maximè, vel conferre vel nocere Musices aũt pars proculdubio Poetica est. Nãq; ipsius sunt proprij τὰ μέλη *cantus,* qui Musicæ pars est. Quod 8. Politicorum. cap. vltimo. testatur his verbis ἐπειδὴ τὴν μὲν μουσικὴν ὁρῶμεν διὰ μελοποιίας καὶ ῥυθμῶν οὖσαν, τούτων δ' ἑκάτερον οὐ δεῖ λεληθέναι τίνα ἔχει δύναμιν πρὸς παιδείαν, καὶ πότερον προαιρετέον μᾶλλον τὴν εὔμελῆ μουσικὴν, ἢ τὴν εὔρυθμον: *Posteaquã Musicã videmus per melopœiam esse, & rhythmos: horũ aũt vtrũque nõ oportet ignorare, quam facultatem habeat ad educationẽ: & vtrum praeligenda sit musica ea qua boni sit cantus, aut quæ boni rhythmi.* Et paulo pòst: ἐπεὶ δὲ τὴν διαίρεσιν ἀποδεχόμεθα τῶν μελῶν, ὡς διαιροῦσί τινες τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ μὲν ἠθικὰ, τὰ δὲ πρακτικὰ, τὰ δ' ἐνθουσιαστικὰ τιθέντες: *Quãdoquidẽ recipimus diuisionẽ cãtuũ, quẽadmodũ diuidunt qdã in Philosophia, vt alij sint Ethici, alij practici alij verò Enthusiastici.* Sed id maximè confirmant verba hæc cap. eiusdẽ. φαμὲν δὲ οὐ μιᾶς ἕνεκεν ὠφελείας τῇ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων χάριν, καὶ γὰρ παιδείας ἕνεκεν, καὶ καθάρσεως, τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς, πάλιν δὲ ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς ἐροῦμεν σαφέστερον: *Dicimus verò non vnius vtilitatis causa oportere musica vti, sed etiã plurium gratia. Etenim educationis causa, & purgationis. Quid autem dicamus purgationẽ nunc quidem simpliciter, rursus verò dicemus clarius in libris de Poetica.* Manifestũ est igitur, ad Politicã pertinere puerorũ educationẽ: ad hanc verò facere musicã huius partem esse cantũ: hanc verò poeticã esse. quæ etiã ad purgationẽ animi faciat: quod musices itidẽ pars quædam est, & vtilitas. Cumq; his duobus Poetica ad Musicam nectatur: illa verò ad educationem faciat puerorum, hæc Politices pars sit, Poetica omnino ad Politicã ptinebit. Atq; ideo de purgatione tractaturum se pollicetur in libris de Poetica, quæ ea ratione politicos sequi debent. Ac propterea rectè ex Aristotelis sententia dicemus, Poeticam quoque ὑποδύεσθαι

subire

*subire* Politicam, vt ipse de Rhetorica dixit. Quæ quanquam dicatur esse *ἀντίστροφος, ὁμοίωμα, παραφυὲς* *conuertibilis, similitudo, germen* dialectices, ea ratione dictum id est, quatenus enthymemate vtitur, qui syllogismus est. De syllogismo autem tractare Dialectices munus aut totius, aut partis eius alicuius est, vt ipse primo capite primi libri scripsit. Qua ratione fortè persuasus Galenus, Rhetoricam videtur inter Logicos libros posuisse non semel in libris de Placitis Hippocr. & Platonis, inter quę hæc sunt verba libro 2. *ἀλλ' ὃν ἐξ ἀρχῆς τὸ προκείμενον ἐν τούτῳ τῷ γράμματι, τὰς τέτταρας διαφορὰς ἐπιδεῖξαι τῶν λημμάτων, ἐκάλουν δὲ τὸ μὲν πρῶτον γένος αὐτῶν, ἐπιστημονικόν τε καὶ ἀποδεικτικόν. τὸ δὲ δεύτερον γυμναστικόν, καὶ ὡς ὁ Ἀριστοτέλης ὀνομάζει, διαλεκτικόν. τὸ δὲ τρίτον πιθανὸν τε καὶ ῥητορικόν. τὸ τε τέταρτον σοφιστικόν. Sed fuit à principio propositum in hoc scripto, quatuor differentias ostendere lemmatum. Vocabam autem primum quidem genus, scientificum, & demonstratiuum. Secundum verò, Gymnasticum, & vt Aristoteles vocat dialecticum. Tertium verò, persuasibile & Rhetoricum. Quartum autem sophisticum.* Quæ quidem opinio Galeni propria est: non tamen Aristotelis: qui quatenus ad enthymemata ait quidem similitudinem ac germen Rhetoricam esse ipsius dialectices. Quod vnum tantum (de tribus) probationum genus est. Reliqua duo, quæ ad mores ac affectus attinent, ad politicen pertinere ipse asseruit, eamque *ὑποδύεσθαι* *subire* non dialectices figuram, sed politices affirmauit. Quare nos quoque Aristotelicos libros, ex Aristotelis voluntate ac sententia ordinare iustum est. Ideoque Rhetoricos & Poeticos libros sub Politico ordine collocabimus. Hunc verò comprehendere ciuilia instituta, & domestica, & etiam moralem disciplinam, nemo est qui iure ambigere possit. Nam educatio puerorum ad ciuilem spectat, hæc aũt nõ nisi ad animos ciuiũ virtutibus formãdos facit; itaq; & id ad ciuilẽ spectat, vt etiam ipse loco superius ex Rhetorica citato manifestũ fecit: quando docuit probationes, ex moribus & affectibus desumptas, Politicum genus subire. Hoc verò genus à Medico genere proculdubio distat: cum illud animos, hoc corpus curet. Hoc itidem à Physico genere differre clarum est. Nam ipse, primo capite libri de Sensu testatus est, physicum principia tantùm sanitatis & morbi considerare, *φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς: Physici verò, & circa sanitatem & morbum prima videre principia.* Medici autem, à primis principijs reliqua. Differt etiam Physicum genus à Mathematico. Ea enim distinxit ipse, 6. Metaph. 1 capite. *ἡ μὲν γὰρ φυσικὴ περὶ ἀχώριστα μὲν ἀλλ' οὐκ ἀκίνητα. τῆς δὲ μαθηματικῆς ἔνια περὶ ἀκίνητα μὲν, οὐ χωριστὰ δ' ἴσως, ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ: Physica namque circa inseparabilia quidem sed immobilia. Sed mathematices, quædam circa immobilia, sed fortè non separata, sed vt in materia.* Quod, quid & quomodo esset, libro 2. de Natura capite 2 expressit clarius: *μετὰ τοῦτο θεωρητέον τίνι διαφέρει ὁ μαθηματικὸς τοῦ φυσικοῦ, καὶ γὰρ ἐπίπεδα καὶ στερεὰ ἔχει τὰ φυσικὰ σώματα, καὶ μήκη καὶ στιγμὰς, περὶ ὧν σκοπεῖ ὁ μαθηματικός. Post hac speculandum, quare differat mathematicus à Physico: etenim superficies & solida habent naturalia corpora, & longitudines, & puncta, de quibus considerat mathematicus.* Et paulo pòst: *περὶ τούτων μὲν οὖν πραγματεύεται καὶ ὁ μαθηματικὸς, ἀλλ' οὐχ ᾗ φυσικοῦ σώματος πέρας ἕκαστον, οὐδὲ τὰ συμβεβηκότα θεωρεῖ ᾗ τοιούτοις οὖσι συμβέβηκε, διὸ καὶ χωρίζει. χωριστὰ γὰρ τῇ νοήσει, τῆς κινήσεώς ἐστι. καὶ οὐδὲν διαφέρει οὐδὲ γίνεται ψεῦδος χωριζόντων: De his ergo tractat, & Mathematicus, sed non quatenus naturalis corporis terminus quodque est, neque accidentia considerat, quatenus eis talia cum sint, accidunt: ac ac propterea separant. Separabilia namque cogitatione à motu sunt. Nec quicquam differt, neque falsum fit separantibus.* Itaque rectè dicimus, Mathematicum à Naturali differre Theologo. Nam is quidem separatas, atque immobiles substantias contemplatur. Hanc enim tertiam contemplatricem scientiam constituit ipse, eodem libro sexto Metaphysicorum sub his verbis. *ἡ δὲ πρώτη, περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα: Prima verò circa separabilia, & immobilia, ὥστε τρεῖς ἂν εἶεν φιλοσοφίαι θεωρητικαί, μαθηματική, φυσική, θεολογική. Itaque tres erunt Philosophia contemplatrices, Mathematica, Physica, Theologica.* Cum hac eandem esse, eam quæ ens quatenus ens contemplatur, ipse statim testatur: *εἰ μὲν οὖν μή ἐστι τις ἑτέρα οὐσία παρὰ τὰς φύσει συνεστηκυίας, ἡ φυσικὴ ἂν εἴη πρώτη ἐπιστήμη. εἰ δὲ ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα καὶ φιλοσοφία πρώτη, καὶ καθόλου οὕτως ὅτι πρώτη. καὶ περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, ταύτης ἂν εἴη θεωρῆσαι, καὶ τί ἐστι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα καθόλου ᾗ ὄν. Si igitur non est aliqua alia substantia præ-*

*ter eas quæ natura constant: Physica esset prima scientia. Si verò est quædam substantia immobilis ipsa prior, & philosophia prima & vniuersalis, ita quòd prima. Et de ente, vti ens huius est contemplari & quid est, & in existentia vniuersaliter vti ens.*

Quæ quidē sententia, quod scilicet scientia de ente, eadē sit cum ea quæ primas, & separatas & immobiles substantias contemplatur, magnas in se habere videtur difficultates. Quas priusquā dissoluam, annotandū est, quid Nicolaus Damascenus Peripateticus, ipso Aristotele vel Theophrasto, vt postea apparebit, non multo minor: ac Plutarchus Cheroneus grauissimus & ipse, & doctissimus author de Metaphysicis libris iudicarunt. Nicolaus igitur, qui Augusto Cæsari fuit charissimus, forteque Andronicum Rhodium audiuit, Metaphysicorum librorum ordinem improbauit. Quod Auerrois testatur, proœmio decimi libri ex Alexandro vti reliqua eius proœmij, eo testimonio desumpto. Eius verba sunt. *Ex his igitur dictis patet quid nam contineat vnusquisque liber huius scientiæ, ex libris qui Aristoteli adscribuntur. Et quòd procedunt ordine perfectissimo, & quòd nihil in eis contingit præter ordinē quemadmodum inuenimus Nicolaum Damascenum esse opinatum in libro suo: propterea quòd ipse declarauit, vt opinatus est, hanc scientiam debere doceri præstantiori ordine*. Plutarchus verò Nicolao non longè inferior, de his ipsis libris in Alexandro, hæc verba scripsit, ἀληθῶς γὰρ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματεία, πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν οὐδὲν ἔχουσα χρήσιμον ὑπόδειγμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἀπ' ἀρχῆς γέγραπται: *Verè enim metaphysica tractatio ad doctrinam & disciplinam nihil habens vtile demonstratio iam eruditis à principio est perscripta.* Cur autem nihil ad doctrinam vtile eam habere vir tantus iudicauerit, in causa, vt ego existimo, fuit, horum librorum confusio, quam Nicolaus vidit & reprehendit, confusio inquam duarum harum scientiarum de Ente, ac de Primis substantijs. Vel potius trium scientiarum de Principijs substantiarum, de Principijs scientiarum ac de Ente. Neque enim Alexandri, seu Auerrois ordo, me satis persuadet: nec satis validè Nicolai sententia redarguitur. Neque etiam cum librorum horum connexione, quæ nulla est, concordat. Neque verò cum id dico, in Aristotelem sum blasphemus. Quem puto libros hos cum multis alijs à se non satis reuisos, nec castigatos Theophrasto emendandos reliquisse. Qui suæ potius, quàm præceptoris gloriæ studens, eos neque reuidit, neque emisit, sed Neleo moriens reliquit. Vel si Aristoteles eis manum vltimam admouit, Apelliconis eos tū arrogantia, tum inscitia corrupit. Sed confusionē hanc alius erit cōmonstrandi locus: satis est nūc cōmemorare, primis capitibus Aristoteli propositū fuisse, de Sapientia tractare. Quæ circa principia prima versatur, quod ipse manifestè his verbis expressit: οὗ δὲ ἕνεκα νῦν ποιούμεθα τὸν λόγον τοῦτ' ἐστίν. ὅτι τὴν ὀνομαζομένην σοφίαν, περὶ τὰ πρῶτα αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς ὑπολαμβάνουσι πάντες: *Cuius verò gratia in præsentia sermonē facimus, id est, quod eā scientiam quæ sapientia vocatur, circa primas causas & principia oēs existimant.* Et paulo post: ὅτι μὲν οὖν ἡ σοφία περί τινας αἰτίας καὶ ἀρχάς ἐστιν ἐπιστήμη, δῆλον: *Quod quidē sapientia circa quasdam causas, & principia scientia sit, clarum est.* Quod autem hanc scientiam nunc & propositum quærere, statim his verbis declarat: ἐπεὶ δὲ ταύτην τὴν ἐπιστήμην ζητοῦμεν, τοῦτ' ἂν εἴη σκεπτέον περὶ ποίας αἰτίας καὶ περὶ ποίας ἀρχὰς ἐπιστήμη, σοφία ἐστίν: *Cū ergò hanc scientiam quæramus, id erit considerandum, circa quales causas, & circa qualia principia scientia, Sapientia sit.* Et rursus capite eodem. ἐξ ἁπάντων οὖν τῶν εἰρημένων ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην πίπτει τὸ ζητούμενον ὄνομα. δεῖ γὰρ ταύτην τῶν πρώτων ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν εἶναι θεωρητικήν: *Ex omnibus ergo dictis, in hanc scientiam cadit nomen quod quærimus. Oportet enim hanc, primorum principiorum & causarum esse contemplatricem.* Inter quas causas Deum esse ait. ὅτι γὰρ θεὸς δοκεῖ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή τις. *Deus etenim videtur causa esse omnibus & principium quoddam.* & initio 3. capitis ἐπεὶ δὲ φανερὸν, ὅτι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτίων δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην: *Postquā clarū est quod à primo cipio causarum oportet capere scientiā.* Ex quib. omnibus locis, procul omni dubio patet, propositū Aristoteli fuisse præsente tractatione, scientiā quærere, quæ sapientia nominatur Eamque esse eam, quæ principiorum & causarum est scientia, non qualiumcunque, sed primarum & quæ sunt à principio, è quarum numero Deus est. Atque ideo eam 5 libro. Theologiam appellauit, dixitque esse substantiarum separatarum & immobilium, quæ idem cum primis illis principijs & causis sunt. Quod etiam libro 10. cap. 6. disseruit, dum ait, de tribus contemplatiuis scientijs disputatur:

τῶν

περὶ τὸ χωριστὸν ἄρα ὄν καὶ ἀκίνητον, ἑτέρα τούτων ἀμφοτέρων τῶν ἐπιστημῶν ἐστί τις, ὥσπερ ὑπάρχει τις οὐσία τοιαύτη, λέγω δὲ χωριστὴ, καὶ ἀκίνητος, ὅπερ πειρασόμεθα δεικνύναι, καὶ εἴπερ ἐστὶ τις τοιαύτη φύσις ἐν τοῖς οὖσιν, ἐνταῦθα ἂν εἴη που καὶ τὸ θεῖον καὶ αὕτη ἂν εἴη πρώτη καὶ κυριωτάτη ἀρχή. δῆλον τοίνυν ὅτι τρία γένη τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν ἐστὶ, φυσικὴ, μαθηματικὴ, θεολογική. *Circa separatum igitur ens, & immobile alia ab vtrisq; scientijs est quadã: si quidem existit talis aliqua substantia. Dico verò, separata & immobilis, quod tractabimus demonstrare. Et si sit talis aliqua natura in entibus: ibi erit etiam diuinũ, & ipsum erit primũ, & principalissimum principium. Clarum itaq; est, tria genera contemplatiuarũ scientiarum esse, Physicam, Mathematicam, Theologicam.* Hanc autem esse præstantissimam, quia præstantissimum subiectum habeat. Quod sic expressit. βέλτιστον μὲν οὖν τὸ τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν γένος. τούτων δ' αὐτῶν ἡ τελευταία λεχθεῖσα, περὶ τὸ τιμιώτερον γάρ ἐστι τῶν ὄντων. βελτίων δὲ καὶ χείρων ἑκάστη λέγεται, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἐπιστητόν: *Optimũ ergò est, contẽplatiuarũ scientiarũ genus. Harũ verò ipsarum, quæ vltima est dicta. Quia est circa præstantissimũ entium, melior verò & peior quæq; dicitur, secundum proprium scibile.* Itaq; dicimus propositũ horum librorum à principio fuisse, sapiẽtiam tradere. Eam verò esse scientiam principiorum, & causarum primarũ. Id est separatarum, & immobilium causarũ. In quib. est τὸ θεῖον *diuinũ*, quod præstantissimũ omniũ entiũ est. ac ideo hęc scientia omnium præstantissima est, vocaturq; Theologia, quia diuinum τὸ θεῖον, & τὸν θεὸν Deum contemplatur. Qui autem Deum, τὸ θεῖον & præstantissimum entiũ, omnia entia nequaquam dicit: sed aliquid entium: scilicet id, quod inter entia, atq; in entium numero est præstantissimum, hoc est entium partem præstantissimam & primam: quæ principium & causa aliorum omnium entium est. Atq; qui ens, vt ens tractat, aliam quam hanc rem tractat Nam qui ens, vti ens dicit, tum primas & præstantissimas substantias, tum naturales & sensibiles, tum etiam mathematicas quãtitates: & reliqua omnia, reliquis prædicamentis cõprehensa complectitur. Longè ergò aliud est ens vti ens, à principio primo. Namq; illud, omnia entia omnium entiũ genera cõprehendit: hoc verò genus aliquod entium est. potestque dici de hac principiorum scientia, quod ipse dixit de medicina & gymnastica & alijs ἑκάστη γὰρ τούτων περιγραψαμένη ἕν τι γένος αὐτῇ περὶ τοῦτο πραγματεύεται ὡς ὑπάρχον καὶ ὄν. οὐχ ᾗ δὲ ὄν ἀλλ' ἑτέρα τις αὕτη παρὰ ταύτας τὰς ἐπιστήμας ἐστὶν ἐπιστήμη: *Vnaquæque enim harũ circunscribens vnum aliquod genus sibi, circa id tractat, vt existens, & ens: non verò quatenus ens: sed alia quadam hæc est scientia ab alijs his scientijs.* Quæ sententia est libro 10. cap. 6. Quo eodem capite de Mathematicis inquit. τῶν μὲν γὰρ μαθηματικῶν ἑκάστη περὶ ἕν τι γένος ἀφωρισμένον ἐστίν. ἡ δὲ καθόλου, κοινὴ περὶ πάντων: *Mathematicarum enim quæque circa vnum quoddam genus determinatũ sunt, vniuersalis verò communis circa omnes.* Itaque sunt scientiæ quæ vnum genus determinatum tractant: est etiam vna vniuersalis scientia quæ omnia entia, & ens vti ens pertractat: hanc autem ab illis diuersam esse. Quod itidem principio. 3. ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. αὕτη δ' ἐστὶν οὐδεμιᾷ τῶν ἐν μέρει λεγομένων ἡ αὐτή. οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖ καθόλου περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν. ἀλλὰ μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμόμεναι, θεωροῦσι περὶ τούτου τὸ συμβεβηκός. οἷον αἱ μαθηματικαὶ τῶν ἐπιστημῶν: *Est scientia quædam quæ contemplatur ens vt ens, & ea quæ huic per se insunt. Hæc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem est. Nulla namque aliarum considerat vniuersaliter de ente vt ens. Sed partem eius aliquam secantes contemplantur circa eam, quod illi accidit: veluti mathematicæ Scientiæ.* Hanc eandem sententiam, principio quinti repetit his verbis αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων. δῆλον δ' ὅτι ᾗ ὄντα. ἐστὶ γάρ τι αἴτιον ὑγιείας καὶ εὐεξίας, καὶ τῶν μαθηματικῶν εἰσὶν ἀρχαὶ, καὶ στοιχεῖα καὶ αἴτια. καὶ ὅλως δὲ πᾶσα ἐπιστήμη διανοητικὴ, ἢ καὶ μετέχουσα διανοίας, περὶ αἰτίας καὶ ἀρχάς ἐστιν, ἢ ἀκριβεστέρας ἢ ἁπλουστέρας. ἀλλὰ πᾶσαι αὗται περὶ ἕν τι, καὶ γένος τι περιγραψάμεναι περὶ τούτου πραγματεύονται, ἀλλ' οὐχὶ περὶ ὄντος ἁπλῶς, οὐδὲ ᾗ ὄν: *Principia & causæ quærũtur entiũ, clarũ autẽ quod vti entia. Est enim quadã causa sanitatis, & bonæ habitudinis, & Mathematicarũ sunt principia, & Elementa, & causæ. & omnino omnis scientia cogitatiua, aut cogitationis particeps, circa causas est & principia, vel exactiora, vel simpliciora. Sed oẽs hæ circa vnũ quid: & genus quoddã circũscribentes, circa id versantur, sed non circa ens simpliciter, neq; vti ens.* Quod autẽ Theologia entis partem sibi secat, ac genus vnum sibi circumscribit de eoque agit ipse hoc eodem cap. asseruit. ἡ δὲ πρώτη περὶ χωριστὰ, καὶ ἀκίνητα: *Prima verò circa separa-*

*ta & immobilia*,quod itidem 10.libro capite 6.ſuperius attulimus. Quod ſi hæc Ariſtotelis ſententia eſt,atque ea ſcientia,quæ prima, Theologia & Sapientia nominatur.vnum entis genus circumſcribens, vnam entis partem ſibi ſecat,principia ſcilicet prima,& cauſas primas entium, quæ immobiles & ſeparatæ ſunt:cur nam ſubiunxit huiuſce eiuſdem etiam eſſe de Ente vti ens tractare, quæ eſt vniuerſalis illius munus quæ vniuerſum ens conſiderat,& eſt omnibus entibus communis? Neque enim cum ſuperiore ſententia id concordat,cum diceretur eam ſuperatas & immobiles ſubſtantias conſiderare,quæ vna entis pars ſunt cum hæc totum & vniuerſum ens conſideret. Illa primarum ſeparatarum, immobilium ſubſtantiarum ſit: hæc verò,ens vti ens contẽplatur quid ſit, & quæ illi per ſe inſunt, vt principio 3.ſcripſit, & 10.capitẽ 2. τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει καὶ περὶ τὸ ὄν,τὰ γὰρ τούτῳ συμβεβηκότα καθ' ὅσον ἐστὶν ὄν, καὶ τὰς ἐναντιώσεις αὐτοῦ ᾗ ὄν,οὐκ ἄλλης ἐπιστήμης ἢ φιλοσοφίας θεωρῆσαι: *Hunc ad modum habet & circa ens:etenim ea quæ huic accidunt, in quantum ens, & contrarietates ipſius vti ens,nullius alterius ſcientiæ eſt contemplari quàm Philoſophiæ.* Quod quidem ſubcontrarium videtur illi ſententiæ, quàm eodem capite quinti libri ſubintulit: εἰ μὲν οὖν μὴ ἔστι τις ἑτέρα οὐσία παρὰ τὰς φύσει συνεστηκυίας, ἡ φυσικὴ ἂν εἴη πρώτη ἐπιστήμη. εἰ δ' ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα καὶ φιλοσοφία πρώτη: *Si igitur non eſt alia ſubſtantia præter eas,quæ natura conſtant,Phyſica erit prima ſcientia. Si verò eſt quædam ſubſtantia immobilis,ipſa prior eſt,& Philoſophia prima.* Ea ſcilicet quæ de illa tractat. Sed hanc rem non eſt difficile ſoluere.vt ex eius ſententia dicamus: Primam Philoſophiam eſſe hanc,quæ de primis ſubſtantijs agit,quæ etiam Theologia & Sapientiã ab eo eſt appellata. At ea quæ ens,eiusque accidentia atque contrarietates conſiderat, ſimplici nomine ac ſine vlla vel primæ vel ſecundæ adiectione, Philoſophia nominetur: quod poſt hac nos obſeruabimus. Hæ autem ſunt & ſubiectis generibus, & eorum paſſionibus longè diſtinctæ:niſi tu ens hoc loco intelligas, Platonico, Parmenidæo, & Pythagorico more:ens ſcilicet id eſſe,quod reuera ſit ideas,ſubſtantias immateriales,immobiles,immutabiles.Sed hunc ſenſum Ariſtoteles vbique reſpuit, ensq; id dicit eſſe,quod omnibus prædicamentis eſt commune. Ex qua ſententia longè aliud efficitur ens à ſubſtantijs illis: ideoque longè aliud genus ſubijcitur huic primæ Philoſophiæ,atq; illi Philoſophiæ quæ ens vti ens agitat. Ac proinde nõ rectè, non conſonanter ſubijciuntur quinti libri,eodem cap. hæc verba, ἐ καθόλου οὕτως πρώτη,καὶ περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὂν ταύτης ἂν εἴη θεωρῆσαι,ἐ τί ἐστι,καὶ τὰ ὑπάρχοντα καθόλου ᾗ ὄν,*& vniuerſaliter ſic prima.& de ente vti ens,huius eſt contemplari,& quid eſt,& quæ inſunt vniuerſaliter vti ens.* Quæ verba lib.10.c.6 vbi eandẽ ſcientiarum diuiſionem tractat, eiſq; generũ ſubiectorum omnino reticuit,eorumq; ſentẽtiam omiſit. Quare ſi Ariſtoteli obtẽperemus,qui libris demonſtratiuis prohibuit trãſitum de genere in genus, credamusq; eum hoſce libros integrè emendatos Theophraſto reliquiſſe:hanc particulã quinti libri,qua eidẽ illi ſcientiæ,quæ de primis ſubſtantijs agit, conſiderationẽ entis vti ens tribuit,ſuperfluam eſſe neceſſe eſt. Atq; ab Apelliconte,vel Tyrãnione,vel librarijs inductam credendum: à quibus Strato Ariſtotelicos libros corruptos erroribusq; repletos fuiſſe narrauit. Hunc itaq; ſolum locũ prætereuntes,confuſionem hanc Ariſtotele indignã tollamus, diſtinguamusq; duas has, & generib. generũq; proprijs paſsionibus differentes ſcientias: dicamusq; alteram vniuerſaliſſimã eſſe ſcientiã de Ente,philoſophiãq; vocari: alterã verò,ſcientiã de principijs eſſe,quã Sapiẽtiã,ſeu de ſeparatis ſubſtantijs & primis,Theologiã & primã Philoſophiã ipſe vocauit Hanc ab eo traditam eſſe aſſerimus lib.1.& 2.10.11.12.& 13. eorũ qui Metaphyſici hactenus ſunt appellati. Nam poſtquã duobus primis capitibus propoſuit ſe de ſapientia dicturum,eiusque conditiones ac qualitates deſcripſit, 3. caput incipiens ſic ait. ἐπεὶ δὲ φανερὸν ὅτι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτίων δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην: *Postea quam clarum eſt,quod cauſarum primarum oporteat ſcientiam capere*:proſequitur toto libro inquiſitionem earum cauſarum, examinans antiquorum opiniones. Minus autem Alpha,cum principio ſuo ad finem primi non cohæreat, fineq; ſuo de natura agere proponat,de qua 2.lib.nihil omnino agatur, rectà vtiq; ratione ex numero horum librorum eijcietur:videturq; poſt primum Phyſicum collocandus. Secũdi verò de Sapientia initium aptiſſimè cum fine primi cõiungitur.nam finis ſecũdi ſic habet. ὅσα δέ περὶ τῶν αὐτῶν ἀπορήσειεν ἄν τις, ἐπανέλθωμεν πάλιν, τάχα γὰρ ἐξ

αὐτῶν

αὐτῶν ἀπορήσαιμεν τι, πρὸς τὰς ὕστερον ἀπορίας : *Quacunque verò de his ipsis dubitaret quispiam, recurramus iterum. Forte enim ex ipsis acquiremus aliquid, quod faciat ad posteriora dubia.* initium verò secundi : ἀνάγκη πρὸς τὴν ἐπιζητουμένην ἐπιστήμην ἐπελθεῖν ἡμᾶς πρῶτον, περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον. *Necesse est ad quæsitam scientiam inuadere nos primum, circa qua dubitare oportet prius.* Quo toto libro nihil aliud agit, quàm quæstiostiones nectere decem & octo: quas postea non prius, quam 10. libro soluere aggreditur, cuius initium rectè cum fine secundi connectir. Sic enim habet huius finis. εἰ μὲν οὖν καθόλου αἱ ἀρχαί, ταῦτα συμβαίνει, εἰ δὲ μὴ καθόλου, ἀλλ' ὡς τὰ καθέκαστα, οὐκ ἔσονται ἐπιστηταί. καθόλου γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι πάντων: ὥστ' ἔσονται ἀρχαὶ ἕτεραι, πρότεραι τῶν ἀρχῶν, καθόλου κατηγορούμεναι, ἄνπερ μέλλῃ ἔσεσθαι αὐτῶν ἐπιστήμη: *Si verò vniuersalia sint principia, hæc accidunt. Si verò non vniuersalia, sed vt singularia, non erunt scibilia. Quoniam Scientia omnium vniuersales. Itaque erunt principia alia priora, de principijs vniuersaliter predicantia, si futura sit eorum scientia.* Initium autem decimi tale est: ὅτι μὲν ἡ σοφία περὶ ἀρχὰς ἐπιστήμη τίς ἐστι, δῆλον ἐκ τῶν πρώτων. *Quòd quidem sapientia sit circa principia Scientia quædam, clarum est ex primis.* Et statim propositas eo libro dubitationes resumit, prosequiturq; eodem ferè ordine & solutiones cuiq; eorum accommodat. 11. vero libro περὶ τῆς οὐσίας ἡ θεωρία. τῶν γὰρ οὐσιῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητοῦνται. *De substantia autem est contemplatio, substantiarum namque principia & causa quaruntur.* Quarum nam substantiarum? materialium scilicet atq; sensibiliũ. Deus enim omnium causa est. vt ipse 2. cap. primi libri asseruit. Vt rectè cõcludatur, eum qui prima principia inquirat, Deum inquirere: hic enim omnium primus est: est enim principium & causa aliarum substantiarum separatarum Hæ cœlorũ sunt principia nã 1. libri 4. de Ente: ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς φανεροῖς τῶν θείων. *Hæ n. causa man festis diuinorũ id est cælis qui manifesti sunt & alibi diuini appellantur.* Cœli elementorum, elementa mixtorum omnium. Qui verò substantiarum principia inquirit, entium quoque quærit principia, omniumque extantium rerum Nam entia omnia decem prædicamentis continentur: quorũ fundamentũ & principiũ substantia est. Quod ipse 3. initio & Sexti & alibi sæpe affirmauit, vti etiam initio quinti. αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων. *Principia & causæ quaruntur entium.* Quod vero adijcit δῆλον δ' ὅτι ᾗ ὄντα *manifestum verò quatenus entia.* Etiamsi difficultatem nostræ sententiæ adferre videatur, attamen si cum initio tertij conferatur, plana omnia efficientur. Scribit enim ibi, διὸ καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον. τὸ δ' ὂν λέγεται μὲν πολλαχῶς ἀλλὰ πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύσιν. *Propterea & nobis entis vt ens primas causas est accipiendũ. Ens aũt dicitur quidẽ multipliciter, sed ad vnũ, & vnã aliquã naturam.* Et cum dixisset id vnum substantiam esse, ad quam omnia alia entia referrentur, subiungit hæc. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς θεωρῆσαι ᾗ ὄντα. πανταχοῦ δὲ κυρίως τοῦ πρώτου ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται καὶ δι' ὃ λέγονται, εἰ οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν οὐσιῶν ἂν δέοι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον: *Manifestum ergò, quod entia vt entia, vnius est speculari. Vbique autem principaliter Scientia est primi, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Si igitur id est substantia, substantiarum principia & causas oporiebit habere philosophum.* Ex quo loco, tum etiam alijs clarum esse videtur, tantũdẽ esse entis vt ens habere scientiam. vel principia eius & causas inquirere ac si substantiæ quis dicat scientiam habere, eiusque causas quærere, & principia. Si verò hunc ad modum intelligatur. Pythagorico & Parmenidio more ens intelligemus. Entiaque contemplari vt entia, nihil aliud erit quàm substantias separatas & intelligibiles causas nostrarum harum substantiarum speculari. Eademque erit entis contemplatio cum sapientia atque Theologia. Quòd si entis vt ens, Scientiam intelligamus pro scientia entis vniuersalissimi, omnibus entibus communi, proculdubio ab illa longè erit diuersa, ab eaque tantùm differet, quantum totum à parte, cõmune à proprio differunt ac id quod de re vniuersa tractat, ab ea, quod de vna re àliqua. Talis entis scientiam comprehensam, & tractatam ab Aristotele dicimus, libris 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9 & præterea libro Prædicamentorum. Sed inter hãc tractationẽ multa quę ad Logicã pertinẽt, eum inseruisse asserimus, vt libri quarti ca. 7. 8. libri o cap. 4. 5. 10. 11. 12. 13. 15. 17 Libri itẽ 7. ca. 6. Et libri 8. cap. 12. & libri 9. ca. 6. 10. 11. 12. Quæ capita omnia proculdubio logici sunt generis etiã si his libris confusè interposita sint Quam ob causam proculdubio Nicolaus nõ dubitauit hos libros cõfusos appellare debereq;

eorum doctrinam meliori ordine doceri asseruit. Quos nos itidem non dubitabimus in tres scientias distinguere. nam capita modo citata, Logica sine vllo dubio sunt, reliqua eorum librorum ad entis scientiā pertinent: sex verò reliquis libris ad Sapientiam referuntur. Itaq; vt tandem post multam quæstionē ad propositam initiò nobis rem, regrediamur, Aristotelicos libros octo superius enumeratis generib. distingui indubitanter asserimus: etiamsi Marinus Neapolites referat in Proclo, Magnū Syrianum, Proclum instituisse in quinq; Aristotelicorū librorū generibus, Logico, Ethico, Politico, Physico, Theologico ordine quo ea recēsemus. Sed nos octo genera esse asserimus, eaq; genera hoc ordine cohærere debere affirmamus. Vt Logicus ordo antesignanus omnib. fit, sequatur Scientia de Ente seu Philosophia: tertio loca Sapientia. post quam Mathematica, post hæc naturalis Philosophia, huic succedat medicina, hanc sequatur ciuilis Philosophia eiusq; partes: postremò omniū loco, effectriciū artiū scientia collocetur, libro Mechanico cōprehensa Atq; hoc eodē ordine Problemata, quia (etiāsi ea Aristotelica nō esse putemus) leuis quędā sunt philosophia, distribuātur. Logicā autē omnes anteire, nō erit difficile probatu. nā Aristoteles ipse id præcepit 3. Metaph. ca. 3. his verbis: ὅσα δ᾽ ἐγχειροῦσι τῶν λεγόντων τινὲς περὶ τῆς ἀληθείας, ὃν τρόπον δεῖ ἀποδέχεσθαι, δι᾽ ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι. δεῖ γὰρ περὶ τούτων ἥκειν προεπισταμένους ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας ζητεῖν: *Quæcunq; verò intentāt dicentiū aliqui veritatē quomodo oporteat suscipere, ob inscitiā analyticorū id faciunt. Oportet enim hæc præscientes accedere, non autem audientes quærere.* Est enim omnibus hominibus natura innata. Neq; enim est aliud Logica, quàm λόγου, id est rationis vsus. quæ omnis in cōiunctione & disiunctione terminorū, propositionū, argumentationū; methodorū, ordinū versatur. Logica autē hæc omnia, doctrina quadā est cōplexa. neq; aliud quicquā docet quàm rationis hosce discursus: varijs propositionū, inductionū, exemplorū, enthymematū, syllogismorū demonstrātiuorū, probabiliū, apparentiū, methodorū, diuisionū, definitionum nominibus appellatos. Neq; vlla est res, aut scientia, de qua nos vel cogitamus, vel disserimus, vel scribimus, quæ hisce rationis actibus & instrumētis non vtatur. Estq; omnino omnibus scientijs cōmunis, vniuersalissima. qua etiā vniuersalitatis ratione, omnes alias scientias antecedere debet: ipsamq; adeò vniuersalissimam entis scientiam. quæ ens vniuersalissimū quidē contēplatur, sed contēplationis, id est rationis instrumētis & indiget & vtitur. neq; vllā de Ente cōsiderationē habere potest, nisi hæc rationis instrumēta adhibeat. Itaq; Logici libri præcedunt. Sequuntur ij qui de Ente tractant. Ens enim vniuersalissimū est. Vniuersaliora autē ex Aristotelis doctrina etiā priora sunt, quod ipse 1. Posteriorū tradidit his verbis λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ πορρώτερον. ἔστι δὲ πορρωτάτω μὲν τὰ καθόλου μάλιστα *Dico vero ad nos priora & notiora, quæ sunt sensui viciniora. Simpliciter vero priora & notiora quæ lōgius sunt. Longissimè vero sunt, maximè vniuersalia.* & multis alijs præterea locis. Post ens eadem itidem ratione, tractatio principiorū vniuersalissimorū consequetur. Sunt enim principia hæc, ente vniuersalia minus, ideoq; illo posteriora: quatenus verò alijs entis partib. causæ sunt vt sint, illas præcedunt: eo modò scilicet quo principia & causæ ea præcedunt, quæ ex ipsis procedunt. Mathematicū verò genus, ipse tum 5. Metaph. tum etiā 11. medium inter Theologicum & Physicum collocauit: vtpote qui res cū physico quidē cōmunes considerat, sed mētis tamē à physicis & rebus & passionibus, abstractione; atq; huic abstractarū substātiarum considerationi similes habet cōsiderationes. Hunc ergo sequitur physicus. Physicū Medicus, dicente ipso initio libri de Sensu, φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. *Physici verò, & de sanitate & morbo, prima videre principia*, & quæ deinceps sequuntur verba. Nullū tamen huius generis retinemus librū. Medicus verò tēperamenta humani corporis inter præcipua considerat: ab his verò animi mores pendent: proinde post medicū ordinē, qui corporis curā gerit, is ordo sequi debet qui animi mores curat & instituit: qui ciuilis dicitur. Cuius partē philologicum esse suprà ostendimus, qui sermoni vacat curando atque efficiendo. post quem is ordo sequetur, qui manibus efficere aliquid docet. In quo genere mechanicorum librum habemus solummodo.

ARISTO-

# ARISTOTELICORVM LIBRORVM IN SINGVLIS GENERIBVS DISTRIBVTIO.

## LIBER NONVS.



GENERA Ariſtotelicorum librorum ſuperiore libro tibi Zacharia ingenioſiſſime expoſuimus, eorumque ſeriem & conſecutionem oſtendimus Ariſtotelicam: præſente animus eſt commonſtrare, quo ordine in ſingulis generibus ſinguli cuiusque generis libri ſint diſponendi. Non enim hæc minima eſt, inter Ariſtotelicorum interpretum controuerſias. Namque Adraſtus ex antiquorum expoſitorum numero clariſſimi nominis, à Categorijs in Logico genere incipiens, poſt eas Topicos libros ſtatuit: quod Simplicius teſtatur his verbis quæ ſunt in prolegomenis Categoriarum, ἐπειδὴ οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, ὁ μετὰ τὰς κατηγορίας εὐθὺς τὰ τοπικὰ τάξας βιβλία, ἀλλ᾽ Ἄδραστος ὁ Ἀφροδισιεὺς ἀνὴρ τῶν γνησίων περιπατητικῶν γεγονὼς, ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῆς Ἀριστοτέλους φιλοσοφίας μετὰ τὴν τῶν κατηγοριῶν βίβλον τὰ τοπικὰ βούλεται τετάχθαι: *Quandoquidem nō de plebeis vir eſt, qui poſt Categorias ſtatim poſuit libros topicos, ſed Adraſtus Aphrodiſieus, vir è germanis peripateticis, in libro de ordine Ariſtotelica Philoſophia, poſt Categoriarum librum, Topica vult poni.* Atque ideo, iiſdem prolegomenis ait, à quibuſdam Categorias inſcriptas fuiſſe, πρὸ τῶν τοπικῶν: *ante topica.* καὶ γὰρ οἱ μὲν πρὸ τῶν τοπικῶν ἐπιγράψαι τὸ βιβλίον: *Etenim alij quidem Ante topica librum inſcripſerunt.* Adraſtum hunc innuens. Qui autem hunc ordinem in Logicis libris inſtituerit, vt Prædicamenta prima eſſent, quod omnibus interpretibus placuit: poſt liber de Interpretatione, deinde Analytica de Syllogiſmo, poſtea de Demonſtratione, deinde Topica, poſtremo Elenchi ſequerentur, incertus ſanè author eſt. Quem tamen ordinem & nos parte aliqua probamus, dicimusque, plus dimidia parte Ariſtotelicum eſſe: ſcilicet vt antecedant Analytica de ſyllogiſmo, ſequantur reliqua de Demonſtratione, Topica, Elenchi: huncque Ariſtoteli propoſitum fuiſſe ordinem, primo capite Analyticorum, dicimus. Cum ait, πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί, καὶ τίνος ἡ σκέψις ὅτι περὶ ἀποδείξεως καὶ ἐπιστήμης ἀποδεικτικῆς: *Primùm dicere de quo & cuius ſit conſideratio quòd de Demonſtratione & de demonſtratiua ſcientia.* Et paulo pòſt, τί μὲν οὖν πρότασις, καὶ τίνι διαφέρει συλλογιστικὴ, καὶ ἀποδεικτικὴ, καὶ διαλεκτικὴ δι᾽ ἀκριβείας μὲν ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται: *Quid igitur propoſitio & quo differunt, ſyllogiſtica & demonſtratiua, & dialectica, exactè quidem in ſequentibus dicetur.* In quibus verbis, primam Syllogiſticam poſuit, deinde Demonſtratiuam, poſtea Topicam: vt innueret quo etiam ordine libri qui de his propoſitionibus tractant, conſtitui deberent. Apertiſſimè aūt cap. 2. primi Analytici ait, prius de Syllogiſmo, poſtea de Dēmōſtratione agēdū. ὕστερον δὲ λεκτέον περὶ ἀποδείξεως. πρότερον γὰρ περὶ συλλογισμοῦ λεκτέον ἢ περὶ ἀποδείξεως διὰ τὸ καθόλου μᾶλλον εἶναι τὸν συλλογισμόν: *Poſtea verò dicendū de Demōſtratione. Prius enim de Syllogiſmo dicendum, quàm de Demonſtratione, quia vniuerſale magis eſt Syllogiſmus*, deinde 2. cap. Elenchorum clarè oſtendit, quū libri Apodicticos ſequantur, his verbis. περὶ μὲν οὖν τῶν διδασκαλικῶν καὶ ἀποδεικτικῶν, ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς εἴρηται. περὶ δὲ τῶν διαλεκτικῶν καὶ πειραστικῶν ἐν τοῖς πρότερον, περὶ δὲ τῶν ἀγωνιστικῶν, καὶ ἐριστικῶν νῦν λέγωμεν: *De didaſcalicis quidē & demonſtratiuis in Analyticis dictū eſt. De dialecticis verò & tētatiuis in his quæ prius* (ſ. ante hos) *de tentatiuis verò & cōtētioſis nunc dicamus*, ſcilicet, hoc Elenchorum libro. Quibus verbis, tum etiam rationibus, multis ab interpretibus allatis, hic ordo æneus eſto. Liber verò de Interpretatione, etiā ſi ab interpretib. Latinis, Arabibus, Græcis pro Ariſtotelico recipiatur, atq; etiam à Galeno pro Ariſtotelico commētarijs ſit expoſitus: placet tamen nobis Andronici opinio, qui eum de Ariſtotelicorum numero eiecit. Cur autem id placeat, rationes

ſuperiorum librorum tertio expoſuimus. Quòd ſi eum retinere volueris, poterit Analyticis anteponi, vel vt Ariſtotelicus vel vt alienus, quemadmodum & Porphyrij Iſagoge Ariſtotelis organicis libris omnibus anteponitur. Categorias autem ponere inter Logicos libros, negamus ex Ariſtotelis doctrina poſſe omnino fieri. Sed dicimus inter libros de Entis ſciẽtia collocãdas. Eſt enim Entis ſciẽtia quædã, quod Ariſtoteles libris de Philoſophia teſtatur ſæpe, veluti: *ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν. Eſt quædam ſcientia, quæ ſpeculatur ens vt ens.* Hanc autem à Logica differre neminem puto ambigere poſſe, ſi intelligat aliud eſſe inſtrumentum à ſcientia, vel arte, cuius inſtrumentum eſt. Ideoque tractationem de propoſitionibus, de ſyllogiſmis ex propoſitionibus conſtitutis, eorumque ſpeciebus, deque methodis, vel inueſtigandæ vel oſtendendæ, in ſcientijs omnibus veritatis, vitandæque falſitatis; atq; de modis probabiliter in ijs differendi longè differre aſſerimus à rebus ipſis, quas his inſtrumentis tractamus. Logica enim vti diximus, propoſitiones, ſyllogiſmos, eiusque ſpecies tractat: diuiſiones, compoſitiones, analyſes, ac definitiones circa quæ *δεῖ ἥκειν προεπισταμένους, ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας ζητεῖν. Oportet accedere inſtructos antea, ſed non quærere tunc cum audiunt.* Quòd ipſe primo Sapientiæ admonuit cap. 3. Entis verò ſciẽtia, ens ipſum vniuerſale, & quatenus ens cõſiderat, *καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. Et quæ huic inſunt per ſe.* Hæc autem ſunt, vnum, plura, idem, alterum, ſimile, diſſimile, æquale, inæquale: ſtatus, motus: prius, poſterius: genus, ſpecies: totum, partes: actus, potentia, diſpoſitio, habitus priuatio: oppoſita, contraria: principium, cauſa, elementum, natura, neceſſarium, vt plurimum, per accidens: ſubſtantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, actio, paſſio, vbi, quando, ſitus, habere, perfectum, terminus, ſimul, ſecundum quod, ex quo, mancum, falſum, verum, accidens, axiomata ſcientiarum. Hæc enim omnia, quæ non ſine diligentia per libros de Philoſophia ſparſa à me collecta ſunt, voluit eſſe, *τὰ ἴδια, τὰ καθ' αὑτὸ ὑπάρχοντα τῷ ὄντι ᾗ ὄν. propria, & per ſe inexiſtentia entis vt ens.* quæ procul omni dubio differunt ab ijs, quæ Logica pertractat. Quòd ſi liber Categoriarum, reuera genera entis & quaſdam entis proprietates tradit, ſine vlla dubitatione, de Logica eſt eximendus, atque inter libros de Ente reponendus. Recteque antiquiores quoſdam puto ei titulum ſcripſiſſe *περὶ γενῶν τοῦ ὄντος, de generibus entis*, vt Simplicius teſtatur. Nam cum ens ipſum diuidit, cum ſubſtantiam in ſuas ſpecies partitur: proprietateſque omnes aſſignat: idemque proſequitur, in Categorijs quantitatis, qualitatis ad aliquid, non nomina, non conceptus mentis diuidit, aut aſſignat, ſed res ipſas per ſe: etiamſi (quod fuit multorum erroris cauſa) verbo *λέγεται dicitur*, & *τῶν λεγομένων eorum quæ dicuntur*, vſus aliquoties ſit, cum de ſynonymis, homonymis, paronymis loqueretur. Quæ ſi argumentum faciant, eum de vocibus agere, non faciunt eum etiam de conceptibus agere. Nam conceptus ipſi *οὐ λέγουσι non dicunt*. Quin etiam quia verbo *ἐστί eſt*, vſus eſt cum de rebus ipſis loqueretur, argumentũ erit eũ non de vocibus, ſed de rebus egiſſe. Ait enim *τῶν ὄντων, τὰ μὲν καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, ἐν ὑποκειμένῳ δ' οὐδενί ἐστιν: Entium, alia quidem de ſubiecto aliquo dicuntur, in ſubiecto verò nulla ſunt.* Et rurſus *οὐσία δ' ἐστί. ſubſtantia eſt.* ſic etiam *τοῦ δὲ ποσοῦ τὸ μέν ἐστι διωρισμένον, τὸ δὲ συνεχές. Quanti aliud eſt diſcretum, aliud continuum.* Ac forte ſi quis omnes has voces *ἐστί, λέγεται, eſt, dicitur*, omnibus his capitibus obſeruet, plura, eſt, inueniet quã dicitur. Sed id quomodocunque ſit, nihil ad rem facit: facit ſanè plena tractatio ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis, relationis, actionis, paſſionis, vt oſtendat eum de rebus ipſis, non autem de vocibus, aut conceptibus egiſſe: niſi quis dicat 3. lib. Metaphyſico, eum de vocibus etiam tractaſſe. Ibi enim vtitur etiam verbo hoc *λέγεται. τὸ δὲ ὂν λέγεται μὲν πολλαχῶς. Ens quidem dicitur multipliciter.* Et rurſus. *οὕτω δὲ καὶ τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς μὲν ἀλλὰ πᾶν πρὸς μίαν ἀρχήν. Sic verò etiam ens dicitur multipliciter quidem, ſed omne ad vnum principium. τὰ μὲν γὰρ ὅτι οὐσίαι, ὄντα λέγεται. alia quidem, quod ſubſtantiæ, entia dicuntur. ἢ τῶν πρὸς τὴν οὐσίαν λεγομένων: vel eorũ quæ ad ſubſtantiam dicuntur.* Et multa alia præter hæc loca, in quibus hoc vel verbo vel nomine eſt vſus, reperientur: non tamen verum eſt eum hoc libro de vocibus egiſſe. Cum ergo de Ente vt Ens tractare, non ſit tractare de vocibus: ens autem diuidatur in ſubſtantiam, quantitatem, qualitatẽ, & cætera. Sic enim Philoſophiæ 2. cap. 7. *καθ' αὑτὸ δὲ λέγεται (τὸ ὂν) ὅσαπερ σημαίνει τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας. Ens per ſe dicitur, quot-*

cunq

*dunque significant figura Categoria*. Eas figuras ſic enumerat ὅσαχῶς τῶν κατηγορημάτων. τὰ μὲν τί ἐστι σημαίνει, τὰ δὲ ποιόν, τὰ δὲ ποσόν, τὰ δὲ πρός τι, τὰ δὲ ποιεῖν ἢ πάσχειν, τὰ δὲ πού, τὰ δὲ ποτὲ, ἑκάστῳ τούτων τὸ εἶναι ταὐτὸ σημαίνει. *Quando igitur, eorum quæ prædicantur, alia quidem quid eſt ſignificant, alia qualem, alia quantum, alia ad aliquid alia agere & pati, alia vbi, alia quando, ſingulo horum eſſe idem ſignificat*, neceſſariò eſt dicendum librum Categoriarum, qui de his plenam tractationem contine̓t, non de vocibus eſſe, ſed de rebus: quoniam & hîc, vbi ens ipſum diſtinguitur, verba, λέγεται, κατηγορημάτων σημαίνει *dicitur, prædicatorum, ſignificant*, quę vocum ſunt, inſerta ſunt. Neque eſt ideo dicendum, hic Ariſtotelem de vocibus egiſſe. Itaque librum Categoriarum eum de rebus tractet, entis ſcilicet generibus; ſecurè de Logico genere eximemus: quod non ens, non eius genera continet, ſed inſtrumenta, quibus ens, entiſque genera, & ſpecies diſpiciuntur. Si verò ex Logico genere, eum librum eximimus, quonam loco reponemus? inter eos ſcilicet qui entis, vti ens, & eorum quæ illi per ſe inſunt, cōſiderationem profitentur. Sunt autem ex ijs qui Metaphyſici hactenus nuncupati ſunt, is qui Latinis quartus, Græcis tertius fuit, & qui eum ſequitur, vſque ad decimum: videlicet is ipſe tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, octauus, nonus. Quos nos poſt hac, de Philoſophia, Ariſtotelico ſcilicet nomine appellabimus, quibus pro octauo hunc ipſum prædicamentorum librum adnumerabimus. Vel ſi diligentius hæc Ariſtotelis verba obſeruabimus, quæ ſunt primo quem diximus de Ente. cap. ſecundo. (ὥστε διελόμενοι ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον, οὕτως ἀποδοτέον πρὸς τὸ πρῶτον ἐν ἑκάστῃ κατηγορίᾳ πῶς πρὸς ἐκεῖνο λέγεται. *Itaque diuiſo, quotupliciter vnumquodque dicitur, ſic reddendum eſt ad primum in vnoquoque prædicamento, quo modo ad illud dicatur*) videbitur hic liber tertio loco collocandus, poſt diuiſiones ſcilicet ſingulorum quæ ſecundo libro tractata ſunt. Prius enim ſingula ſunt diſtinguenda quotupliciter ſcilicet ens, & ſubſtantia, & quantitas, & qualitas dicatur, (quod ſanè ſecundo libro fecit) poſtea videndum quomodo ad primum vniuſcuiuſque prædicamenti, ſcilicet ad ſubſtantiam, quantitatem & reliqua, ſingula quæ ſub primo ſunt referuntur. quod hoc libro prædicamentorum eſt executus. Itaque vt aliquis ordo conſtituatur, quem tamen Ariſtoteles minimè his libris curaſſe videtur: puto tertio loco reponendum, vt tertius de Ente vel Philoſophiæ inſcribatur. Non autem Categoriarum, quandoquidem hæc inſcriptio Ariſtotelica non eſt, ſed à quibuſdam vt reſtatur Simplicius, loco ſuprà citato poſita, καὶ γὰρ οἱ μὲν πρὸ τῶν τοπικῶν ἐπέγραψαν τὸ βιβλίον. οἱ δὲ περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, ἄλλοι δὲ περὶ τῶν δέκα γενῶν, ἄλλοι δὲ κατηγορίαι δέκα, ἄλλοι δὲ κατηγορίαι, ὥσπερ καὶ νῦν φέρεται. *Etenim alij ante Topica librum inſcripſerunt, alij de generibus entis, alij de decem generibus, alij Categoriæ decem, alij Categoriæ, vt nunc fertur.* Quibus verbis ſatis clarè apparet, hunc titulum non Ariſtotelis, ſed aliorum quorundam interpretum eſſe. Sumpta ſcilicet occaſione, à nomine Categoriæ, quod his libris de Philoſophia ferè trigeſies eſt inſertum, nunquam tamen Categoriarum liber, vel his libris vel alijs eſt appellatus. Reiectis igitur omnibus his titulis, qui Ariſtotelis non ſunt, tertio loco philoſophiæ hunc librum reponentes, tertium de Philoſophia poſt hac nominabimus. In partem ſecundi libri, omnia ea capita, quæ Poſtprædicamenta nominata ſunt, reijciendo: quia ſint quorundam multiplicium diſtinctiones, quas & Ammonius, & Simplicius teſtantur, ab interpretibus quibuſdam antiquis, non pertinere ad prædicamentorum negotium, iudicatum eſſe. Vt ergo totum librorum ordinem integrum conſtituamus, primus de philoſophia liber eſto is, cuius initium eſt: ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν. *Eſt Scientia quædam quæ contemplatur ens vt ens.* Secundus eſto is, qui eum ſequitur multipliciter dicta diſtinguens: cuius pars ſint ea capita, quæ Poſtprædicamenta nuncupata ſunt: etiamſi aliqua, vt caput de priori, & de habere, duplicia euadant. Tertius locetur is, qui Categoriarum hactenus fuit, quem reliqua quinque ſequantur, quo ordine non ſatis ſanè ordinato, ſunt conſtituti. Atque hoc librorum genus poſt Logici generis libros ſequetur, rationibus ijs quas ſuperiore volumine adduximus. Hos deinde ſequentur libri de Sapientia, vel Theologia, vel prima Philoſophia: quamquam ne confundantur hæc duo genera, vti Ariſtoteles ſemel tantùm confudit, abſtinendum

est hoc nomine de philosophia, nisi de Prima adijciamus. Quæ quidem ideo Prima dicta est ab Aristotele, quia primas & æternas substantias contemplatur. illa verò alia ratione prima appellata est, quatenus scilicet prima scientia est, quia ens contemplatur: quòd ratione vniuersalitatis omnium primum est. Sed nos vti diximus, ambiguitatem nominum vitantes, libros Scientiæ de Ente Philosophiam nuncupabimus. Hos verò de primis substantijs & principijs, libros Sapientiæ, vel Theologiæ appellabimus. Quos dicimus statim libros Philosophiæ sequi debere.

*Ordo librorũ de Sapiẽtia.* Quorum primus sit is, qui primus Metaphysicus fuit. Secundus qui dubitationes varias nectit. Tertius, qui Græcis Decimus, at Latinis Vndecimus fuit. Quartus is, qui eum proximè sequitur. Quintus & Sextus, qui duo vltimi fuerunt. Eximimus autem ex hoc ordine eum, qui minor A Græcis est inscriptus: quia scilicet in fine proponit se de natura velle disserere, quod huius negotij non est, sed ad naturalem philosophiam pertinet. Quo autem loco sit collocandus posteà apparebit. Hos libros de Sapientia, sequantur tres alij, huiuscemet generis, scilicet ij qui contra Xenophanem, contra Zenonem, & contra Gorgiam scripti sunt. Hoc scilicet ordine quo sunt à me nominati, quia Xenophanes, Parmenidis præceptor, Parmenides autem Zenonis fuit: Gorgias verò Zenone etiam iunior est.

*Mathematici libri.* Post libros de Sapientia sequerentur omnes Mathematici, si qui superessent. In quo genere non nisi vnum, temporum iniuria nobis reliquit: eumque tandem vix recognitum à Paraphrasi Georgij Pachymerij, quæ eius loco, in Græcis Aristotelis codicibus omnibus, adhuc est impressa. Est tamen seorsum impressus legitimus liber de Lineis insecabilibus. Post Mathematicum genus, generis naturalis, non minus quàm quinquaginta & duo libri sequentur: in quibus Aristotelis ingenium, maximè enituit. De quorum ordine, maxima semper fuit inter Peripateticos omnes controuersia. Quam rem, propositum est hoc loco, quàm diligentissimè discutere: non equidem interpretum, qui nimis multi sunt, opiniones, & argumenta recensendo, aut reprobando: sed quod nam Aristotelis fuerit propositum, demonstrando, Ac sanè vt nemo ferè est, qui Physicos libros octo præcedere non

*Physicorũ librorum ordo & numerus.* affirmet: consequi quatuor de Cœlo: post verò sequi duos de Generatione & corruptione: quibus proximè iungantur Meteorologici, non concedat: atque in hac re omnes ad vnum concordes esse videantur, sic ab his, maxima inter omnes fuit semper dissensio. Namque Simplicius procemio Physicorum, post Meteorologicos, disponit libros de Metallis si superessent: de Historia animalium, de Generatione ac de Partibus. Post hos librum de Incessu, de Somno, & alios: vltimo loco, libros de Plantis. Philoponus verò procemio librorum de Generatione & Corruptione, longè aliter. Nam post Meteoros, ponit libros de Animalibus multiplices. Post hos libros de Plantis, de Metallis & quartum Meteororũ. Procemio verò Physicorum longè etiam à se ipso differt. Nam post Meteoros, hoc ordine disponit Metallicos, de Plantis, de Animalium Historia, de Generatione, de Partibus, de Motu eorum, de Somno, de Vita & morte, & postremò libros de Anima. Atque hæc est, inter Græcos qui ad nos peruenerunt discordia. Inter duos Arabas Auicennam & Auerroem non minor est, cùm neuter cum altero, vel cum Græcis concordet. Auicenna post Meteorologicos, Metallicos statuit, post hos libros de Anima. Auerrois verò post Metallicos, libros de Plantis ordinat, quos sequi ait Animalium historiam, quam subsequantur libri de Partibus, & de Anima. Latinorum autem interpretum, cùm Græcos illos non vidissent, pars illi Arabi, pars huic adhæsit. Franciscus autem Caballus, qui inter primos Aristotelicæ Philosophiæ professores, Græcos interpretes in Scholis nominauit, & est secutus, duos libros de ordine Physicorum Aristotelis librorum conscripsit. Visusque est sibi Aristotelis sententiam penitùs perspexisse. Atque ex eius mente ita collocat, vt post Meteoros primo loco Historiam Animalium locet, quam sequantur libri de Partibus, post libellum de Ingressu, quem de partibus ad motum vtilibus vti nos appellat: post hunc, libros de Anima, ac deinde libellos de Sensu, de Memoria, de Somno, de Animalium motu, de Animalium generatione, de Vitæ longitudine, de Iuuentute & Senectute: de Respiratione, de Vita & Morte, ac postremò de Sanitate & morbo. Libros verò de Plantis, quia adhuc non exierant, nullo ordine locauit.

locauit: quos tamen, in reliquis omnibus eum secutus Marcus Antonius Ianua quem nos aliquot annis audiuimus, post omnes de Animalibus collocauit. In hac tot sententiarum tam magna confusione, quam etiam librariorum licentia suo quodam ordine Aristotelis libros imprimentium adauget, non alius quàm Aristoteles met ipse idoneus accesserit iudex. Qui etiam litium istarum causa fuit. Ac prius remedia ex eo tentemus afferre, quàm morbi causam horreamus. Testimonia ergo ex ipsius libris (quod superiorum nemo satis plenè fecit) adducenda nobis sunt, & quàm fieri potest accuratissimè expendenda. Id ante omnia admonentes Physicorum librorum ordinem quatuor locis esse interruptum, quæ loca suis locis indicabimus. Primo itaque loco eum locamus librum, qui Physicorum primus est. Secundo loco, eum qui secundus, præposito tamen illi primo & tertio capite minoris A, Metaphysicorum à Græcis fuit appellatus. Quæ sententia quanquàm noua sit, non est tamen ab Aristotele aliena. Nam fine illius primi, πάλιν ἄλλην ἀρχὴν ἀρξάμενοι, λέγωμεν: *Rursus aliud principium incipientes dicamus*, non difficulter principium minoris A. cohæret. ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία, τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δὲ ῥᾳδία: *Veritatis contemplatio, partim ardua, partim facilis*. Nam reuera hoc aliud quoddam principium, id est vniuersalius est. Atque aptissimum, quod subiungatur tantis, & tot antiquorum de Principiorum veritate controuersijs. Quibus illa verba aptissimè coniunguntur. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν περὶ τῆς ἀληθείας ἀποφηναμένων. παρὰ μὲν γὰρ ἐνίων παρειλήφαμεν τινὰς δόξας, οἱ δὲ τοῦ γενέσθαι τούτους αἴτιοι γεγόνασιν: *Eodē modo, & eorum qui de veritate pronunciauerunt. Nam ab aliquibus accepimus quasdam opiniones, alij verò causa fuerunt quod hi extiterint*. Quod verò 2. cap. causarum infinitas non admittatur, aptè locabitur post causarum quatuor tractationem, & ante caput de Fortuna, atque ita procemium secundi, quod & Sadoletus Cardinalis & Ioannes Franciscus Beatus sunt arbitrati, efficietur & pars. Hunc tertio loco sequatur is qui secundus ad hæc vsque tempora est habitus. quarto loco qui tertius, quinto vero qui quartus fuit. Atque hi quinque Physici Aristotelico nomine appellabuntur. Quintum verò qua ratione antiquiores quidam interpretes & cum ijs Simplicius inter Physicos potius quàm inter libros de motu locarint, sanè non video, cum nil aliud hoc libro contineatur, quàm tres de motu considerationes: scilicet vt Simplicius idem ait, Prima de partibus subiectis motui. Secunda, quomodo motus sit vnus genere, specie, numero. Postremò quo pacto motus motui opponitur, & quies quieti. Quapropter hunc librum, si alium quemquam (quod & Porphyriũ ait Simplicius sensisse) inter libros de motu collocabimus, & primo quidem loco. Secundo loco qui proximè cum sexto loco sequebatur. Tertio verò non is qui septimus fuit, sed qui octauus est habitus. Nam optimè videtur fini sexti cohærere, vbi cùm conclusisset, motum non esse infinitum ita vt terminis careret, proponit inquirendum, an tempore possit esse infinitus: vnus, scilicet, non autem eo modo, quo post localem sequatur alteratio, & augmentatio, has consequatur generatio. Sic enim multi motus sunt non vnus. Sed si quis tempore infinitus sit, is procul dubio circularis est. Sic enim eo fine scriptum est: ὅτι μὲν οὖν οὕτως οὐκ ἔστιν ἄπειρος, ὥστε μὴ ὁρίζεσθαι πέρασι φανερόν. ἀλλ' εἰ οὕτως ἐνδέχεται, ὥστε τῷ χρόνῳ εἶναι ἄπειρον τὴν αὐτὴν οὖσαν καὶ μίαν σκεπτέον. μὴ μιᾶς γὰρ γινομένης οὐθὲν ἴσως κωλύει. οἷον εἰ μετὰ τὴν φορὰν ἀλλοίωσις εἴη καὶ μετὰ τὴν ἀλλοίωσιν αὔξησις καὶ πάλιν γένεσις. οὕτως γὰρ ἀεὶ μὲν ἔσται τῷ χρόνῳ κίνησις, ἀλλ' οὐ μία, διὰ τὸ μὴ εἶναι μίαν ἐξ ἁπασῶν. ὥστε δ' εἶναι μίαν, οὐκ ἐνδέχεται ἄπειρον εἶναι τῷ χρόνῳ πλὴν μιᾶς. αὕτη δ' ἐστὶ μία, ἡ κύκλῳ φορά: *Quòd igitur, non hoc modo sit infinitus, vt non finiatur terminis, clarum. Sed si ita queat, vt tempore sit infinitus idem existens & vnus, inspiciendum, nam si vnus non sit, nil fortè prohibet, veluti si post lationem alteratio sit, & post alterationem, accretio, & rursus generatio: Sic enim semper qui aggreditur quidem erit tempore motus, sed non vnus, quia vnus non fit ex omnibus. Ita vt nisi vnus fiat, non potest infinitus esse tempore, nisi vnus. Hic autem vnus est circularis latio*. Cui rectè cohæret inquisitio principio octaui proposita: an is motus factus aliquando fuerit, & quæ sequuntur multa Theoremata, ad huius motus infinitatem temporaneam & æternitatem pertinentia. At septimo libro omnia ab hac consideratione aliena, cùm nil aliud in eo discutiatur, vt Simplicius est testis, quàm quatuor problemata, hæc scilicet. Quidquid mouetur, ab aliquo moue-

*Verus Physicorũ librorũ Aristotelis ordo.*

tur. Quæcunque mouentur loco, reducuntur ad primum motum. Quòd motor omnis simul est cum eo, quod mouetur. Postremo quo pacto, & qui motus inter se sint comparandi. Neque scio qua ratione paulo antè dixerit idem Simplicius, quòd eædem quæstiones & earum demonstrationes atque eodem ordine habeantur in hoc, quæ etiam octauo habentur: Cum octauo nullum illorum quatuor problematum, præter primum, neque id eodem ordine tractetur. Quapropter Eudemi Aristotelis auditoris, cuius testimonio in Aristotelis libris legitimis inueniendis vsi sumus, minimè inualidiori testimonio, etiam in reprobandis vtamur. Eum testatur Simplicius, hunc librum omnino omisisse, cum alia omnia reliquis contenta prosecutus esset. Cuius authoritati assensit Alexander Aphrodisieus, alijque antiquiores interpretes: Quibus etiam accessit Themistius maiori eius libri parte. Quorum omnium iudicio, & auctoritati non est Simplicij vnius authoritas præferenda. Itaque cum de hoc numero eijciemus, ac loco tertio de motu eum qui octauus Physicæ auscultationis fuit, statuemus. Quinque illi Physici vel de natura, vel etiam de principijs, vti etiam antea admonuimus, appellabuntur. Hi verò tres de motu. Post quos interpretes omnes, sequi eos qui de cœlo dicuntur, concordes asserunt. neque absque ratione. Nam cùm de principijs naturalium rerum, earumque communibus accidentibus egisset, his libris ipsismet naturales res aggreditur, quæ res corporeæ & corporea sunt, corporum autem prima simplicia sunt: inter quæ, cœli & excellentia & virtute primum tenent locum. Atque ideo duobus primis libris, de cœlo, deque cœli partibus & passionibus agit: duobus verò sequentibus de Elementis, quæ post Cœlum simplicia etiam corpora sunt: ideoque de Elementis, non amplius de Cœlo sunt appellandi. quorum prior est ille qui incipit: περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ καὶ τῶν μερῶν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ φαινομένων ἄστρων, ἐκ τίνων συνεστᾶσι, καὶ ὁποῖ᾽ ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν, περὶ δὲ τούτοις καὶ ὅτι ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα διεληλύθαμεν πρότερον. *De primo quidem Cœlo, & partibus & præterea de astris in eo apparentibus, ex quibus constent, & qualia sint natura. Et etiam quod ingenita & incorruptibilia sint explicauimus prius.* Et paulo post, hæc. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου τῶν στοιχείων εἴρηται, καὶ ποῖόν τι τὴν φύσιν, καὶ ὅτι ἄφθαρτον, καὶ ἀγένητον· λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν: *De primo quidem Elementorum dictum est, & quale natura sit, & quòd incorruptibile, & ingenitum. Reliquum est de duobus reliquis dicere.* Duo appellans nostratia hæc elementa ob motus duos, quibus sursum & deorsum mouentur. Quod autem post hos sequantur libri de Generatione & Corruptione clarè indicant verba quæ subiungit, ἅμα δὲ συμβήσεται περὶ τούτων λέγουσι καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διεσκέφθαι. *Simul verò accidet de his dicentes, etiam de Generatione, & Corruptione inspicere.* Quod idem fine secundi apparet. Ait enim: περὶ μὲν οὖν βαρέος καὶ κούφου, καὶ τῶν περὶ αὐτὰ συμβαινόντων ἀφωρίσθω τοῦτον ἡμῖν τὸν τρόπον. *De graui igitur & leui*, (quæ duo elementa vocauerat initio) *& ijs quæ circa illa accidunt, determinatum nobis sit hoc modo.* & initio librorum de Generatione. περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γινομένων καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων τάς τε αἰτίας διαιρετέον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν. *De Generatione verò, & Corruptione eorum, quæ natura generantur & corrumpuntur similiter circa omnia, causæ sunt distinguendæ & eorum rationes.* Quòd verò ad hos iungantur Meteorologici ex initio ipsorum clarum fit, in quo quæcunque hactenus peregit, commemorat. περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως, καὶ περὶ πάσης κινήσεως φυσικῆς, ἔτι δὲ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἄνω φορὰν κεκοσμημένων ἄστρων, καὶ περὶ τῶν στοιχείων τῶν σωματικῶν, πόσα καὶ ποῖα, καὶ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς κοινῆς, εἴρηται πρότερον.

*De primis quidem causis naturæ*, (quod quinque Physicis fecit) *& de omni motu naturali* (quod tribus de motu) *atque etiam de astris in superiore latione ornatis* (quod duobus de Cœlo) *& De Elementis corporalibus quot & qualia & de eorum transmutatione* quod duobus de Elementis *& de Generatione & Corruptione communi, dictum est prius.* Omnibus scilicet libris quos commemorauimus. Post quæ omnia proponit quæ sibi sint exequenda vsque ad finem propositæ de Naturali philosophia methodi. Atque vt eo ordine quo præcedentia tractauit, repetijt: ita rationi consentaneum est eum, eo ordine sequentia quoque proponere, quo ordine agere in animo habuerat: sic autem proponit. De de

Meteoris

Meteoris acturum, quæ longiore sermone quot & qualia sint enumerat, post ea subdit. διελθόντες δὲ περὶ τούτων θεωρήσωμεν, εἴ τι δυνάμεθα εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον περὶ ζώων καὶ φυτῶν. καθόλου καὶ χωρίς. σχεδὸν γὰρ τούτων ῥηθέντων, τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης. *De his ergo pertractantes, contemplabimur si quid dicere poterimus secundum prænarratum modum de Animalibus, & de Plantis, vniuersaliter & separatim. Propè etenim his dictis, finem habebimus totius nostri à principio propositi.* Quibus vltimis verbis magnopere est aduertendum, cum propositum habuisse de tota rerum natura tractare; quod sibi putat absolutum fore, postquàm de Animalibus, & Plantis, & vniuersaliter & particularius pertractauerit. Atque hic quidem vniuersalis est reliquorum librorum ordo: Agendum esse de Meteoris, de Animalibus, de Plantis. Particularem verò explicat hoc eodem loco, ordinem Meteororum. Animalium & Plantarum reticet hic: sed Animalium ordinem libris de Animalibus exponit, plantarum verò vt videtur nullibi. Meteora sic disponit: λοιπὸν δ' ἐστὶ μέρος τῆς μεθόδου ταύτης θεωρητέον, ὃ πάντες οἱ πρότεροι μετεωρολογίαν ἐκάλουν. ταῦτα δ' ἐστὶ ὅσα συμβαίνει κατὰ φύσιν μέν, ἀτακτοτέραν μέντοι τοῦ πρώτου στοιχείου τῶν σωμάτων περὶ τὸν γειτνιῶντα μάλιστα τόπον τῇ φορᾷ τῶν ἄστρων, οἷον περί τε γάλακτος, καὶ κομητῶν, καὶ τῶν ἐκπυρουμένων καὶ κινουμένων φασμάτων, ὅσα τε θείημεν ἂν ἀέρος εἶναι κοινὰ πάθη καὶ ὕδατος. ἔτι δὲ γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη καὶ πάθη τῶν μερῶν, ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων, καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν τὰς αἰτίας, καὶ περὶ πάντων τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων, ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν· τῶν δὲ ἐφαπτόμεθα τινὰ τρόπον, ἔτι δὲ περὶ κεραυνῶν πτώσεως, καὶ τυφώνων καὶ πρηστήρων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. *Meteororũ dispositio.*

*Reliquum autem huius Methodi est adhuc considerandum, quod omnes priores Meteorologiam vocabant. Hæc autem sunt quæcunque accidunt, secundum naturam quidem, inordinationem tamen primi Elementi corporum, circa locum maximè propinquum lationi astrorum, vt de lacte, & cometis & ignitis, & motis apparentijs, & quæcunque poneremus vtique aeris esse communes passiones & aquæ. adhuc autem terra quæcunque species & partes, & passiones partium, ex quibus, de ventis & terræ motibus considerabimus vtique causas, & de omnibus, quæ fiunt secundum motus horum. In quibus hæc quidem dubitamus, hæc autem attingemus quodam modo. Adhuc autem de fulminum casu, & turbinibus & presteribus, & alijs circularibus, quæcunque propter congelationem accidunt passiones eorundem horum corporum.* Quæ quidem omnia videntur exequi tribus libris sequentibus: etiamsi ordine aliquatenus diuerso quàm proposita fuerunt: apteque fines priorum cum principijs sequentium copulantur. Sed vnum omisisse videtur, tractationem scilicet de terræ speciebus & partibus, & cætera, quæ confusius proposita fuerant inter Meteorologicas passiones. ac fortè correctius legeretur, si verba illa in hunc modum disponerentur. ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν τὰς αἰτίας. ἔτι τε περὶ κεραυνῶν πτώσεως καὶ τυφώνων, καὶ πρηστήρων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων, ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν, τὰ δ' ἐφαπτόμεθα τινὰ τρόπον, ἔτι δὲ γῆς ὅσα τε εἴδη καὶ μέρη. καὶ πάθη τῶν μερῶν, καὶ περὶ τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. *Ex quibus de ventis, & terra motibus considerabimus vtique causas. Adhuc autem de fulminum causis, turbinibus & presteribus & alijs circularibus, in quibus hæc quidem dubitamus, hæc autem attingimus quodammodo. Adhuc autem terræ quæcunque species, & partes, & passiones partium, & eorum quæ propter horum motiones fiunt, & quæ per congelationem accidunt passiones horum ipsorum corporum.* Quod autem hæc lectio magis librorum tractatibus respondeat, inde apparet, quòd primo libro, id quod primo proposuerat tractat, ordine inuerso de ignitis passionibus, cometis, de lacte, & communibus aquæ & aeris passionibus: secundo deinde libro, non de terræ speciebus vel partibus, vel partium passionibus, sed de ventis, & terræ motibus. Tertio demum de fulminibus, Typhonib. presteribus, nostræ lectionis ordine. Post quæ agendum erat de terræ speciebus & partibus. & partium passionibus, quod etiã fine libri tertij indicauit. ὅσα μὲν οὖν ἔργα συμβαίνει ποιεῖσθαι τὴν ἔκκρισιν ἐν τοῖς τόποις τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων. ὅσα δὲ ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ἐγκατακεκλεισμένη τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν, ἀπεργάζεται λεκτέον.

τῶν. *Quacunque ergo opera accidunt exhiberi ex vapore in locis qui sunt super terram.* Omnia siquidem trib. libris tractata, super terrã fiunt, *ferè sunt tot & talia: quacunque verò perficiuntur inclusa in terra partibus dicendum.* quæ sanè respondent, illis verbis primi, γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη. *Terra quotcunque species & partes.* Ait enim hic: ἐν τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν. Et paulo post, δύο δὲ καὶ τὰ εἴδη τῶν ἐν τῇ γῇ γιγνομένων τὰ μὲν ὀρυκτὰ, τὰ δὲ μεταλλευτά. *In terra partibus, & dua quidem species sunt eorum qua in terra fiunt, alia fossilia, alia metallica.* Ex quibus verbis eorumque recto ordine securè affirmare possumus, post tres hos libros Meteororum sequi libros fossilium, librum de Lapide, libros de Metallis. Hæc enim sunt terræ species, & partes, & partium passiones, quæ in terræ partibus ex inclusa exhalatione generantur. de quibus fine hoc libri tertij generaliter quædam tangit, proponit tamẽ separatim de vno quoque agere. κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν, ἰδίᾳ δὲ σκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος. *Communiter quidem dictum est de omnibus ipsis. Seorsum verò inspiciendum est aggredientes singula genera.* Quorum quidem generum, testatur Laertius cum de Lapide librum scripsisse. Philoponus autem & Simplicius etiam de Metallis affirmant. Qui libri si vnquam resurgent post tertium Meteororum collocandi erunt. Ita enim & propositio prior & vltima conclusio requirunt. Atque hic series Naturalium librorum primo loco est interrupta. In quo desunt tractatio Fossilium, Lapidum, & Metallorum. Quem verò Peripatetici omnes Meteororum quartum nominarunt, Meteorus non est. Neque enim materia illi, sicuti tribus alijs, & his quibus caremus, exhalatio vel humida, vel sicca est: sed pertinet ad id quod his verbis propositum initio primi fuerat, καὶ περὶ τῶν γιγνομένων κατὰ τὰς κινήσεις τούτων. ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. *Et, de his qua fiunt secundum motiones horum. Quacunque per congelationem accidunt passiones, horum ipsorum corporum*, scilicet Elementorum. Quorum motiones quid aliud sunt quam actio & passio ad se inuicem. Ideoque duo actiua, duo passiua esse constituit statim initio quarti. ἐπειδὴ τέτταρα διώρισται, αἴτια τῶν στοιχείων, τούτων δὲ κατὰ τὰς συζυγίας, καὶ τὰ στοιχεῖα τέτταρα συμβέβηκεν εἶναι, ὧν τὰ μὲν δύο ποιητικὰ, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, τὰ δὲ δύο παθητικὰ, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν. *Quoniam autem quatuor sunt determinata causa, horum autem secundũ coniugationes, & elementa quatuor accidit esse, quarum dua quidem actiua, caliditas & frigiditas: dua autem passiua siccitas & humiditas.* Quarum actiuarum & passiuarum, paulo post ait esse inquirendas operationes. διωρισμένων δὲ τούτων, ληπτέον ἂν εἴη τὰς ἐργασίας αὐτῶν αἷς ἐργάζονται τὰ ποιητικὰ καὶ τῶν παθητικῶν τὰ εἴδη. *Determinatis autem his. sumendum vtique erit operationes ipsorum, quibus operantur actiua, & passiuorum species.* Quæ quidem verba respondent illis, καὶ περὶ πάντων τῶν γιγνομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων. *Et de omnibus qua fiunt secundum horum motus.* Hic enim motus dixit quas ibi ἐργασίας *operationes*. De motibus ergo & operationibus actiuorum, & passiuorum agendum esse ait: quas quidem enumerat statim. πρῶτον μὲν οὖν καθόλου ἡ ἁπλῆ γένεσις, καὶ ἡ φυσικὴ μεταβολὴ τούτων τῶν δυνάμεων ἐστὶν ἔργον, καὶ ἡ ἀντικειμένη φθορὰ κατὰ φύσιν αὕτη μὲν οὖν τοῖς δὲ φυτοῖς ὑπάρχουσι καὶ ζῴοις καὶ μορίοις αὐτῶν, *Primo igitur vniuersaliter, simplex generatio, & naturalis transmutatio harum virtutum est opus. & opposita corruptio secundum naturam. Ha igitur plantis insunt, & animalib. & partibus ipsorum.* Atq; de his quidem Generatione & Corruptione naturali primo cap. huius lib. egit, quod fine indicat, τί μὲν οὖν ἐστὶν γένεσις καὶ φθορὰ εἴρηται. *Quid ergo est generatio & corruptio dictum est.* Post quas dicendum esse ait de reliquis omnibus quæ ab his actiuis & passiuis efficiuntur. secundo capite, λοιπὸν δὲ τὰ εἰπεῖν ἐχόμενα εἴδη. ὅσαι αἱ εἰρημέναι δυνάμεις ἐργάζονται ἐξ ὑποκειμένων τῶν φύσει συνεστώτων ἤδη. *Reliquum est dicere sequentes species. quascunque dicta potentia efficiunt ex subiectis, qua iam natura constant.* Easque statim enumerat, actionem caloris, esse concoctionem, & huius species maturationem, elixationem, assationem: frigiditatis verò inconcoctionem: huius species, cruditatem, inquinationem, tostionem. Atque hæ omnes sunt ἐργασίαι operationes, quæ κατὰ τὰς κινήσεις *secundum motiones* Elementorum fiunt. In quib. explicandis vsus etiam est verbis motum significantib. ἑλίζουσαι, συμφύουσαι, μεταβάλλουσαι τὰ ὁμογενῆ καὶ μὴ ὁμογενῆ ὑγραίνουσαι, ξηραίνουσαι, σκληρύνουσαι, μαλάττουσαι

σαι

σαι, γεννῶσι, ἐργάζονται: *Terminantes, conglutinantes, mutantes homogenea & non homogenea, humectantes, siccantes, durantes, mollefacientes, generant, operantur.* Atque hæc toto capite quarto pertractantur, quæ ex motione, & operatione elementalium potentiarum proueniunt, tum actinarum tum passiuarum. Quinto verò incipit ea omnia tractare quæ his verbis illa sequentibus proposuerat, ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. *Quæcunque accidunt passiones per congelationem horum ipsorum corporum.* ἀνάγκη δὲ σκληρὸν ἢ μαλακὸν εἶναι τὸ ὡρισμένον σῶμα οἰκείῳ ὅρῳ, ἢ γὰρ ὑπείκειν ἢ μή: ἔτι πεπηγὸς εἶναι. τούτῳ γὰρ ὁρίζεται. ὥστ' ἐπεὶ πᾶν μὲν τὸ ὡρισμένον καὶ συνεστηκὸς, ἢ μαλακὸν, ἢ σκληρὸν, ταῦτα δὲ πήξει ἐστὶν, ἅπαντα ἂν εἴη τὰ σώματα καὶ τὰ σύνθετα καὶ τὰ ὡρισμένα οὐκ ἄνευ πήξεως. πήξεως οὖν περὶ ῥητέον. *Necesse verò durũ vel molle, esse terminatũ corpus proprio termino. Vel enim cedere, vel non. Et præterea congelatã esse. Hoc enim terminatur. itaque quoniã omne terminatũ & constitutum, vel molle, vel durum. Hæc autem congelatione sunt. Omnia erunt corpora, & composita, & terminata, non sine congelatione: de congelatione ergo dicendum.* De qua fuse satis disputat totis capitibus 5. 6. 7. octauo verò, etiamsi inserat verba hæc, ἐκ μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς, τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζώοις: καὶ τὰ μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἑκατέρου ἐγκατακλειομένης, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις. *Ex aqua ergo & terra similaria corpora consistunt & in plantis, & in animalibus, & metalla, vt aurum & argentum, & quæcunque talia, ex ipsis, & exhalatione vtriusque inclusa vt dictum est in alijs.* Quæ ad aliam rem spectare videntur pertractata iam & fine tertij & libris de metallis, attamen prosequitur inceptum. περὶ μὲν οὖν πηκτοῦ καὶ ἀπήκτου, καὶ τηκτοῦ, καὶ ἀτήκτου εἴρηται μὲν καθόλου πρότερον, ὅμως δ' ἐπέλθωμεν καὶ νῦν. *De congelabili ergo & incongelabili, et fusili & non fusili dictum est quidem vniuersaliter prius, nihilominus pertranseamus & nunc:* Eaque prosequitur capitibus, integris 9. 10. 11. Namque dixerat prius omne terminatum, & constitutum, vel molle, vel durum: ταῦτα δὲ πήξει ἐστί. *hæc autem concretione sunt.* Itaque quæcunque his capitibus disputantur: πήξει ἐστὶ *concretione fiunt.* Ex quorum numero sunt etiam τὰ ὁμοιομερῆ similipartia quæ sunt in plantis & animalibus. Hæc enim vel mollia, vel dura sunt, atque πήξει ἐστὶ *concretione sunt.* De quibus capite duodecimo proponit dicendum. λέγωμεν τί σὰρξ καὶ ὀστοῦν, ἢ τῶν ὁμοιομερῶν, *Dicamus quid caro, & os vel alia similipartia.* Hæc autem esse restatur ex Elementis. ἐκ μὲν γὰρ τῶν στοιχείων τὰ ὁμοιομερῆ. *Ex elementis enim similipartia.* Quod capite 8. sic dixerat: ἐκ μὲν οὖν ὕδατος δὲ καὶ γῆς τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζώοις. *Ex aqua verò & terra similipartia corpora consistunt, in plantis & in animalibus.* Post quæ in fine capitis ait etiam de non similipartibus & alijs agendum. δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτὸν καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. *His declaratis, similiter non similipartia sunt contemplanda, & postremo ea quæ ex his constant vt homo, planta, & alia talia.* quæ octauo capite sic expresserat: τούτοις δὲ διαφέρει ὀστοῦν καὶ σὰρξ, καὶ νεῦρον, καὶ ξύλον καὶ φλοιὸς καὶ λίθος. καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν μὲν, φυσικῶν δὲ σωμάτων. *His verò differunt, os, caro, neruus* (quæ sunt animalium) *& lignum, & cortex* (quæ sunt arboris) *& lapis, & aliorum vnum quodque similipartium quidem, at Physicorum corporum.* Quæ autem sint ista corpora, enumerauit eodem octauo capite per octo & decem iugationes. εἴπωμεν δὲ πρῶτον τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν. *Dicamus verò primum numerum ipsorum. Sunt autem ea quæ per potentiam & impotentiam dicuntur,* ὅσα κατὰ δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν λέγεται. Quibus tum plantarum, tum lapidum, tum Animalium, tum aliorum omnium similares partes efficiuntur: suntque ea, congelabile & non congelabile, fusile, non fusile, & reliqua eo loco ab eo enumerata. Atque his expositis partium similarium expositionem aggreditur initio, vti diximus, capitis duodecimi λέγωμεν τί σὰρξ ἢ ὀστοῦν ἢ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοιομερῶν. *Dicamus quid caro, vel os, vel alia similipartia,* de quibus atque alijs quibusdam cum quædam retigisset, nec tamen perfecisset eorum tractationem, sic in fine capitis & libri concludit. δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον, καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον φυτὸν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. *His verò declaratis, similiter non similipartia, contemplanda, & postremo ea quæ ex his constant, vt homo, planta, & alia talia.* Ita-

que rectè diceimus, hunc librum non de Meteoris, vel exhalationibus tractare vt tres illi libri, vt liber Metallorum & fossilium: Sed de ijs quæ per motus actiuos & passiuos elementorum fiunt, & etiam de ijs quæ ex his ijsdem elementis fiunt per concretionem, atque ideo liber hic non est inter Meteorologicos posthac numerandus. Quod & Alexander Aegæus commentarijs suis, quæ sub Aphrodisiei feruntur, est attestatus. Sed cum duas habeat partes, alteram de ijs quæ per motus Elementorum fiunt, quæ capitibus quatuor continetur: alteram verò de ijs quæ per concretionem fiunt, quæ octo capitibus est comprehensa, videretur ex hac maiore libri parte, inscriptio vera desumenda, *περὶ τῶν πήξει γινομένων: De ijs quæ concretione fiunt*: vel *περὶ τῶν πηγνυμένων, de concretis*. Sed cum elementorum operationes causa sint etiam concretorum, sintque ambabus partibus communes, *de elementorum operationibus περὶ τῶν στοιχείων ἐργασιῶν* liber videtur rectius inscribendus. nosque post hac eo nomine vtemur. In cuius calce, cum primo de similipartibus agendum dicat, postea de dissimilipartibus, vltimo de constantibus ex his: clarius luce est, hunc librum sequi debere eum qui de similipartibus agit. Nempe libri de partibus animalium in quibus similipartia primo, postea etiam dissimilipartia tractantur. Id autem Aristotelis mentem fuisse magis etiam confirmatur ex initio ipsius de partibus tractationis, quæ est libro 2. vbi post pauca quædam quæ de historia memorat, ita scribit: *τριῶν δ' οὐσῶν τῶν συνθέσεων, πρώτην μὲν ἄν τις θείη τὴν ἐκ τῶν καλουμένων ὑπό τινων στοιχείων, οἷον γῆς, ἀέρος, ὕδατος, πυρός. ἔτι δὲ βέλτιον ἴσως ἐκ τῶν δυνάμεων λέγειν. καὶ τούτων οὐκ ἐξ ἁπασῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται καὶ πρότερον· ὑγρὸν γὰρ καὶ ξηρὸν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὕλη τῶν συνθέτων σωμάτων ἐστί. αἱ δὲ ἄλλαι διαφοραὶ ταύταις ἀκολουθοῦσιν, οἷον βάρος καὶ κουφότης, καὶ πυκνότης, καὶ μανότης, καὶ τραχύτης καὶ λειότης, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα πάθη τῶν σωμάτων. δευτέρα δ' ἡ σύστασις ἐκ τῶν πρώτων, ἡ τῶν ὁμοιομερῶν φύσις ἐν τοῖς ζώοις ἐστίν. οἷον ὀστοῦ καὶ σαρκὸς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. τρίτη δὲ καὶ τελευταία κατ' ἀριθμὸν ἡ τῶν ἀνομοιομερῶν, οἷον προσώπου καὶ χειρὸς, καὶ τῶν τοιούτων μορίων: Cum autem triplex sit compositio, prima statui potest ea quæ ex primordijs conficitur ijs, quæ nonnulli Elementa appellant: terram dico, aerem, aquam, & ignem: sed melius fortasse dici potest ex virtutibus confici Elementorum, ijsq; non omnibus, sed vt ante expositum est* (scilicet libris de Generatione & 1. cap. libri de Elementorum rationibus. *Humiditas enim & siccitas, & calliditas & frigiditas, materia corporum sunt compositorum: cætera autem differentiæ eas sequuntur, vt grauitas, leuitas, densitas, raritas, asperitas, lenitas, & reliquæ id genus corporum affectiones. Secunda constitutio ex primis, illis natura, similarium partium in animalibus est, vt ossis vt carnis, vt reliquorum generis eiusdem. Tertia verò & vltima numero partium dissimilarium est, vt faciei, manus, & reliquarum eiusmodi partium.* Quę certè correspondent verbis capitis 12. libri de Elementorũ actionib. *τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα μόρια, θερμότητι καὶ ψυχρότητι, καὶ ταῖς τούτων κινήσεσιν, ἐνδέχεται γίνεσθαι, πηγνύμενα τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ, λέγω δ' ὅσα ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκα, ὀστοῦν, τρίχας, νεῦρα καὶ ὅσα τοιαῦτα. πάντα γὰρ διαφέρει ταῖς πρότερον εἰρημέναις διαφοραῖς, τάσει, ἕλξει, θραύσει, σκληρότητι, μαλακότητι καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς τοιαύταις, αὐτὰ δ' ὑπὸ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, καὶ τῶν κινήσεων γίνεται μιγνυμένων. τὰ δ' ἐκ τούτων συνεστῶτα, οὐθενὶ ἂν δόξειε, τὰ ἀνομοιομερῆ, οἷον κεφαλὴ, ἢ χεὶρ, ἢ πούς, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τοῦ χαλκὸν ἢ ἄργυρον γενέσθαι αἴτια, ψυχρότης καὶ θερμότης κίνησις. τοῦ δὲ πρίονα ἢ φιάλην, ἢ κιβωτὸν οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν τέχνη, ἐκεῖ δὲ φύσις, ἢ ἄλλη τις αἰτία. ἐπεὶ οὖν ἔχομεν τίνος γένους ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν, ληπτέον καθέκαστον τί ἐστιν: Tales igitur partes calliditatis, & frigiditatis, & horum motibus* (quod respondet illi in propositione primi Meteororũ secundum horum motus) *possunt generari, concreta.* (quod respondet illis ibi positis, per concretionẽ) *calido & frigido. dico quæcunq; similipartia vt caro, os, pili, nerui, & quæcunq; talia. Omnia namq; differunt, differentijs prius dictis.* (libro de concretis) *intensione, attractione, confractione, duritie, mollitie, & alijs huiusmodi. Hæc verò, à frigido & calido, & horũ motib. commixtis fiunt. Ex his autẽ constantia* (quod nemini videretur) *dissimilipartia, vt caput, manus, pes. Sed sicuti causa, cur æs aut argẽtũ fiat, est frigiditatis, & calliditatis motus: cur verò fiat serra, aut phiala, aut lectus nõ amplius. Sed hic quidẽ ars, ibi verò natura, vel alia quæpiã causa. Postquã verò habemus cuius generis sit vnumquodq; similipartiũ, accipiendum quid vnumquodque sit.* Quod quidem libris de Partibus, vti legentibus est manifestũ, prosequitur. Toto enim

hoc

hoc primo capite secundi libri, de qualitatibus, de similipartibus, de dissimilipartibus quædam proponit, distinguit, describit generaliter. secundo verò sic aggreditur, τῶν ὁμοιομερῶν μορίων ἐν τοῖς ζώοις ἐστὶ, τὰ μὲν μαλακὰ καὶ ὑγρὰ, τὰ δὲ σκληρὰ καὶ στερεά: *simil partium membrorum quæ in animalibus sunt: alia quidem mollia sunt & humida, alia dura & solida*. Deinde omnibus capitibus vsque ad decimum de similipartibus agit. Post quæ decimo cap. initium est tractationis de dissimilipartibus & organicis, de quibus fine 12. cap. libri de Elementorum motionibus proposuerat se actutum, post similipartium tractationem. δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον: *His declaratis, similiter non similipartia sunt speculanda*. De quibus sanè, reliquo toto secundo, & sequentibus duobus libris agit. Quorum fine post hos vocat libros de Animalium Generatione, his verbis: περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τίνα αἰτίαν ἕκαστόν ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις, εἴρηται περὶ πάντων τῶν ζώων καθ' ἕκαστον. τούτων δὲ διωρισμένων, ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν: *De partibus quidem, quam ob causam vnaquæque sit in animalibus, dictum est de omnibus animalibus singillatim: His verò determinatis, consequens est ea quæ ad generationem eorum pertinent, pertransire*. Quod quidem (etiamsi obscurius aliquanto) proposuerat fine 12. illius capitis: de similipartibus loquens: ληπτέον καθέκαστον τί ἐστι. οἷον τί αἷμα ἢ σὰρξ ἢ σπέρμα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον: οὕτω γὰρ ἴσμεν ἕκαστον διὰ τί, καὶ τί ἐστιν, ἐὰν τὴν ὕλην, ἢ τὸν λόγον ἔχωμεν, μάλιστα δ' ὅταν ἄμφω τῆς τε γενέσεως, καὶ φθορᾶς, καὶ πόθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως: *Accipiendum vnumquodque quid est, veluti quid sanguis, vel caro, vel semen, & aliorum vnumquodque. Sic enim scimus vnumquodque, propter quid, & quid sit, si materiam, aut rationem habuerimus, & maximè ambas, generationis & corruptionis, & vnde principium motus*. Hæc enumeratio causarum est, à quibus orsus est libro primo de Generatione Animalium, connectens eius initium cum fine librorum de Partibus iam allato. ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐν τοῖς ζώοις εἴρηται, καὶ κοινῇ, καὶ καθέκαστον γένος περὶ τῶν ἰδίων χωρὶς, τίνα τρόπον διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν ἕκαστον, λέγω δὲ ταύτην ἕνεκά του, ὑπόκεινται γὰρ αἰτίαι τέτταρες: *Posteaquam de alijs partibus, quæ in animalibus sunt dictum est, & communiter: & de vnoquoque genere, de proprijs seorsum, quo modo propter hanc causam vnumquodque: dico autem hanc, cuius gratia, subiacent enim causæ quatuor*. Et paulo post: παντὶ μὲν τῷ ὅλῳ, τὰ ἀνομοιομερῆ, τοῖς δὲ ἀνομοιομερέσι, τὰ ὁμοιομερῆ, τούτοις δὲ τὰ καλούμενα στοιχεῖα τῶν σωμάτων: *Omni namque toti, dissimilipartia: dissimilipartibus verò similipartia: his verò quæ vocantur Elementa corporum*. Omnia itaque consona & conformia sunt principio libri secundi de Partibus, & medio capitis duodecimi libri de Elementorum actionibus, & fini propositionis primi Meteororum factæ. λοιπὸν δὲ, τῶν μὲν μορίων, τὰ πρὸς τὴν γένεσιν συντελοῦντα τοῖς ζώοις, περὶ ὧν οὐδὲν διώρισται πρότερον, περὶ αἰτίας τε τῆς κινούσης, τίς αὐτή: *Reliquum est de partibus quæ ad generationem animalium conferunt, de quibus nihil est determinatum anteà* (scilicet libris de Partibus) *ac de causa mouente, quæ sit*, scilicet est dicendum. Duo itaque reliqua sunt, vt tractentur, partes ad generationem animalium, & mouens causa generationis. Quæ autem sit agens hæc causa exponit secundo capite sequente. καθάπερ γὰρ εἴπομεν τῆς γενέσεως ἀρχὰς ἄν τις οὐχ ἥκιστα θείη, τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ. τὸ μὲν ἄρρεν ὡς τῆς κινήσεως, καὶ τῆς γενέσεως ἔχον τὴν ἀρχήν: *Sicuti enim diximus, generationis principia quis non minimas posuerit, marem & fœminam, mas quidem, tanquàm principium habens motus & generationis*. De quibus principijs toto progressu primi & secundi capitis agitur, reliqua libri parte, & sequentibus tribus libris omnium generum animalium, tum partes generatiuas, tum etiam generationes prosequitur. In fine quorum tangit etiam causas corruptionis animalium, his verbis: εὐλόγως δὲ πάντων οἱ χρόνοι, καὶ τῶν γενέσεων, καὶ κυήσεων, καὶ τῶν βίων μετρεῖσθαι βούλονται κατὰ φύσιν περιόδοις. λέγω δὲ περίοδον, ἡμέραν καὶ νύκτα, καὶ μῆνα, καὶ ἐνιαυτὸν καὶ τοὺς χρόνους, τοὺς μετρουμένους τούτοις. *Rationabiliter sanè, omnium tempora, & generationum & gestationum vteri, & vitarum, volunt metiri secundum naturam periodis. Voco autem periodos, diem, & noctem, & mensem, & annum, & tempora his mensa*. Et paulo post de Luna loquens, διὸ συμβάλλεται, εἰς πάσας τὰς γενέσεις καὶ τελειώσεις. ἐ γὰρ θερμότητες καὶ ψύξεις. μέχρι συμμετρίας τινὸς ποιοῦσι τὰς γενέσεις, μετὰ δὲ ταῦτα τὰς φθορὰς, τούτων δὲ ἔχουσι τὸ πέρας τε τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς τελευτῆς, αἱ τούτων κινήσεις τῶν ἄστρων

*Propterea conferunt ad omnes generationes, & perfectiones: quia caliditates, & frigiditates ad symmetriam quandam faciunt generationes. Post has verò, corruptiones, quarum & principij & finis terminum habent motiones horum astrorum.* Post libros quinque de generatione (quòd eiusdem scientiæ sit contraria speculari) sequetur liber qui hactenus pro decimo de historia est circumlatus: quem Theodorus Gaza fragmenta vocauit, voluitque libris de Generatione adiungi, alij nothum, vel hypomnematicum sunt arbitrati. Ego verò quòd causas exponat, cur generatio impediatur, puto eum esse, quem Laertius περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν. *de non generando* appellat: quod etiam Franciscus Caballus animaduertit; debereque non adiungi sed opponi libris de Generatione. Quem postea puto sequatur liber περὶ πορείας *de ingressu animalium*, non quòd vel ab illius, vel librorum de Generatione calce, sit vocatus, aut initium ipsius illis cohæreat: sed quia nullo alio commodè cadit loco: & quia, si hoc loco ponatur, omnia quàm aptissimè consequentur. Nam fine ipsius libros de Anima vocat. τῶν μὲν οὖν μορίων τῶν τε ἄλλων καὶ αὐτῶν τῶν περὶ πορείαν τῶν ζώων, καὶ περὶ πᾶσαν τὴν κατὰ τόπον μεταβολὴν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τούτων δὲ διωρισμένων ἐχόμενόν ἐστι θεωρῆσαι περὶ ψυχῆς. *Partes igitur. & alia quidem & ipse qui ad gressum animalium faciunt, & ad omnem secundùm locum mutationem hunc se habent in modum. His verò determinatis consequens est speculari de anima.* Post libros de Anima, sequitur liber de Sensu. Quem sic orsus est, ἐπειδὴ περὶ ψυχῆς καθ' αὑτὴν διώρισται πρότερον, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων ἑκάστης κατὰ μόριον αὐτῆς, ἐχόμενόν ἐστι ποιήσασθαι τὴν ἐπίσκεψιν περὶ τῶν ζώων ἐχόντων ἁπάντων, τίνες εἰσὶν ἴδιαι καὶ τίνες κοιναὶ πράξεις αὐτῶν: *quoniam de Anima per se determinatum est prius, & de potentijs per singulas eius particulas, consequens est facere considerationem de Animalibus, & vitam habentibus* (scilicet plantis) *omnibus: & quænam sint propria, & quæ communes eorum actiones.* Quas actiones enumerat. φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα καὶ τὰ κοινὰ καὶ ἴδια τῶν ζώων, κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα καὶ τοῦ σώματος, οἷον αἴσθησις καὶ μνήμη καὶ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. *Videntur verò maxima & communia, & propria animaliũ, communia & animæ & corporis: veluti sensus, & memoria, & animositas, & concupiscentia*, & cætera ibi enumerata. In fine cuius libri ait, se dicturum de memoria. τῶν δὲ λοιπῶν πρῶτον σκεπτέον περὶ μνήμης, καὶ τοῦ μνημονεύειν. *Reliquorum verò, primum spectandũ est de memoria, & meminisse.* Et hunc librum incipiens sic coniungit. περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, λεκτέον τί ἐστι. *De memoria & meminisse, dicendum quid est.* Post quem videntur sequi debuisse tractationes earum rerum, quàs post memoriam initiò de Sensu proposuerat: videlicet, de animositate, concupiscentia, & omnino appetitu: & post hanc tractatio de voluptate & dolore, quem librum, de voluptate scilicet, asserit Laertius Aristotelem scripsisse, qui tamen ad nos non peruenit. Atque hic secundus est locus, quo naturaliũ librorũ series interrumpitur. Post hos enumerat etiã alia quædam. πρὸς δὲ τούτοις, τὰ μὲν πάντων ἐστὶ τῶν μετεχόντων ζωῆς κοινά, τὰ δὲ τῶν ζώων ἐνίοις. τυγχάνει δὲ τούτων τὰ μέγιστα, τέσσαρες οὖσαι συζυγίαι τὸν ἀριθμὸν μόναι, οἷον ἐγρήγορσις καὶ ὕπνος, καὶ νεότης καὶ γῆρας, καὶ ἀναπνοὴ καὶ ἐκπνοὴ καὶ ζωὴ καὶ θάνατος, περὶ ὧν θεωρητέον τί τε ἕκαστον αὐτῶν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας συμβαίνει. φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας, καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. *Ad hæc alia quidem omnium participantium vita communia sunt: alia, animalium quibusdam. Sunt autem horum maxima, quatuor numero sola coniugationes. Vt vigilia & Somnus, & iuuentus & senectus, & respiratio & exspiratio, & vita & mors. De quib. speculandum est, quid eorum vnumquodque, & quas ob causas accidant. Physici verò etiam est sanitatis & morbi prima principia videre.* Itaq; harum coniugationum cum prima sit ea quæ somnum & vigiliam comprehendit, de somno & vigilia post librum de voluptate agendum esset. Qui quia perijt, simul cũ eo qui de appetitu fuit, vel esse debuit, post librum de memoria, de somno librum collocabimus. In quo somno cum & insomnia fiant, & diuinationes etiam aliquando, existimo eos libellos qui sub his titulis de insomnijs & de diuinatione feruntur, non esse separatos, sed partes libri de Somno. Quod vt credam duæ rationes faciunt: altera, quòd eo fine libri de somno, libri de insomnijs, nihil suo more repetit, aut dicendum proponit; Altera verò quòd fine de diuinatione repetit tria hæc vnita his verbis. τί μὲν ὁ ὕπνος καὶ ἐνύπνιον καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἑκάτερον αὐτῶν γίνεται, ἔτι δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ἐνυπνίων μαντικῆς εἴρηται. περὶ δὲ τῆς κοινῆς κινήσεως τῶν ζώων λεκτέον. *quid ergo somnus*

*nus & insomniũ, & quam ob causam vtrũq; ipsorũ sit, & adhuc de diuinatione ex insomnijs dictũ est; de cõmuni verò motu animaliũ est dicẽdũ.* In fine cuius repetit ferè omnia quæ à primo de Partib. egit. περὶ μὲν τῶν μορίων ἑκάστου τῶν ζῴων, καὶ περὶ ψυχῆς, ἔτι δὲ περὶ αἰσθήσεως, καὶ μνήμης, καὶ ὕπνου καὶ τῆς κοινῆς κινήσεως εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας, λοιπὸν δὲ περὶ γενέσεως εἰπεῖν: *De partibus ergò vniuscuiusq; animaliũ, & de anima, adhuc etiã de Sensu, & memoria, & somno, & communi motu diximus causas, reliquum est de generatione dicere.* In quibus verbis tria sunt animaduertenda, primum quòd dicat de partibus omnium animalium actum esse: sub eo nomine comprehendisse etiam librum illum, qui de ingressu animalium inscribitur: nam inscribi etiam potest de Partibus ad motum vtilibus: vt ex eius initio patet. περὶ δὲ τῶν χρησίμων μορίων τοῖς ζῴοις πρὸς τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τόπον: *De vtilibus verò partibus animalib. ad motũ secundũ locum.* Secundũ, quòd dixit de somno, nõ etiam de insomnijs, & diuinatione, quia illius libri partes essent. Tertium, quod ait de Generatione esse reliquum vt tractetur, tanquàm non fuerit de ea hactenus tractatum. Sed necesse est aut hoc loco esse mendum, aut fine quarti de partibus. Ibi enim etiam habet hæc verba. περὶ μὲν οὖν μορίων, διὰ τίνα αἰτίαν ἕκαστόν ἐστιν ἐν τοῖς ζῴοις, εἴρηται περὶ πάντων τῶν ζῴων καθ' ἕκαστον. τούτων δὲ διωρισμένων ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν: *De partibus igitur, quam ob causam vnumquodq; sit in animalibus, dictum est de omnibus animalibus singillatim. his verò determinatis deinceps est, ea quæ ad generationes eorum pertinent, pertransire.* Quare necessariò est dicendum altero locorum mendum esse. meo autem iudicio reponendã loco secundo pro voce illa γενέσεως, *generatione*, contraria vox φθορᾶς, *corruptione*. Nam toto libro qui de longitudine vitæ inscriptus est, causas corruptionis tractat velut fine ipse cõcludit, περὶ μεγέθους ζωῆς *de magnitudine vitæ*. nam hic liber necessario illum sequitur, cum nullus præter hunc, & eum quem hic fine suo vocat, de iuuentute & senectute & aliis, ab hoc vocatus, de respiratione superlinr. vocat autẽ hic liber suo fine, cũ qui de iuuentute & senectute est, his verbis. λοιπὸν δὲ ἡμῖν θεωρῆσαι, περὶ νεότητος καὶ γήρως καὶ ζωῆς καὶ θανάτου: *Reliquũ est nobis speculari de iuuentute & senectute, & vita & morte*, quæ præter primam de somno & vigilia iugationem, duæ aliæ iugationes sunt initio libri de Sensu enumeratæ. Quarta vero fuerat de respiratione, & expiratione, quem fine illius proponit. τῶν δὲ ζῴων, ἐπεὶ τὰ μὲν ἔνυδρά ἐστι, τὰ δ' ἐν τῷ ἀέρι ποιεῖται τὴν δίαιταν ἐκ τούτων καὶ διὰ τούτων πορίζεται τὴν κατάψυξιν τὰ μὲν τῷ ὕδατι, τὰ δὲ τῷ ἀέρι. τίνα δὲ τρόπον καὶ πῶς, λεκτέον ἐπιστήσασι τὸν λόγον: *Animaliũ verò cũ alia aquatilia sint, alia in aere degũt, ex his atq; in his acquirunt refrigeratiõẽ, alia quidẽ aqua, alia verò aere. qua verò ratione, & quo modo, dicẽdũ est aßignãtib. rationẽ.* Quod sequẽti libello de respiratione peragit, ad finẽ cuius cũ peruenisset, ita conclusit. καὶ περὶ μὲν οὖν ζωῆς καὶ θανάτου καὶ τῶν συγγενῶν ταύτης τῆς σκέψεως, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων, περὶ ὑγιείας δὲ καὶ νόσου, οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ μέχρι του τὰς αἰτίας εἰπεῖν. *De vita igitur & morte, & congenerib. huius speculationis ferè de omnibus dictum est. De sanitate verò & morbo non solũ medici est, verùm etiam Physici vsque ad causarum expositionem.* Qui libellus si superesset, post hũc de respiratione ponendus esset. Nam tribus locis cum loco vltimo statuit, initio scilicet de Sensu vti vidimus: initio etiam libelli de longitudine vitæ. περὶ μὲν οὖν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως εἴρηται πρότερον, περὶ δὲ ζωῆς καὶ θανάτου λεκτέον ὕστερον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ νόσου καὶ ὑγιείας ὅσον ἐπιβάλλει τῇ φυσικῇ φιλοσοφίᾳ: *De somno igitur & vigilia dictum est prius. De vita verò & morte dicendum posteà, & similiter de sanitate & morbo, quantum cõfert naturali Philosophiæ.* Et fine, vti diximus, libelli de respiratione. Atque hic est tertia horum librorum interruptio. His expeditis (dixerat fine libelli de longitudinẽ vitæ) methodum de animalibus forè absolutam. λοιπὸν δ' ἡμῖν θεωρῆσαι περὶ νεότητος καὶ γήρως, καὶ ζωῆς καὶ θανάτου. τούτων γὰρ διορισθέντων, τέλος ἂν ἡ περὶ τῶν ζῴων ἔχοι μέθοδος: *Reliquũ verò nobis speculari, de iuuentute & senectute, & vita & morte. His enim determinatis finem habitura est animalium methodus:* respiratione scilicet ad vitam & mortem pertinente. Sed qua nam ratione dicit ipse: his pertractatis methodum de animalibus finem habituram cum adhuc historia animalium non sit tradita? Scio Aristotelicos omnes contendere, historiam, alios omnes de animalibus libros præcedere. quia scilicet τὸ ὅτι *quod sit*, prius & notius nobis esse censent quàm τὸ διότι, *quàm causa*, esseque à notioribus nobis exordiendum. Quod si verum est, cur tot propositionibus, tot repetitionibus, in finibus, in initijs tot librorũ historia nusquã est nomina-

tæ nusquam in sequelam vocatæ præterquam vno tantùm loco, scilicet initio secũdi de Partibus, ἐκ τίνων μὲν οὖν μορίων, καὶ πόσων συνέστηκεν ἕκαστον τῶν ζώων, ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ αὐτῶν δεδήλωται σαφέστερον: *Ex quibus quidẽ partibus & quot constat vnumquodque animal, in ipsorum historys declaratum est manifestius.* dixit declaratũ est manifestius, non autem declaratum est prius, vel antè. Quod etiam si dixisset, non statim sequeretur, historias præcedere debere. Sæpe enim illud πρότερον *prius*, non ordinem, sed tempus quo libri scripti sunt declarat. Veluti libro primo de syllogismo. καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἴρηται. *Quemadmodum in Topicis dictum est*: cum proculdubio Analytica præcedant Topicos libros. Et secundo de Cœlo cap. 2. διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζώων κινήσεις: *Determinatum quidem de his est*, (de differentijs, scilicet localibus, antè, retrò &c.) *in ijs quæ de motibus animalium*, cum tamen ordine hi multo posteriores libris de Cœlo sint. Tertio etiam Meteoro. cap 2. ἔστω δὲ περὶ τούτων ἡμῖν τεθεωρημένον, ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις δεικνυμένοις: *Esto verò de his nobis speculatũ in ijs quæ de sensibus sunt ostensa.* Cũ tamẽ liber de Anima secundus, & etiã liber de Sensu ordine sint Meteoris posteriores. Non est itaque ex his citationibus ordo librorum eliciendus, nisi cum principijs fines alligat, & finibus principia. In quibus certè adhuc historia non est appellata. Atque id rectissima ratione, cum librorum de animalibus vltima esse debeat: tum ratione ordinis Aristotelicæ philosophiæ, tũ etiam mente & proposito ipsius Aristotelis. Hoc itaque videamus primò an verum sit. Proposuit primo Meteoro. sic. διελθόντες δὲ περὶ τούτων, θεωρήσωμεν εἴ τι δυνάμεθα εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον, περὶ ζώων καὶ φυτῶν, καθόλου τε καὶ χωρίς. σχεδὸν γὰρ τούτων ῥηθέντων τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης: *Pertransseuntes hæc speculabimur, si quid poterimus dicere, secundum prænarratum modum, de animalibus, & plantis vniuersaliter, & separatim. Ferè enim his dictis, finis erit factus totius nostri à principio propositi.* In quibus clarum est eum prius posuisse de Animalibus, postea de Plantis. ac prius vniuersaliter, & posteà separatim. quem etiam ordinem fine libri de Elementorum actionibus repetit particularius aliquanto. ἐπεὶ δ' ἔχομεν τίνος γένους ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν, ληπτέον καθ' ἕκαστον τί ἐστιν: *Cum ergo habeamus cuius generis sit vnumquodque similiũ partium, accipiendum singulum quid sit.* primo itaque de similipartibus: Postea, δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον: *His verò declaratis similiter de non similipartibus est speculandum*: postremò καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτόν, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα: *Et vltimo ea quæ ex his consistunt, vt homo, planta, & alia talia.* Tria itaque proponit se tractaturũ, partes similares, partes dissimilares, & composita ex his. Priores illas proculdubio tractare incipit (vti vidimus) secundo libro de Partibus animalium: cum in fine primi methodum tradidisset, qua vsurum se fore ostendit: ἐν τῇ ζωικῇ φύσει: *in animali natura.* ac primùm commemorat similares partes, οὐκ ἔστι γὰρ ἄνευ πολλῆς δυσχερείας ἰδεῖν, ἐξ ὧν συνέστηκε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, οἷον αἷμα, σάρκες, ὀστᾶ, φλέβες, καὶ τὰ τοιαῦτα μόρια: *Non est etenim sine multa difficultate videre: ex quibus constitutum est genus hominum. vt sanguis, carones, ossa vena, & tales partes.* Neque hanc solùm materiam, sed totam etiam compositionem & figuram quibus partes dissimilares innuit, quas secũdo loco proposuerat loco citato, se tractaturum, prout etiam his libris de partibus tractat. Tertio locò, non statim composita ipsa aggreditur, vt prius promiserat, sed ante hæc, ait, quoniam hæ dissimilares partes instrumenta quædam sint, instrumentum autem omne operationis gratia sit, post instrumentorum explicationem, ait necessariò esse de actionibus tractandum: cum etiam totum corpus actionis cuiusdam plenæ & perfectæ gratia constitutum sit. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ὄργανον πᾶν, ἕνεκά του, τῶν δὲ τοῦ σώματος μορίων ἕκαστον ἕνεκά του, τὸ δὲ οὗ ἕνεκα πρᾶξίς τις, φανερὸν ὅτι καὶ τὸ σύνολον σῶμα συνέστηκε πράξεώς τινος ἕνεκα πλήρους: *Cum itaque omne instrumentum alicuius gratia: & corporis partium vnaquæque gratia alicuius, cuius verò gratia actio quædam: clarũ est quod etiã totũ corpus constitutum est actionis alicuius plenæ gratia.* Posteà, λεκτέον ἄρα τὰς πράξεις πρῶτον τάς τε κοινὰς πάντων, καὶ τὰς κατὰ γένος, καὶ τὰς κατ' εἶδος: *Dicendum ergò de actionibus, primũ communibus omnium, & ijs quæ secundum genus, & ijs quæ secũdum speciem.* Quæ autẽ sint actiones istæ paulo inferius exponit: λέγω δὲ πάθη καὶ πράξεις γένεσιν, αὔξησιν, ὀχείαν, ἐγρήγορσιν, ὕπνον, πορείαν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα τοῖς ζώοις ὑπάρχει: *Dico autẽ passiones & actiones, generationem, incrementum, maris & fœmina copulationem, vigiliam, somnum,*

gressum

*greſſum,& quotcunque alia huiuſmodi animalibus inſunt.* Ex quo propoſito, ſtatim libro ſequēti,& alijs duobus, partes primo ſimilares poſteà diſſimilares explicat, deinde harum actiones. Inter quas prima poſita fuerat generatio, quam ſequentibus libris exponit: deinde alias alijs ſequentibus, tum actiones, tum etiam paſſiones, vſq; ad libellum de Sanitate & morbo. Poſt quem, tota integra, quæ ex ſimilaribus, atq; etiam diſſimilaribus partibus conſtant, quæque actiones prædictas agunt, vel paſſiones patiuntur. Ipſa ſcilicet compoſita & integra animalia, quæ fine libri de Elementorum operationibus vltimo loco tractanda promiſerat. Quam rem libris de animalium hiſtoria exequitur. Itaque quod propoſuit, ritè etiam proſequitur. Eſtq; animalium hiſtoria non primo loco vt omnes Peripatetici ſenſere, collocanda: ſed Ariſtotelica authoritate poſtremo. Sed cur dixerat fine libri de longitudine vitæ. τούτων γὰρ διωρισθέντων, τέλος ἂν ἡ περὶ τῶν ζώων ἔχοι μέθοδος. *His enim determinatis, finē habitura eſt methodus de animalibus?* Quo modo finem eſt habitura, ſi animaliū hiſtoria nō eſt adhuc expedita? Aio methodū de animalibus, libello de Sanitate & morbo terminari: hiſtoriam methodi non eſſe partem. Hiſtoriam reuera τὸ ὅτι *quod ſit*, tractare: methodum verò τὸ διότι *cauſam*. Id autem Ariſtotelicum eſſe aggrediar nunc oſtendere vnde etiā patebit, ordine philoſophiæ Ariſtotelicæ, rectiſſima ratione hiſtoriā poſtremo loco collocandā fuiſſe, eoſq; omnes qui primo loco eam ſtatuerunt, Ariſtotelicæ philoſophiæ ordinem inuertiſſe. Dico igitur, Ariſtotelē naturalis philoſophiæ methodū per cauſas tractaſſe, quod ipſe ferè ſemper, vel initiis vel finibus librorū teſtatur. veluti principio ſecundi de elementis. περὶ δὲ βαρέος καὶ κούφου τί τε ἐστὶν ἑκάτερον, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῶν, σκεπτέον, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἔχουσι τὰς δυνάμεις ταύτας: *De graui verò & leui, quid vtrumque ſit, & quæ eorum natura, inſpiciendum. Et quàm ob cauſam habent has potentias.* Et principio primi de Generatione, & Corruptione. περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς, τῶν φύσει γινομένων, καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων, τὰς αἰτίας διαιρετέον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν: *De Generatione verò, & Corruptione eorum, quæ natura generantur & corrumpuntur, ſimiliter in omnibus, & cauſas diſtinguendum, & rationes ipſorum.* Et initio ſecundi, ἔτι τε περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἁπλῆς πῶς, καὶ τίνος ἐστί, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν. *Adhuc de Generatione, & corruptione ſimplici, quomodo, & cuius eſt, & quàm ob cauſam.* Et initio primi Meteori, περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτιῶν τῆς φύσεως· *De primis quidem cauſis naturæ.* Et reliquorum etiam quæ dicenda proponit cauſas inſpiciendas eſſe ait. ἐξ ὧν περὶ τε πνευμάτων καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν ἂν τὰς αἰτίας, καὶ περὶ πάντων τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων: *Ex quibus etiam ventorum & terræ motuum inſpiciemus cauſas, & omnium quæ generantur, ſecundum horum motiones.* Et rurſus. θεωρήσομεν εἴ τι δυνάμεθα εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον περὶ ζώων καὶ φυτῶν: *Inſpiciemus ſi quid poſſimus dicere, ſecundum prænarratum modum* (ſcilicet per cauſarum inueſtigationem vt hactenus factum eſt) *de Animalibus, & plantis.* quæ promiſſa verbis, re ipſa etiam obſeruat: cuius teſtes ſunt, ea quę deinceps afferemus. Ac primo de meteorologicis: fine primi ait: καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ταῦτα συμβαίνει, εἴρηται, ὁμοίως δὲ καὶ διότι, οἱ μὲν ἀέναοι, οἱ δ' οὔ τῶν ποταμῶν εἰσί: *Et quam ob cauſam hæc accidant, dictum eſt, & cur hi quidem perennes, hi verò minime fluuiorum ſunt.* Et initio ſecundi, περὶ δὲ θαλάττης καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῆς καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἁλμυρὸν τοσοῦτόν ἐστιν ὕδατος πλῆθος. *De mari verò, quæ nam ſit eius natura, & qua de cauſa ſalſa eſt tanta aquæ quantitas.* Et initio tertij, περὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων ἔργων τῆς ἐκκρίσεως ταύτης, τὸν ὑφηγημένον ἤδη τρόπον λέγοντες: *De reliquis verò dicamus exhalationis huius operibus, ſecundum iam prænarratum modum cauſas, ſcilicet inueſtigando.* Sic & capite 2. cum de Halone & Iride incipit agere. περὶ δὲ ἅλω καὶ ἴριδος, τί θ' ἑκάτερον, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν γίνεται λέγωμεν: *De Halone verò & iride, quid & vtrumque & quam ob cauſam fiat, dicamus.* Et initio libri de Elementorum actionibus. ἐπεὶ δὲ τέτταρα διώρισται αἴτια τῶν στοιχείων: *Cum quatuor determinata ſunt Elementorum cauſæ.* & in fine cum de ſimilipartibus ageret: οὕτω γὰρ ἴσμεν ἕκαστον διὰ τί, καὶ τί ἐστιν τὴν ὕλην, ἢ τὸν λόγον ἔχομεν: *Sic enim ſcimus vnumquodq; propter quid, & quid eſt, quando materiam, vel rationem habemus* materia autem & forma inter cauſas ſunt ſemper enumeratæ. Sic toto primo de Partibus, methodum philoſophiæ ζωικῆς, animalis inſtituens, cauſas inquirendas docet, atq; in fine concluſit: ἀρξάμενοι καθάπερ διωρίσαμεν πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων: *Incipientes quemadmodū determinauimus, primū à primis.* Prima aūt proculdu

*Liber de hiſtoria animalium poſt omnes de animalibus libros ſtatuendus.*

bio causæ ipsæ sunt. Inter verò secundi initia. ait, se partes exposuisse in historia, velle verò nunc causas considerare, *δι' ἃς δ' αἰτίας ἕκαστον τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐπισκεπτέον νῦν· Quas verò ob causas vnumquodque in hunc modum se habeat, inspiciendum nunc est.* Sic etiam initio primi de Generatione, *ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐν τοῖς ζώοις εἴρηται, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστον γένος, περὶ τῶν ἰδίων χωρὶς καὶ τίνα τρόπον, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἕκαστον: Cum de alijs partibus quæ in animalibus sunt, dictum sit, & communiter, & de vnoquoque genere de proprijs seorsum, & quo modo, ob causam hanc vnumquodque.* Sic etiam fine vltimi, *καὶ διὰ τίνα αἰτίαν τὴν κινητικήν. Et quam ob causam mouentem.* Sic & principio libri de non Generando, *προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἀνδρὶ, μὴ γεννᾶν ἀλλήλοις συνόντας, τὸ αἴτιον: Procedente verò ætate viro eur, cum coniungantur inuicem non generent causa est.* Ita etiam initio libri de gressu, *περὶ δὲ τῶν χρησίμων μορίων τοῖς ζώοις πρὸς τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τόπον, ἐπισκεπτέον διὰ τίνα αἰτίαν; τοιοῦτον ἐστὶν ἕκαστον αὐτῶν: De partibus verò animalium vtilibus ad localem motum, inspiciendum est quam ob causam tale est vnumquodque ipsorum.* Sic etiam initio libri de Sensu post proposita, *περὶ ὧν θεωρητέον, τί τε ἕκαστον αὐτῶν καὶ διὰ τίνα αἰτίαν συμβαίνουσι: De quibus contemplandum, & quid vnumquodque ipsorum, & quam ob causam accidunt.* Initio quoque libri de memoria. *περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, λεκτέον τί ἐστι, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν γίνεται· De memoria & meminisse dicendum, quid est & quam ob causam fiat.* Principio etiam libri de Somno, *καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ὑπάρχει τοῖς ζώοις: Et quam ob causam inest animalibus.* Quod in fine etiam totius libri repetit, *καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἑκάτερον αὐτῶν γίνεται· Et quam ob causam vtrumque ipsorum fit,* Et principio libri de communi motu animalium, *ὅλως δὲ περὶ τῆς κοινῆς αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι κίνησιν ὁποιανοῦν ἐπισκεπτέον νῦν: Omnino verò de communi causa quòd moueatur motum qualemcunque inspiciendum est nunc* In fine verò eiusdem ait: partium, animæ, sensus, memoriæ, somni, motus communis, *εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας, diximus causas.* Sequenti verò, de longitudine vitæ *ἐπισκεπτέον τὰς αἰτίας. inspicienda causa.* Et sequenti, *ἅμα δὲ καὶ περὶ ἀναπνοῆς ἀναγκαῖον ἴσως τὰς αἰτίας εἰπεῖν: Simul verò & respirationis causas dicere fortè erit necessarium.* In fine cuius, *περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου, οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ μέχρι του τὰς αἰτίας εἰπεῖν: Sanitatis vero & morbi, non solùm est medici, verùm etiam physici, vsque ad terminum quendam, causas dicere.* Causæ igitur omnibus quos commemorauimus libris sunt perquisitæ vsque ad vltimum eius Methodi librum. ad quem cum est peruentum, *τέλος ἡ περὶ τῶν ζώων ἔχει μέθοδος: Finem Animalium methodus habet:* vt ipse dixerat: id est causarum inquisitio, partium similarium, dissimilarium, actionumque earum & passionum. Sed nequaquam *τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης: Finis fuerit factus propositi à principio nostri totius.* Sed erit, *ῥηθέντων τούτων, dictis his,* scilicet *περὶ ζώων καὶ φυτῶν, καθόλου τε καὶ χωρίς: De animalibus & plantis vniuersaliter, & separatim.* Hoc enim & hic, & fine libri de Elementorum actionibus, finis erat futurus totius propositi tractare, scilicet constantia illis partibus similaribus, ac non similaribus. *καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτὸν, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα: Et finis, ea quæ ex his cōstant, vt homo plāta, & alia eiusmodi.* Hæc autem res peragitur libris historiarum, vt scilicet methodi, ac scientiæ more, ex causis, effectus ipsos deducat. Ante quos de Animalium historijs libros locandi fortè essent, si superessent, libri anatomici in quibus partium historia est perscripta. Et hoc loco, dirumpitur iam quarto naturalium librorum ordo. Postremo loco hi quos de integris compositis habemus. Hunc itaque asserto tot Aristotelis testimonijs esse verum & germanum Aristotelicorum naturalium librorum ordinem si ad hos libri de Plantis addantur, quos Aristoteles & initio primi Meteori, & fine libri de Elementorum actionibus post integra animalia posuit, eorumq; tractationē in locū aliū reiecit, primo de Generatione Animaliū ca. 1. *περὶ μὲν οὖν φυτῶν αὐτὰ καθ' αὑτὰ χωρὶς ἐπισκεπτέον: De plantis igitur, ipsas per se ipsas seorsum inspiciendum.* Libro verò de vita longa ca 6. *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καθ' αὑτὰ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν διορισθήσεται: Sed de his, & per se in libris de plantis determinabitur.* Post tractationē scilicet omnem animalium expletam. Post hos omnes de Natura, & de Animalibus libros locandus est liber de Mundo ad Alexandrū Quē superioribus libris pro Aristotelico recepimus Qui totius naturalis Philosophiæ ac etiā sapiētiæ quādātenus videtur esse Epitome & Cōpendiū, atq; hoc nomine ab antiquiorib. multis vocatū fuisse, superiorib. ostēdimus.

*Author ordinem Aristotelicorū librorum à se positū cōfirmat.*

dimus. Post quem si qui essent superstites libri medicinales essent collocandi. Nā ipsius testimonio fini Physici, medicorū principia sunt coniuncta. Sed quia nulli supersunt, post librū de Mundo, locādus est liber Physiognomicus si vnquā germanus Aristotelis inueniatur: tanquam medius inter medicinales & morales tractationes. Signa enim corporis, quæ medici etiam est considerare, per quæ animi mores scrutatur, iam ad Ethicam pertinent: estque liber Physiognomicus ei libro Galeni cognatus & sequax, qui inscribitur. *Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur.* Id enim verum esse Physiognomico comprobatur. Post quam proculdubio libri qui actiuam Philosophiæ partem continent, sequentur. Ac videtur quidem, quia vir & mulier domum constituant: domus plures, vicos: vici, ciuitatē (vt ipse primo Politico tradidit) ordine cōpositiuo, Tractatio de moribus præcedere debere œconomicam, & hæc rursus politicam, vti ferè omnes ad hunc vsq; diem sensere, quorum sententiæ fundamenta iecisse Aristoteles ipse videtur, cum primo œconomico ita scriptum reliquit: ὥστε δῆλον ὅτι πρότερον γένεσει ἡ οἰκονομικὴ πολιτικῆς ἐστί: *Itaq; clarū est quod prior generatione œconomica est quàm politica.* Accedit etiam ad hoc finis decimi Nicomachij. In quo sic dictū est θεωρηθέντων γὰρ τούτων, τάχ᾽ ἂν μᾶλλον συνίδοιμεν, καὶ ποία πολιτεία ἀρίστη, καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη. λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι. *His enim speculatis, forte contuebimur maximè & qualis politia optima, & quomodo vnaquæq; sit ordinata, & quibus legibus & consuetudinibus vtens. Dicamus ergo incipientes.* Vt manifestè videantur post hos libros ij, qui de Republica sunt scripti, vocati: Quorum primus, œconomicam longè doctius & luculentius, & copiosius pertractat, quàm duo illi vel etiam tres dubij, qui œconomices titulo circūferuntur: Quibus testimonijs satis videtur Aristotelis sententia expressa, vt præcedant Ethici, sequatur œconomicus, & politici septem. Multa inuenio huic sententiæ, his que rationibus contraria Aristotelis ipsius testimonia. Quorum primum est ordo ipse Aristoteli omnibus ferè ordinatis tractatibus institutus. Vt ab vniuersalioribus doctrinam omnem tradere inciperet. Ita libro primo Analytico. πρότερον γὰρ περὶ συλλογισμοῦ λεκτέον, ἢ περὶ ἀποδείξεως, διὰ τὸ καθόλου μᾶλλον εἶναι τὸν συλλογισμόν: *Prius etenim de syllogismo dicendū, quàm de demonstratione: quia vniuersale magis sit syllogismus.* Et initio Elenchorum, λέγωμεν ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν ἀπὸ τῶν πρώτων: *Dicamus incipiētes secundum naturā à primis.* Sic vbiq; in libris Physicis à causis incepit vniuersalibusq; Est enim vniuersale, causa. ait enim penultimo capite primi apodictici: τὸ δὲ καθόλου τίμιον, ὅτι δηλοῖ τὸ αἴτιον: *Vniuersale verò honoratius, quia declarat causam.* A causis ergo & uniuersalibus semper ordine doctrinę progressus est. Vniuersalius autem esse ciuitatem totā, domibus ipsam conficientibus: & domus, ipsis patre & matre familiâs filijs, seruisque itidem uniuersalius est. Hac ergo ratione à politicis est incipiendum, postea œconomica sequetur, ultimo Ethica. Alia etiā ratione politicam præcedere affirmare possim; quia ipsius munus & mores ciuium, legibus & institutis ordinare, fœlicitatisq; fine proposito, ad eam ciues ducere. Quod testatur Nicomachiorū primo cap. 2 πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτό, τί ποτ᾽ ἐστί, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων. δόξειε δ᾽ ἂν τῆς κυριωτάτης, καὶ μάλιστα τῆς ἀρχιτεκτονικῆς: τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται. *Tentandum est figura ipsum* (finem vltimum) *comprehendere quid est, & cuius scientia vel facultatis sit. Videretur forte. principalissima, & maximè architectonica: talis autē & politica videtur.* Quia vt subiunxit, ipsa iubet quas scientias esse in ciuitate oporteat, & qualem vnusquisque addiscere, & quousque oporteat, atque ideo duobus capitibus posteà politicam appellat. Quinimò initio primi Moralium paruorum, non Ethicen, sed politicen appellari iustius docet, τὸ δ᾽ ὅλον καὶ τὴν ἐπωνυμίαν δικαίως δοκεῖ ἂν μοι ἔχειν ἡ πραγματεία οὐκ ἠθικὴν ἀλλὰ πολιτικήν: *Totum verò, & nomenclaturam iustè videtur mihi tractatio non ethicen, sed politicam habere.* Prius ergo de politica tractandū, quàm de domo, & vnoquoq; nostrum: quia illa, & domos, & nos ipsos instituit. quod ipse primo politico cap. 2. comprobat his verbis: ἡ δὲ τούτων κοινωνία ποιεῖ οἰκίαν καὶ πόλιν. καὶ πρότερον δὴ τῇ φύσει πόλις ἢ οἰκία καὶ ἕκαστος ἡμῶν ἐστί, τὸ γὰρ ὅλον πρότερον ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ μέρους: *Horum vero cōmunio domū & ciuitatem. Et prius sanè est natura ciuitas, quā domus, & vnusquisq; nostrū. Totū enim necesse est prius esse parte.* Ad hanc rē faciūt etiā verba vlt. ca. eiusdē lib. hæc, ἐπεὶ γὰρ οἰκία μὲν πᾶσα μέρος πόλεως, ταῦτα δ᾽ οἰκίας. τὴν δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὴν τοῦ ὅλου δεῖ βλέπειν ἀρετήν, ἀναγκαῖον πρὸς τὴν πολιτείαν βλέπειν

*Liber Aristotelis physiognomicus.*

τας παιδεύειν καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας: *Cum Domus omnis pars sit ciuitatis, hac verò Domus: partis verò, virtutem totius spectare oporteat, necesse est, ad ciuitatem spectantes, & filios & mulieres instituere.* Ratione ergo Aristotelici in reliquis philosophiæ partibus ordinis obseruati, ratione totius: ratione vniuersalis: ratione principalissimæ & architectonicæ facultatis: ratione naturæ, priores proculdubio sunt disponendi politici libri. In quibus cur primo œconomicen exposuerit, ipse causam statim primo capite assignauit: ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ σύνθετον μέχρι τῶν ἀσυνθέτων ἀνάγκη διαιρεῖν (ταῦτα γὰρ ἐλάχιστα μόρια τοῦ παντός) οὕτω καὶ πόλιν ἐξ ὧν σύγκειται σκοποῦντες, ὀψόμεθα: *Quemadmodum etenim in alijs, compositum vsq; ad incomposita, necesse est diuidere (hae enim minima particula sunt totius) sic & ciuitatem, ex quibus constet, considerantes videbimus.* Et mox. εἰ δή τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ τούτοις κάλλιστ' ἂν οὕτω θεωρήσειεν: *Si quis à principio, res nascentes viderit, & in alijs, sic & in his pulcherrimè contemplabitur.* Hoc igitur primo, nascentem ciuitatem contemplatur, qua domus ipsa natiuitate prior rectè est in œconomica dicta. qua etiam prior est natiuitas maris & fœminæ domum constituentis. Sed institutio eorum ad virtutem, ad fœlicitatem, non ideo prior ipsa vel domo, vel ciuitate. Itaq; rectè dicẽdum est hic singulos homines, & domum considerari veluti principia ciuitatis, atq; ideo primarium sermonem de ciuitate esse deq; ea, vti de natura priore, priorem doctrinã esse tradendam. Quæ ratio si firma est, vti sanè videtur, finis Nicomachiorũ nihil cõtra eã: imo hoc ipso fine arguitur eos libros re vera Aristotelis non esse, sed vti Cicero sensit, Nicomachi. Ciuiles ergò libri primi in morali ordine sunto, octo scilicet politici. neq; enim alios habemus, & hos quidẽ non perfectos. Quibus videtur aptissimè cõiungi liber de Poetica: nã cũ fine octaui politici pueros & adolescẽtes instituẽs, de Musica loqueretur, sic inqt: φαμὲν δ' οὐ μιᾶς ἕνεκεν ὠφελείας τῇ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων χάριν, καὶ γὰρ παιδείας ἕνεκεν, καὶ καθάρσεως. τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς, πάλιν δ' ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, ἐροῦμεν σαφέστερον: *Dicimus verò nõ vnius vtilitatis gratia oportere Musica vti, sed pluriũ. etenim & institutionis & purgationis. Quid verò purgationẽ dicamus nũc quidẽ simpliciter, rursus verò in ijs qua de poetica dicemus clarius.* Rectè igitur, eo statu quo sunt octo his politicis libris liber de poeticè adiungetur. Est enim poetica, institutio quædã pueris, adolescẽtibus, populo vniuerso accõmodata, quod ipsius Aristotelis, & ante eũ Platonis, & post eũ Plutarchi testimonijs cõprobatur. Quẽ sequẽtur libri Rhetorici. nã & hos sub politicã cadere ex ipsius testimonijs superiore libro ostẽdimus. rectèq; videtur poetico generi, genus oratiõis demõstratiuæ cohærere, ad iuuenes populũq;, aliorũ laudatione seu vituperatione inflãmandos ad virtutẽ, & à vitijs absterrẽdos. Quod ex Platonis Menexeno fuisse Athenis in vsu apparet. quod genus sequi iudiciale debet, quod factorũ rectè vel secus præmia & pœnas exigit. Tertio loco deliberatiuum sit: quod reipublicæ vniuersæ prouidet. Quanquam Plutarchus nono Sympositaco, hoc genus secundo loco, iudiciale vero tertio ex antiquorum authoritate collocet. post Rhetoricos, œconomicus lib. 1. sequatur. nam duos reliquos nothos esse ostendimus. Particularius enim quoddã quã Politici, Poetici, & Rhetorici tractat. Quẽ sequãtur eadẽ ratione, & Aristotelis ordine superius ex primo politico ostenso libri Ethici, ij scilicet qui Aristotelis legitimi sunt, scilicet parui, qui hactenus magni sunt vocati. nã hi Aristotelis indubiè sunt. Atq; hæc actiui generis philosophia: quã sequitur factiua, quæ vnico libro mechanico est cõprehensa. Hæc ergo est series Aristotelis dogmaticorũ librorũ, post quàm est collocãda altera series problematicorũ, problematũ scilicet, si modo Aristotelis sint verè; quæ & ipsa cũ variorũ generũ sint, per genera superiora sunt distinguẽda, singulæq; sectiones suis generibus subijciendæ. Vt si quæ Logici generis sint primo loco statuantur. secundo si quæ ad entiũ scientiam pertineant. Tertio si quæ ad sapientiam, ac de reliquis itidẽ eadẽ serie qua librorũ genera disposuimus. Sed profectò Logici generis atq; Entis nullæ videntur esse. Neq; etiam de sapientia. Itaq; primæ in ordine sunto, quæ mathematici generis sunt. Vt quę 15. hactenus fuit. quæcunq; mathematica. & circa cælestia, secunda quæ 19. Quæcunq; ad harmoniã. Hunc ordinẽ Physicus cõsequitur, in quo vniuersaliora sine dubio & excellentiora præcedere debent: dein quæ minus vniuersalia, postremò, quæ minimè: quod quidẽ difficile in maxima illa confusione est obseruare sed vtcunq; potest id fieri, facere est

Politicorum librorum Arist. ordo.

annitendum. Primum itaq; locū inter Physica obtineant, quæ circa aerem: secundū quæ circa ventos aeris passiones: tertium, quę circa temperies aeris: quartū, quæ circa mare: quintū, quæ circa calidas aquas: sextum, quæ ad inanimata: septimū, quę ad animata: octauum, quæ circa arborea, & herbacea: nonum, quæ circa fructus: decimū. quæ circa farinam & placentas: vndecimum, quæ decima sectio fuit sub titulo Epitome Physicorum. Quæ ad hominē vniuersaliter spectant: veluti etiā ea videtur quæ ex Sympathia inscribitur. duodecimum deinde, ea quæ ad vniuersum hominis corpus. decimūtertium, quæ ad colorem vniuersi corporis: decimumquartum, quæ ad tremorem & palpitationē: decimumquintū quæ ad laborem: decimumsextū quæ ad sudorem: decimumseptimū, quæ medicinalia hæc enim ad totū corpus pertinere possunt: vt etiā ea q̄ ex situ. decimūoctauū q̄ sint in loco: decimūnonū, ea quæ ad nobiliorem hominis partē attinent mentē scilicet. sub titulo, quæ ad prudētiam, mentē & sapientiam: vigesimū, quæ ad corporis nobilissimā partē, caput scilicet, quæ ad ebrietatē, quæ cognitionē auferunt: vigesimū primū deinde ea, quæ eam adferunt. vt quæ ad oculos: vicesimūsecundū, quę ad aures: vicesimūtertiū, quæ ad voces auriū obiectū: vicesimūquartū, quæ ad nasum: vicesimūquintū, quæ ad odora: vicesimūsextū, quæ ad fœtida: vicesimūseptimū quę ad os: vicesimūoctauū, quæ ad tactū: vicesimūnonū, quæ ad rē venereā, tactus scilicet speciē: tricesimū, quæ ad partes sub oculis. Post Physicū verò genus sequatur id quod ad mores pertinet, in quo tres sunt sectiones: scilicet quæ ad timorē & fortitudinē. Secūda quæ ad temperantiā, & intēperantiā. Tertia quę ad iustitiā, & iniustitiā. Quibus adiungatur vltimo loco ea sectio, quæ ad philologiā spectat. Confusionē verò problematum singulorū sub singulis sectionibus comprehensorum, non audet animus in ordinem redigere. Atque ideo hic finis esto totius Aristotelicorum librorum ordinis.

*Physicorū ordo.*

*Problemata in ordinē redigi nō facilè possunt.*

# ARISTOTELIS

## *AVDITORES, SECTATORES,*

### *Expositores.*

### LIBER DECIMVS.



HACTENVS, studiose adolescens, expositū habes à nobis, satis lōga nō dicā sermonis, sed multorū librorū prolixitate, quæcunq; de Aristotele ipso, deq; eius vel legitimis vel nothis libris, tū ex antiquis authorib. tū etiā ex ipsomet Aristotele colligere, ac disponere potuimus. Rē vt puto tibi nō inutilē ad Aristotelicæ philosophiæ studia futurā: quippe q̄ te ex multis Quęstionū Scholasticarū ambagib. exsoluere queat: atq; etiā spiritū animūq; tuis studijs indere eo ordine, quo & librorū genera, generūq; libros Aristotelica sentētia disposuimus. Quoniā verò doctrina hisce libris cōprehēsa & auditores olim & sectatores multos habuit, & ꝓpter ipsius obscuritatē, etiā explanatores, tū antiquissimos, tū etiā recētiores, operæ preciū visum est, vt eos viros, à quibus ingentia sciētiarū volumina sunt edita, quibusq; ob id ingētes habere gratias debemus, nō ignorares: quod plerisq; earū sciētiarum sectatorib. accidit. Vt quos authores omnis eorū doctrinæ agnoscūt, qui, qualesue, qua patria, quibus tēporib. fuerint, prorsus ignorent. Quæ res, & nostris his parū laudis promeretur: illisq; multū laudis & gloriæ abrogat. Vtrūq; præsente hoc volumine tibi restituere pro mea virili conabor, exponāq; singillatim quæcunque in antiquorū authorū monumētis, nō sine multo sanè labore cōquisiui. Ordiar itaq; à primis illis Aristotelis auditoribus, nomineq; Peripatetico, quo & Aristoteles ipse & eius oēs tū auditores tū amatores vocari amauerūt. Peripateticorū itaq; nomē. *ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, à deambulatione* fluxisse certū est. Sed an his deambulator primus, Plato, vel Aristoteles fuerit, id sanè incertū est. Plerīq; enim authorū putāt, Aristotelem omniū primū deambulatorē fuisse, deambulandoq; in Lyceo mane, & vespere, suos discipulos docuisse. Quod Cicero attestatur primo Academico, sic scribens: *Nam cum Speusippū Sororis filiū Plato philosophia quasi heredē reliquisset: duos aūt præstantissimos*

*Peripatetici vnde orti.*

*ſtudio atq; doctrina, Xenocratem Calcedonium, & Ariſtotelem Stagiritem, qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant deambulantes in Lycio.* Contra Diogenes Laertius, & Ammonius Hermiæ, aiunt à Platone id nomen ortum. Sic enim ille in fine Clitomachi. ἡμεῖς δὲ τοὺς Ἀκαδημικοὺς τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος διεληλυθότες, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος περιπατητικούς, ὧν ἦρξεν Ἀριστοτέλης. *Nos verò Academicos, qui à Platone, cum recenſuerimus, veniamus ad Peripateticos qui à Platone: quorum princeps fuit Ariſtoteles.* Ammonius verò prolegomenis Categoriarum ita ſcripſit. οἱ δὲ περιπατητικοί, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὕτως ἐλέγοντο. Πλάτων γὰρ γυμνασίας ἕνεκεν περιπατῶν, ἐποιεῖτο τὰς πρὸς τοὺς ἑταίρους συνουσίας. ὃν ὁ Ἀριστοτέλης διαδεξάμενος ἔσχε τὴν ἐκ τῆς ἐνεργείας ἤτοι τὴν τοῦ συμβεβηκότος ἐπωνυμίαν: *Peripatetici verò talẽ ob cauſam ita dicebãtur. Plato enim exercitij cauſa deambulãs, faciebat cũ ſocijs cõuerſationes, cui Ariſtoteles ſuccedẽs, habuit ex actione ſeu accidẽte cognomẽ.* Horũ ſententiæ fauet illa opinio quæ peruulgata eſt, Platonẽ cum eſſet nimium vegeto corpore, eius extenuandi gratia, Academiã locum inſalubrem ad habitandum, atq; etiã ad docendum elegiſſe, ibiq; ne nimis aeris peſtilentia illi noceret, deambulationes exercuiſſe. Fuerit ergò vel Plato vel Ariſtoteles primus deambulator, Ariſtoteles certè, Princeps Peripateticorũ ab omnib. ſemper eſt habitus. Quo nomine eum, nos quoq; honorabimus. Docebat itaq;, vti ſuperius tradidimus, in Lyceo deambulando, mane ſecretiores doctrinas: eamq; *deambulationẽ matutinã* ἑωθινὸν περίπατον: veſpere verò vulgatiores. eamq; δειλινὸν περίπατον, *veſpertinã deambulationẽ* appellabat. Quib. doctrinis oẽs ſuos diſcipulos, quos multos habuit, vt ait Strato eloquẽtes fecit. quorũ nomina, quę inueni ſubſcribã: Theophraſtus, & Phanias Ereſsij, Eudemi duo, Rhodius & Cyprius, Paſicrates illius Eudemi frater. Clearchus Solenſis, Dicæarchus Meſſenius, Ariſtoxenus Tarantinus, Calliſthenes Olynthius ſororis Ariſtotelis filius, Hipparchus Stagirites, & Ariſtotelis cognatus, Clitus Mileſius, Critolaus quidã, Dioteles, Menedemus Rhodius, Leon Byzantius, Nicanor, quẽ generũ ſibi teſtamẽto cõſtituit. Philo, Plato iunior, Satyrus, Socrates Bythinus, Timarchus, Mnaſon, Hermias Eunuchus, Phraſidemus Phocẽſis, Antipater Iolai, Menon, Palæphatus Abydenus, Aeſchrion, qui & amaſij eius fuerũt. Callippũ etiã Aſtrologũ, cuius ab Ariſtotele quinto de Sapientia fit mẽtio. licet his adiungere, quẽ teſtatur Simplicius ſecũdo de Cœlo, cõmen. 46. cũ Ariſtotele cõtuliſſe quę de Aſtrologia à Polynarcho Eudoxi diſcipulo didicerat, eaq; cũ eo correxiſſe. Omnium horum celeberrimi nominis fuit Theophraſtus. quẽ ait Strato, omniũ ſuorum diſcipulorũ Ariſtotelẽ feciſſe eloquentiſſimũ. Cicero autẽ nõ dubitat ex multorum ſentẽtia, eũ etiã Ariſtotele maiorem appellare. Qualis hic vir fuerit, quotq; ac quales libros ſcripſerit, ſatis ex Laertio conſtat ſubdam verò hîc libros aliquot, ab illo nõ numeratos, apud alios authores repertos. Nam librum περὶ γενέσεως στοιχείων, *de elementorum generatione* citat Simplicius tertio de Cœlo cõm. 11. Simplicius idem primo Phyſicos, com. 17. librum decimum de motu Theophraſti citat, cum Diogenes non niſi tres recenſuerit. Iterum libro 8. comm. 43. Tertium de Cœlo nominat, cum Diogenes vnum tantùm commemoret. Libro verò ſecundo de Cœlo cõm. 11. librũ Theophraſti περὶ ταχυτήτων *de Velocitatibus* citat. Athenæus verò libro 14. illi, vel Ariſtoteli commentarios Phaſianorum attribuit. Eudemos duos habuit auditores, alterum Rhodium, de quo Simplicius ſæpiſſimè habet mentionem, cuius vt puto ſunt Moralia Eudemica, ac fuerunt Analytica Eudemica. hic poſt Ariſtotelem vixit, vt ex principio commentariorum Simplicij in primum de Motu coniectura ſatis aperta eſt manifeſtum. huius etiam primo Phyſico cõm. 13. citat Geometricam hiſtoriam, & Laertius in procemio aliam quandam eius hiſtoriam affert, in qua retulerat Magorum ſententiam eſſe, homines reſurrecturos. Alter fuit Cyprius, de cuius morte, in Sicilia dum eſſet fautor Dionis, vt ex Plutarchi Dione patet, Ariſtoteles ipſe ſcripſit ea quæ ex primo de Diuinatione Ciceronis ſuperius attulimus. in cuius honorem Ariſtoteles Dialogum de Anima, ſub eius nomine conſcripſit, atteſtante id Plutarcho in Dione his verbis. συνέπραττον δὲ καὶ τῶν πολιτικῶν πολλοί, καὶ τῶν φιλοσόφων, ὅτι κύπριος Εὔδημος, εἰς ὃν Ἀριστοτέλης ἀποθανόντα, τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησε: *Coadiutores verò fuerunt, & ciuilium multi, & Philoſophorum: & Cyprius Eudemus, in quem vita functum, Ariſtoteles Dialogum de Anima ſcripſit:* Paſicrates quoq; Eudemi Rhodij frater, cuius eſſe primum minorem metaphyſicorũ librũ, ex quorundam

opinione

opinione Philoponus testatur initio in eum librum cōmentariorum suorum, quē nos ex Cypria calamitate eripuimus. Fuit etiam, vt pleriq; credunt, inter Aristotelis discipulos Theodectes ad quem dicitur Aristoteles libros quosdam Rhetoricos scripsisse. de quibus Valerius maximus libro octauo sic scribit, de Aristotele loquēs, *Is namq; Theodecti discipulo Oratoria artis libros. quos ederet donauerat, moleste q; postea ferens, titulum eorum sic alij cessisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens, planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse adiecit.* Id autem factum ab eo est Rhetorico. tertio cap. 12 His verbis: αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν ταῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται *Principia verò periodorum ferè in Theodectis sunt enumerata.* Sed in procemio Rhetoricæ ad Alexandrum, artis istius ad Theodectē fit mentio, περιτεύξῃ δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις ὧν τὸ μὲν ἐστὶν ἐμὸν, ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις τὸ δ' ἕτερον κόρακος: *Operā verò dabis his duobus libris, quorū alter meus est, in ijs artibus quas Theodecti scripsi, alter Coracis.* Non tamē hæc verba arguunt, hunc librū, qui nunc vnus est nō duo, Aristotelis, nō autē Anaximenis esse. potuit enim Anaximenes quoq; ad Theodectē artē scribere, cū vterq; in expeditione Asiatica Alexandro Socius fuerit. Quod de Theodecte Plutarchus in Alexādro testatur. Laertij verò verba illa: τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς, seu συναγωγῆς, *artis Theodectis introductionis, seu collectionis* lib. 1. indicāt potius Aristotelē, collectionē quandā vel introductionē artis a Theodecte cōscriptæ, vno libro scripsisse. Videtur nanq; is socius & amicus Aristotelis fuisse potius, quā discipulus nullius enim discipuli Aristotelis vnquā mentionē fecit. huius verò quinquies vel sexies etiā secūdo Rhetorico, & semel primo Politico meminit, citatque loca ex eius Tragœdijs, Alcmæone, Aiace, Socrate. Oreste, Lege, Helena, de quo Suidas: Θεοδέκτης Ἀριστάνδρου Φασηλίτης ἐκ Λυκίας ῥήτωρ. τραπεὶς δ' ἐπὶ τραγῳδίας, μαθητὴς Πλάτωνος καὶ Ἰσοκράτους, καὶ Ἀριστοτέλους, ὅστις καὶ ὁ Ἐρυθραῖος Ναυκράτης, καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀπολλωνιάτης καὶ Θεόπομπος ἐπὶ τῆς ργ. Ὀλυμπιάδος εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ. Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψαμένης. καὶ ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδίᾳ ἄλλοι δέ φασιν Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. δράματα δ' ἐδίδαξεν ν. τελευτᾷ δὲ ἐν Ἀθήναις ἐτῶν γεγονὼς μα. καὶ μὲν ἔτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος ἔγραψε δὲ καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην: *Theodectes Aristandi Phaselites ex Lycia Rhetor, versus tamē ad Tragœdias: discipulus Platonis Isocratis & Aristotelis. Hic & Erythræus Naucrates, & Isocrates Apolloniates Rhetor, & Theopompus centesimatertia Olymp: dixerūt epitaphium in Mausolum Artemisia eius vxore procurante. Et vicit, maximū honorem reportans ex ea quam dixit Tragœdia. alij verò ferūt Theopompū primas tulisse. dramata docuit quinquaginta: moritur Athenis annorū. 41. patre superstite. scripsit etiā Rhetoricā artem versibus: & alia quedā collectanea.* Dicæarchus quoq; Messenius Siculus inter præcipuos Aristotelis discipulos est habitus. De quo Suidas. Δικαίαρχος Φειδίου Σικελιώτης ἐκ πόλεως Μεσσήνης, Ἀριστοτέλους ἀκουστὴς, φιλόσοφος καὶ ῥήτωρ καὶ γεωμέτρης καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν, Ἑλλάδος βίον ἐν βιβλίοις γ. οὗτος ἔγραψε τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν, καὶ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι, καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ. *Dicaarchus Phidia Siculus ex vrbe Messana, Aristotelis auditor, Philosophus & Rhetor, & Geometra, dimēsiones Peloponesi montium, Gracia vitā in libris tribus. hic scripsit Spartiatarū Rēpub. Et lex Lacedemone posita est, vt singulis annis ea oratio legeretur. ad Ephororū tribunal, & qui iuuenilē haberēt ætatē, audirēt: atq; id ad multos annos tenuit.* Hāc fortè montiū dimēsionem, innuit Strato lib. 1. cum Dicæarchum cōnumerat illis, q Geographiā attigerūt. librorū verò de vita Græciæ meminit Athenęus li. 13 atq; alijs locis libros his, de Alcmane, de Alceo: de Descēsu in Trophonij antrū de Sacrificio ad Iliū, Tripoliticū, Olympicū. Sextus aūt Empiricus lib. 1 ca. 19: ait, cū scripsisse hypotheses in fabulas Euripidis & Sophoclis. Aristophanis interpres, in Vespibus citat eius librum περὶ μουσικῶν ἀγώνων, *de musicis certaminibus.* Cicero verò librum de hominum interitu citat libro de officijs secundo. quarto de finibus, Principibus Philosophis eum annumerat, de Panætio loquens: Semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum: Dicæarchum. Huius Plutarchus sæpe mentionem facit, interque primarios philosophos reponit Aristotelem, Theophrastum, Hieronymum & Symposiaco quarto pulcherrimam eius affert sentētiam. ὥσπερ ᾤετο χρῆναι Δικαίαρχος, τοὺς μὲν αὐτῷ προσφιλάζειν ἅπαντας: φίλους δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς: *Quemadmodum putauit Dicaar-*

*obus*

*chus, oportere qdē beneuolos sibi oēs parare: amicos verò bonos viros facere.* De Aristoxeno
Suidas in hūc scribit modū. Ἀριστόξενος, υἱὸς Μνησίου τοῦ καὶ σπινθάρου μουσικοῦ, ἀπὸ τάραντος τῆς
Ἰταλίας. διατρίψας δ' ἐν Μαντινείᾳ, φιλόσοφος γέγονε. καὶ μουσικῇ ἐπιθέμενος, οὐκ ἠστόχησεν ἀκου-
στὴς τοῦ πατρὸς, καὶ Λάμπρου τοῦ ἐρυθραίου, εἶτα Ξενοφίλου τοῦ Πυθαγορείου, καὶ τέλος Ἀριστοτέλους, εἰς ὃν
ἀποθανόντα ὕβρισε, διότι κατέλιπε τῆς σχολῆς διάδοχον Θεόφραστον, αὐτοῦ δόξαν μεγάλην
ἐν τοῖς ἀκροαταῖς τοῦ Ἀριστοτέλους ἔχοντος. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν μετέπειτα χρόνων, ὡς
εἶναι ἀπὸ τῆς ρια. ὀλυμπιάδος· σύγχρονος τῷ Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ. συνετάξατο δὲ, μουσι-
κά τε καὶ φιλόσοφα, καὶ ἱστορίας καὶ παντὸς εἴδους καὶ παιδείας. καὶ ἀριθμοῦ αὐτοῦ τὰ βιβλία εἰς υνγ: *A-
ristoxenus filius Mnesia, qui & Spintharus, Musici. ex Taranto Italia. commorans verò
in Mantonea, philosophus est factus: Et Musica incumbens, non est frustratus. auditor Pa-
trìs & Lampri Erythrai, dein Xenophili Pythagorei, postremò Aristotelis, in quem vita
functum iniurius fuit, quia Schole successorem reliquisset Theophrastum, cum ipse inter
Aristotelis auditores in magna esset opinione, fuit verò Alexandri, & etiam posteriorū
temporibus: vt fuerit à centesima vndecima Olympiade contemporaneus Dicaarcho Messe
nio, conscripsit verò Musica, & philosophica & historias, & omnis generis. & de educatione:
vt numerus librorum eius sit 453.* Inter quos libros quatuor de Musica citat Athenæ-
us libro 14 qui nondū Græcè impressi, apud nos sunt. Cicero de Aristoxeno Tuscula-
na prima superius citata loquens, sic scripsit. *Alter ita delectatur suis cantibus, vt
eos etiam ad hac transferre conetur, harmoniam autem ex interuallis sonorum nosse possu-
mus. quorum varia compositio harmonias etiam efficit plures: membrorum verò situs, &
figura corporis vacans animo, quam possit harmoniam efficere, non video. Sed hic quidem
quamuis eruditus sit, hac magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat.* Phanias verò
conterraneus Theophrasti, auditor & Aristotelis, & Theophrasti, scripsit & ipse mul
ta, ex quibus Athenæus varijs locis citat, De Pretis, contra Sophistas, de Siculis Ty-
rannis, Tyrannorum excidium. Eressiorum Prytanas. & de Plantis libros aliquot,
quorum quintum idem author libro 9. appellat. Ammonius verò ait eum scripsisse
etiam Categorias, Analytica, de interpretatione, οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ, Εὔδημος καὶ Φανίας,
καὶ Θεόφραστος γεγραφήκασι, κατηγορίας καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικήν: *Discipuli enim ipsius
(Arist.) Eudemus & Phanias, & Theophrastus, scripserunt Categorias, de interpretatione,
& Analyticen.* Clearchus Solensis ipse quoq; permultos libros confecit, quorum
nomina aliquot sunt apud Athenæum ἐρωτικά, *amatoria*, γεργίθιον. *Gergithium*. περιγρα-
φαὶ *transcripta*: Περιγραφαὶ, *descriptiones*. περὶ γρίφων *de griphis* hi quid sint Aristo-
phanis interpres in vespibus sic explicat, γρῖφοι δὲ λέγονται, τὰ ἐν τοῖς συμποσίοις προβαλ-
λόμενα, αἰνιγματώδη ζητήματα: *Griphi verò vocantur, ænigmatica quæstiones, quæ in conui-
uijs proponuntur.* περὶ βίων, *de vitis*. περὶ θινῶν, *de arenis*. περὶ νάρκης *de torpedine*. περὶ παι-
δείας, *de educatione* περὶ πανικοῦ, *de panico*, περὶ παροιμιῶν, *de prouerbijs*, περὶ σκελετῶν, *de
crura habentibus*. περὶ τῶν ἐνύδρων, *de aquatilibus*. περὶ τῶν ἐν Πλάτωνος πολιτείᾳ μαθηματι-
κῶν, *de Mathematicis, quæ in Platonis Repub sunt*. περὶ φιλίας, *de amicitia*. περὶ φυγα-
δείας *de exilio*. Ex quibus libris multos locos citat idem author. Menedemo Rho-
dio, vt narrat Gellius libro 13. capite 5. Aristoteles ipse, Theophrastum prætulit in
scholæ successione, quem locum satis est indicasse: huius libros nullos vsquam inue-
ni appellatos. ipsius aliquando meminit Plutarchus. Diotelem verò, Aristomenem,
Timarchum, Curatores eius testamēti reliquit simul cum Hipparcho & Theophra
sto. Illorum trium nihil præter hoc ipsum inueni: De Hipparcho verò Suidas sic ait.
Ἵππαρχος Σταγειρίτης φιλόσοφος, Ἀριστοτέλους γνώριμος καὶ συγγενής, τί τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ παρὰ
θεοῖς, καὶ τίς ὁ γάμος, καὶ ἄλλα τινά: *Hipparchus Stagirites philosophus. Aristotelis auditor,
& consanguineus. quid mas & fœmina apud Deos, & quid nuptia & alia quadam* scili-
cet scripsit. Callisthenes Aristotelis fuit ex sorore seu ex consobrina nepos Olynthi-
us. de quo multi multa, sed hæc præcipua. Eum ab Aristotele, Alexandro in Asiam
proficiscente studiorum comitē traditum: nimię seueritatis fuisse ita vt nulla in re
Alexandro blandiri, aut assentiri vellet: imò apertè, & audacter de eo loqui, Ipsumq;
corā reprehendere sæpe auderet: quam rē intelligens Aristoteles versum illum Ho-
meri protulit ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις. *Cita mortis eris mihi fili, qualia lo
queris*: & Alexāder alterū ex alio Poeta μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός: *Odio habeo
sapientē, qui neq; sibi sapiens est.* His moribus odium Regis incurrit, qui eum suspectum
præterea habuit cōiurationis illius, quam Hermolaus contra regem parauerat: qui-
bus

bus de causis cum ferrea cauea inclusum circumferri iussit. tandem situ obductus & pediculis leoni obiectus est. De quo Suidas, ita scripsit. Καλλισθένης Δημοτίμου. οἱ δὲ Καλλισθένους Ὀλύνθιος. μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς. ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. ὁ δὲ ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν, ἀπώλεσεν ἅμα Νεάρχῳ τῷ τραγικῷ, διότι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. τινὲς δ' αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ, ἀνῃρῆσθαί φασιν ἅμα Νεάρχῳ. ἦν δὲ εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. καὶ φέρεται λόγος ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλήσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον κατέστρεψε. *Callisthenes Demotimi, aly Callisthenis Olynthius, discipulus Aristotelis & consobrinus, quem dedit sequi Alexandrum Macedonem: is verò in caueam ferream conyciens, interemit simul cum Nearcho Tragico, qui ipsi consulebat, non requirere ab Atheniensibus vocari dominus. Aly ipsum vt coniurantem contra Alexandrum, interemptum cum Nearcho. erat autem aptissimus natura improuisè loqui, & fluxu multo ferri. & fertur sermo, quod Callisthenes à pediculorum redundantia, & ebullitione vitam obyt.* scripsit historiam quandam: Simplicius verò secundo de cœlo, commen. 46. hæc de eo habet verba: διὰ τὸ μήπω ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ. ἅς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι καὶ ἐννακοσίων τριῶν μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, σωζομένας: *Eo quia nondum à Callisthene ex Babylone missa in Græciam venerant, obseruationes: quot illi Aristoteles iniunxerat. quas narrat Porphyrius esse mille & noningentorum trium annorum vsq; ad Alexandri Macedonis tempora seruatas.* Nicanor fuit filius Proxeni Atarnensis, apud quem, vt Ammonius scribit, Aristoteles post obitum parentum fuit educatus. Cuius filium Nicanorem, gratitudinis ergò. Aristoteles educauit ac in filium adoptauit, testamentoq; legauit vt Pythias eius filia vxor illi daretur. quod & factum est. de qua re, Sextus Empiricus libro primo cap. 16. ita scripsit. Pythias autem filia Aristotelis nupsit tribus viris. Primũ quidem Nicanori Stagiritæ familiari Aristotelis Secũdo autem Procli &c quæ primo libro retulimus. Hermias autem Eunuchus qui matrem Pythiadis Aristoteli trādiderat in vxorem, ipse quoque Aristotelis discipulus fuit, de quo Suidas. Ἑρμίας ὁ εὐνοῦχος ἀταρνεύς, χώρα δ' ἐστὶ Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ ἧς καὶ ἦρχε βασιλέως τῶν Περσῶν ὑπήκοος. εὐνοῦχος δὲ καὶ δοῦλος γενόμενος Εὐβούλου Βιθυνοῦ δυνάστου καὶ φιλοσόφου, ἀσκηθεὶς παιδείαν παρ' Ἀριστοτέλους, ἔγραψε περὶ ψυχῆς ὅτι ἀθάνατος: *Hermias Eunuchus Atarneus, (est autem regio Mysiæ quæ est ad Hellespontum) cuius etiam princeps fuit Persarum Regi subditus. Eunuchus verò & seruus fuit Eubuli Bythyni Dynastæ & Philosophi, ab Aristotele eruditus, scripsit de Anima quòd immortalis.* Strato autem Geographiæ libro 13. ita de eo scribit. Fuit autem Hermias Eunuchus, Strapezitæ cuiusdam famulus, qui Athenas profectus, Platonem, Aristotelemque audiuit, postea ad dominum reuersus, atque cum eo primum & Atarnenses & Assenses aggresso imperauit, postea illi successit, & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligenter curauit, Aristoteli etiam consobrini filiam dedit. Per id tempus Memnon Rhodius, cum Persis ministraret & exercitum duceret, simulata cum Eunucho amicitia. hospitalitatis nomine, & tractandarum rerum gratia, illum ad se vocat: quem cũ comprehendendisset, ad regem misit, ibique suspensus est. Philosophi verò, fugientes loca à Persis occupata, incolumes euasere. Laertius autem etiam Amasium Aristotelis cum ex aliquorum sententia ait fuisse. Talem etiam fuisse Aeschrionem Suidas commemorat. Αἰσχρίων Μιτυληναῖος, ἐποποιὸς ἐστὶ συνεξεδήμει Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, ἦν δ' Ἀριστοτέλους γνώριμος, ὡς Νίκανδρος ὁ Ἀλεξανδρεύς, ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν: *Aeschrion Mitylenaus poeta Heroicus, qui cum Alexandro Philippi, in expeditione fuit. fuerat autem Aristotelis discipulus, & amatus, vt Nicander Alexandreus, in libro de Aristotelis discipulis.* Cuiusmodi fuit etiam Palæphatus. Abydenus vt idem Suidas tradit. Παλαίφατος Ἀβυδηνὸς, ἱστορικὸς, Κυπριακὰ, Δηλιακὰ, Ἀττικὰ, Ἀραβικά. γέγονε δ' ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. παιδικὰ δ' Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, ὡς Φίλων. *Palephatus Abydenus historicus, Cypriaca, Deliaca, Attica, Arabica. Fuit autẽ sub Alexandro Macedone, amasius verò Aristotelis philosophi, vt Philo.* &c. Philo etiam quidam cuius meminit Athenæus lib. 13. καὶ Σοφοκλῆς δέ τις, ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας τοὺς φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς, καθ' οὗ λόγον ἔγραψε Φίλων Ἀριστοτέλους γνώριμος. ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ Σοφοκλέους Δημοχάρους πεποιηκότος τοῦ Δημοσθένους ἀνεψιοῦ: *Et Sophocles quidã suffragiys omnes philosophos ex Attica eyciebat*

*bat cōtra quę scripsit Philo, Aristotelis discipulus, cū pro Sophocle Apologiā fecisset. Demochares Demosthenis cōsobrinus.* Socrates quoq; Bithynus, cuius meminit Laertius in Socrate. Plato etiam Iunior, cuius itidē in Platone idem Laertius: & Philoponus cū commen. in Analyticos de syllogismo cap. de mixtione necessarij & inesse, sic scribit. Verùm alij vt Theophrastus, Eudemus, Plato, negant sic se habere vt Aristoteles inquit, non Platonem Aristotelis præceptorem, sed Platonem discipulum intelligit. Satyrus quoque quidam fuit Aristotelis discipulus, vt apud Athenæum initio libri 13. est videre, cuius libros hos, *βίοι, vita*, libro 12. *βιὸς φιλίππου vita Philippi.* libro 13. & *περὶ χαρακτήρων, de characteribus.* libro 4. Leo Byzantius etiam à Suida inter Aristotelicos auditores connumeratur. *Λέων Βυζάντιος φιλόσοφος περιπατητικὸς καὶ σοφιστής, μαθητὴς Πλάτωνος, ἢ, ὥς τινες Ἀριστοτέλους, ἔγραψε τὰ κατὰ Φίλιππον, καὶ τὸ Βυζάντιον βιβλίοις ζ'. Τευθρανικὸν περὶ Βησάλου, τὸν ἱερὸν πόλεμον, περὶ στάσεων, τὰ κατ' Ἀλέξανδρον. Leo Bizātius philosophus Peripateticus, & Sophista, discipulus Platonis, vel vt quidā Arist. scripsit ea quæ inter Philippum & Bizantium, libris septem. Teuthranicum, de Besalo, sacrum bellum, de statibus, Alexandri gesta.* Is erat, vt Suidas, præpinguis, cumque apud Athenienses legatione fungeretur, pinguedine sua risum in populo commouit, tum ipse, ridetis ob pinguedinem hanc? scitote mē vxorem longè pinguiorem habere, attamen concordes nos, vnus lectus capit, discordes ne tota quidem domus: cumque per epistolam eum Philippus tanquam à se pecunijs corruptum, apud populum in suspicionem proditionis posuisset, populusque ad eius domum tumultu magno accurrisset, timens ne lapidibus obrueretur seipsum suffocauit. Mnason Phocensis, is fuit qui cum Aristotele simul, Platonem iam octuagenarium è schola eiecerunt, vt ex Aeliano primo libro retulimus. Menonis etiam apud Galenum fit mentio, libro primo de Natura humana, vbi ita scribit. *Quòd si veterum velis placita medicorum cognoscere, quos legas libros habes; vbi decreta sunt medica contracta, ascriptos quidem Aristoteli, à Menone tamen eius auditore sine controuersia scriptos. quocirca Menonys quidam his libris nomen dederunt.* Fuit etiam Aristotelis discipulus, Antipater Iolai qui in Macedoniæ regnum successit, Alexandro eius iussu, Aristotelisque opera, veneno sublato. scripsit is vt Suidas refert, Epistolarum libros duos, in quarum vna Aristotelis obitum exposuit, vt alicubi Plutarchus refert: historiam Perdiccæ, Illyricas actiones. Phrasidemus quidam à Diogene, in Stilpone Peripateticus numeratur, qui fortè Aristotelis auditor fuit, nam Theophrasti tempore floruit. Qui Theophrastus, Aristoteli, eius iussu in schola successit. Cuius solius ex tam magno Aristotelicorum auditorum numero aliquot libri supersunt. Quem Cicero Tusculana quinta elegātissimum omnium philosophorum & eruditissimum appellat. Vitam eius à Laertio scriptam habemus: in qua tradit eum plus quàm quatuor millia auditorum habuisse: de tam grandi numero, non nisi paucorum nomina inuenimus. fuerunt autem hi, Metrodorus Theorematicus, Temagoras Gelous. Nicomachus Aristotelis filius, Nicanor Aristotelis gener. Proclus & Demaratus Aristotelis nepotes ex filia. Erasistratus medicus, Callinus, Demotimus, Callisthenes alius. Melanthes, Pancreon, Nicippus, Pompylus qui eius seruus fuit, Ctesarchus Hegesias, Callippus, Philomelus. Lysander, Philion, Olympiodorus, Adimantus, Androsthenes, Arimnestus, Lysistratus, Thesippus. Dioscorides, Dionysij. Astycreon, Lynceus Samius, Hippolochus Macedo, Simachus. Braxiphanes, Metrocles. Arcesilaus, Strato Lampsacenus. Inter hos celeberrimi fuerunt, Erasistratus, contra quem Galenus sæpe inuehitur. Nicomachus Aristotelis. qui physicæ auscultationis & ethicæ patris sui libros quos sæpe recensuimus edidit. Braxiphanes, cuius mentio est apud Proclum primo libro in Timæum. Lynceus Samius, cuius apud Athenæum hi libri citantur: Aegyptiaca, apomnemoneumata, apophthegmata, epistolæ ad Diagoram, ad Comicum Posidippum, Centaurus, de Menandro, ars condimentorum. Hippolochi ab eodem initio libri quarti fit mentio, & epistolæ cuiusdam affertur sententia. Metrocles, qui in Cynicam sectam sese contulit. Arcesilaus, qui à Theophrasto, ad Polemonem Xenocratis successorem transijt, fuitque nouæ Academiæ institutor, cuius vita apud Laertium extat. Neleus Scepsius, cui bibliothecam suam in qua Aristotelica inerat vti superius est expositū, reliquit. Strato Lāpsacenus, qui physicus est appellatus, atq; in scholā Theophrasto successit. cuius vitā à Laertio habemus, ac eius libros enume-

ratos

ratos.inter quos nominantur liber de coloribus,liber de ſpiritu. ſuntque hi qui inter Ariſtotelicos iam tot annis circunferuntur. is ſæpe à Cicerone,à Plutarcho, Athenæo,Galeno,Sexto, Simplicio, alijsque antiquis authoribus non ſine magnis laudibus nominatur,de quo Suidas:στράτων λαμψακηνὸς φιλόσοφος, θεοφράστου γνώριμος καὶ διάδοχος, υἱὸς δ' Ἀρκεσιλάου, ἢ ἀρκεσίου, ὃς ἐπεκλήθη φυσικὸς διὰ τὸ παρ' ὅντινα οὖν ἐπιμεληθῆναι τῆς φυσικῆς θεωρίας:καθηγήσατο δὲ καὶ Πτολεμαίου, τοῦ ἐπικληθέντος φιλαδέλφου καὶ ἔγραψε βιβλία πολλά:*Strato Lampſacenus philoſophus Theophraſti amicus & ſucceſſor,filius Arceſilai vel Arceſij,qui cognominatus eſt phyſicus, quia præter alium quemcunque in phyſicam rem incubuit,docuit etiam Ptolemæum Philadelphum,& ſcripſit libros multos*. Diſcipulos multos habuit,inter quos, Olympicum, Ariſtidem, Mneſigenem,Hippocratem,Epicratem,Gorgylum,Dioclem, medicum apud Galenum celebratiſſimum. Athanem,Lampyrionem,Daippum,Iræum, Aminiam, Philocratem, Ptolemæum Philadelphum,Lyconem. qui illius teſtamento ſcholam eſt adeptus. eius vita eſt à Laertio deſcripta. Hic diſcipulos habuit Aſtyanactem,Amphionem,Ariſtomachum, Pyrhonem, Heraclium,Lycomedem,Diophantum, Heraclidem Demetrij,Euphronium, duos Lycones, quorum alter eius nepos fuit, Callinum,cui ex teſtamento libros non editos reliquit, editos verò Chareti cuidam vt eſt apud Laertium. Vſque ad huius obitum Peripateticorum ſucceſſionem in Diogene habemus,ſingulorumque annorum numerum, Nam Theophraſtus ab Ariſtotelis in Chalcidem diſceſſu,qui fuit Olymp.114. anno 3. docere cœpit,docuitque vſq; ad Olympiadis 123. annũ 3.qui ſunt anni 36 Strato annos 18. præfuit ſcholæ.quã legauit Lyconi Olympiade 127.in qua docuit annos 44. Vndecim Olympiadas ſcilicet,vſque ad Olymp. 138.Huic Ariſto Ceus eius auditor ſucceſſit. quod Cicero libro quinto de Finibus tradidit. *Primum Theophraſti Strato,phyſicum ſe voluit appellari:in quo etſi eſt magnus,tamen noua pleraque & perpauca de moribus. plura Lycon, & oratione locuples, rebus ipſis ieiunior, concinnus deinde & elegans huius Ariſto.* poſt quem etiamſi Hieronymum nominet,non tamen inter ſucceſſores eſt numerandus.nam is Lyconis tempore vixit,cum quo etiam odia geſſit, vt author eſt Laertius in Lycone. Ariſtoni ſucceſſit Critolaus ex Ciceronis ſerie,quem Romam Athenienſium legatum veniſſe ipſe author eſt in libris de Oratore. quod lib 17. Gellius atteſtatur fuiſſe anno ab vrbe condita 534 qui incidit in annum ſecundum Olympiad.140.vt videatur Ariſto minus decem annis Scholam rexiſſe. Hanc fuiſſe ſucceſſionem Peripateticorum Athenis, etiam Plutarchus libro de exilio atteſtatur ſic inquiens: εἰ τὴν περιπατητικὴν ἀσπάζῃ μάλιστα καὶ τεθαύμακας, Ἀριστοτέλης ἦν ἐκ σταγείρων, Θεόφραστος ἐξ Ἐρέσου, στράτων ἐκ Λαμψάκου,Γλύκων ἐκ τρῳάδος,Ἀρίστων ἐκ κέω,Κριτόλαος φασηλίτης: *Si verò Peripateticam maximè optas ac admiraris, Ariſtoteles fuit ex Stagiris.Theophraſtus ex Ereſſo. Strato ex Lampſaco, Glyco ex Troade, Ariſto ex Ceo; Critolaus Phaſelites*,Clemens autem Strom.libro primo, ſic eadẽ de re ſcribit: *Apud Platonem philoſophatus Ariſtoteles,cum tranſijſſet in Lyceum, hæreſim creat Peripateticam: et ſuccedit Theophraſtus, cui Strato, cui Lycon,deinde Critolaus, deinde Diodorus:* oblitus Ariſtonis,ſed poſt Critolaum Diodorum ponens,non eum qui Cronus eſt appellatus,qui Stilponis & Theophraſti tempore floruit, ſed alterum, cuius alibi quàm apud Ciceronem loco paulo antè citato, mentionem factam non inuenio: Hic eum facit Critolai (vt Clemens) auditorem,ſic enim ſubiungit. *Qui autem de ſummo bono diſſentit Critolaus, imitari antiquos voluit, & eſt quidem grauitate proximus,& redundat oratio,attamen is quidem in patrijs inſtitutis manet.Diodorus eius auditor adiungit ad honeſtatem,vacuitatem doloris. Hic quoque ſuus eſt, de ſummoq; bonò diſſentiens,dici verè Peripateticus non poteſt.* Ariſtonis Cei meminit Athenæus libro 13. eiusque libri περὶ ἐρωτικῶν ὁμοίων *de amatorijs ſimilibus*: ex quo multa transfert Stobæus in ſuum anthologium. Laertius verò ex ſententia tum Panætij,tum Soſicratis, omnes libros Ariſtoni Chio Stoico attributis, præter epiſtolas quæ Stoici huius Ariſtonis eſſent Ariſtonis Peripatetici eſſe affirmat,qui ſunt. adhortationum duo de Zenonis dogmatis dialogi,ſcholarum 6.de Sapientiæ ſtudijs 7. amatoria ſtudia. commentaria de vanagloria. commentariorum 25. dictorum factorumque tres.contra Rhetoras,contra Alexini anthographas. contra dialecticos 3. Critolai verò quandam de Rhetorica ſententiam affert Sextus cap.de Rhetorica ſic ſcribẽs.

Critolaus certè Peripateticus & multò antè Plato, cum hoc vidissent, eam vituperarunt, vt quæ artificium esset potius improbum quàm ars. Quot verò annos Diodorus docuerit, aut quis illi successor fuerit in schola, non habeo compertũ: nisi is fuerit Erymneus, cuius lib. quinto, meminit Athenæus his verbis. *ἐν τῇ ἐρυμνέως τοῦ περιπατητικοῦ σχολῇ διέτριβε τις Ἀθηνίων: in Erymnei Peripatetici schola diuersabatur quidam Athenion.* nam tempora ferè conueniunt: cum hoc tempore Apellicon quoque Teius vixerit, de quo satis superque suprà. Compertum tamen habeo ab hoc Diodoro qui sextus ab Aristotele fuit, quatuor alios vsque ad Andronicum Rhodium in Peripatetica Schola fuisse successores, nam Ammonius ait Andronicum hunc ab Aristotele 11. fuisse lib. de interpretatione. *πλὴν Ἀνδρονίκου τοῦ ῥοδίου, ὃς ἑνδέκατος μετ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους. Excepto Andronico Rhodio, qui vndecimus fuit ab Aristotele.* A Stratone vsque ad hunc Andronicum floruerunt etiam alij Peripatetici. Quos hic subiungam. Hieronymus Rhodius, cuius magnũ nomen fuit. Quia Athenæus Aristotelis ait discipulum fuisse libro decimo, *τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Ἱερώνυμος ὁ ῥόδιος Ἀριστοτέλους ὢν μαθητής, καὶ οὗτος ἐν τῷ περὶ μέθης: Eadem narrat & Hieronymus Rhodius, Aristotelis discipulus, & ipse in lib. de Ebrietate.* Qui tamen vt Laertius testatur, Lyconis æmulus fuit. ac ideo necesse est senem tunc fuisse, si Aristotelis discipulus fuit, namq; ab Aristotelis obitu vsq, ad Lyconis in schola successionẽ vt antea visũ est anni interfuerũt 54. Huius qui & Peripatetic. est dictus, Athenæus lib citat his titulis. De citharœdis. Historica comm. & de Ebrietate. Aristones præter Ceum alij duo, alter Alexandrinus, alter ab Ilio. Quorum mentio est apud Laertium in Zenone. Strato etiam alter qui Alexandriæ vixit. Demetrius Phalereus, cuius nomen celeberrimum, & Demetrius Byzantius. Aristobulus Iudæus, qui ad Ptolemæum Philometorem scripsit aliqua. Phormio, cuius Cicero mentionem facit Agatharchides Gnidius, cuius mentio est apud Stratonem libro Geogr. 14. cuius nuper prodijt fragmentum quoddam historiæ de mari Erythræo. scripsit vt est apud Athenæum de Europa, de Asia, historias. Stasças qui Romæ, vt Cicero testatur cum Marco Pisone vixit. Cratippus qui Athenis Ciceronis tempore docuit. Fuerunt fortè alij etiam innumerabiles, quorum nomina temporum iniuria obscurauit. Neque enim Theophrasti, & Stratonis monumentis vsque ad Ciceronem qui fuerunt anni plusquam 220. vlla tot philosophorum scripta præter Agatarchidis pauca ea quæ diximus ad nostrã ætatem peruenerunt. Inuenio etiã apud Tatianũ in oratione contra Græcos, Ephorum Cumanum, Philochonum Atheniensem, Megaclidem Chamalæensem peripateticos de Poesi Homeri, eiusque genere, & tempore scripsisse. Ciceronis tempore floruit Demetrius quidam, quem Plutarchus refert Catoni Iuniori, dum moriturus Phædonem Platonis legeret, astitisse. Et Rhodius Andronicus, quem superioribus libris, docuimus Aristotelis libros promulgasse: quorum plerosque videtur paraphrasi vel commentarijs illustrasse: Crantoris exemplum & Posidonij Stoici secutus, quorum ille primus in Platonem commentaria scripsit, quod Proclus com. in Timæum testatur. hic verò etiamsi Stoicus esset, Timæũ Platonis expoluit. Sic. n. Simplicius in Categorias, *διὸ καὶ Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον. propterea & Andronicus paraphrasi librum categoriarum exponens.* Et libro 2. de natura com. 17. At Andronicus sic. *Actus enim est mobilis etiam ab hoc, & exponit quasi non paraphrasticè, sed fusè.* Eius honorificam mentionem Galenus facit, libro: quòd animi mores. *Enimuerò Andronicum Peripateticum, quod intrepidè vt vir ingenuus, essentiam animæ nihil obscuritate. inuoluens, enunciarit, & multum commendo & viri dicta recipio, nam & in alijs pluribus talem eum comperio.* Extat adhuc eius libellus *περὶ παθῶν de Affectibus,* qui est apud nos. Andronici fortè auditor fuit Sosigenes illustris mathematicus: quem Plinius lib. 18. cap 25. tradit à Cæsare adhibitum ad corrigendum solaris cursus annum. Fuit is Alexandri Aegæi præceptor, vt tertio libro significauimus. Eius quoque discipulus fuit Boethus Sidonius authore Ammonio in prædicamenta, *Βοηθὸς μὲν οὖν φησὶ Σιδώνιος, ὁ δὲ διδάσκαλος τούτου Ἀνδρόνικος ὁ Ῥόδιος: Boëthus quidem Sidonius ait: Verùm huius præceptor Andronicus Rhodius.* De quo Strato libro 16. *καθ' ἡμᾶς δ' ἐκ Σιδῶνος μὲν ἔνδοξοι φιλόσοφοι γεγόνασι, Βοηθός τε ᾧ συνεφιλοσοφήσαμεν ἡμεῖς τὰ Ἀριστοτέλεια, καὶ Διόδοτος ἀδελφὸς αὐτοῦ. Nostro tempore*

*tempore, ex Sidone, illustres Philosophi fuere, Boethus, cum quo nos Aristotelica Philosophati sumus, & Diodotus eius frater.* Quibus verbis testatur Strato, se quoque Peripateticum fuisse: scripsit Geographicos libros decem & septê quos habemus. Boethus autem & ipse in Aristotele declarando laborauit, fitque sæpè, & apud Themistium, & apud Ammonium, & apud Simplicium eius honorifica mentio, vocaturque à Simplicio, ὁ θαυμάσιος, *admirabilis.* Fuit etiam Andronici auditor Aristo non Ceus, aut Chius, sed Cous, sic scribente libro decimoquarto Stratone. ἐκαθ' ἡμᾶς Νικίας, ὁ κατατυραννήσας κῴων, καὶ Ἀρίστων ὁ ἀκροασάμενος τοῦ περιπατητικοῦ, καὶ κληρονομήσας: *Et nostro tempore Nicias, qui Coorum Tyrannus fuit & Aristo auditor Peripatetici & hæres.* Peripateticum ob excellentiam Andronicum vocans: quià primus vt à nobis expositum est prioribus libris, Aristotelis & Theophrasti libros in lucem edidit, eorumque legitimam Philosophiam instaurauit, vti superius est dictum. Hunc ipsum Aristonem Simplicius numerat inter veteres Aristotelis interpretes Categoriarum his verbis: ταῦτα δ' ἐπισήμαντες οὕτω τοὺς παλαιοὺς τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς αἰτιῶνται, Βοηθὸν, καὶ Ἀρίστωνα καὶ Εὔδωρον καὶ Ἀνδρόνικον, καὶ Ἀθηνόδωρον. *Hæc verò annotantes hi, veteres categoriarum interpretes accusant, Boethum & Aristonem, & Eudorum, & Andronicum & Athenodorum.* Et sæpè aliàs. Atque hic est Aristo, quem Strato libro 17. scribit librum de Nilo scripsisse, litemque de eo cum hoc Eudoro habuisse, ἀλλ' ἐῶ ταῦτα, πολλῶν εἰρηκότων, ὧν ἀρέσκει δύο μηνῦσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ περὶ Νείλου βιβλίον, Εὔδωρον καὶ Ἀρίστωνα, τοὺς ἐκ τῶν περιπάτων. πλὴν γὰρ τῆς τάξεως, τά τε ἄλλα καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ ἐπιχειρήσει ταὐτὰ ἐστὶ κείμενα παρ' ἀμφοτέροις· ἐγὼ γοῦν ἀπορούμενος ἀντιγράφων, εἰς τὴν ἀντιβολὴν ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέβαλον, πότερος δ' ἦν ὁ τ' ἀλλότρια ὑποβαλλόμενος, ἐν Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν. Εὔδωρος δ' ᾐτιᾶτο τὸν Ἀρίστωνα, ἡ μὲν φράσις Ἀριστώνειος μᾶλλον ἐστίν: *Sed sino hæc multis dicentibus, quorum placet duos significare, qui nostro tempore fecerunt librum de Nilo, Eudorum & Aristonẽ Peripateticos. Præter enim solum ordinem, alia & phrasi, & tractatione eadem sunt posita ab ambobus. Ego itaque cum codicum copiam non haberem alterum cum altero contuli, vter autem aliena vsurpasset in Ammone inuenire quis posset. Eudorus accusabat quidem Aristonem, sed phrasis Aristonia magis est.* In quo libro de Nilo, cuius nunc fragmentum quoddam sub Aristotelis nomine circumfertur erratum esse puto nominis propinquitate, vt cum Aristonis nomine liber inscriptus fuerit. Aristotelis quispiam librarius supposuerit. Quod in Eusebij præparatione bis accidit & libro vndecimo cap. 1. & lib. 14. cap. 7. Vbi quædam ex libris Aristotelis de philosophia, affert, cum non Aristotelis, sed Aristoclis verè debeat dici. Quod ex rebus ipsis quæ ibi afferuntur videbitis, qui cognoscet ibi mentionem fieri Aristoxeni Musici librorum, qui Aristotelis fuit discipulus, & etiam in altero & Stilponem nominat, & ipsum met Aristotelem. Atque hæc obiter sint dicta. De Athenodoro Tarsensi, qui & ipse inter Categoriarum interpretes est nominatus, quem Stoicũ fuisse reperio. Ad hunc, vt Plutarchus ait, libro quòd principibus maxime confert Philosophos alloqui, Cato ab exercitu est profectus. De quo idem Plutarchus, in apophthegmatibus regum ita scripsit de Augusto loquens. Ἀθηνοδώρῳ δὲ τῷ φιλοσόφῳ διὰ γῆρας εἰς οἶκον ἀφιχθῆναι δεηθέντι συνεχώρησεν. ἐπεὶ δὲ ἀσπαζόμενος αὐτὸν ὁ Ἀθηνόδωρος εἶπεν: ὅταν ὀργισθῇς Καῖσαρ, μηδὲν εἴπῃς μηδὲ ποιήσῃς πρότερον ἢ τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτὸν ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, ἔτι σοῦ παρόντος χρῄζω ἔχω. καὶ κατέσχεν αὐτὸν ὅλον ἐνιαυτὸν, εἰπὼν ὅτι ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας: *Athenodoro autem philosopho supplicanti, vti ob senectutem domum abire liceret, concessit. postea verò cum salutans postremo eum, Athenodorus dixisset, quando irasceris Cæsar, nil dicas aut facias, priusquam apud te ipsum percurreris quatuor & viginti literas, apprehendens eius manum, adhuc tua præsentia opus habeo. Et retinuit eum integrũ annum, dicens quod silentij etiam munus periculo vacat.* Simplicius citat huius librum πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας *Contra Aristotelis Categorias.* Sæpeque ex eo libro affert sententiarum Aristotelicarum destructiones. Vt etiam Porphyrius. libello prædicto eum adducit reprehensorem. vocum diuisionis principio eius libri factæ. Eiusdem Augusti tempore floruit etiam Nicolaus Damascenus, Augusto charissimus. De quo Plutarchus libro octauo Sympoſiacon ista refert. ὁ γοῦν βασιλεὺς ἀγαπήσας διαφερόντως τὸν περιπατητικὸν φιλόσοφον Νικόλαον, γλυκὺν ὄντα τῷ ἤθει

*vitam elegit, vsus est Arij amicitia, postea etiam Cæsaris Augusti, vsque ad senectutem in honore habitus perseuerauit: sed paulo ante obitum, visu orbatus morbo interijt.* Is est Xenarchus ille qui à Simplicio primo de cœlo sæpè appellatur. Variæque eius aduersus Aristotelem dubitationes adducuntur. Atque hos quidem omnes Peripateticos philosophos floruisse Augusti tempore comperi. Qui verò sub Tiberio & Caligula, & Claudio: nullos habeo compertos. Neronis præceptor fuit Alexander Aegæus. quod Suidas refert: Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, φιλόσοφος περιπατητικὸς, διδάσκαλος Νέρωνος τοῦ βασιλέως, ἅμα χαιρήμονι τῷ φιλοσόφῳ: *Alexander Aegæus philosophus Peripateticus, præceptor Neronis regis, simul cum Charemone philosopho.* hic verò Stoicus fuit. Huius semel tantùm Simplicium mentionem facere inuenio prooemio in Categorias. τῆς δ' αὐτῆς δόξης καὶ ὁ αἰγαῖος ἀλέξανδρος: *Eiusdem opinionis & Aegeus Alexander.* ex quibus verbis eliciat fortè quispiam, eum in Categorias scripsisse. sub quo etiam Cornutum vixisse Suidas est testis, qui Stoicus quidem fuit: attamen in Aristotelis Categorias scripsit destructiue, vt inquiunt, quod & Porphyrius & Simplicius attestantur. cum T. etiam Liuio historico simultates exercuit, cum ambo eadem florerent ætate. Ab his vsque ad Alexandrum Aphrodisieum qui sub Antonino & Aeuero vixit, reperio quosdam Peripateticos nominatos, sed sine temporum ordine, aut alia multa notione, annis 93. qui à Neronis morte vsque ad initia imperij horum Imperatorum intercurrerunt,, Sotionem & Achaicum, quos Simplicius sæpè in Categoriarum comment. citat in quem librum videntur commentarios scripsisse. Sed Clemens libro quarto strom. & Theodoretus libro 8. passionum Græcarum Achaici etiam moralia citant. Sotionis verò qui Alexandrinus fuit διαδοχαὶ *id est, philosophorũ successiones,* tum à Laertio, tum ab Athenæo, tum etiã ab Eunapio appellantur. videturque Senecæ fuisse præceptor, vt est apud Eusebium. Vnde vetustiorem necesse est fuisse Alexandro AEgeo. citatur ab Athenæo etiam eius liber περὶ τῶν τίμωνος σιλλῶν: *De Timonis sillis.* Apollonium Alexandrinum Peripateticum nominat Plutarchus libro de fraterno amore, cui Clemens libro sexto adiungit Herodianum fratrem. cuius fortè est apud nos liber περὶ σχημάτων *de figuris,*, & alia quædam.

Sub Adriano floruit Phauorinus Gallus, qui etiam, vt est apud A. Gellium, Aristotelica est philosophatus. & vt videtur Lacydes quidam, cuius meminit AElianus libro de animalibus 7. capite 41. narratque habuisse Aristonẽ ita eius amore captũ, vt nunquam ab eo discederet, cum eo ambularet, cũ eo itidem sederet.

Sub Antonino verò Taurus Berytius qui etiam si Platonicus fuerit, attamen primus omnium scripsit περὶ τῆς τῶν δογμάτων Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους διαφορᾶς: *de differentia dogmatũ Platonis & Aristotelis:* vt author est Suidas scripsit etiã de corporibus, & incorporeis. & alia plurima: ex quo, aliquot loca affert Philoponus contra Proclum. Lucius etiam quidam fuit, quem Simplicius sępe citat. Scripsit contra Aristotelis Categorias & eum in re hac secutus Nicostratus Macedo, qui sub eodem Imperatore Sophisticam exercuit. eius quoque Simplicius sępe meminit. Porphyrius in Plotini vita, nominat circa eadem tempora Heliodorum Alexandrinũ. Fuit etiam ijsdem temporibus Iustinus martyr Claudius Seuerus & Iunius Rusticus M. Aurelij præceptores. Et Adrastus Aphrodisieus, cuius sæpè Simplicius & alij Aristot. expositores meminerunt, & Galenus libello de libris proprijs: vbi testatur eum in Categorias Aristotelis commentaria scripsisse, & Simplicius in libros de Natura, & librum de ordine Aristotelicæ philosophiæ. Eodem loco Aspasij quoque meminit Galenus & alio quodam loco: vbi narrat redijsse in patriam quendã Aspasij discipulum, dum ipse esset adolescens. vt appareat Aspasium superstitem adhuc fuisse. sed fortè valde senem vt facile potuerit Aegei fuisse discipulus: videturque ex interpretibus qui extant, in omnes Aristotelis libros commentaria edidisse: ac maximam illi curã fuisse Aristotelicæ lectionis corrigendę. À Boetio nanq; & Simplicio sæpissimè ad id adducitur extant adhuc eius commentaria in aliquot Ethicos Nicomachios. Paulo iunior fuit Herminus, videturq; omnes vel plerosq; Aristotelis libros exposuisse: ita vbiq; ab omnibus Græcis & Boetio citatur: appellatur etiã à Proclo in Timæũ, vt appareat eum illũ quoq; librum explanasse. De quo

tomicorũ, Romæ Boethũ quendã consulare virum, Peripateticæ philosophiæ studiosum & Eudemum, & Alexandrum Damascenum. cum quo ait se disputationem quandam habuisse. sed proferam verba ex Anatomico. *Romam repetij: vbi permultas Boetho contectiones ostendi, præsentibus quidem et semper Eudemo Peripatetico & Alexandro Damasceno, qui nunc Athenis publicè Peripatetica disciplina professione dignatur.* Eadem tempora attigit sed iunior, Ammonius Alexandrinus, qui ex baiulo philosophus talis euasit, vt neminem parem habuerit, authore Porphyrio in Plotini vita. Cognominatus est Saccus ea causa quam libro sexto Græcarum passionum recenset Theodoretus. *Commodo Romanum imperium moderante, Ammonius cognomento Saccus, relictu saccis, in quibus frumenta circumferebat, philosophicæ vitæ se tradidit.* Suidas ait eum è Christiano in Hellinismum transisse, quod etiam Porphyrium tradidisse author est Eusebius libro 6. Ecclesiasticæ historiæ cap. 15. sed ipse asserit id falsum esse, atque eum Christianum ad obitum vsque permansisse. Porphyrius in Plotini vita sic de eo scribit. *sed inter Peripateticos, Ammonius atque Ptolemæus, disciplinarum ambo maximè omnium suo tempore pleni, præsertim Ammonius nullus enim ad disciplinarum illius copiam, prope accessisse videtur.* Ptolemæi autem huius meminisse videtur Simplicius primo cœli commen. ἰστέον δ' ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ περὶ στοιχείων βιβλίῳ, καὶ ἐν τοῖς ὀπτικοῖς, καὶ ὁ μέγας Πλωτῖνος: *Sciendum verò quod Ptolemæus in libro de elementis, & in opticis & magnus Plotinus.* non puto autem hunc fuisse Claudium Ptolemæum Astrologum, qui authore Suida sub M. Antonino floruit. Hic verò aliquanto iunior videtur. Sextus etiam alterius ab his ambobus Ptolemæi peripatetici meminit, libro primo cap. 7. his verbis: *Eum autem* (scilicet Platonem) *reprehendit Ptolemæus Peripateticus, dicens, quod non oportebat eum dicere experientiam esse grammaticam.* hic enim Ptolemæus præcessit Sextum, Sextus autem sub Antonino floruit, author est Suidas. Σέξτος Χαιρωνεύς, ἀδελφιδοῦς Πλουτάρχου, γεγονὼς κατὰ Μάρκον Ἀντωνῖνον τὸν καίσαρα φιλόσοφος, μαθητὴς Ἡροδότου τοῦ Φιλαδελφέως, ἦν δὲ τῆς πυρρωνείου ἀγωγῆς. *Sextus Cheroneus, sororis Plutarchi filius, philosophus fuit tempore M. Antonini Cæsaris, discipulus Herodoti Philadelphæ: fuit autē secta Pyrrhonia.* quem Laertius in fine Pythonis, empiricum vocat. confirmatque eum auditorem Herodoti fuisse, etiamsi Herodorum non Philadelphæum, sed Tarsensem faciat. sed vicinitas harum vrbium hoc æquiuocum fecit. Quare non est dubitandum, Sextum Empiricum, & Chæroneum eundem verè esse, etiamsi Sexti Libys, idem Suidas meminerit, & Pyrrhonici & qui Scepticos decem etiam libros vri empiricus conscripserit. Porphyrius autem eodem loco, Heliodori etiam Alexandrini, Peripatetici mentionem facit: *Ex Peripateticis autem Heliodorus Alexandrinus* & rursus idem Porphyrius: *quibus Heliodorum quoque adnumerare licet, qui & ipse præter illa, quæ ab antiquioribus audita fuerant, nihil plus omnino ad distinctiorem orationis structuram contulisse videtur.* Ante Ammonium Saccum fuerat alter Ammonius Alexandri Aegyptius, præceptor Plutarchi Chæronei, cuius ipse sæpè meminit. Is tribus philosophijs Platonica, Aristotelica, Stoica se imbuerat, sed Platonicæ magis addictus fuit. cœpit in schola Aristarchi docere, priusquàm Augustus monarchiam inuaderet; vt Suidas in Ammonio refert. Ab eo videtur mixta quædam philosophia cœpisse, vt eo posteriores plerique philosophorum, & Pythagorici, & Platonici, & Peripatetici, & Stoici, nonnulli etiam Epicurei, Cynici, & Pyrrhonici esse voluerint. E quibus celebriores fuerunt sub Neronis Imperium Euphrates AEgyptius, Dion Bithynius, Apollonius Thyaneus, Numenius, Musonius Maximus Tyrius, Aristobulus, Oenomaus, Taurus Berytius, Epictetus, Arianus, alijque permulti. Inter quos mixtæ philosophiæ studiosos, posteriores etiam, Atticus Platonicus, & Galenus, & Damascenus Alexander sunt annumerandi, & Ammonius Saccus & Plotinus & post eum Porphyrius, Iamblichus, & alij multi quorum partem recensebimus. Inter quos fertur Taurus scripsisse de differentia dogmatum Platonis & Aristotelis. Atticus verò contra vt nonnulli referunt, Eadem esse Platonis & Aristotelis dogmata. Quod mihi nequaquam probatur. Nam Theodoretus lib. 12. Græcarum passionum tradit, Atticum contra Aristotelem scripsisse, quia do-

m 4

cuisset, externa bona fœlicitatem perficere. Quæ sententia Platonis minimè est. Plotinus quoq; philosophias omnes hausit, minus tamē palam illis suos libros asperſit Platonicam maximè est complexus. quod Porphyrius testatur. Is verò maximè omnium Platonica cū Aristotelicis miscuit. Platonemq; atq; Aristotelem totos vti creditur exponendos suscepit, conatusq; est libris septem ostendere, contra Tauricam thesin, Platonis & Aristotelis dogmata non differre. quod Suidas attestatur, περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν ζ. *Vnam esse Platonis & Aristotelis hæresin, libros septem.* Cuius sententiæ multos postea habuit sectatores: interq; eos Simplicium. Scripsit Peripateticè, Isagogen, dialogum in Categorias quæ adhuc extant. in easdem Categorias libros septem quorum Simplicius meminit. A Boetio verò in librum de Interpretatione sæpè adducitur. Simplicius quoque in libros de Natura, & de cœlo, eius testimonia citat: à Philopono quoque in libros de anima. Sed apparet ex Suida contra Aristotelem hac in re scripsisse. edidit enim librum πρὸς Ἀριστοτέλην, περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν, *Aduersus Aristotelem, animam esse entelechiam*: nam illud πρὸς aduersus, significat, non autem, ad, vt interpres vertit. Plutarchus enim πρὸς τοὺς Στωικοὺς *aduersus Stoicos*, πρὸς Κολώτην, *aduersus Colotem*. Et Galenus πρὸς Θρασύβουλον, πρὸς Λύκον. *Contra Thrasybulum contra Lycum* scripserunt. Fuit autem Porphyrius è Tyro Phœniciæ. cius auditor præcipuus Iamblichus, Chalcide Cœlesyriæ, natus illustri genere. cuius Eunapius egregias quasdam laudes decantat. Scimus verò, ex Proclo, ex Simplicio, ex Iuliano, Libanio, Synesio eum præstantissimum fuisse philosophum: ita vt nunquam à Proclo & Simplicio, sine horum agnominum altero, ὁ θεῖος, ὁ μέγας, *diuinus, magnus*, nominetur. Clarè constat ex Simplicij testimonijs eū, abdito quodā sensu categorias explanasse ac libros de anima. sunt etiā suarū expositionum testimonia apud eundem in libros de natura, de Motu, De Cœlo, & de Elementis: fuit Iuliano Imperatori acceptissimus. Interijt autem quod est apud Zonaram, hausto veneno Valentis Cæsaris metu. Iamblicho fuit Anatolius paulo vetustior, qui sub Diocletiano (sub quo Porphyrius obijt circa annum Christi tercentesimum) primus dicitur Alexandriæ Peripateticam scholam aperuisse. Quod Nicephorus Callistus libro 6. capite 36. scripsit. Extant eius aliquot expositiones Pythagoreorum numerorum libello, qui θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς *Theologumena arithmetices* inscribitur. Iamblichi filius Dexippus videtur fuisse, nam Simplicius procemio Categoriarum Dexippum Iamblichi eum appellat Δέξιππος ὁ Ἰαμβλίχου: Cuius extat dialogus in categorias. Iamblichi itidem fuere plurimi discipuli, inter quos maximus Byzantius, qui in easdem categorias commentaria edidit, & alios Aristotelis libros. vt authores sunt Simplicius, & Suidas. & Maximus Ephesius qui Iulianum in hellenismum induxit. Isque cum Claudiano & Nymphidiano fratribus, Sopatro Apamiensi Chrysanthio Sardiano. Eustathio Cappadoce, Sosipatra eius vxore, ac Antonino filio, occultam quandam Philosophiam, quæ à Iamblicho in eos deriuauerat, tractasse. Cuius etiam discipulus fuit AEdesius, nec non scholæ successor, quod Eunapius testatur: & Priscus Thesprotius, Eusebius Myndius, & complures alij: inter quos & Plutarchus Nestorij Atheniensis, Plutarcho Chæroneo multis annis posterior. Isque Plutarchus fuit, qui in Aristotelis aliquot libros commentaria condidit, atque à Philopono in libros de Anima sæpè appellatur, de quo Suidas. Πλούταρχος Νεστορίου, Ἀθηναῖος φιλόσοφος, διδάσκαλος Συριανοῦ τοῦ γενομένου ἐξηγητοῦ Πρόκλου τοῦ Λυκίου *Plutarchus Nestorij Atheniensis philosophus, præceptor Syriani, qui fuit expositor Procli Lycij*. Nam exposuit Procli librum de Homericis Dijs, etiamsi præceptor quoque eius esset. Proclus enim & Plutarchum audijt, in vltimo iam senio constitutum, vt Marinus in Proclo narrat, & Syrianum qui Plutarcho in schola successit. Is ab omnibus, Magnus cognominatur, fuitque Alexandrinus. de quo Suidas. Συριανὸς Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, ἡγησάμενος τῆς ἐν Ἀθήναις σχολῆς καὶ διατριβῆς. διδάσκαλος γενόμενος Πρόκλου ὃς καὶ διάδοχος αὐτοῦ ἐγένετο. ἔγραψεν εἰς Ὅμηρον ὅλον ὑπόμνημα ἐν βιβλίοις ζ. εἰς τὴν πολιτείαν Πλάτωνος βιβλία δ. εἰς τὴν Ὀρφέως θεολογίαν βιβλία β. εἰς τὰ Πρόκλου περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ θεῶν συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος περὶ τὰ λόγια βιβλία ι. καὶ ἄλλα τινὰ ἐξηγητικά: *Syrianus Alexandreus philosophus ductor*

*ductor Atheniensis scholæ & studij: qui fuit doctor Procli, qui etiam ei successor fuit. Scripsit in totum Homerum commentarium libris septem, in Rempub. Platonis libros quatuor. in Orphei Theologiam libros duos. in Procli libros de Dijs Homericis, Concordiam Orphei, Pythagoræ, & Platonis: de oraculis libros decem & alias quasdam expositiones.* Inter quas in Platonis Timæum, in Aristotelis libros de Natura, & de motu, de Cœlo, & Categorias. Citatur enim à Simplicio, & à Philopono in libros de Anima. Et in libros secundum, quintum, & sextum de Sapientia qui fuerunt Metaphysici, secundus, duodecimus, tertiusdecimus apud Græcos. Hi adhuc extant. Floruit autem sub Arcadio, Honorio, Theodosio secundo, Valentiniano secundo, vt Plutarchus sub Valentiniano primo, Gratiano, & Theodosio primo. Florente Athenis Syriano & viuo adhuc Plutarcho, præerat Alexandrinæ scholæ in Peripateticis Olympiodorus. Quem Proclus, puer ferè in Aristotelicis audijt, vt est apud Marinum. Habemus commentaria eius in Aristotelis Meteora, in quibus se, de stirpe magni Ammonij, scilicet Sacci, esse gloriatur. nam libro secundo praxi 22. ὁ μὲν τι μέγας φιλόσοφος, ὁ ἡμέτερος πρόγονος: *Sed magnus philosophus noster progenitor.* & bis & ter alibi. quod autem Ammonium intelligeret, ipse praxi 6. libri primi. ὑπὲρ Ἀμμωνίου μεγάλου φιλοσόφου: *De Ammonio magno philosopho.* & alibi sæpius. Seque etiã Alexandrinũ testatur lib. 2. praxi. 22. ὥσπερ ἡ ἡμετέρα πόλις ἡ Ἀλεξάνδρεια λέγω κεκόσμηται: *Veluti nostra ciuitas, dico Alexandria est ornata.* Fuit autem alius hic Olympiodorus, ab eo Olympiodoro, qui commentaria in Platonis Phædonem, Philæbũ, & Gorgiam, longè aliam Philosophiam redolentia scripsit, quæ adhuc extant, & apud nos sunt. Hic enim sæpè Damascij mentionem facit, qui Ammonij Hermiæ Procli discipuli, discipulus fuit. Itaque Iunior hic Olympiodorus est. Qui Aristotelem non valde sequi videtur. Eodẽ etiã tempore cũ Olympiodoro Seniore & Syriano & Plutarcho vixit Themistius, quod narrat Tripartitę historię author lib. 7. cap. 6. & libro 8 cap. 12. sub Iuliano & Iouiniano. Apud hunc orationem habuit consularem anno Domini 366. Valentem quoque dissuasit à persecutione Christianorũ anno 378. Nicephorus verò libro 18. cap. 5. de eo ita scripsit: *Ioannes iste Philoponeus Alexandrinus, ita vt diximus Tritheitarũ hæreticorum præfectus fuit, perinde atque olim Themistius philosophus sub Valente Agnoetarum sectæ præfuit.* Ex quo apparet eum & Christianum, & hæreticum fuisse. De quo Suidas: Θεμίστιος, φιλόσοφος γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ὑφ' οὗ καὶ ὕπαρχος προεβλήθη Κωνσταντινουπόλεως. γέγραφε δὲ τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως παράφρασιν ἐν βιβλίοις η. τῶν ἀναλυτικῶν ἐν βιβλίοις β. τοῦ περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίοις ζ. ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἴδια πραγματεύματα περὶ τοῦ σκοποῦ καὶ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν κατηγοριῶν ἐν βιβλίῳ α. καὶ διαλέξεις. *Themistius Philosophus fuit temporibus Iuliani apostatæ, à quo etiam consul præfectus est Constantinopolis. Scripsit Aristotelis physicæ auscultationis paraphrasim in lib. 8 paraphrasim analyticorũ in lib. 2. lib. de anima in lib. 7: in hoc verò & propria induxit de Scopo & inscriptione categoriarum in libro vno & disputationes.* Videtur autem Nicomediensis, fuissę. Citatur etiam à Simplicio in lib. de Cœlo. Et ab Auerroe in quarto Sapientiæ, quem non ita multis ab hinc annis inter Hebræos repertum, Moses Fintius Mutinensis, amicus noster Latinum fecit: nostraque cura est impressus. Eius tempore vixit etiam Dydimus Alexandrinus Cæcus, philosophus & ipse tum Aristotelicus. tum etiam Platonicus, quod eadem tripartita historia testatur libro 8. capite 8. vt libro nono capite 40. meminit cuiusdam Theophronij Cappadocis, Eunomij sectatoris, quem ait syllogismos Aristotelicos nouisse, scripsisseque de exercitio mentis. Post hos Proclus, Syriani, vti diximus auditor & successor floruit, cuius vitam Marinus Neapolites luculenter scripsit, Aristotelica diligenter primo cum Olympiodoro Seniore Alexandriæ, deinde cum Syriano Athenis vidit, scripsitque libellos duos de motibus quibus secundum Aristotelis de motu in compendium redegit. Videtur etiam in libros de Cœlo, & de Elementis commentaria scripsisse, ita frequens est apud Simplicium in commentarijs eorum librorum eius testimonium. Hic Marinus qui etiam ipsi in schola successit, aliquid videtur in Aristotelis animam scripsisse, appellatur enim non semel à Philopono. Procli discipulos etiam fuisse Asclepiodotum, & Damascium, & Ammonium, Simplicius author est libro de Natura quarto, digressione de tempore, his verbis: *Sed etiam Proclus ex Lycia philosophus nostro-*

Mauritij tempora attigisse: qui occisus est anno Christi 603. Ab eo tempore videtur, miserabile quoddã philosophię silentiũ consecutũ. nam vsq; ad tẽpora Michaelis, Theophili filij nullum præter Io. Damasceoum philosophum inuenio oominatum. Fuit autem is sub Constantino Coprooymo circa annum 770. Scripsit autem multa quæ in Græcorum Ecclesijs etiam nunc psalluntur. eius habemus nos compendia logices Aristotelis & naturalis philosophiæ. Causa autem silentij huius fuit crebra Saracenorum in Græciam incursatio, qui sub Constante Heraclij nepote circa annum salutis 660. littorales omnis Græciæ ciuitates, atque insulas, classibus inuadere ac populari cœperunt. Indeque Græcię studiorum desolatio subsecuta, Philosophiæque ad Sarracenos & Arabas migratio. partim etiam quòd Leo Isaurus, œcumenicum Magistrum cum discipulis & libris circa annum 730. combussit. Sic enim Zonaras scribit. *Domus erat Basilica proximè forũ ærariũ, in qua multi codices & humanæ & generosioris & diuinæ sapientiæ asseruabantur: ab antiquis temporib. et ad habitandũ attributa, qui eruditione excelleret, quẽ œcumenicũ doctorẽ appellabant. Is duodecim contubernales habebat excellenter eruditos. his publicus victus præbebatur, hos eruditionis & cognitionis auidi accedebant, hos Imperatores ad rerum gerendarum consilia adhibebant. Hos cum domo, & libris exussit.* Itaq; muta iacuerunt philosophiæ & studia, & gymnasia: vsq; ad Michaelis quem diximus tempora. Qui imperauit à 937. anno vsq; ad 951. sub eo Barda philosophiæ studia restituit. Quæ obmutuerant vt ex hac supputatione colligere licet, annos circiter tercentos. De hac restitutione egregius locus est apud Zonaram, cuius verba latina facta non ab re fuerit adscribere. Ait igitur de Barda loquens. *Nihil autem fecit, nisi quòd eruditionis prouehendæ magnum studium habuit. nam Philosophia neglecta iacebat, ac propè omnino extincta erat, vt ne scintilla quidem eius superesset: in causa fuerat Imperatorum inscitia. Sed hic cuiuſq; disciplinæ scholas constituit, & doctores designauit, & singulis publica stipendia decreuit, Et omnibus magnum, & communem doctorem præficit Leonem Philosophum, cuius doctrina inclita fama erat, etiam ab Imperatore Theophilo honoratum: hac occasione, Cum multos haberet discipulos, accidit vt eorum quidam accuratè in Geometria eruditus, dũ in Oriente peregrinatur, à Sarracenis captus cuidã inter barbaros illustri in seruitutem traderetur. Agarenorum, porrò princeps Theoremata erudita & philosophica studiosè audiebat, præ cæteris tamen Geometricis methodis erat deditus. Cum autem captiui herus etiam auditorium frequentaret: aliquando & ipse, eum comitatus, auditis doctoribus, qui figuras geometricas delinearant, & triangulum omnis figuræ principium esse docebant. omnesq; figuras ex eo & oriri, & in eundem resolui. & circulum omnium figurarum quæ ambitu æquali continerentur esse capacissimum. & eius generis alia. Rogauit dominum an liceret magistros de ijs quæ docerent, percontari? Quod cum ille permisisset, petijt rationes eorum quæ docuissent sibi declarari. Verum illis quid responderent non habentibus, Agarenorum princeps captiuo accersito, num ipse id posset interrogauit? eumq; se scire affirmantem, afferre in medium iussit. Captiuus igitur ab initio declarat singula, rationibus adductis, & causis expositis. Auditores verbis eius intellectis, Theoremata acutius perspexerunt, quasi dilatatis ingenijs: virumq; admirati rogarunt an Constantinopolis alios similes haberet. at ille multos, inquit, me præstantiores habet. sed vnum magistrum omnium, virũ in philosophicis rationib. incomparabilem. His auditis Agarenorum princeps, amore illius magistri captus, eum & videre & audire desiderauit, ac literas quib. hortabatur, vt ad se veniret, suamq; sapientiã sibi communicaret, captiuo liberaliter & benignè tractato, ad illũ perferendas tradit. At Leo veritus ne in crimen veniret ob missas ab hoste literas, exemplũ Dromi Logothetæ tradit, captiuo etiã adducto, qui argumentũ eius exponeret. Ex hoc Theophilo innotuit, & beneficijs acceptis publicè docere iussus est. Post etiã Thessalonicæ pontifex designatus. Verũ Theophilo mortuo, inter cæteros Iconomachos pontifices & ipse, ob honorem sacris imaginibus non delatum, est ea dignitate priuatus. Hunc igitur Bardas cum otium agentem inuenisset, cæteris magistris præposuit. Itaque effecit vt literæ reflorescerent exiguoque tempore incrementa caperent. Idem etiam leges ciuiles, quarum cognitio iam penè omnino obsoleuerat, reuocauit.* Posteriores his fuerunt Eustathius qui aliquot Nicomachios exposuit, atque etiam Eustratius qui secundum de Demonstratione interpretatus est: ille christianus & Episcopus. Post restituta philosophiæ studia, multi florere cœperunt, nam sub Basilio Porphy-

rogenito Sisinnins Philosophus fuit,& patriarcha. sub Constantino Monomacho multi sine nominis tamen celebritate extiterunt: sub Michaele Stratiotico, Michael Psellus philosophorum princeps circa annos Mille octuaginta. Fuit autem eruditissimus tum in Platonica,tum in Aristotelica philosophia,ac multa in vtranque scripsit. Scripserunt in Aristotelem etiam quidam Michael Ephesius,cuius habemus breuia commentaria in libros quos parua naturalia vocant.nec non Magẽtinus, qui in libros Categoriarum & de interpretatione scripsit. Non videntur post hos defuisse vnquã in Græcia viri,& in Aristotelis, & Platonis doctrina doctissimi, vsq, ad Constantinopolitanam direptionem: quales fuerunt Nicephorus Blemmydes,qui sub Io. Duca floruit. huius compendia habemus in Logicam & naturalem philosophiam. Sub annos 1260 Michaele Palæologo,& Andronico floruerunt multi.inter quos Georgius Pachymerius, Theodorus Metochita, quorũ epitomæ etiã habentur:nec non Ioannes Bechus,Georgius Cyprius,Chilas Ephesinus,Daniel Cyzicenus,Io. Glycis,Nicephorus Gregoras, & post hos Maximus Planudes,Bessarion, Georgius Gemistus,Theodorus Gaza, Io. Argyropilus. Georgius Trapezuntius,& alij eius generis viri illustres. A quo tempore, Turcarũ immanitate penitus omnes bonæ literæ in Græcia interierunt, veluti olim in Italia Barbarorum aduentu. Nã translato Bizantiũ imperio,destituta Italia proprijs & viribus,& virtutibus,doctrinarum philosophicarum mira taciturnitas est subsecuta, in quo vix Albinus quidã, & Vegetius Prætextatus,& Victorinus,qui à Boetio nominantur, vocem ausi sunt emittere. Nam Victorinus,qui forte fuit D.Hieronymi præceptor,Rhetor potius q̃ philosophus, librum Porphyrianæ Isagoges in latinum vertit Vegetius Analyticos omnes; Albinus de ijs scripsit. Hos subsecutus est Boetius,qui Theodorici Gottorũ Regis tempore vixit,ab eoque cum Symmacho occidi iussus est,anno à Christo 524. Quare Boetius & Simplicio & Philopono, & Ammonio etiã antiquior est,ac propterea eorum scripta nusquam citat,sed Themistij, Porphyrij,Alexandri,Hermini, Aspasij. Post Boetium philosophiæ studia omnino interierũt in Italia,que sexcentis post annis circa annos scilicet 1140. reuiuiscere cęperũt. Namq; post Machometi hęresiarchę obitum successores eius, ter omnem Gręciam ad Bizantium vsque sunt depopulati: annis 659. rursus 721. atque etiam 826. Quibus incursionibus,certum est eos multos,omnis generis libros secũ asportasse. A quo tempore, libris in Arabicã linguam translatis,studia inter eos florere cœperunt Mathematicarum: vti ex Zonara est relatũ: Medicinę ac philosophię præsertim Peripateticæ. Apparetq; omnes Aristotelis libros: Nicolai,Alexandri, Themistij, & Philoponi cõmentationes, eos habuisse: ita ab Auẽ Rois passim citãtur. Erectaq; sunt publica Gymnasia in Aphrica multis in locis, Tuneti, Tripolis, Constantinæ, Marocci, & Fessæ. Hinc simul cum eorum imperio literarum & Philosophiæ studia in Hispaniam, post annũ 740. trãsfretarunt: Cordubæque celebre gymnasium constitutũ. in quibus omnibus,innumeri,memorabilesque viri eluxerũt: quorum nomina, Auenatam, Abnabed, Abnbacher, Tophaid, Abumazar, Abuhabar, Abualchasis, Albumasar, Auenatha, Abucali, Abẽcini. Alhagiag, Adads, Auosait, Auenchelit, Auẽpace, Alpharabius, Algazel, Albefagar, Alkindus Isaac, Alzarcalam & multa alia audimus, pauciorũ libros legimus. Inter quos præcipui Auicenna,& Ahilosophus, & Medicus maximus. Et iunior eo Auẽ Rois, Is floruit Cordubæ ab anno Ere Maurorum 510. vsque ad annum 595. quod patet fine paraphraseos Rhetoricæ, vbi sic scribit. *Hicque completa est huius libri expositio tertio mense 510. anni Ere Maurorum ad laudem Dei, cui nihil est occultum. Amen.* Alterum ex fine commen. in librum quintum de Generatione animalium. *Hic est finis huius libri, & expositiones omnium librorum rationalium huius operis, Laus Deo domino seculorum. Et qui hunc librum viderit excuset me, quoniam ipsũ edidi angusto tempore: adde etiã nos multos habere labores, quos patimur his temporibus. Sunt quoq; magni errores in libro, ex quo transtuli, nullumq; expositorem vidimus hunc librum exposuisse. Quod si Deus dabit mihi tempus, conabor iterum scrutari ipsum. Quem librum perfeci in mẽse Octobris in ciuitate Sybilia, postquam fui egressus de Corduba anno 595. Albagere id est discessus Mohamad ex Mecha.* Id autem fuit anno Christi 1216. nam Era Mahometi cœpit Christi anno 621. Videtur autẽ impossibile, vt post 510. annũ, quo Rhetoricen exposuit, annis 85. exposuisse libros de generatione Animaliũ, quibus si an-

ni quin-

ni quindecim addantur, qua ætate ad minimum fuisse necesse est, cum Rhetoricam exposuit, centesimo ætatis anno libros de Generatione, exposuit. Sperat tamē adhuc se viuere & iterum librum serutari. Multos ab eo citatos inuenimus, Auicēnam, cuius totam philosophiam & medicinam habemus. Alpharabium, cuius librū de intellectu. Et quos suprà commemorauimus. Ex Hispanijs, commercio, & vicinitate nationum finitimarum, literarum studia circa ea tempora, vt videtur, trāsierunt in Gallias. Quis verò primus omnium, Aristotelicam philosophiam ibi tractauerit in incerto est: attamen satis ni fallor, constat, Alexandrum de Ales & Albertum Magnum, primos omnium Latini nominis philosophorum Aristotelicam philosophiam commentarijs exposuisse: floruit autem Albertus circa annos 1260. fuitq; Monachus ordinis Dominici. Huius discipuli multi fuerūt, sed præcipuus inter omnes D. Thomas Italus Aquinas. Et Io. Duns Scotus. quos secuta est ingens monachorum multitudo, in diuersas diuisa sectas, Thomistarum, Scotistarum, Nominalium, Realium. Quorum numerum vsque ad 12. millia ferunt peruenisse, qui scriptis aliquid vel philosophicum vel Theologicum mandarunt: quos, cùm tanto numero innumerabiles sint, silentio præterire est à fastidio procul.

# ARISTOTELICORVM INTERPRETVM *VARIAE INTERPRETANDI Rationes.*

## LIBER VNDECIMVS.



PERIPATETICI, quos superiore libro, longo ordine tibi, omni laude cumulatissimè adolescens, recensuimus in ætates decem commodè distingui posse videntur, ex qua partitione, variè tum Aristotelem interpretandi, tum etiam in Aristotele philosophandi rationes apparebunt. Prima itaque Peripateticorum ætas esto eorum qui Aristotelem ipsum audierūt discipulorum: inter quos, qui aliquid philosophicum literis mandarunt celebresq; ob id effecti sunt, hi sunt. Theophrastus. Eudemus Rhodius Dicæarchus, Clearchus, Aristoxenus, Callisthenes, Hermias Eunuchus, Plato, Hipparchus, Clitus, Leo, Menon, Philo: quorum quid quisque scripserit libro præcedente est declaratum. Hi Aristotelis vocem audierunt: hos, ipse suo ore docuit: his secretiores libros, dogmataque, sua communicauit. Hos veluti suæ philosophiæ hæredes reliquit.

Hos secunda ætate secuti sunt horum auditores, & præsertim Theophrasti. Strato Lampsacenus, Phanias, Nicomachus Aristotelis filius, Demetrius Phaleræus, Erasistratus medicus, Dinarchus Lynceus, Hippolochus, Hieronymus, qui & ipsi scriptis nomen suum celebre reddiderunt.

Tertiam ætatem numerabimus à Stratonis discipulis, vsque ad Andronicum Rhodium, per annos circiter 212. qui interfuerunt à Stratonis obitu, ad obitum Tyrannionis: à quo Aristotelicos libros Andronicus accepit. Fuerunt autem hi qui monumenta aliqua eorum philosophiæ reliquerunt, vel suis vel aliorum libris. Lyco, Aristo, Ptolemæus Philad. Critolaus. Diodorus, Agatharchides, Clitomachus.

Quarta post hanc ætas ab Andronico, vsq; ad Alexandrum Aphrodisieum, quæ fuit annorum circiter 258. A Tyrannionis morte, ad M. Antonini obitum, sub quo Alexander floruit, circa annum Christi 182. Horum annorum spatio floruerunt Andronicus, Sosigenes, Boethus Sidonius, Aristo Cous, Eudorus, Xenarchus, Athenodorus, Alexander Aegæus, Cornutus, Sation, Achaicus, Lucius, Apollonius, Adrastus. Aspasius, Herminus, Aristocles, Nicostratus.

Quintam statuamus ab Alexandro vsq; ad Porphyrium: quæ fuit annorum circiter nonaginta. nam ab obitu Antonini (postea quā Alexandri obitus ignoratur) vsque ad mortem Plotini (à qua Porphyrius florere cœpit) quæ fuit secundo, Clau-

dij secundi Imperatoris anno, intercurrerunt anni nonaginta. His annis claruerũt, hic ipse Alexander, & Alexander alter Damascenus, & Eudemus, Galenus, Ammonius Saccus, Ptolemæus, Heliodorus, Anatolius, Didymus.

Post quos sexta ætate à Porphyrio ad Simplicium, clari sunt habiti in Græcia quidē & Syria & Aegypto: Iamblichus eius auditor, Dexippus, Themistius, Plutarchus Nestorij, Olympiodorus Senior, Syrianus. Maximus Byzantius, & alter Ephesius, Aedesius, Chrysanthius. Sosipater, Eustathius, Antoninus, Claudianus, Nymphidianus, Priscus, Eusebius, Epigonus, Beronicianus, Theodorus Asinæus, Proclus, Hermias, Ammonius, Damascius Priscianus, Lydus, Philoponus, Simplicius, Asclepius, & in Italia Boetius. Simplicius videtur vsque ad Mauritij tempora vixisse, qui imperiũ cœpit, anno 276. post renunciatum à Diocletiano Imperium: vsque ad quem Porphyrius traditur vixisse. A quo Mauricio paucis annis, philosophiæ studia in Græcia penitus obmutuerunt, perdurauitque id silentium vsque ad Michaelis & Bardæ tempora, qui fuerunt anni circiter trecenti.

Intra quos septima ætate viguit philosophia inter Arabas, per quos vsque ad Auerroē peruenit, qui paucis post annis in Hispa. vixit, quib. Psellus Cōstātinopoli, Cuius vrbis Philosophos, in octaua collocabimus ætate.

Latinos verò in nona numerabimus, vsque ad Io. Fabrum Stapulensem, qui primus philosophiam, ex infinitis quæstionibus eximere est conatus.

In quo decima cœpit, atque ad nostra tempora perdurat. In qua floruerunt Nicolaus Leonicus, Franciscus Caballus, Alexander Achillinus, M. Antonius Zimara, Augustinus Niphus, Petrus Pomponacius, atq; horum discipuli Ludouicus Buccaferreus, Simon Portius, Vincentius Madius, M. Antonius Ianua, Franciscus Vicomercat⁹, atq; alij viri celebres tũ munere docēdi, tũ ēt labore Aristotelis explanādi.

Quod autem per ætatum discrimina, Peripateticorum familiam distinxerimus, in causa est, quod ætas vnaquęq; suam quandã habuit, tum interpretandi Aristotelis, tum in eius dogmatibus philosophandi rationem. quæ vnicuique ætati propria fuit. Quæ res, vt manifestior fiat hoc libro interpretandi genera exponemus: in sequentem philosophandi rationes reijciemus. Quinq; omnino sunt, quibus omnes Aristotelis libri constant. Propositio expositioq; rei, quam est tractaturus. Antiquarum opinionum rationumq; confutatio. Dubitationes. Dogmatum suorum constitutiones. Epilogi, quibus acta commemorat. Hæc omnia proculdubio, verbis, & sententijs constant. triplicia itaq, hinc interpretandi genera summa ac prima, oriri necesse est: primum, quod verba sola interpretatur, secundum quod solas sententias, tertium quod vtrunq;. Qui verba Aristotelis sola interpretari aggressus toto opere sit, fortè reperietur nemo: nisi quis Anonymum illum, cuius in tres Rhetoricos expositiones habemus, in eo genere reponat: quod quidem vndequaq; nō est verum: plus enim aliquid facit, sensusq; non rarò attingit. Aspasius autem videtur plurimum operæ posuisse, in verbis & interpretandis, & corrigendis, & restituendis. quod sæpenumero Simplicius testatur, veluti lib. 3. de Natura comm. 11. *Sed dupliciter fertur horum verborum scriptura: equidem secundum Aspasium, & Themistium.* Et comm. 15. *Sciendum autem est quod Aspasius sic scribit contextum.* & lib. 4. comm. 107. *Ob id nonnulli mutant verba.* vt inquit, *Aspasius.* & rursus: *& Aspasius sic verba exponit.* lib. 6. comm. 7. *Sed pulchrè Aspasius hic punctis subscripsit & notauit*: cuius modi innumeras Aspasij aduersiones tum apud Simplicium, tum aliquando etiam apud Philoponum inuenies. Sed non ideo Grammaticus tantummodo est putandus, verùm etiam philosophicè sensa ipsa est interpretatus: quod tum ex illorum testimonijs, tum etiã ex proprijs commentationibus, quæ in tres Nicomachios extãt clarum est. Sed si quis Aristotelicorũ verborũ tantùm interprès dicendus est, ij sunt qui eius libros in alienã linguam verterunt: ijq. non omnes, sed qui verbo verbum reddere sunt conati. qualis fuit Matthæus Arabis, ille qui Aristotelem (vt semel in Auerrois legitur primo post. comm. 51.) ex Græco, suæ gentis fecit. Sunt etiã Aristotelis versores ab Auerroi nominati alij quatuor Alkindus & Isaac 3. de cœlo, cõm. 35. & Albefagar cõm. 56. & Ioãnes 12. metaphy. cõm 13. In latinã verò linguã, quis fuerit is qui ad verbũ reddiderit, incōpertũ habeo: quã enim vocant veterē translationē, ad verbũ est reddita. quidã putãt eum fuisse Boetiũ, sed ex ijs quæ eius habemus, fal-

sum

sum id esse conuincitur: non enim ad verbum sunt translata. An verò antè Boetium Aristotelis libros quisquam verterit, (nam Victorinus, Isagogen Porphyrij vertit) itidem non est mihi compertum. Illud verò notum est, circa annū 1415. Leonardum Brunum, Ethicos libros vertisse. & Politicos, annis 18. pòst. Quem subsecutus Theodorus Gaza circa annū 1453. Aristotelis libros omnes de animalibus & Problemata, nec non Theophrasti libros de Plantis, & Alexandri problemata latina fecit. Quem secuti sunt in eo munere, tres alij doctissimi Græci, Georgius Trapezuntius. Bessario, & Io. Argyropylus: qui varios Aristotelis libros latinitate donarūt. post quos innumeri tum Itali tum Galli, tum Germani, vertendis tum philosophis tum medicis, alijsque authorum Græcorum generibus laborem susceperunt. Sed illi quos nominaui Aristotelicorum librorum versores non sunt dicendi: verborum tantummodo interpretes: verba enim verbis non reddiderunt, sed sententias easdem simul cum verbis alienis. Sententiæ verò solius interpretes sextuplicis sunt generis. ac primi quidem qualis Themistius, qui nulla verborum habita cura τὰ βουλήματα: *volūtates & sententias*, vt ipse loquitur, *ἐκλαμβάνων σὺν τάχει ἐξήγγηλεν, excipiens cum breuitate enunciauit.* Nec verò scio, vt verè dicat: *καινόν τι ἔδοξεν, nouum est visum*, paraphrasticè scribere, cùm ante ipsum multis annis compertum sit Andronicum Rhodium paraphrasem in Categorias scripsisse. quod Simplicius testatur capite de æquiuocis his verbis: *διὸ καὶ Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον: Atque iccirco Andronicus, paraphrasi exponens Categoriarum librum.* Et rursus: *καὶ ὁ Ἀνδρόνικος ἢ παραφράζων τὸ βιβλίον φησί: Et Andronicus, paraphrasi exponens librum ait.* Primus itaque Andronicus Aristotelicorum librorum paraphrastes est habendus: fortè vero secùndo loco Themistius reponendus. Qui scripsit præter eas quæ habentur paraphrases, in Categorias quoque, quòd Simplicius testatur in procemio, *οἱ μὲν αὐτὴν μόνην τὴν λέξιν ἐπὶ τὸ σαφέστερον μεταθεῖναι προσπησάντες, ὥσπερ ὁ Θεμίστιος ὁ Εὐφράδης, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος: Alij quidem ipsam solam dictionem clarius transponere aggressi, veluti Themistius Euphrades & si quis alius talis:* quibus verbis non videtur paraphrasim innuere: nam ea non verba, sed βουλήματα vti Themistius ipse ait, voluntates curat. Quod si paraphrasim significare Simplicius voluit, procùldubio ab eius scopo aberrauit. Meminit quoque Themistij primo cœli comm 20. & 28. & 35. sed non vt paraphrastis. imò potius vt expositoris: sicut etiam Auerrois primo de cœlo comm. primo & 19. & 32. & 69. & 73. & 100. & sæpe alibi. Scripsit etiam in Analyticos de syllogismo: citante eum Philopono, sed an paraphrasim, ignorum. Scripsit in Topicos, quod Boetius attestatur, sed quo interpretationis genere, non exprimit. Psellus etiam scripsit in totum organum paraphrasim: cuius tamen non nisi in librum de interpretatione extat. & in octo physicos, nouo quodam modo contextus quædam capita apponens. Paraphrasim scripsit etiam Auerrois in libros de cœlo, de generatione, in libros quatuor de partibus animalium, de generatione animalium, in libros de sensu, de memoria, de somno, de longitudine vitæ, in tres Rhetoricos: in librum de Poetica, atque etiam in Platonis Rempublicam. Scripserunt paraphrasim etiam nostris temporibus doctissimi quidam viri, in quosdam Aristotelis libros. Metaphrasis autem, quam diximus Damascium in primum de cœlo scripsisse, & Priscianum Lydum in Theophrasti libros de sensu & phantasia, quæ adhuc extat, an eadem res cum paraphrasi sit, incertum est: nam metaphrasis illius quidem non extat, istius verò extat: sed liber perijt, vt nequeamus modū eius vel in verbis vel in sententijs explicandis agnoscere. Atque hæc de primo interpretandarum sententiarum genere.

Secùndum verò sententiarum exponendarum genus, id est, quo totum aliquem librum non expositione, non paraphrasi, sed ordinata ac veluti æmula quadam tractatione explanamus: qualem videtur fecisse Eudemus Rhodius Aristotelis auditor: qui multos de natura libros scripsit, Aristotelicos tum sequendo tum exponendo, proprio tamen argumento: quod multis in locis Simplicius testatur: Inter quæ in procemio septimi physici hæc sunt verba. *Quod etiam confirmat Eudemus, qui vniuersa huius disciplina ferè ad hunc librum capita secutus, hunc reliquit, & præterijt veluti superfluum, & proficiscitur ad ea capita quæ vltimo libro disserenda proponuntur.* Atque ideo lib. 6. cōm. 38. cum veluti expositorem nominat sic scribens. *Nihil absur-*

agitur quàm verba & sententiæ authoris declarantur. Tales etiam sunt Alexandri Aegæi expositiones in meteoros, in librum de sensu, in philosophiam, ac sapientiam. Huiusmodi etiam est Philoponi commentarium in libros de animalium generatione, Eustathij, ac Michaelis Ephesij Nicomachios. Auerrois quoque eæ quas vocant medias expositiones, in libros de generatione & corruptione, & in tres meteoros (nam quartus summa inter epitomas est collocanda.) & in Nicomachios. Talis est etiam Nicolai Leonici expositio in paruos naturales, ac fortè alterius cuiuspiam. nec enim numerare aut vacat, aut est necesse. Altero verò genere comprehenduntur, qui præter verborum & sententiarum explanationem, aliam quoque rem agunt. Idque ratione primo triplici. Nam vel cum Aristotele ipso rem habent, vel cum alio: vel ipsi suopte ingenio aliquid commentantur. Si cũ Aristotele, tripliciter id quoque fit. nam vel singulorum membrorum sensa aperiendo Aristotelis artem & argumentandi rationem ostendunt, argumentationum formas nectunt, quæ deesse videntur propositiones supplent. Quòd in Simplicio Philopono, Ammonio passim offertur: Vel sensa multorum membrorum in vnum colligunt, deinde partes ipsorum singillatim expendunt, quod Olympiodoro in meteotis est familiarissimum, vocatque eas collectiones *περιοχὰς actiones*. Philoponus verò id ipsum in physicos & lib. de Anima facit, vocatq; *θεωρίας speculationes*. Diuus verò Thomas harũ loco, diuisiones cõtextuum in minutissimas particulas adinuenit, quas primo loco collocat, deinde singulas exponit. Tertia ratione in Aristotelis verbis dubitationes ortæ tractãtur, idq; duplici modo: vel enim pro Aristotele soluuntur, vel cõtra eũ cõcluduntur. Priores multæ sunt apud Græcos interpretes & Boetium. Tales puto fuere eæ, quas Herminum & Alexandrum Aphrodisieum refert Simplicius, in Categorias mouisse. Apud verò Auerroim, atq; Latini nominis philosophos omnes, pro Aristotelica sententia resoluuntur. neque fas ab eis putatur, quicquã contra Aristotelem sentire Antiquiores Græci secunda hac ratione, non rarò dubia orta contra Aristotelem statuerunt. Cuiusmodi Xenarchus, vt est apud Simplicium in libris de Cœlo, multa aduersus Aristotelem conclulit. Nicolaus verò Damascenus, totos libros Metaphysicos perperam scriptos asseruit. Plutarchus Chæroneus inutiles declarauit: Athenodorus & Cornutus, & post eos Lucius & Nicostratus, & post hos Plotinus Categoriarum librum integris ac multis libris oppugnarunt. Damascenus quoque dogmata de loco & tempore, & Simplicius cum eo, nec non Philoponus impugnare sunt annixi. Isque mundi etiam æternitatem Aristotelicam diruere est conatus. Galenus quoque multa in animalium philosophia contra Aristotelem sensit & scripsit. Si verò cum alijs quàm cum Aristotele inter exponendum res habetur, id fit, vel cum eiusdem sectæ viris & interpretibus, vel cum alienæ. Prius id. duos habet modos. Alterum quo aliorum interpretum interpretationes vel colligimus, vel examinamus. Collectionem Simplicius in Categorias curauit, testaturque id ante se etiam Syrianum sed breuissimè fecisse. Examinationem Philoponus exercuit in commentarijs de Anima, vbi Plotini, Plutarchi, Nestorij, Procli, Marini, Ammonij aliorumque sententias discussit, easque vel improbauit vel approbauit. Quod etiam Simplicius plerunque facit. Videturque ex professo id munus suscepisse, vt Alexandri Aphrodisiei, Porphyrijque explanationes reprehenderet, atque in Philoponum inueheretur, libris de Natura, de Motu, ac de Cœlo. At in commentarijs librorum de Anima Iamblichi dogmata non solùm approbauit, sed etiam vndequaque secutus & admiratus est. Boetius verò videtur vbique Alexandrum Aphrodisieum Porphyriumque præferre cæteris. Auerrois autem Alexandrum, huic soli omnia credit, eumque in omnibus ferè amplexatur. Huiusmodi rationem commentandi Aristotelis ætas hæc nostra atque superior tenuit, Auerroimque præ cæteris omnibus est admirata, atque secuta. Cum autem alienæ sectæ sententias adducimus, eas vel concordes cum Aristotelicis esse, vel discordes ostendimus. Quòd multis locis in Simplicio apparuit. Videturque concordiæ huius author primus Porphyrius fuisse, vti anteriore libro significauimus. Porphyrium secutus maximè est eius auditor Iamblichus, qui ea re Simplicio est admirandus. Iraque concordiam cum ostendimus, eam proculdubio approbamus, veluti Simplicius in

libris de Anima fecit, qui Platonis dogmata cum Aristotelicis, concordia esse, annixus est demonstrare, & ante ipsum Iamblichus, eaque sunt amplexati. Si verò discordiam monstramus, vel Aristotelicam sententiam præferimus, aliorum reijcimus: vel etiam contra Aristotelem alienam defendimus. Quod Syrianus fecit commentarijs suis in duos de Sapientia, Pythagoreorum mathemata, & Platonicas, Xenocraticasque ideas defendens. quod & Ammonius aliquando fecit, & eius discipuli Philoponus & Simplicius: & ante hos omnes Eudorus. Tertiæ verò illius summæ rationis sunt, quæcunque interpretes sua ingenij & doctrinæ vi comminiscuntur. qualia sunt principijs librorum prolegomena. intus verò excursus quidam, quos Philoponus libris de Natura *παρεκβάσεις egressiones* vocat: in Auerroi verò digressiones sunt appellatæ. qualis in Simplicio, ea quæ de loco, & quæ de tempore est. in quibus non dubitat etiam contra Aristotelicum dogma sentire. Cuiusmodi mos videtur etiam ab antiquis interpretibus aliquando seruatus. Quod de Adrasto Simplicius affirmat primo de Natura comment. 24. Vnde Adrastus volens explicare indicareque verè ens, paulo digressus est à propositis. ibique eius verba apponit. veluti fecisse videtur Boethus in Categorias. sic de eo scribente Simplicio. *τινὲς μέντοι καὶ βαθυτέραις περὶ αὐτὸ διανοίαις ἐξηγήσαντο, ὥσπερ ὁ θαυμάσιος Βοηθός: Equidem aliqui, circa hunc librum profundioribus sensibus vsi sunt, quemadmodum admirabilis Boethus.* Ac paulo pòst idem de Iamblicho tradit. *πανταχοῦ δὲ τὴν νοερὰν θεωρίαν, ἑκάστῳ σχεδὸν τῶν κεφαλαίων ἐπιθείς: Vbique verò, intellectualem contemplationem, singulis ferè capitibus apponens.* Atque hæc quidem sunt simplicia Aristotelis interpretandi genera, quibus interpretes vel vsi sunt, vel vti potuerunt. Ex quibus multa mixtorum possunt confici, atque in vsum produci. Qualia Porphyrium atque Iamblichũ in Categoriarum librum induxisse, Simplicius author est his verbis. *μετὰ δὲ τούτους, ὁ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν αἴτιος Πορφύριος, ἐξήγησιν τε ἐντελῆ τοῦ βιβλίου, καὶ τῶν ἐνστάσεων πασῶν λύσεις, ἐν ἑπτὰ βιβλίοις ἐποιήσατο τοῖς Γεδαλίῳ προσφωνηθεῖσιν πολλὰ καὶ τῶν στωικῶν ἐκεῖ δογμάτων κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου προσιστορῶν. μετὰ τοῦτον δὲ ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος, πολύστιχον καὶ αὐτὸς εἰς τοῦτο τὸ βιβλίον κατεβάλετο πραγματείαν, τὰ μὲν πολλὰ τοῦ Πορφυρίου, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως κατακολουθῶν, τινὰ δ' ἐπικρίνων ἐκείνων καὶ διαρθρῶν ἀκριβέστερον, μετὰ τοῦ συστέλλειν, τὴν ὡς ἐν σχολαῖς πρὸς τὰς ἐνστάσεις μακρολογίαν, πανταχοῦ δὲ τὴν νοερὰν ἑκάστῳ σχεδὸν τῶν κεφαλαίων ἐπιθείς: Post hos, Porphyrius, omnium nobis bonorum causa, & expositionem libri perfectam, atque instantiarum omnium solutiones septem libris, quos Gedalio inscripsit, confecit. multa quoque Stoicorum dogmatum, sermonis communione adscribens. Pòst hunc verò diuus Iamblichus, & ipse prolixam in hunc librum operam posuit, Pleraque Porphyrij ipsis etiam verbis secutus, aliqua verò eorum dyudicans & diligentius discernens, in breuitatem etiam redigens eam sermonis prolixitatem, qua, vti in scholis, ad instantias vsus ille fuerat. Vbique verò intellectualem contemplationem singulis ferè capitibus apponens.* Huiusmodi mixtam interpretationem & Simplicius eo libro, ac reliquis conscripsit, & omnes reliqui philosophi Aristotelis commentatores, præter eos qui primis summis illis generibus, altero verborum, altero sententiarum Simplicius eius libros exposuerunt. In tertio verò genere summo quod mixtum est, quia verba et sententias exponunt & aliud etiam agunt partes simplices ostendi, quarum diuersitate simul iunctarum valde inter se differentes comm entationes prodierunt, prout cuiusque vel ingenium, vel doctrina fuit, vel occasio sese præbuit.

An verò in his commentandi modis, interpretis seruarint munus expendere facilè queas, si ea quæ tradidimus, cum his quæ & Ammonius, & Simplicius, de interpretis munere scripsere, conferas. Quorum ille prolegomenis Categoriarum sic scripsit. *ὁ δὲ τούτων ἐξηγούμενος, ὀφείλει μήτε κατ' εὔνοιαν ἐπιχειρεῖν τὰ κακῶς λεγόμενα συνιστᾶν καὶ ὡς ἀπὸ τρίποδος ταῦτα δέχεσθαι, μήτε τὰ καλὰ, κακοτρόπως δέχεσθαι κατ' ἀπέχθειαν, ἀλλὰ κριτὴς ἀπαθὴς τῶν λεγομένων ὑπάρχειν. καὶ πρῶτα μὲν τὴν διάνοιαν τοῦ ἀρχαίου σαφηνίζειν, καὶ ἑρμηνεύειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, ἔπειτα τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἐπιφέρειν κρίσιν: Horum verò explanator debet, neque per beneuolentiam astruere conari ea quæ perperã sunt dicta. ac veluti à Tripode ea recipere. Neque ea, quæ rectè dicta sunt, malo more atque odiose amplecti. Sed iudicem sine vlla passione, eorum quæ dicuntur se præbere: ac primo sententiam authoris claram reddere & interpretari quæ illi videantur, postea suum ipsius afferre*

*ferre iudicium.* Simplicius quoque eadem occasione hæc habet verba: δεῖ δ' ἄξιον τὸν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων ἐξηγητὴν, δεῖ μὴ πάντη τῆς ἐκείνου μεγαλονοίας ἀπολείπεσθαι. δεῖ δὲ καὶ τῶν πανταχοῦ τῷ φιλοσόφῳ γεγραμμένων, ἔμπειρον εἶναι, καὶ τῆς Ἀριστοτελικῆς συνηθείας ἐπιστήμονα. δεῖ δὲ καὶ κρίσιν ἀδέκαστον ἔχειν ὡς μήτε τὰ καλῶς λεγόμενα, κακοσχόλως δεχόμενον ἀδόκιμα δεικνύναι, μήτε εἴ τι δέοιτο ἐπιστάσεως, πάντη πάντως ἄπταιστον φιλονεικεῖν ἀποδεῖξαι, ὡς εἰς τὴν αἵρεσιν ἑαυτὸν ἐγγράψαντα τοῦ φιλοσόφου: *Dignum autem Aristotelicorum scriptorum expositorem, oportet non esse vacuum undequaque magnitudine illius mentis. oportet etiam expertum esse omnium quocunque loco, à Philosopho scriptorum. Et Aristotelici moris scientem. oportet quoque iudicium habere syncerum, vt neque ea quæ rectè dicta sunt, malo more suscipiendo, inualida ostendat. Neque si quid aduersione indigeat; omni contentione inculpabilia, monstret. Veluti in Philosophi sectam sese inscripserit:*
Contrariam huic sententiam secuti sunt Auerrois, atque ab eo profecti Latini nominis Philosophi, qui omnia Aristotelis dicta, omnes sententias, omnia dogmata; non nisi verissima, non nisi veluti ex Tripode profecta oracula exceperunt. quod sequenti libro apertius patebit. Sed antequàm huic finem imponam, illud addam: Interpretes hos omnes vti suas explicationes Aristotelicis verbis accommodarēt, ea quemque suo modo fecuisse. Namque Anonymus ille qui Rhetoricos libros exposuit singula adducendo, singula declarauit. Olympiodorus verò ac Syrianus initia quædam clausularum attulerunt, reliqua vsque ad alterius periodi initium omissa explicarunt, quod & Psellus in physicis obseruauit. Philoponus vero medio quodam calle est ingressus. Concisa quidem & ipse ea attulit longioribus tamen contextus membris quàm Anonymus, & nihil eorum vt hi tres omisit. quod & Eustathius in Ethicos fecit, & Ephesius Michael & antè hos Aspasius. Alexander verò & Ammonius & Simplicius continuatiores, ac prolixiores contextus plerumque attulerunt. Quos hac in re Auerrois secutus etiam est. Intulit tamen is proprios tres Aristotelica verba secandi modos. Libros enim in summas quasdam est partitus. Summas verò in capita: capita etiam in textus. quam diuisionem posteriores eius sectatores omnes sunt amplexati. Inter eos verò qui Aristotelicos libros ex Græcis latinos fecerunt, Theodorus Gaza suo quodam modo, ab Auerroico differētē lib. in capita fecit: quod itidem & Argyropilū, & Bessarionem & alios existimo fecisse. vt varijs modis Aristotelis libri pro cuiusque arbitrio, sint diuisi. eum ipse integros atque continuatos scripserit, quales Aldus, eiusque hæredes bis eos, Basileæ semel impresserūt. Quāquàm postea Basilienses hi eos impresserint in capita, partim Theodori aliorumq; diuisione, partim sua quadam partitos. quam capitum partitionem, vti locis à nobis citaris, reperiendis accommodam, nos quoque secuti in his discussionibus sumus, non quòd putaremus meliorem eam fieri non posse, sed quod nullus præter hunc, vsque ad hanc diem Græcus codex aptius diuisus, est impressus.

# ARISTOTELICAE SECTAE,

## PER VARIAS AETATES

*Variæ Philoſophandi Rationes.*

## LIBER DVODECIMVS.



INTERPRETANDI Ariſtotelicos libros varia genera, quæ ſuperiore volumine, ſatis dilucidè, vti exiſtimo, tibi acerrimi iudicij adoleſcens, oſtenſa atque diſtincta ſunt, non admodum ad tua ſtudia fuerit vtile cognouiſſe, niſi etiam quibus rationibus Ariſtotelicæ ſectæ viri, inde vſque ab initio, ad hanc noſtram ætatem philoſophati ſint, cognoueris. Quæ ſanè, ſingulis eorum ætatibus, quæ ſuperius ſunt à nobis enumeratæ, aliæ atque aliæ fuerunt. Quam rem ita eſſe vti cognoſcas, ab eorum initio exordium ſumemus. Itaque dicimus Ariſtotelem, quatuor modis diſcipulis ſuis diſciplinas tradidiſſe, ἑωθινῷ περιπάτῳ: *matutina deambulatione*, doctrinas ſecretiores ac grauiores: at δειλινῷ *veſpertina*, leuiores, cuius rei authorem, ſuperioribus libris A. Gellium habuimus. Deinde libris conſcriptis, ac primò diſcipulis perlectis, poſtea etiã in vulgus editis, quos exotericos, & encyclios appellatos oſtẽdimus. Quarto, libris ſcriptis atq; alicui diſcipulorum traditis, qualis fuit ars Rhetorica Theodecti tradita, ac libri de Colonijs, de Regno, de Mundo Alexãdro dati: qui quidem mos apud antiquos frequens fuit. Nam Galenus teſtatur ſe nullos libros, niſi amicis petentibus conſcripſiſſe. Hoc more & nos in præſentia vtimur: qui tibi à nobis petenti, aliquã ad Ariſtotelicæ philoſophiæ ſtudia non vulgarẽ Iſagogen, hos libros conſcripſimus, ac damus. His itaq; modis philoſophatus eſt Ariſtoteles cũ ſuis diſcipulis, ac omnia quæ docuit aut ſcripſit, non ſine rationali diſciplina ait Galenus, vel docuit vel ſcripſit. Ita vt orationis parens, & circa naturæ artem enarrandã peritiſſimus ab eo appelletur. Ammonius verò teſtatur, eum *in omnibus ſuis libris demonſtratiua methodo vſum*: ἐν πάσαις αὐτοῦ ταῖς πραγματείαις ὁ φιλόσοφος κέχρηται τῇ ἀποδεικτικῇ μεθόδῳ: At, quamquàm Ariſtotelis ingenium ac doctrina tanta fuerint, vt ab eodem Ammonio dicatur exceſſiſſe: τὰ ἀνθρώπινα μέτρα, *humanos terminos*, in philoſophia, quãuis Theophraſti, & plerorũq; diſcipulorũ ſuorum reuerentia erga præceptorem maxima fuerit, non tamen deterruit eos, vel ſcientia, vel authoritas, vel reuerentia magiſtri, quin in multis dogmatibus ab eius ſententia non diſceſſerint. Nã & ijs quæ Ariſtoteles ſcripſit alia addere, & diuerſa ab eius dogmatis dogmata tradere, & in philoſophia, noua inuenta literis mandare non dubitarunt. Neq; id dico de Ariſtoxeno, ob relictã non ſibi, ſed Theophraſto ſcholam, Ariſtoteli irato, ſed de Ariſtoteli beneuolentiſſimis, Theophraſto, Hermia Eunucho, Hipparcho conciui & conſanguineo ſuo, Eudemo, Dicæarcho, ac reliquis ferè omnibus. Quorũ pars, diuerſas quã ab Ariſtotele docti fuerant diſciplinas ſecuti ſunt, proprijsq; libris exararunt: & pars eadem, quæ Ariſtoteles tractauerat, tractando, aut differentem, aut vberiorem Ariſtotelica doctrinam poſteris reliquerunt. Quorum omnium (quod fortè mirabe ris) teſtimonia tibi appròbatiſſima adferam. Ac primo loco Hermiam Eunuchum ſtatuo, cuius magna amoris erga Ariſtotelem teſtimonia extant, quippe quem apud ſe triennio fauorificentiſſimè habuit, eique ſeu filiam, ſeu neptem in matrimonium tradidit. Hic Hermias de animæ immortalitate vti ſuperius ex Suida retulimus, conſcripſit: qua de re, Ariſtoteles ſententiam ſuam ita dubiam reliquit, vt nulla, omnibus eius libris, ſit incertior. Atque hac in re Hermias magis Platonis, quem etiam audierat, quàm Ariſtotelis ſententiam probauit. Hipparchus quoque conſanguineus eius, ſcripſit, quid eſſet inter Deos mas & fœmina, quidque inter eos coniugium. qua ſententia nihil ab Ariſtotelica philoſophia magis abhorrens, ſiue ſimplici notione intelligatur, ſiue etiam myſtica. nam Deos apud Ariſtotelem nullos eſſe, aiunt ſuorum plerique præter cœleſtes intelligentias: in quibus aſſerunt

serunt eum; nulla alia agnoscere opera, quàm seipsas, Deum, & socias Intelligere, ac cœlos in orbem mouere. Dicæarchi autem Philosophiæ multa habemus testimonia apud Ciceronem, atque Athenæum, tum etiam Plutarchum nonnulla, & Sextum eius nepotem. Inter quæ ea sunt quæ Tusculana prima Cicero refert, eum sensisse, animum esse nihil. Eudemus verò, etiamsi multa ad Aristotelis imitationem scripserit, & Categorias, & Herminiani, & Analytica, vt Ammonius testatur, & Ethica, & Physica, quibus Aristotelicos sensus est prosecutus: sui nihilominus iuris esse voluit, nihilque veritus est, tum alia ab Aristotele tradere, tum etiam contraria illi sentire. Quod ex Philoponi commentarijs in Syllogismos, & Boetij in libro de Syllogismo, & Simplicij in Physicos manifestò patet. Ait enim Boetius præter quatuor syllogismorum primæ figuræ modos, quinque alios fuisse à Theophrasto vel Eudemo adinuentos his verbis: *Cæteros verò quinque modos Theophrastus, vel Eudemus addiderunt, quibus Porphyrius grauissimæ vir authoritatis visus est consensisse.* De syllogismo quoque hypothetico eum latè scripsisse affirmat, de quo Aristoteles nihil omnino tetigerit, ita scribens: *De hypotheticis syllogismis sepè quærebas, de quibus ab Aristotele nihil est conscriptum: Theophrastus verò, vir omnis doctrinæ capax, rerum tantùm summas exequitur. Eudemus latiorem dicendi graditur viam.* Philoponus verò idem affirmat, Aristotelem, nihil de hypotheticis scripsisse, & comment. 5. secundi de syllogismo, Aristoteli Eudemum etiam contradixisse affirmat. Verùm alij vt Theophrastus, Eudemus, Plato (scilicet Aristotelis discipulus) negant sic se habere, vt Aristoteles inquit. Neque concedunt conclusionem prorsus sequi maiorem, sed semper fieri de inesse. Quòd si eorum libros haberemus, verisimile est, in alijs quoque Thesibus ab Aristotele dissensisse. Quod apparet eos fecisse etiam in Physicis. Nam & Parmenidem contra Aristotelem Eudemus tutatur, primi Physici comment. 22. Simplicio id attestante. Materiam etiam, non incorpoream vt Aristoteles, sed corpoream esse asseruit comment. 46. Eodem Simplicio referente, & comment. 51. Quinetiam 3. Physico comment. 5. eius verba afferuntur, quibus contendit etiam in prædicamento Quando, motum esse: cùm Aristoteles in substantia tantùm, & quantitate, & qualitate, & loco motum esse docuisset. Libro etiam 2. de Motu comment. 26 dubitatio eius affertur, contra Aristotelem, quomodo dicendum sit, partes moueri. & comment. 59. Eudemum vocat veritatis amicum: dubitareque eum ait, an vera sit Aristotelis sententia, eandem esse circumferentiam asserentis, quæ sit accepta ab A. cum ea quæ ab ipso B. eumque Aristoteli non assentire. Libri quoque 3. de motu comment. 33. Eudemi adducit sententiam, qua asserit cœlum moueri vitali, & animali motu, cùm à seipso, non ab alio moueatur. quod ab Aristotele non reperitur expressum. Theophrastus verò multo magis ab Aristotele diuersa multis in rebus sensit, quem authorem, vt ait Cicero, haud deteriorem Aristotele, multi meliorem nominant. Nam præter ea quæ ipsi cum Eudemo, & Platone iuniore communia superius citauimus: præter additos primæ syllogismorum figuræ quinque modos, præter tractationes de syllogismis hypotheticis Aristoteli intactas: multa de naturalibus rebus, atque etiam de animalibus scripsit, quæ Aristoteles non attigit: & in ijs quæ attigit, diuersa multa sensit, à multis etiam dissensit. Primùm illud ex librorum eius enumeratione à Laertio scripta clarè perspici potest: naturalium scilicet rerum libros 26. animalium verò 10. ab eo scriptos, quæ ab Aristotele omnino præterita silentio sunt. Veluti sunt de stipticitate salium, & nitri: de petrificatis: de succis, & coloribus carnium: de Idolis: de diacosmo: de mundi ordinatione: de hominibus: de epilepsi: de varietate vocis eiusdem generis animalium: de subito apparentibus, de mordentibus & iaculantibus: de animalibus quæ dicuntur prudentia: de habitantibus in sicco: de colores mutantibus: de latitantibus hyeme: de vertiginibus & obtenebrationibus: de sudore: de laboribus: de pestibus: de animi defectu: de melancholia: de melle: de odoribus vini & olei: de congelatione & liquefactione: de igne: de paralysi: de suffocatione: de delirio: de pilis: de aqua: de vespertinis: de sponte nascentibus animalibus: de secretione: de mari: de visu: & alijs quæ ibi legenda sunt. Secundum verò, ac tertiũ hic subijciã, quã potero clarissimè, vti clarescat hũc virũ suo quodam libero iure, non seruili præceptoris reueren-

tia

tia philosophatum esse. Itaque Simplicius primo Physic. commen. 3. refert eũ contra Aristotelem pro Xenophane sensisse. Sic tertio Physi. comm. 5. ait, Theophrastũ in omnibus prædicamentis motum statuisse. Imò patrocinio Theophrasti, qui planè motũ & mutationem considerauit in omnibus prædicamentis. Vbi etiam verbacius ex secundo de motu affert hæc: *Conuenientius autem, quod quidem dicimus, & est: motum actum esse eius quod est in potentia mobilis qua mobile, secundum vnumquodque genus prædicamentorum: vt substantia, quanti, qualis, per locum mobilis, & aliorum. Sic enim alteratio, auctio, generatio, & contraria his*. Sed in tertio hæc apertius scripsit in definitione motus. *Totidem eius species esse dicimus, quot prædicamenta. Nã motus est actus eius quod est in potentia qua tale*: quod etiam alibi idem Simplicius repetit. Libro etiam 4. com. 36. ait, Theophrastum, ac etiam Eudemum inter pronunciata de loco posuisse: locum esse immobilem, quòd Aristoteles subtieuerat. Digressione autem illa sua de loco, ait Theophrastum aduersus Aristotelicam loci definitionem dubitasse, hæc videlicet, quòd ex ea apparet, primo, corpus esse: in superficie. Secundò, Locum moueri, tertiò, non omne corpus in loco esse: quia primus globus incessabilis: imò magis, quia reliquas sphæras secum rapit; quarto, non totum cœlum in loco esse. Quæ enim sunt in lóco, desinunt moueri: quinto, quòd si auferantur quæ continent, non amplius erunt in loco. Eadem digressione adducit verba Theophrasti, quibus locum designat longè aliter, quàm Aristoteles: sunt autem hæc ex libro de Naturalibus rebus. Nam locus per se non est substantia quædam: at ordine & positione dicitur secundum naturas & virtutes. Similiter quoque in animalibus & plantis, & generatim ipsis dissimilaribus, siue illa sint animata, siue inanimata, modò habeant naturam formatam. Etenim horum aliquis ordo, & positio partium est ad totam substantiam, ideo & vnaquæque dicitur in suo loco, eò quod habet proprium ordinem, cumque partium corporis vnaquæque desideret & postulet suum locum & positionem. Libro verò secundo de motu comment. 23. Inter motus, ait, Theophrasto enumeratas appetitiones, cupiditates, iudicia, speculationes animæ. Considerandumque ait, an tradita motus definitione comprehensæ sint, an verò distinguantur. Libro autem tertio de motu comment. 43. ait, Theophrastum distinxisse ea quæ fiunt, longè aliter quàm Aristoteles, qui omnia ait à contrario fieri. Theophrastus verò alia à contrario, alia a simili, vt homo ab homine, calidum à calido: alia ab eo quod est actu, vt à fesula cicatricem à Sole qui actu est, non autem vel contrarius, vel similis ijs, quæ ab eo fiunt. Idem Simplicius in prædicamenta comm. 77. hæc habet de Theophrasto verba: ἔτι δὲ δεῖ πείθεσθαι Θεοφράστῳ τούτῳ μὲν γὰρ δοκεῖ μὴ χωρίζεσθαι τὴν κίνησιν τῆς ἐνεργείας: *præterea oportet credere Theophrasto. Huic verò videtur non separari motum ab actione*. In qua re ab Aristotele diuersa pronunciat. Et cap. de oppositis: Θεόφραστος δὲ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ τοπικοῖς τὰ δὲ γέγραφεν, ἀπορώτερον ἔτι ποιοῦντα τὸν λόγον. ἐπεὶ δὲ ἐναντία τῶν ἐναντίων αἱ ἀρχαί, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐν ἑνὶ γένει ταῦτα, καθάπερ οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν, καὶ κίνησις καὶ στάσις: *Theophrastus in proprijs Topicis hæc scripsit, quæ magis dubium faciunt sermonem. Quoniam contraria, contrariorum sunt principia, manifestum quod neque vno genere hæc sunt, veluti bonum & malum, motus & status &c.* Quibus negat contraria sub eodem genere contineri: quòd manifestè repugnat sententiæ Aristotelicæ. Libro quoq; tertiò de cœlo: ὅτι δὲ διακρίνεται τὸ πῦρ ἐκ τῆς σαρκὸς ὁ μὲν Θεόφραστος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ ἀνθρώπου τὰς φλόγας κεχωρισμένας διηγεῖται: *Quod verò ignis ex carne excernatur, Theophrastus quidem ab oculis hominis flammam separatam enarrat*. Olympiodorus quoq; Peripateticus comment. in secundum Meteororum, praxi. 23. refert, Theophrastum asserere, salsedinem maris ex subiecta terra oriri, non autẽ à solaribus radijs, vt Aristoteles. Praxi etiam 26. refert, Alexãdrũ omissa Aristotelis sententia de ventorũ obliquo motu, magis Theophrasticã probasse. Quam etiam refert fuisse, quòd venti obliquè ferantur, quia materia, exhalatio scilicet illa, partim terrea & grauis sit, partim leuis: itaq; partim sursũ, partim deorsum niti: ex quo nixu obliquitas illa motus ventorũ pronascatur. Cuius rei causam Aristoteles assignarat cœli circularem motum. Quæ tamen Theophrasti sententia non reperitur in eo Alexandri commentario, qui sub eius nomine circumfertur: nam de Theophrasto nihil præter hæc verba eo loco. Θεόφραστος δὲ τὴν αἰτίαν τῆς κινήσεως τῆς λοξῆς τοῖς ἀνέμοις φησὶ γίνεσθαι διὰ τὸ μὴ ἁπλῶς αὐτοὺς

αὐτοὺς ἐκ ξηρᾶς τε καὶ θερμῆς ἀναθυμιάσεως γίνεσθαι, ἄνω γὰρ ἂν ἐφέροντο: *Theophrastus verò causam motus ventorum obliqui, ait esse, quia non simpliciter fiant ipsi ex sicca & calida exhalatione. Sursum enim ferrentur*. Vt obiter hoc addatur his quæ tertio libro in hanc rem contulimus. Auen Rois quoque, qui maximè omnium vni Aristoteli deditus fuit, testatur comment. in 6. Top. cap. 1. Theophrastum Aristoteli contradixisse. Eius verba adscribam: *Et ideo hac fallacia non subintrat loca generis simpliciter, vt ait Theophrastus, & contradicit Aristoteli de repetitione locorum hic*. Neque verò potuit hic Aristotelicissimus non magis laudare Theophrasti, ac etiam Themistij ordinem locorum, quàm Aristotelis. Scribit enim in fine 6. lib. *Hæc sunt loca definitionum, quæ inseruimus ordine, quo ea inseruerunt Theophrastus & Themistius, ex quo magis hic subintrat ordinem artificiosum, & fit facilioris commemorationis*. Atque hæc quidem ex Aristotelis interpretibus allata sunto. Quæ verò ex alijs grauissimis authoribus in hanc sententiam collegi, subdam hoc loco. Ac primo Cicero veluti reliquorum antiquior 5. Tusculan. ait: Theophrastum in libro de vita beata sensisse, non posse eum qui torqueatur beatum esse, & vitam regi fortuna, non sapientia. Et libro de Officijs secundo, diuersam ab Aristotelica secutum fuisse Theophrastũ, sententiam de magnificentia, scribit his verbis. *Est enim multus in libro de diuitijs in laudanda magnificentia, & apparitione popularium munerum, taliumq́ sumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat*. Deinde subiungit: *Quantò Aristoteles grauius & verius nos reprehendit, qui has effusiones pecuniarum admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam*. Plinius autem lib 8. cap. 44. narrat, eum tradere, mulas in Cappadocia parere. Plutarchus autem in præceptis salubribus: ἴσως μὲν γὰρ τι καὶ Θεόφραστος ἀληθὲς εἶπεν, εἰπὼν ἐν μεταφορᾷ, πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχήν. πλείονα μέντοι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀπολαύει κακὰ, μὴ κατὰ λόγον αὐτῷ χρωμένης, μηδ' ὡς προσήκει θεραπευόμενον. ὅταν γὰρ ἐν πάθεσιν ἰδίοις γένηται, καὶ ἀγῶσι καὶ σπουδαῖς, ἀφειδεῖ τοῦ σώματος. *Fortè etiam aliquid verè Theophrastus dixit, inquiens in Metaphora, animam multam corpori pendere domus pensionem, attamen corpus pati mala plura quàm anima dum non ratione eo vtitur, neque vti conuenit illud curat: namque dum in proprijs passionibus est, in agonibus ac curis non parcit corpori*. Quam sententiam Porphyrius quoque libro 4. de Abstinentia, ita expressit: οὐ πολὺ τὸ ἐνοίκιον, ὡς φησί που Θεόφραστος, τῷ σώματι δίδωσι ἡ ψυχή, τῆς ἐν αὐτῷ κατοικήσεως ἀλλ' ὅλην ἑαυτὴν προστιθεῖσα: *Non multam pensionem vt alicubi inquit Theophrastus, corpori dat anima habitationis in eo. Sed totam se ipsam apponens*. Olympiodorus quoque Platonicus, commentario suo in Philæbum, ait, Theophrastum Platoni contradicentem, dixisse nullã esse falsam voluptatẽ, sed omnes veras, quod non minus Aristoteli quã Platoni repugnat. Ex his igitur quæ aliunde quã ex suis libris collegimus, atq; alijs quæ colligi etiam ex suis libris queunt, clarissimè constat, Theophrasti philosophiã ita liberã fuisse, vt si quid præceptor non docuisset vel scripsisset, nõ putasse sibi vetitũ esse id addere. Si quid falsum pronunciarit, corrigere: si quid mancũ, id supplere. Si quid in natura rerũ reperiretur, quod philosophiæ præceptoris vel contrariũ esset, vel etiã prætermissum: id perscribere. Putasse enim videtur mentis suæ cõtẽplationes, nullis naturæ legib. obstringi ad præceptoris placita vndequaq; approbanda. Ita vt sibi via non pateret illius dogmata extimandi, ac etiam noua condendi. Quã mentis libertatem Strato Lãpsacenus, auditor eius, & amplexatus, & secutus est. Quem Cicero libro quinto de finibus ait, in naturalem Philosophiam pleraq; noua inuexisse, ita scribens. *Primum Theophrasti Strato physicũ se voluit, in quo etsi est magnus tamen noua pleraque*. Id autem verum esse comprobat Plutarchus, qui libris de Philosophorum placitis multa eius dogmata recenset. Inter quæ tradit, eum asserere Cometas, nil aliud esse, quàm lumen astri comprehensum densa nube, indeque lucere veluti lumen laterna occlusum. Libro etiam 4. cap. vltimo, Animæ affectus atque sensus, in principali parte ipsius esse, non autem in locis affectis. Libro 5. cap 4. potentiam seminis corpoream esse, quia spirituosa sit. Libro quoq; cui titulus, Vltra prudentiora animalia &c. Hanc Stratonis sententiam retulit: καί τοι Στράτωνος τοῦ φυσικοῦ λόγος ἐστὶν ἀποδεικνύων, ὡς οὐδ' αἰσθάνεσθαι τὸ παράπαν ἄνευ τοῦ νοεῖν ὑπάρχει: *Etiamsi Stratonis Physici sermo est, demonstrans quòd neque sensus omninò sine intelligentia est*. Quam sententiam Porphyrius etiam libro de Abstinẽtia tertio totam ipsis his verbis ex-

pressit Sextus quoq; Empiricus libro primo de philosophia: de cogitatione, id est διανοίας: loquens sic ait: *Alij autem eam esse sensus, & per sensuum instrumenta, tanquam per quædam loca prospicere, & se exercere: cuius sectæ auctor fuit Strato physicus, & Aenesidemus.* Libro autem 9. cap. An sit motus, ait: *Et sic quidem opinatus est Strato physicus: nam existimabat quidem tempora desinere in indiuiduum, corpora autem & loca secari in infinitum, & moueri quod mouetur in tempore indiuiduo totum simul, & aceruatim diuiduum spatium, & non prius in priori.* Eodem etiam libro cap. an sit tempus. Stratonis de tempore sententiam sic expressit: *Quam ob rem Strato physicus recedens ab hac notione, dicebat tempus esse motum omnis motus & mansionis: accedit enim ad omnia quæ mouentur quando mouentur, & ad omnia mobilia quando non mouentur.* Et rursus: *Strato autem physicus, esse mensuram motus & mansionis.* Simplicius quoque in primum de Cœlo comm. 86. ab Aristotelica longe diuersam fuisse Stratonis sententiam de leuitate & grauitate affirmat. Sic enim scribit: ταύτης δὲ τῆς δόξης μετ' αὐτὸν γέγονε Στράτων καὶ Ἐπίκουρος, νομίζοντες ἅπαν σῶμα βάρος ἔχειν καὶ ἐπὶ τὸ μέσον φέρεσθαι: *Huius verò opinionis fuit Strato, & Epicurus, putantes omne corpus grauitatem habere, & ad medium ferri*: Sed & quarto Physico. comm. 33. ita de Stratone scripsit: *Opinor etiam Stratonem Lampsacenum eiusdem fuisse opinionis, scilicet, quòd extra cœlum est tanti ambitus esse, vt vniuersum capiat. ideo suapte natura vacuum esse, verùm semper corporibus impleri, & sola cogitatione considerari, tanquam per se subsistens.* Eodem quoque libro digressione de tempore scribit, eum definitioni temporis Aristotelici non assensisse. *Tamen Lampsacenus Strato accusando definitionem temporis assignatam ab Aristotele: quàmquam discipulus fuerit Theophrasti, qui in omnibus secutus Aristotelem, recentiorem viam ingressus est, quia non admittit tempus esse numerum motus: quia numerus est quantitas discreta, & motus & tempus continua.* In quam sententiam postquàm multas Stratonis rationes retulit, hæc subinfert. *Et alia multa contra assignationem Aristotelis Strato obiecit.* Libro etiam 6. commen. 23. hæc scribit. *Et Strato Lampsacenus qui fuit auditor Theophrasti, & inter optimos peripateticos numeratur, animam fatetur non solùm irrationalem moueri, sed etiam rationalem, quippe qui dicat, motus esse animæ actiones.* Hæc itaque pauca, quæ inuenire potui Stratonis liberam philosophandi mentem satis clare iudicant.

Demetrius quoque Phalereus Stratonis condiscipulus, eandem in philosophia libertatem coluit: quod satis patet ex libro eius περὶ ἑρμηνείας de elocutione: in quo nouam quandam elocutionis artem, nulla in parte Aristotelicæ tertio Rhetorico traditæ similem pertractat. Quid autem Lyco Stratonis auditor, & eius in schola successor, in ratione philosophandi secutus sit, satis obscura ac pauca sunt testimonia. Nam Diogenes nec libros eius enumerat: neq; aliud, præterquã quod in scribendo suauissimus fuerit, etiamsi sibi ipsi dissimilis, de eo tradit. Cicero verò hæc paucula verba quinto de finibus: *Huius Lycon, & oratione locuples, rebus ipsis ieiunior.* Apud Plutarchũ verò semel tantùm eius inuenio mentionẽ factam, libro quomodo oporteat iuuenem poemata audire: οὐ γὰρ μόνον τὰ αἰσώπεια μυθάρια, καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι, τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. *Neq; n. solũ Aesopicas fabellas, & poeticas hypotheses, verũ etiam Abarim Heraclidæ, & Lyconem Aristonis perlegentes, animarũ dogmata mixta fabulis, cum voluptate furore corripiuntur.* Quo loco Aristonis (vt ego puto Cei, qui Lyconis fuit auditor) liber citatur Lycon inscriptus. Sed illa verba: *perlegentes animarum dogmata mixta fabulis*: satis mihi indicare videntur in eo libro grauissimã de anima doctrinam, fabulis fuisse ab Aristone commixtam, eaq; res in causa fortè fuit, quod Cicero hæc de eo, libro 5. de finibus scripserit. *Concinnus deinde & elegans huius Aristo, sed ea quæ desideratur in magno philosopho grauitas, in eo non fuit. Scripta sanè, & multa & polita, sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet.* Testatur autem Athenæus scripsisse eum περὶ ἐρωτικῶν ὁμοίων: *de amatorijs similibus*, ex quibus verba etiam libro 10. affert: non sanè multam grauitatem referentia. Πολέμωνά φησι τὸν Ἀκαδημαϊκὸν παραινεῖν τοῖς ἐπὶ δεῖπνον πορευομένοις, φροντίζειν ὅπως ἡδὺν τὸν πότον ποιῶνται, μὴ μόνον εἰς τὸ παρὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν αὔριον: *Ait Polemonem Academicum, cohortari eos qui ad cœnam proficiscuntur, curam habeant, vt potum suauem faciant, non solùm ad præsens, sed etiam in crastinum.* Et iterum libro 3.

*καὶ μοὶ δοκεῖ Ἀρίστων ὁ Κεῖος ὁ περιπατητικὸς οὐ κακῶς εἰρηκέναι ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῶν ἐρωτικῶν ὁμοίων, πρός τινα Ἀττικὸν, μέγαν τινὰ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιδεικνύντα ὡς καλὸν, ᾧ Δῶρος ἦν ὄνομα, τὴν πρὸς Δόλωνα μοὶ φησὶ, δοκῶ παρ' Ὀδυσσέως ἀπάντησιν ἐπὶ σὲ μεταφέρειν. ἦ ῥά νυ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμός. Ac mihi videtur Aristo Ceus Peripateticus nō malè dixisse in secūdo de Amatorijs similibus, ad Atticū quendā ostendentē, prouecta iam ætate quēdam, veluti pulchrū, cui Dorus erat nomē: Videtur, ait mihi, ad te transferre occursum Vlyßis ad Dolonem. Certè magna dona cupiebat animus.* Sextus etiam Empiricus huius Aristonis semel tantùm meminit libro primo capitulo de Rhetorica. Aristo verò familiaris Critolai, Scopum quendam dicit ei esse propositum, persuasionem, finem autem eam assequi. Quod etiam diuersum quid est ab Aristotelis doctrina. In Stratone videtur Peripatetica philosophandi ratio purior desijsse. nam & Simplicius superius adducto loco, optimum eum Peripateticum appellat. Et Cicero Hieronymū Rhodium, à Peripatetica doctrina deuiasse author est his verbis, libro 5. de Finibus. *Prætereo multos, in his doctum hominem & suauem, quem iam cur Peripateticum appellē nescio. Summum enim bonum exposuit, vacuitatem doloris.* Fuit autem Lyconi contemporaneus. Hic videtur primus Peripateticam, cum alijs aliarum sectarum doctrinis miscuisse. Vel etiam Lycon, si modò eius dogmata Arist. in Lycone secutus est, dogmata de anima fabulis permiscendo. id autem eueniſſe credendum est, quia Aristotelis, & Theophrasti libros, non habuerunt: quia à Nelei hæredibus occultati fuerāt, vti superius, retulimus, id autem Lyconis tempore fuit, qui Attalo, vt Diogenes tradit, familiaris fuit. Potuit itaque Strato Nelei condiscipulus, vidisse eos libros, atque idcirco Peripateticè philosophatus esse. sed Lycon & Hieronymus eos nō viderūt: atque ideò aliena Peripateticis permiscuerunt. illæ Orphico & Pythagoreo more fabulas, hic verò Stoica dogmata. quod omnes his posteriores vsque ad Andronicum fecerunt. atq; ideò à Cicerone dicti sunt degenerasse quinto de Finibus. *Sumus igitur contenti his* (scilicet Aristotele, Theophrasto, Nicomacho) *namque horum posteri meliores illi quidem mea sententia, quàm reliquarum philosophiæ disciplinarum, sed ita degenerunt, vt ipsi ex se nati esse videantur.* In quibus etsi Stratonem reponat, attamen à Simplicio Peripatetico optimo, optimus Peripateticus est agnitus. itaque degeneratio hæc à Lycone, & Hieronymo cœpta, vsque ad Andronicum videtur perdurasse. Frequens enim est apud Ciceronem testimonium de Hieronymo, de Critolao, de Diodoro, atq; alijs nonnullis, qui doctrinam eorum, variarum sectarum doctrinis variam effecerunt, non solum Peripatetici, sed etiam Academici, & Stoici. Sed de Lycone Cicero libro tertio Tusculan. *Quid illa Lyconis qualia sunt, qui ægritudinem extenuans, paruis eam ait rebus moueri, fortuna & corporis incommodis, non animi malis.* Hieronymi autem libro 5. *Vt Hieronymus, nihil bonum nisi natura primis bonis, aut omnibus aut maximis frui.* De Critolao verò Cicero 5. de finib. *Qui autem de summo bono dissentit Critolaus, imitari antiquos voluit: & est quidem grauitate proximus, & redundat oratio: attamen is quidem in patrijs institutis manet.* Scilicet in Aristonis, cuius auditor fuerat. Et Sextus libro primo cap. de Rhetorica, *Critolaus quidem, certè Peripateticus & diu antè Plato, cum hoc vidissent, eàm vituperarunt: vt quæ artificiū potius improbum esset, quàm ars.* Qua sententia apparet eū ausum cōtra Aristotelē sentire, & suā cū Platonica doctrinā coniunxisse. quod & his apparet. Critolaus autem & Academici, inter quos & Clitomachus & Charmides, solent ipsi quoq; hæc dicere. Et lib. 2. Academ. *Voluptatē & honestatem finē esse Calipho censuit, Vacare omni molestia Hieronymus. Hoc idem cū honestate Diodorus, ambo hi Peripatetici.* Et quarto de Finib. *Qui sit enim finis bonorum, mox. hoc loco tantum dico à veteribus Peripateticis, Academicisq́, qui re consentientes, vocabulis differebant.* Neq; id huic sectæ soli cōmune fuit, sectarum aliarum dogmata suæ dogmatibus miscere, verùm etiam alijs. Namque Academici Bion, Carneades, Clitomachus (quod Diogenes) Philo, Antiochus, Aristo) quòd Cicero tradit) idem fecere. nec non Stoici eius tēporis, inter quos præcipuus Panætius. De quo Cicero lib. 4. de finib. *Semperq́, habuit in ore Platonē, Aristotelē, Xenocratē, Theophrastum, Dicæarchum.* De Antiocho etiam & Aristone fratribus idem tradit. idq; par est reliquos omnium sectarū philosophos factitasse. Quorū non solum libros, quos ducentorū & triginta annorū, nullos omnino habemus, verùm etiam eorū nomina tēpora absumpserunt. Sed in Peripateticorū secta, post primā illā

o

ſynceriorem doctrinam, mixta hæc ſecunda philoſophandi ratio fuit. Tertia autem ab Andronico Rhodio cœpit initium, longè ab vtriſque prioribus differens ac diuerſa. Recenſuimus ſuperius hunc Andronicum Ariſtotelis ac Theophraſti libros reperiſſe, recognouiſſe, reſtituiſſe, auditoribus aperuiſſe, in indices digeſtiſſe: atque etiam commentationibus primum omnium illuſtraſſe. Quod quidem philoſophandi genus, ſcilicet in Ariſtotelicis libris. Strato Geographus melius eſſe ac præſtantius iudicauit. τοῖς δ' ὕστερον, ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν, καὶ ἀριστοτελίζειν: *poſterioribus verò, ex quo libri hi prodierunt, accidit vt melius quàm illi* (ſcilicet poſteriores Theophraſto Peripatetici) *philoſopharentur, ac Ariſtotelizarentur.* Quanquã coacti eſſent vt plurimum, ex coniectura, & conſentaneè propter errorem quibus libri ſcatebant multitudinem exponere. ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν: *Cogebantur verò plurima conſentanea dicere, propter multitudinem errorum.* Ab Andronico itaq; multa præclara habemus, libros ſcilicet omnes tum Ariſtotelicos, tum Theophraſticos: eorumque legitimorum à notis diſcretionem, in ordines digeſtionem, ordinem quo eſſent legendi, expoſitionem etiam ipſorum duplicem, paraphraſticã & ἐξηγητικὴν vel ὑφηγηματικὴν *explicatam.* Et quod omnium horum maius eſt rectæ eorum, vel non rectæ doctrinæ expenſionem. quem ob has cauſas, vt ait Boetius acutum, & diligentem, Ariſtotelicorum librorum & iudicem & repertorem iudicauit antiquitas. neq; id tãtùm, ſed vti diximus, omnis ſine vllo dubio laus Andronico eſt tribuenda, quod primus omnium, quorum memoria ad nos peruenit, Ariſtotelicos libros duplicis generis commentationibus cœperit illuſtrare. neque tamen omiſit, quin ſuo etiam more multa iudicauerit, & liberi atque ingenui hominis ingenio, in ea illuſtratione vſus fuerit. nam ſæpe Ariſtotelem arguit, ſæpe capitum ordinem corripuit: ſæpe etiam Ariſtotelicis ſententijs tũ adiunxit, tũ detraxit. Quod Gal. luculenter ſatis teſtatur libro. Quod animi mores &c. Ἀνδρόνικον δὲ τὸν περιπατητικόν, ὅτι μὲν ὅλως ἐτόλμησεν ἀποφήνασθαι τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ὡς ἐλεύθερος ἀνήρ, ἄνευ τοῦ περιπλέκειν ἀσαφῶς, ἐπαινῶ πάνυ καὶ ἀποδέχομαι τὴν φύσιν τοῦ ἀνδρός. εὑρίσκω γὰρ αὐτὸν καὶ κατ' ἄλλα πολλὰ τοιοῦτον. ὅτι δὲ ἤτοι κρᾶσιν εἶναί φησιν, ἢ δύναμιν ἑπομένην τῇ κράσει, καὶ μέμφομαι τῇ προσθήκῃ τῆς δυνάμεως. ἡ γὰρ τοι ψυχὴ πολλὰς ἔχει δυνάμεις, οὐσία τις οὖσα, καὶ τοῦτο ὀρθῶς Ἀριστοτέλει λέλεκται: *Andronicum verò Peripateticum quòd auſus ſit omnino pronunciare, quid anima ſubſtãtia ſit, vt vir liber, ac ſine vlla obſcuritatis implicatione, laudo equidem valde, ac viri dictionem amplector. inuenio namq; eum in alijs multis talem: quòd verò temperiem ait eſſe, vel facultatem temperiei ſubſequentem, reprehendo facultatis adiectionem. Animã namque ſubſtantia quadam exiſtens multas habet facultates: atque id Ariſtoteli rectè dictum eſt.* Sed Simplicius multa cõmentarijs ſuis in Categorias adducit, in quibus Andronicus non veritus eſt ab Ariſtotele diſſentire: qualia ſunt illa quæ capite de ente refert. Andronicum cenſuiſſe, non ſolùm prædicata ſubſtantialia in eo quod quid eſt prædicari, ſed etiam alia. Et cap. de quantitate, præter Ariſtotelis ſententiam feciſſe propria prædicamenta, locũ & tempus: eiſq; vbi & Quando ſubieciſſe: aſſeruiſſeq; magnũ & paruũ, multum & parum non ſolùm eſſe relationis, ſed etiam quantitatis indefinitæ. Et cap. de relatione, cum exiſtimaſſe, hoc relationis prædicamentum poſtremo Categoriarum loco reponendum, relatiuorumq; definitionẽ non rectè ſeſe habere. Et cap. de qualitate, cum induxiſſe quintũ quoddam qualitatum genus, Ariſtotele quatuor tantùm ſtatuente idq; eſſe, raritatem, denſitatem, leuitatem, & grauitatem, nec non tenuitatem & craſſitiem. Et cap. de oppoſitis. Docuiſſe cum, pati & agere non ſolùm oppoſita, ſed etiam contraria eſſe. Tertio itaque hoc philoſophandi genere, Ariſtotelis illuſtrandi, nec tamen in eius verba iurandi, poſt Andronicum illuſtris fuit Boethus Sidonius, Andronici auditor, quem Simplicius θαυμάσιον & γενναῖον, *admirabilem, & generoſum* non ſemel vocat, & Ariſto, & Eudorus, & Strato Geographus. nec non Xenarchus atq; Athenodorus, omnes contemporanei, & Andronici ſucceſſores. De Boetho recenſet Simplicius, quòd Ariſtotelis relatiuorum definitionem reprehenderit. Et in prædicamento quando, diſtinxerit aliud eſſe tempus, aliud quod temporis particeps eſt. quæ res Platonicum quid ſapere videtur. Et quòd prædicamẽto habere propriã quandã attulerit reſpectuũ σχέσεων diſtinctionẽ. Et quòd cẽſuerit, nõ eſſe qualitatẽ eã quietẽ, quæ cõtraria motui qualita-

tis

tis esset. Et quòd in exponendis prædicamentis βαθυτέραις διανοίαις ἐχρήσατο. *profundioribus sensibus usus est.* Sed Aristonis, unum duntaxat extat testimonium, quod eadem mentis libertate fuerit vsus. nam cap. de relatiuis affirmat Simplicius, eũ reprehendisse eorum definitionem, conatumque esse, aliam meliorem, & clariorem reddere.

Eudorus quoque Aristonis æmulus vt ex Stratone constitit non minorem re-nuit ingenij libertatem. Quandoquidem cap. de relatiuis referat Simplicius eum accusasse Aristotelem, quòd cum ea quæ sunt ad aliquid, contra ponantur iis quæ per se dicuntur, de illis quidem egerit, hæc verò tractare prætermiserit. Et cap. de qualitate, quòd totum prædicamentorum Aristotelicorum ordinem improbarit, posuerit que post substantiam, qualitatem, deinde quantitatem, deinde tempus & locum. Et quòd, cùm Aristoteles dixerit dispositionis proprium esse, vt facilè sit mobilis, subiunxeritque sunt autem habitus etiam dispositiones: sequi ut non amplius dispositio facile sit mobilis. Et rursus, quòd genus tertium qualitatem, naturales scilicet potentias, non rectè fecerit à prioribus dispositionibus & habitibus differentes. Et quòd quintum, ipse quoque qualitatum genus statuerit cum Andronico. & asseruerit, curuitatem & rectitudinem non minus positiones esse, quàm rarum & densum. asperum & lene. quas Aristoteles probarat, illas reticuerat. Ausus est etiam pro Pythagoreis cõtra Aristotelem defensionem suscipere, quod narrat Simplicius libro primo de Natura, commen. 42. Et pro Anaxagora commen. 38. Athenodorus etiam, eandem philosophandi liberam rationem est secutus. nam eum quoq; Simplicius inter antiquos Categoriarum interpretes ἐξηγητὰς numerat, & alio loco citat eius librum πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας *Contra Aristotelis Categorias*. In quo videtur improbasse (quod Simplicius idem attestatur) vocum diuisionem initio libri ab Aristotele positam. Et quòd tam multiplicia prædicamentorum genera Aristoteles fecerit. ἄλλοι δὲ πολλοί, πρὸς αὐτὴν ἀμφισβήτησαν, ἀντίθεν κατηγοροῦντες τῆς εἰς τοσοῦτον πλῆθος διαιρέσεως, ὥσπερ Ἀθηνόδωρος, ἐν τῷ πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους μὲν κατηγορίας ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, μόνην δὲ τὴν εἰς τοσοῦτον πλῆθος διαίρεσιν ἐξετάζοντι: *Multi quidẽ alij ad eam dubitarunt, ex professo accusantes partitionem in tantam multitudinem, vt Athenodorus, in libro, qui quidem contra Aristotelis Categorias inscribitur: solam verò in tantam multitudinem diuisionem excutiente.* In quibus illa verba: *Alij etiam multi:* sunt obseruanda, vt cognoscatur eius tempestatis philosophos liberè philosophatos esse. ac statim nominat inter hos multos. Cornutum, Lucium & Nicostratum, qui post eam ætatem, non tamen ab ea longè floruerunt. ait etiam Athenodorum eundem improbasse, quòd Aristoteles in quantitatis prædicamento post numerũ, & magnitudinẽ, nõ posuerit grauitatẽ. Xenarchus præterea Seleucieus eiusdẽ tẽporis philosophus Peripateticus, nõ est Aristotelis reuerentia cohibitus, quin contra illius dogmata, quæ ipse falsa esse sentiret, auderet proferre. cuius ingenuitatis extãt nõ pauca testimonia apud Simplicium primo Cœli commen 6. & 11. & 17. primo quidem. ὁ δὲ Ξέναρχος πρὸς πολλὰ τῶν ἐνταῦθα εἰρημένων ἐν τοῖς γεγραμμένοις αὐτῷ βιβλίοις περὶ τῆς πέμπτης οὐσίας ἀντιφάσεις καταλείπων, ἀντείρηκε καὶ πρὸς ταῦτα &c.. *Xenarchus verò contra multa quæ hic dicta sunt, in libris qui ille scripti sunt de Quinta essentia, contradictiones relinquẽs, contradixit etiam ad hæc.* rursùs comment. 11 ἰστέον δὲ ὅτι Πτολεμαῖος ἐν τῷ περὶ στοιχείων βιβλίῳ καὶ ἐν τοῖς ὀπτικοῖς, καὶ ὁ μέγας Πλωτῖνος, καὶ Ξέναρχος ἐν ταῖς πρὸς τὴν πέμπτην οὐσίαν ἀπορίαις, τὰς ἐπ' εὐθείας κινήσεις τῶν στοιχείων γινομένων ἔτι, καὶ ἐν τῷ παρὰ φύσιν ὄντων τόπῳ καὶ οὔπω ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὑπέλαβον εἶναι: *Sciendum quod Ptolemæus in libro de Elementis, & in opticis, & magnus Plotinus, & Xenarchus, in dubitationibus contra quintam essentiam, rectos motus elementorũ dum generantur, & in loco præter naturam sunt & nõdum in loco secundũ naturã esse existimarunt.* comment. iterum eodem. ὁ δὲ Ξέναρχος δευτέραν ἀπορίαν ἐπάγει περὶ τὴν πέμπτην οὐσίαν: *Xenarchus verò, secundam dubitationẽ adducit de quinta essentia* & quæ sequuntur. & iterũ. τοῦ Ξενάρχου δὲ καὶ ταῦτα. *Xenarchi verò etiam hæc.* & rursum. πλὴν τοῦτον δ' ἐν τούτοις ἀντιλέγει ὁ Ξέναρχος. *Postremò in his cõtradicit Xenarchus.* & commen. 17. πρὸς δὴ τὰ διασαφηθέντα ἤδη ῥήματα ὁ Ξέναρχος ἐνίσταται. *Contra verò iam declarata verba Xenarchus instat.* Floruit etiam Augusti tempore Nicolaus Damascenus, qui Metaphysicorũ librorũ ordinẽ totũ reprehẽdit. Et Asinius Pollio qui decẽ libros scripsit cõtra Aristotelis libros de Animalibus, quod Suidas in

O 2

Pollione affirmat, eius enumerãs scripta: περὶ Ἀριστοτέλους, περὶ ζώων βιβλία δέκα. *Cõtra Aristotelem de Animalibus libros decẽ*. Ita statim renata Aristotelis cum suis libris philosophia, impugnatores multos, eosq; magnos ac graues viros habuit. nec minus se quẽti ætate cõtradictores multi defuerũt. Nã sub Nerone floruit cum Alexãdro Aegæo Cornutus: qui librũ cõtra Athenodorũ, & Aristotelẽ cõscripsit, quod refert Simplicius. ἐν Κορνούτος ἐν οἷς πρὸς Ἀθηνόδωρον καὶ Ἀριστοτέλην ἐπέγραψε. *Et Cornutus in ys qua cõtra Athenodorũ & Aristotelẽ inscripsit*. in quibus vt idẽ est author, accusauit quòd Aristotelica vocũ diuisio, nõ oẽs voces cõprehenderet. quã rẽ etiam Porphyrius eo loco reinlit. Reprobauit etiam generũ diuisionẽ: & quædã de loco. Post Neronis tẽpora & Cornuti huius, vsq; ad M. Antoninũ & Verũ, sub quibus Alexãder Aphrodisieus floruit, hi philosophi Peripatetici floruisse reperiũtur, Adrastus, Adrianus, Apollonius Alexãdrinus, Lucius, Aspasius, Nicostratus, Atticus, Achaicus, Sation, Herminus, Aristocles: quorũ plerią; liberè, & ingenuè videntur esse Philosophati. nam de Lucio & Nicostrato multa sunt apud Simplicium testimonia, quibus apparet eos sese omnibus, quæ Aristoteles in Prædicamentis docuisset, opposuisse. ait enim in proœmio: ἄλλοις δ' ἤρεσεν ἀπορίας μόνας γράψαι πρὸς τὰ λεγόμενα, ὥσπερ Λούκιος τε πεποίηκε, καὶ μετ' αὐτὸν Νικόστρατος, τὰ τοῦ Λουκίου ὑποβαλλόμενος, σχεδὸν εἰς πάντα τὰ εἰρημένα κατὰ τὸ βιβλίον ἐνστάσεις κομίζειν φιλοτιμούμενοι. *Alys verò placuit, dubitationes solàs scribere contra ea quæ dicuntur. Quod Lucius fecit & post eum Nicostratus, proponens sibi ea quæ Lucius scripserat, ferè ad omnia, quæ in libro dicuntur, instantias ferre ambiens*. Quod quidẽ legentibus ea cõmentaria nimium sæpe occurrit. Atticũ etiã testatur cõtradixisse æquiuocorũ definitioni: quia ex ea sequeretur, æquiuoca esse vniuoca, & vniuoca itidẽ æquiuoca. Herminũ etiam ait asseruisse, caput de ente exponens, differẽtias eas esse solas, quæ diuiderẽt, non aũt eas, quæ substantiam complerent. Et differẽtias specie diuersas, non esse subalternorũ generũ, sed omnino aliorũ. opposuit etiam, nõ esse tot genera ea quæ dicuntur Prædicamenta. Achaicus aũt definitionem relatiuorum correxit, atq; propriam attulit. Et quatuor qualitatis speciebus quintã addidit. Apollonius etiã reprehẽdit quædã in Relatione dicta, nõ rectè correspondentia. quorũ si scripta haberemus, multo plura fortasse inuenirentur, in quibus Aristotelẽ non vsquequaq; approbarũt. Quod securè dici potest ex his Simplicij verbis: ἐ οἱ μὲν ὡς πλεονάζουσαν αἰτιῶνται τὴν διαίρεσιν, ἄλλοι δ' ὡς ἐλλειπῆ καταμέμφονται, τρίτοι δ' εἰσὶν οἱ ἄλλα ἀντ' ἄλλων εἰσηχθαι γένη νομίζοντες. γεγόνασι δὲ τινὲς καὶ πλείονα ἄλλα ἐγκαλοῦντες. *Et aliqui, vti abundantiorem accusant diuisionem, aly vti mancã. Tertÿ qui putent alia pro alys genera esse inducta: fuerunt etiam quidã, qui plura alia accusarũt*. & quæ ibi plura in hanc sententiam à Simplicio dicũtur. Sed Dexippus etiã eius rei testis est dũ ait primo cap. *Quid in causa fuit, cur veteres Philosophi multas & varias inter se altercationes habuerint super hoc Aristotelis libro, quem Prædicamẽtorum appellamus. Animaduerti enim nullã aliam ferè tractationẽ esse, de qua plures cõtrouersia, maioresq; contentiones extiterint. non Stoicis tãtùm & Platonicis, qui Aristotelis Prædicamẽta nitũtur labefactare. sed inter ipsos etiã Peripateticos*, &c. Quibus & quod diximus abũde patet: & præterea, quòd aliæ quoq; Aristotelis tractationes controuersias habuerunt. Itaq; ex his omnibus luculenter satis constare videtur, illarum tempestatũ philosophos, etiãsi in Aristotelis libris philosopharentur: attamẽ sibi, & ingeniũ, & iudicium philosophandi liberum conseruasse. quod credibile est magis constiturum, si omnia eorum monumenta manerent. Primus omnium videtur Alexander Aphrodisieus, se totum Aristoteli tradidisse. nihil sibi: nihil cuiquàm homini, omnia soli Aristoteli credidisse: in eius verba iurasse ne latum vnguem à dictatis eius recessisse: nihil ferè dubitare ausum, cuncta ex præscripto Aristotelis docuisse. Hinc expositoris ἐξηγητοῦ, atque Aristotelicorum interpretum principis, nomen meruisse. Videturque reuera nulli alij rei studuisse, quàm vt hanc hypothesin seruaret inter commentandum, Aristoteles omnia rectè, & verè scripsit. Non tamen deterruit coætaneum suum, Galenum, suo vti in philosophando iure. qui etiamsi multa in Aristotele probauerit, multa nihilominus in eodẽ improbauit, veluti 7. lib. de Placitis Hipp & Platonis habet hæc verba: *At Aristoteles cum semper eam* (neruorũ originẽ) *ignorauerit, inertiò in referenda cerebri necessitate hæsitãt*. Libro etiã de vuluæ dissectione. *Hanc vasorum* (scilicet seminalium) *coniunctionem, neq; Aristoteles, neq; Herophilus, neq; Phi-*

lotimus

*lotimus agnouit.* Et primo de vsu partium. *Cur item Aristoteles, tum circa alia, tum circa natura artem enarrandam alioqui peritissimus, in vnguium vtilitate adeo cacutiuit.* Et septimo de Anatomicis: *Ac miri nihil est, si etiam in alijs multis (quod ad anatomen spectat) Aristoteles errauerit, qui triplicem sinum cor habere in magnis animalibus existimat.* Et primo de semine. *Quocirca meritò accusare Aristotelem possem, non modò quòd neglexerit ea, quæ non debuit, verùm etiam quòd suorum decretorum oblitus, naturæ opera diuerso modo in plantis, atque in animalibus exponit.* Et multa sequentia in hanc sententiam. Multa quoque alia in Aristotele reprehendit vir hic, qui libero Theophrastico, Stratonicoque modo philosophatus est, qui sæpe gloriatur nihil se ad hominum opinionem, sed ad veritatem rerum philosophari: atque in omni vita, nulli alij rei quàm veritati operam dedisse, Quod forte magis etiam appareret, si eius libri Logici omnes, & præsertim ij, qui de demonstratione sunt ab eo cōscripti, extarent. In quibus verisimile est nos potuisse videre, & quæ in Aristotele reprehendisset, & quæ Aristotelicis dogmatibus adiecisset. Post Alexandrum Aphrodisieum, vsque ad Porphyrium multos extitisse philosophos, testis ipse Porphyrius est, qui in Plotini vita capite 14. multos ait, se dum adolescentulus esset, in philosophia Peripatetica viros celebres cognouisse. nullos tamen nominat, præter tres: Heliodorum Ammonium, & Ptolemæum Alexandrinos. Adolescentia autem Porphyrij incidit in Imperium Valeriani, qui ante Galienum octo annis imperauit. Natus est enim anno 11. Alexandri Seueri vt ex cap. 2. vitæ Plotini ab eo descriptæ patet. Alexander autem cœpit imperium post Antoninum & Lucium, sub quibus Aphrodisieus floruerat, annis 32. mensibus. 7. qui si superioribus iungantur, videtur posse conijci, Heliodorum, Ammonium, Ptolemæum, Aphrodisiei, seu discipulos fuisse, seu eius senectutem attigisse. Sed affirmat duos hos posteriores, nihil scriptis mandasse. Heliodorū verò inter eos numerat, qui aliquid scripserunt, sed qui nihil vlterius (vt ait) cōposuerunt quàm collectionem, aut transcriptionem quandam eorum, quæ antiquiores iam composuerant. *Quibus Heliodorum quoque* (ait Porphyrius) *adnumerare licet, qui & ipse præter illa quæ ab antiquioribus audita fuerant, nihil plus omnino ad distinctam orationis structuram contulisse videtur.* Porphyrius itaque post hos, celeberrimi nominis fuit, Plotini auditor, qui & ipse contra Aristotelis Categorias scripsit libros tres, qui de generibus entis inscribuntur. quib. occurrere videtur voluisse Dexippus in ijs, quæ in Prædicamenta ab eo scripta adhuc extant. Primus hic Porphyrius videtur secundo iam, Aristotelicam, cùm aliarum sectarum doctrinis permiscuisse. Namque Simplicius procœmio Categoriarum de ejus in hunc librum secunda commentatione loquens, sic ait: πολλὰ καὶ τῶν στωικῶν ἐκεῖ δογμάτων κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου προστιθεὶς. *Multa etiam Stoicorum dogmatum ibi per sermonis communionem addens:* & quibuscunque locis à Simplicio alijs in commentarijs citatur eius testimonium, semiplatonicus ferè semper adducitur. Videturque primus ad hanc hypothesim philosophari cœpisse. Aristotelis & Platonis vna eademq; est doctrinā. in quā etiam (contra quàm Taurus anteà fecerat) septē scripsit libros, vt Suidas est author. περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν: *Quod vna sit Platonis & Aristotelis secta.* Non tamen videtur omnibus Aristotelicis dogmatibus assensum præstitisse, quia vt idē est Author, πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν *Contra Aristotelem quòd anima sit Entelechia: scripsit.* Videtur præterea vt à Boetio & à Simplicio citatur, in omnes Aristotelicos libros commentaria edidisse, Alexandri hypothesim & propriam, quas diximus secutus. Sed eo studio, vti appareat eum, Alexandri aliorumque interpretum enarrationes euertere omnino conatum esse. Iamblichus etiam eius auditor, videtur & ipse Platonicā cū Aristotelica doctrinas coniunxisse, atque ad vtrasque illas hypotheses philosophatus, quod satis claret ex ijs quæ à Simplicio in comment. Categoriarum, & librorum de Natura, & de Cœlo, & de Anima referuntur, in qua præcipuè voluit esse vnam eandemq; doctrinam. Quod fecisse videtur Plutarchus etiam Nestorius eius discipulus, vti clarè ex Philoponi in tertium de Anima librum commentarijs colligitur. Et huius etiam auditor magnus Syrianus, aliqua ex parte eas hypotheses videtur secutus. Vti ex prioribus tribus iam dictis Simplicij expositionibus cōstat. Attamē validè etiā sese opposuit Aristoteli, antiquiores Philosophos, præsertim Pythagoram, Platonem, & Xe

potheses,ac proprias eorum dubitationes,tertiam quandam ipsis quoque peculiarem inuexerunt, vti Aristotelicam Philosophiam Christianæ Theologiæ iungerēt, huiusque præceptis,decretisque Aristotelicas rationes,ac etiam dubitationes quæstionesque permiscerent. Nihilque in Theologia arbitrati sunt posse statui,nisi Aristotelicis fundamentis firmatum esset. Hi modi summi huiusce philosophiæ, quæ postea in varias ac multiplices sectas Nominaliū, atque Realium diuisa est, quarum sectatorum, quia numerus innumerabilis est,nec ego numerare queo, nec tibi legere liberet.Hi multa secula omnes scholas tenuerunt. Primus in Gallijs Ioan.Faber Stapulensis, in Italia verò Patauij Franciscus Caballus , & post eum Nicolaus Leonicus eiusmodi philosophandi rationem neglexerunt,Aristotelem Græcè,Græcosque Aristotelis interpretes in scholas induxerunt,inde cœptum aliud mixtionis in philosophando genus:vti Auen Rois,& Latinis Græcos interpretes admiscerent. Scholarum Philosophi in textuum expositione,Græcos præcipuè sequerentur,quæstiones tamen omnino non omitterent,in quas ( quod Scholastici facere non poterant)Græcorum sententias innecterent.Ita sempiternis quæstionibus modo imposito, verborum Aristotelicorum sinceriore inuenta expositione nonum philosophandi genus ortum,in quo Buccaferreus,Portius,Ianna, Madius, Vicomercatus, atque alij nostrorum temporum philosophiæ doctores floruerunt. Quod etiam nunc in Scholis italicis habitat.In Gallicis verò, atque Hispanicis simplex Aristotelicorum librorum sine vllo interpretum adminiculo,sine vllis vel dubitationibus, vel quæstionibus interpretatio. Quæ decima numeretur peripateticè philosophandi ratio.

# OPTIMA EX ARISTOTELE

## *ATQVE IN ARISTOTELE PHILOSOphandi Ratio.*

## LIBER DECIMVSTERTIVS.

DE enumeratis decem philosophandi rationibus ac methodis operæprecium erit,acutissimi ingenij Zacharia, quæ optima omnium sit disquirere.Idque ex Aristotelis ipsius sententia peruidere. Is enim optimus tibi,nostrorum præsentium laborum fructus erit,si perno scas inter tot sententiarum, interpretumque varietates, quæ sit ea potissimum ratio,quæ nos ad rerum naturæ cognitionem, quam naturaliter cupimus omnes, vera atque optimā methodo perducat. Quod vt assequamur,eoque quo natura ferimur perueniamus,Aristotelis opinio est perscrutanda,eaque non leuiter attingenda,sed penitus, intimasque ad medullas perspicienda atque percipienda.Itaq; principio, sciendum videtur duplicem esse philosophandi summam rationem.alteram, qua ad rerum atque entium ipsorum cognitionē nitimur:alteram qua ad hominis alicuius traditionē , seu opinionē philosophamur. Eaq; duplici,vel dogmata eius approbando,sectando,enucleando,quam omnes Pythagorici, Platonici, Peripatetici, Stoici, aliarumq; sectarum philosophi omnes ingressi sunt:Vel etiam aliorum dogmata confutando,reijciendo:qua Plato aduersus sophistas, qua Aristoteles aduersus Philosophos antiquiores sæpenumero est vsus. Primā illam itaq; primò aggrediamur,in qua magnopere Aristotelē nobis prodesse posse existimamus.Itaq; dicimus Aristotelis sententiam esse,optimā philosophandi eā esse rationē,quæ sibi solā rerum veritatē cognoscendam proponit.Præ qua veritate,nullā rē aliā philosopho cordi esse debere,nullā illi anteponendā censet. Quod quidem seu ipsemet.seu Nicomachus eius filius,ex ipsius patris sententia primi Ethici sexto ca.sic expressit luculentissimè, δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας, ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν:*Videtur verò melius fortè esse oportere ob veritatis salutem, propria quoq; destruere, præsertim cū philosophi simus. Ambobus enim amicis existentibus, piū est veritatē in honore præferre.*Cū itaq; pium esse censeat, amicis etiā veritatē præferre,

quid verò aio amicis?imo sibi proprijsq; rebus, quas etiam destruere ob veritatē iubet, quem alium philosopho finē affirmabimus esse propositum, quàm veritatis tū studium, tum cognitionē, atq; eius assecutionē: Nō libet hic cōmemorare quæ Plato in Theæteto, in Sophista, in Politico, in Phædro, in 6. ac 7. de Republica, de hac à Philosopho amāda atq; sectanda veritate pulcherrimè philosophetur, ne videar aliena potius vti doctrina, Aristotelica autē abuti: sed ex Aristotele ipso, eiusq; discipulis afferam clarissima, ac patentissima testimonia. Quorū primum esto ex principio eius libri quē minorem primū Metaphysicū hactenus appellarunt, nos autē in secūdum Physicorum locū proprio eius loco reposuimus. Ibi ita scribit: ὀρθῶς δ' ἔχει καὶ τὸ καλεῖσθαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρητικήν. θεωρητικῆς μὲν γὰρ τέλος ἀλήθεια πρακτικῆς δ' ἔργον: *Rectè etiam habet, vocare philosophiam, scientiam, veritatis cōtemplatricē. Contemplatricis enim finis est veritas: actricis, opus.* Libro verò de sapientia 2. cap. 2. post sapientiæ multas tum cōmendationes, tum etiam cōsiderationes, pronunciat sapientis munus esse verum & falsum speculari. καθόλου γὰρ μάλιστα καὶ πάντων ἀρχαὶ τὰ ἀξιώματά ἐστιν. εἴ τ' ἐστὶ μὴ τοῦ σοφοῦ, τίνος ἔσται περὶ αὐτῶν ἄλλου τὸ θεωρῆσαι τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος? *Vniuersaliter etenim maximè & omnium principia sunt axiomata. Nisi verò id sit sapientis, cuiusnam alterius erit, de ipsis verum & falsum speculari?* Primo etiā Ethico cap. 7. Nicomachus ex patris sententia sic scripsit de Geometria, quæ partem tertiā Philosophiæ, vt libro 3 de Ente pater ipse tradidit, tractat. καὶ γὰρ τέκτων, καὶ γεωμέτρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν. ὁ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον, ὃ δὲ, τί ἐστιν, καὶ ποῖόν τι: θεατὴς γὰρ τ' ἀληθοῦς: *Faber enim & geometra differenter inquirunt rectam. Ille enim quatenus vtilis est ad opus: hic verò quid sit & qualis, spectator enim veri est.* Et Eudemus primo li ita scripsit: τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας καὶ μὴ πρακτικῆς μηδὲ ποιητικῆς, τὸ εὖ καὶ κακῶς, τ' ἀληθές ἐστι καὶ ψεῦδος: *Contemplatricis verò dianœa (cogitationis) & non actricis, neque factricis, bene, & malè, ipsum verum est & falsum.* Quam eandem sententiam verbis ipsis, vt totum etiam eū librum in suos ethicos transtulit Nicomachus. Primo etiā Topico. cap. 11. ait eius author. πρὸς μὲν οὖν φιλοσοφίαν κατ' ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν πραγματευτέον, διαλεκτικῶς δὲ πρὸς δόξαν: *Ad philosophiam quidem, secundum veritatem de ipsis est tractandum: dialecticè verò ad opinionem.* tertio quoque Politico cap. 5. τῷ δὲ περὶ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι, καὶ μὴ μόνον ἀποβλέποντι πρὸς τὸ πράττειν, οἰκεῖόν ἐστι τὸ μὴ παρορᾶν μήτε τι καταλείπειν, ἀλλὰ δηλοῦν τὴν περὶ ἕκαστον ἀλήθειαν: *Philosophanti verò circa quamq; methodum. ac non respicienti solum ad actionem, proprium est non negligere aut aliquid prætermittere, sed declarare veritatem circa vnāquamq; rem.* Itaque ex omnibus his locis, ac fortè etiam alijs qui in libris eius reperiuntur, dubium esse non potest ex Aristotelis statuta sententia, philosophiam nil aliud quàm veritatis esse studium. Veritas autem ista quid sit, cognoscere, videntur plerique philosophorum, omisisse. Bonum & verum, duo summa rerum omnium sunt. Ad quæ naturali desiderio res omnes, quatenus quæque potest, feruntur. De bono innumerabiles sermones, mirabiles libri à philosophis sunt conscripti. De vero autē, ne somniasse quidē voluisse scribere videntur. Itaq; cōcordi quidem opinione veritatē, omnium contemplationum finem esse pronunciarunt. Quid verò finis iste esset, explicare vel omnino omiserunt, vel penitus neglexerunt. Sunt tamen apud Aristotelem quædā de vero & falso pluribus locis sparsa, quæ potius confundere animos, quàm in veritatis cognitionem dirigere posse videantur. Colligam ea, atq; ita disponam, vti aliquid fructus ex ea collectione elici à te possit. Rerū potius suis verbis explicatarum, quam librorum ordinem sequar. Primo itaque dicam, cum 6. Metaphysico, quem nos quartum de Ente vocamus, expressè negauisse, verum & falsum in rebus ipsis esse. οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν οἷον τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀληθὲς, τὸ δὲ κακὸν ψεῦδος· ἀλλ' ἐν διανοίᾳ. *Non enim est falsum & verum in rebus: veluti, bonum quidem, verum, malum verò falsum, sed in dianœa (cogitatione).* Quæ quidē sententia si vera est, iam frustra erit omnis philosophia, omnis rerū contemplatio. Nisi enim mentis cōtemplatione queamus rerū ipsarum veritatē cognoscere, quid nobis cōtemplatio, quid mens ipsa proderit? Cur ergo ipse eodē hoc libro tres contemplatrices philosophias cōstituit, diuinā, mathematicam, naturalem? Cur philosophiæ finē, veritatē esse asseruit? Sed quàm diligentissimè rem hanc perpendamus, est enim dignissima, quę penitus internoscatur. Hac enim ignorata, omnis nobis sese philosophia eripiet.

Dicimus

Dicimus itaque veritatem non simplicem rem esse, sed sextuplicem. ita per gradus dispositam, vt posterior à priore emanet. Inter quas prima ac principalissima est rerum ipsarum veritas. à qua reliquæ omnes pronascũtur. Secunda verò à prima hac nata, est perceptionis ac cognitionis veritas. Tertia à secunda orta, veritas discursionis λόγου *rationis* ac διανοίας *dianœa*. Quarta à tertia enata, veritas scientiæ, aliorumq; rationis habituum. Quinta veritas sermonis, ab his nata: & sexta scriptorum veritas à quinta itidem progenita. Quas omnes sigillatim, ac earum naturali ordine explicabimus, Aristotelis testimonia singulis, prout poterimus afferentes. Primam itaq; primò aggrediamur, quã dicimus in rebus ipsis esse. Eaq; est cõtraria ei falsitati, quæ in rebus itidẽ ipsis est. Esse aũt in rebus ipsis falsitatẽ, eãq; duplicem Aristoteles ipse docet li. de Ente secundo ca. penult. his verbis: πράγματα μὲν οὖν ψευδῆ οὕτως λέγεται, ἢ τῷ μὴ συγκεῖσθαι ἢ ἀδύνατα εἶναι συντεθῆναι ... ἢ τῷ τὴν ἀπ᾽ αὐτῶν φαντασίαν μὴ ὄντος εἶναι: *Res quidem falsæ ita dicuntur, vel eo quòd nõ sint: Vel eo quòd ab eis apparentia sit, nõ entis.* Quod tantundẽ est, ac si diceret, res falsæ sunt, quæ omnino non sunt, vel nõ esse apparent. Quòd si falso verum cõtrarium est, datoq; vno cõtrario & alterũ sit necessario dandũ: necesse est duplex quoq; verum hac prima significatione esse: alterũ, rerũ existentiam, alterũ etiã rerũ apparentiã. Scilicet quòd primò res sint atq; existant, deinde vt existentibus rebus, etiam existere appareant. Itaque primaria veritas, est rerum existentia, secundaria rerum existentia simul & apparentia.

*Veritas primaria*

Hac ratione dicimus philosophiam sibi finem propositum habere, rerum veritatem, id est cognitionem existentiæ atque etiam apparentiæ rerum. Atque hac veritatis significatione, plurimis locis Plato locutus est: Aristoteles verò (5. Sapientiæ cap. 9. ὅτι δὲ τὸ διαφωνεῖν τοὺς πρώτους περὶ τῶν ἀριθμῶν σημεῖον ὅτι τὰ πράγματα ταῦτα οὐκ ὄντα ἀληθῆ παρέχει τὴν ταραχὴν ταύτην: *Præterea discordia priorum circa numeros, signum est. Quod res hæ non sint vera & præbent turbationem hanc*) ijs quæ paulo ante attulimus, in quibus geometram dixit esse θεατὴν τἀληθοῦς *spectatorem veri*, quia contempletur recta quid sit, & qualis, id est essentiam & qualitatem rectæ. Et cum tertio politico asseruit propriũ esse philosophanti circa quamlibet methodum, veritatem declarare, & quæ procœmio secundi Physici, vti nos dicimus de veritate philosophatur, & pluribus alijs locis, quæ nõ est nũc necesse replicare. De secunda aũt veritate perceptionis loquitur primo cap lib. 5. Eudemus τρία δ᾽ ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας. αἴσθησις, νοῦς, ὄρεξις *Tria sunt in anima quæ domina sunt actionis & veritatis Sensus, mẽs, appetitus.* Sed ab actione excludit sensum. Statim. τούτων δὲ ἡ αἴσθησις οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως. *Horũ verò nullius actionis principium est sensus.* Ergo veritatis solius sensus principiũ est. Id quomodo sit, libro de Anima 3. cap. 6. Aristoteles tradit ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου, ἀληθές. *Sed sicut videre proprij* (scilicet obiectũ) *verum est.* Vt etiam antea his verbis expresserat: ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθής ἐστι, ἢ ὅτι ὀλίγιστον ἔχουσα τὸ ψεῦδος. *Sensus propriorũ quidẽ verus est vel quàm minimũ habẽs falsi.* Sensum aũt percipere sua obiecta, tactione quadã, & vt ipse ait, φάναι *dicere* veluti intellectus, ipse testatur tertio de Anima ca. 7. τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι, ὅμοιον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν. *Sentire equidẽ simile est ipsi dicere solũ, & intelligere*, scil. dictioni solũ & intellectioni. Intellectio aũt ista, & dictio, quomodo fiat ipse declarat fine 7. de Ente περὶ δὲ τὰ ἀσύνθετα, τί τὸ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι καὶ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. οὐ γάρ ἐστι σύνθετον, ὥστε εἶναι μὲν ὅταν συγκέηται, μὴ εἶναι δ᾽ ἐὰν διῃρημένον ᾖ, ὥσπερ τὸ λευκὸν ξύλον ἢ τὴν ἀσύμμετρον τὴν διάμετρον. οὐδὲ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ὁμοίως ἔτι ὑπάρξει καὶ ἐπ᾽ ἐκείνων, ἢ ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀληθὲς ἐπὶ τούτων τὸ αὐτό, οὕτως οὐδὲ τὸ εἶναι, ἀλλ᾽ ἔστι τὸ μὲν ἀληθὲς, τὸ δὲ ψεῦδος, τὸ μὲν θιγεῖν καὶ φάναι ἀληθές, οὐ γὰρ ταυτὸ κατάφασις καὶ φάσις. τὸ δ᾽ ἀγνοεῖν μὴ θιγγάνειν. *Circa verò incomposita, quid ipsum esse aut non esse, & verum & falsum. Non enim est compositum, vt sit quidem quando componatur, non sit autem, quando diuisum est: vt album lignum, & incommensurabilem diametrum: neque verum & falsum, similiter existet vt in illis: vel sicut neque verum in his, idem, ita neque esse. sed est hoc quidem verum, hoc autem falsum. Tangere quidem & dicere: verum, non enim idem affirmatio, & dictio: ignorare verò, non tangere.* Hæc quanquàm obscurè satis sint dicta, attamen si quis sequentia consideret, clara erunt omnia per ἀσύνθετα enim intelligit sũbstantias separatas, quæ mente comprehenduntur. clarè enim ait, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς ἀσυνθέτους οὐσίας. οὐ γάρ ἐστιν ἀπατηθῆναι καὶ πᾶσαι εἰσὶν ἐνεργείᾳ, οὐ δυνάμει. *Similiter enim, & circa incompositas substantias non est decipi. etenim omnes actu sunt, non potentia*, Cur autem circa eas non est de-

ceptio, paulo post causam reddit, ὅσα δή ἐστιν ὅπερ εἶναί τι, καὶ ἐνεργείᾳ, περὶ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀπατηθῆναι, ἀλλ' ἢ νοεῖν, ἢ μή: *quæcunque verò sunt, quod ipsum esse & actu, circa ea non est deceptio, sed vel intelligere, vel non.* Intelligere aũt ipsum veritas est non intelligere verò falsitas non est, neque deceptio, sed ignoratio. sic enim paulo post subdit, τὸ δ' ἀληθὲς τὸ νοεῖν αὐτά. τὸ δὲ ψεῦδος, οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἀπάτη ἀλλ' ἄγνοια: *Verùm, ipsa intelligere, falsum verò non est, neque deceptio sed ignoratio.* Vt rectè concludatur, mentem intelligibilia ipsa, vel intelligere, ac tunc veritatem eorum assequi: vel si non intelligat, falsum de ijs non percipit, neque in eorum intellectione decipitur, sed ea prorsus ignorat. Id autem intelligere νοεῖν ait verbis superioribus, θιγεῖν καὶ φάναι *tangere & dicere.* non intelligere verò, μὴ θιγγάνειν, *non tangere.* θίγειν autem tangere, nil aliud quàm mentis ad obiecta coniunctio & tactio, φάναι verò ac dicere non aliud, quàm dictio & assensio. id scilicet, quod menti iungitur, quod mens tangit esse vel Deum, vel aliud quodpiam intelligibile nihil præter idipsum aliud intelligens. Atque si oculus album videat, assentiatque ac asserat secum ipse, album esse. Quàm tem συγκατάθεσιν Alexander videtur appellasse. Huic modo intellectionis, sentire ipsum affirmat simile esse, τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι, ὅμοιον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν: *sentire quidem, simile est dictioni solũ & intellectioni.* Scilicet quia statim ac sensus obiectum attigit, dixitque secum id vel calidum, vel album, vel dulce esse, veritatem sibi propriam est consecutus. Sic & sensui intellectionem similem fecit tertio de Anima capite 6. ὁ δὲ νοῦς οὐ πᾶς. scilicet: ἀληθὴς ἢ ψευδής, (ἀλλ' ὁ τοῦ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι ἀληθής, καὶ οὐ τὶ κατὰ τινός, ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου ἀληθές: *Intellectus verò non omnis* (*scilicet verus vel falsus*) *sed is qui de eo quod quid est esse, verus & non quid de aliquo, sed veluti videre proprium, verũ est.* In quibus id explicat quòd intellectus non intelligit τὶ κατὰ τινός, *quid de aliquo*, vt κατάφασις & dictio, ei æquiualens. sed τὸ τί ἦν εἶναι *quod quid esse* substantiam ipsam intelligit, & tunc ἀληθὴς *verus* est, sicuti cum sensus proprium obiectum videt, & verus tunc est. Fugiendum autem

Quid hic cauendũ. est hoc capite æquiuocum φάσεως dictionis ab eo φάναι quod ex quarto de ente attulimus. ibi enim simplicem actionem sine vlla terminorum compositione applicauit, dixitque eam esse à καταφάσει *ab affirmatione differentem*: hoc verò loco ait: ἔστι δ' ἡ μὲν φάσις τι κατὰ τινὸς ὥσπερ ἡ κατάφασις: *Est quidem dictio, quid de aliquo: vt affirmatio.* Dicimus itaque mentis intellectionem in tactione ac dictione ἐν τῷ θίγειν καὶ φάναι, consistere, ἀσύνθετα καὶ ἀδιαίρετα, *incomposita & indiuisibilia*, in cuius intellectione nulla cadit falsitas aut deceptio, sed loco earum ignoratio simplex, quia scilicet ea non attingit: Sed cum attingit, semper vera est. Quod etiam tertio de Anima capite 6. asseruit: ἡ μὲν οὖν τῶν ἀδιαιρέτων νόησις ἐν τούτοις, περὶ ἃ οὐκ ἔστι τὸ ψεῦδος. *Indiuisibilium quidem intellectio, in ijs, circa quæ non est falsum.* Mentis intellectioni similis est sensus perceptio, *in tactione, in dictione, ac veritate:* ἐν τῷ θίγειν, ἐν τῷ φάναι καὶ ἀληθεύειν. nam statim ac visus peruenit ad album, illudque attigit, dixitque secum, album, veritatem suam est assecutus. idcirco cum mentis intellectioni similem dixit, atque ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθής ἐστιν, ἢ ὅτι ὀλίγιστον ἔχουσα τὸ ψεῦδος: *sensus propriorum verus est, vel quàm minimum habens falsum* quando scilicet vel instrumentum, vel medium, vel distantia eum impedit. Amboque circa ἀδιαίρετα, ἀσύνθετα, *indiuisibilia, incomposita* sese exercent. Semperque veritatem habẽt, dum attingunt sine impedimento. Atque hæc quidem secundi generis veritas est, à prima illa rerum veritate nata. Ab hac secunda in ordine primaque in anima veritate, nascitur tertia: quæ itidem in anima est secunda. eaque consistit ἐν συνθέσει, ἐν συμπλοκῇ τῶν νοημάτων. *in compositione & complexione conceptuum.* Namque διάνοια καὶ λόγος, *dianœa & ratio* ab intellectu νοῦ, & sensu αἰσθήσεως tanquam ἀπὸ κυρίων, τῆς ἐν ψυχῇ ἀληθείας *à dominis veritatis quæ in anima est*, sumens τοὺς ὅρους *terminos* (nam intellectus est, & sensus quibus τοὺς ὅρους *terminos* cognoscimus, vt ipse docuit libris de demonstratione) eos componit affirmatione: ac diuidit negatione. Quod fine septimi de ente, ita declarauit τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὄν, καὶ μὴ ὂν ὡς ψεῦδος, ἐπειδὴ παρὰ σύνθεσίν ἐστι καὶ διαίρεσιν. τὸ δὲ σύνολον περὶ μερισμὸν ἀντιφάσεως. τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς τὴν κατάφασιν, ἐπὶ τῷ συγκειμένῳ ἔχει. τὴν δ' ἀπόφασιν ἐπὶ τῷ διῃρημένῳ, τὸ δὲ ψεῦδος τούτου μερισμοῦ τὴν ἀντίφασιν. *Ens tãquàm verũ, & nõ ens falsum. quãdoquidẽ penes cõpositionẽ est & diuisionẽ. Totũ verò in vniuersum circa partitionẽ cõ-*

*tradictionis,*

*traditionis. Verum enim affirmationem in compositis habere, & negationem in diuisis, falsum autem huius partitionis contradictionem.* Quorum verborum rectus sensus hic est. quod est, id verum est, prima illa veritate: quod non est, falsum. Idque videtur ex compositione quadam ac diuisione oriri. namque totum simul antiphasi comprehensum est, quæ si partiatur, in affirmationem & negationem partietur. affirmatio si applicetur compositis, id est quæ iam duos terminos habet, vti animal album, si tunc veritas habet locum. negatio verò si applicetur diuisis vt animal, à quo albedo sit diuisa, dicatque animal non album, tunc veritas etiam oritur. falsitas verò in contradictione huius partitionis contradictio autem affirmationis prioris illius, animal album, est negatio animal non album, quod falsum est, cum sint composita: contradictio autem negationis illius, est affirmatio animal album: quod itidem falsum est, quia diuisa erant. Itaque omnis hæc secunda animæ veritas in compositione & diuisione terminorum consistit: atq; etiam falsitas in antiphasi veritatis. Compositio autem hæc atq; diuisio, in dianœa est vt ipse eodem loco atq; his verbis expressit: ἐπεὶ δὲ ἡ συμπλοκὴ ἐστὶν καὶ ἡ διαίρεσις ἐν διανοίᾳ ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πράγμασιν: *Cum complexio & diuisio sit in dianœa, sed non in rebus.* Atq; ideo rectè dicetur verum & falsum quod in compositione ac diuisione cōsistit, non in rebus, sed in dianœa esse. quod primis illis verbis ex quarto de ente primo loco attulimus. οὐ γὰρ ἐστὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐν διανοίᾳ. *Nō enim est falsum & verū in rebus, sed in dianœa.* de hac tertia veritate eiusq; contraria falsitate intelligendo. namq; falsum semper est in compositione. τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν συνθέσει ἀεί. Ait tertio de Anima cap. 6. & cap. 8. συμπλοκὴ γὰρ ἐστὶ νοημάτων, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. *Complexio namque est conceptuū, verum & falsum.* non sola scilicet complexio, sed etiā eius contraria diuisio quę origo sunt affirmationis & negationis, quæ itidem in dianœa sunt: ἐστὶ δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις, καὶ ἀπόφασις τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή. *Est autem, quod in dianœa affirmatio & negatio hoc, in appetitu secutio & fuga.* Ex his varijs dianœæ cōpositionibus, diuisionibus, affirmationibus, negationibus, veris, falsis, habitus septem in ipsa ingenerātur. Quinque, quibus semper verum dicimus, intellectus, sapientia, scientia, prudentia, ars. duo, qui & veri & falsi interdum sunt, opinio & existimatio. Sic enim ex eius sententia libro quinto Eudemus, & Nicomachus sexto Ethico scripserunt. ἔστω δὲ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι πέντε τὸν ἀριθμόν, ταῦτα δ' ἐστὶ τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς. ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι: *Sunt igitur quibus anima verum dicit, affirmando vel negando quinque numero. hæc autem sunt ars, scientia, prudentia, sapientia, intellectus: existimatione enim & opinione potest falli.* quod iterū sic expresserunt οἷς δὲ ἀληθεύομεν καὶ μηδέποτε διαψευδόμεθα περὶ τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἢ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν ἐπιστήμη καὶ φρόνησις ἐστὶ καὶ σοφία, καὶ νοῦς: *Si verò quibus veritatē nouimus, ac nūquam fallimur circa ea quæ non possunt vel possunt aliter se habere. scientia & prudentia est, & sapientia & intellectus.* Quæ omnia dum singillatim explicant, habitus affirmant esse intellectum, alia scilicet ratione quàm Aristoteles tertio de Anima locis allatis intellexit, accipiendo. Ex his tribus veritatis modis, qui in anima sunt: simplicium scilicet apprehēsionis, dianœæ discursionis, ac habituum nascitur quinta veritas in sermone consistens. nā & qui sensu vel mente simpliciter apprehēdit terminos, potest eos sermone proferre: & qui cōpositiones ac diuisiones, ratione ac dianœa agitat, nec nō qui ex scientifico vel alio habitu verū nouit, potest illud sermone explicare. Qui ideò verus est, quia illa vera sunt, ac falsus etiā si à falsa vel cōpositione, vel existimatione, aut opinione proueniat, de quib. ita videtur locutus primo de ente cap. 7. τὸ μὲν γὰρ λέγειν τὸ ὂν μὴ εἶναι, ἢ τοῦτο εἶναι, ψεῦδος. τὸ δὲ τὸ ὂν εἶναι. καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι, ἀληθές: *Dicere enim ens, nō esse, vel hoc esse falsum at ens esse, & nō ens nō esse, verum.* A quinta hac, sexta in scriptura veritas & falsitas pronascitur. Nil enim aliud est scriptura, quā sermo tacitus, chartisq; easdēq; secū & veritates & falsitates ferēs, ex ijsdēq; fontibus ortas, vnde eas sermo itidē viuus habet. Sexcuplex igitur est verū, per gradus dispositum: vt aliud, primo atq; originario, quod in rebus ipsis est: vicinius: aliud longinquius consistat. Primoq; gradu à prima quæ in rebus est veritate, distet verū, quod in sensu, & mente est. Secūdo quod in dianœa ac λόγῳ *ratione.* Tertio quod in habitib. rationis ac dianœæ Quarto quod in sermone. Quinto quod in scripturis subsidet. Quid igitur, cū philosophiā dicimus veritatē habere, pro scopo ac fine, cū

*Quinta veritas.*

philoſophum veritatis ſtudioſum, amantem, aſſerimus: cuius nam veritatis id intelligimus? Nimirum veritatem primariam intelligimus, à qua reliquæ ortum habẽt. Eam ſcilicet quæ in rebus ipſis eſt. quarum rerum triplex differentia, tres contemplatrices philoſophias Ariſtoteli cõſtituit: phyſicam, mathematicam, Theologicã. Itaque dicimus, philoſophiam id primò ſtudere, vt res ipſas atque entia verè cognoſcat, hoc eſt, vti philoſophus ita de rebus ſentiat vti ipſæ res ſunt, eaſque animo concipiat, atque apprehendat, eo modo quo conſiſtunt, atque conſtant. Idcirco vltimo cap. ſeptimi de ente, ita ſcripſit: τὸ δὲ κυριώτατον ὂν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, τοῦτο δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐστὶ τὸ συγκεῖσθαι ἢ διῃρῆσθαι. ὥστε ἀληθεύει μὲν ὁ τὸ διῃρημένον οἰόμενος διῃρῆσθαι, καὶ τὸ συγκείμενον συγκεῖσθαι: *Principaliſſimum verò ens, verum vel falſum. Horum autem in rebus eſt componi & diuidi. ita vt verè ſentiat is, qui id quod eſt diuiſum putet eſſe diuiſum. Et quod compoſitum eſt putet compoſitum eſſe.* Tertia ſcilicet veritatis ſpecie quæ in dianœæ & rationis compoſitione ac diuiſione verſatur, quam neceſſe eſt præcedere ſecundam ſimplicis tactionis & dictionis. Veritatis itaque rerum, ſtudiũ atq; amor, per ſimplicem apprehenſionem ac deinde per dianœæ reuolutiones cõpoſitiones ac diuiſiones, philoſophia eſt, taliſque philoſophia, vt nulla alia ſit philoſophia, eadẽq; omnino ſit philoſophia, atq; optima philoſophia. Optimaq; philoſophandi ratio ea eſt, quæ ſtudet res ipſas, earumque exiſtẽtias, apparentiasq; qualitatesq; ita percipere ac cognoſcere, vti ipſæ ſunt, exiſtũtq;, atq; apparẽt eosq; optimos philoſophos ac veros philoſophos, vera atq; optima ratione appellãdos qui res ipſas ita ſtuduerunt percipere, atq; animo componere, ac diuidere, vt res ipſæ ſunt, componũtur ac diuidũtur. Qui verò rebus ipſis cognoſcendis nõ ſtuduerũt, philoſophi nullo modo ſunt appellãdi. Quare ſub verorũ philoſophorũ nomine Thaleta, Anaximandrum, Anaximenem, Anaxagoram, Archelaum, Pythagoram, Xenophanẽ, Parmenidem, Zenonem, Empedoclem, Ocellum Timæum, Philolaum, Archytam, Socratem Platonem, Speuſippum, Xenocratem, Ariſtotelẽ, Theophraſtum, Polemonẽ Stratonẽ. Zenonẽ Cittiæũ, iure optimo reponemus. Rebus enim ipſis ſtuduerunt cognoſcendis: res indagarunt: res, rerumq; veritatẽ ſunt contemplati, etiamſi neq; oẽs res, neque ipſi omnes, quod concupiuerant, ſint adepti. Reliqui verò ab his profecti, qui iam non res ipſas, ſed horum ſcripta, ac placita ſunt ſecuti, vel interpretati, vel eorũ diuerſas ac differẽtes ſentẽtias cõciliarũt, nõ rectè philoſophi, ſed philoſophorum interpretes, expoſitores, ſectatores ſunt nominandi. quales videntur ij Pythagorici omnes fuiſſe, qui eo dicterio, αὐτὸς ἔφα, *ſe dixit*, vſi ſunt. Apud Platonicos autem ei rei initium videtur dediſſe Crantor, qui primus omnium Platonis libros expoſuit, in eiusque dogmatibus permanſit. Apud verò Peripateticos Lycon atque Ariſto Ceus, qui Ariſtotelis dogmatibus aliquatenus adhæſerunt. Inter Stoicos verò Zenonis auditor Cleanthes. Sed obtinuit conſuetudo, vt hi etiam omnes philoſophi nominentur. Imo verò, huius atque ſuperioris ætatis opinio obtinuit: vt gratui reliquarum ſectarum iniuria, nemo philoſophi nomine dignaretur, niſi qui Ariſtotelem ſequeretur. Ita ab ampliſſima illa rerum omnium contemplatione, ad Ariſtotelicorum verborum ſolam interpretationem, philoſophiæ nomen eſt contractum. Quæ res ſi vniuerſo doctorum hominum gregi placet, nobis non eſt iniucunda: modò ſciamus, eos ex Ariſtotelis ſentẽtia nõ poſſe rectè ac verè philoſophos nominari. Si quidem vera ſunt ipſius Ariſtotelis tot locis ſuperius citata verba: quæ philoſophiam veritatis rerum ſtudium, ac philoſophos eius veritatis ſectatores eſſe declarant. Non autem huius vel illius verborum interpretationem, ac lancinationem. Verba enim, non res ipſæ ſunt, ſed rerum ſymbola, idola. Quæ qui expendit, verumque in ijs veſtigat, iam quinto gradu à primaria veritate diſtat. Ac veluti Plato, Poetas, quia imitationes ſectarentur, tertio gradu à rebus diſtare dixit, ita verè dici poteſt, verborum philoſophos, non tertio, ſed quinto à rebus gradu longè eſſe. Omnemque à Stratone Lampſaceno, ad noſtra vſque tempora, Peripateticorum ſcholam, philodoxorum potius, quàm philoſophorum ſcholam fuiſſe rectè quis cẽſeat, exceptis, ſeu paucis, ſeu multis illis, quæ Andronicus Ariſto, Boethus, Eudorus, Xenarchus, Athenodorus, Nicolaus, Pollio Cornutus, Porphyrius, Damaſcius, Simplicius, Philoponus, Auicenna, non ex Ariſtotelis præſcripto, ſed rerum veritati comparando atque expendendo, ſunt philoſophati. In quibus quidem philoſophi, id eſt veri-

*Philoſophi qui appellandi & qui non.*

*Philoſophorum interpretes.*

*Vocis philoſophi abuſus.*

*Philodoxorum ſchola.*

veritatis rerum amatores, sunt nuncupandi, in ijs verò, quæ in Aristotelis verbis sententijs, dogmatibus, tum declarandis, tum tuendis exararunt, verè philodoxi id est Aristotelicæ opinionis amatores sunt appellandi. Sed vt Eudemus ac filius Aristotelis docuerunt, ὑπολήψει καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι, *existimatione ac opinione potest falli*. Scientia autem ac sapientia, quæ rerum sunt, nequaquam. Nisi quispiam asserat, omnia Aristotelis dogmata vera esse: quia rebus ipsis, rerumque existentijs atque apparentijs concordent. Vereque ab eo res ipsas, tum mente, tum sensibus perceptas, verè ratione versatas, compositas, diuisas, verè eum earum scientiæ habitum comparasse, ex quo habitu, eas discipulos verbis docuisse, posteris libris perscripsisse. Id si verè dicatur, fatear ego atque concedam libenter eorum scriptorum, imò scientiæ sectatores verè philosophos appellari debere. Sed an omnes, qui se Aristotelis sectatores, tot iam inde seculis professi sunt, eo nomine sint dignandi, id verò nondum satis cognitum habeo. Itaque res hæc omni diligentia est perpendenda ac peruidenda. Ac primo scripta ipsa Aristotelica consideremus philosophos enim consideramus, qui de Aristotelis scripto philosophati sunt. De hoc scripto antiquorum testimonia afferamus, qui ea tempora attigerunt, quib. id scriptum in lucem prodijt. Eudemus Aristotelis auditor, scriptum quoddam physicorum librorum corruptum habuit, quod testatur Simplicius initio libri 6. Libri multi Aristotelis nomine, nothi, in Alexandrinam Bibliothecam illati sunt, inde binos Categoriarum, quatuor & viginti, seu etiam quadraginta Analyticorum libros repertos, Ammonius, Philoponus, ac Simplicius authores sunt. quod superioribus libris est à nobis explicatum. Multi eius nomine, extra eam bibliothecam, circumlati. quod Galeni atque aliorum testimonijs comprobauimus. Eos verò qui Aristotelis reuera essent, ac Theophrasti, à Nelei hæredib. absconditos narrauimus, post multa tempora effossos, à tineis, ac blattis corrosos, ab Apellicone emptos, transcriptos, erroribus refertos, à Sylla Romam delatos, in Tyrannionis manus traditos, à bibliopolis transumptos, etiam magnis erroribus repletos, satis ex Stratonis testimonio, qui Tyrannionis ac Andronici tempora vidit, constitit. Sed, quia ab re non sit, idem testimonium iterum huc afferamus. Quod est libro 13. ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως, οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν, Ἔραστος καὶ Κορίσκος, καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεὺς ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου. διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν, ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος ὧν ἴσμεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν. ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα. ἐπειδὴ δ' ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι. ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα, ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία. ἦν δὲ ὁ Ἀπελλικῶν φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος. διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε, τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν. τοῖς δ' ὕστερον ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν καὶ ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. πολὺ δ' εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσεβάλετο. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτὴν Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην, ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών. δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης. καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *E Scepsi fuere Socratici Erastus & Coriscus, & Corisci filius Neleus, qui Aristotelis ac Theophrasti auditor fuit. suscepitque Theophrasti bibliothecam, in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles Theophrasto, cui & scholam reliquit, propriam bibliothecam tradidit: primus, quos scimus, qui libros congregauerit, & Aegypti reges bibliotheca ordinem docuit. Theophrastus verò eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit, hominibus imperitis, qui occlusos libros tenebant, ac negligenter iacentes. Cumque Attalicorum regum sub*

*quibus ciuitas erat, conquirendorum librorum ad instruendam bibliothecam, qua Pergami erat, studium sentirent, eos in fossa quadam sub terra occuluerunt, quos & tinea & humiditate deteriores redditos, multo post tempore ij, qui ex eo genere erant, Apelliconi Teio, magno argento tradiderunt, Aristotelicos atq; Theophrasticos libros. Erat autē Apellicon librorum magis quàm sapientia amator. atq; ideirco correctionē restitutionēq; corrosionum quarēs, in noua transcripta transtulit, non rectè suppleta scriptura, ac edidit libros erroribus plenos. Accidit verò antiquis Peripateticis, qui post Theophrastum fuerunt, cū libros non haberent præter paucos, ac maximè exotericos, vt nihil haberent in quo firmiter philosopharentur, sed Theses quasdam lucubrabant. Posterioribus verò, postquàm libri prodierunt, contigit, vt melius quidē quàm illi philosopharentur Aristotelizarenturq;. cogerentur tamē, in plerisq; cōsentanea dicere, ob errorum multitudinē, ad quam rem Roma etiam plurimū contulit. namque statim ab Apelliconis interitu, Syllas (is qui Athenas cœpit) Apelliconis bibliothecam habuit, quàm huc transtulit, ac Tyrannio Grammaticus. Aristotelis amator, cum eum qui bibliothecæ præerat sibi conciliasset, eam peiorem fecit, nec non librarij quidam, qui non bonis scriptoribus vtebantur neq; etiam conferebant exēplaria. Quod alijs etiam libris accidit, qui in venditionem fiunt, & hîc & Alexandriæ.* Andronicus aūt qui post Tyrannionē eos libros tractauit, quiq; primus eos interpretari est aggressus, varia exemplaria habuisse videtur. Quod Dexippus libro in Categorias primo cap. 17. testatur, his verbis. *Primum quidem non in omnibus exemplaribus particula hæc (ratio substantiæ) adiuncta reperitur, vt Boethus & Andronicus testatur.* Simplicij aūt testimonia frequētissima ostēdunt, sæpe Herminū, Aspasium, Alexandrū, Porphyriū, varios Aristotelicorū librorū cōtextus, variè legisse. Sæpe etiā interpretū aliquorū seu expositiones, seu paraphrases in cōtextus irrepsisse, Themistij paraphrasis ostendit: quæ diu pro Aristotelis cōtextu septimi physici parte magna est lecta: & Pachymerij pro integro libro de lineis insecabilibus, paraphrasis est habita. eaq; omnia acciderunt, dū Aristoteles adhuc propria lingua loqueretur. Quid ergo putandū est accidisse ijs expositoribus, qui cū Arabica, seu Latina, seu semibarbara lingua loquētem sunt interpretati. Neq; enim satis verè dici posse videtur & illos trāslatores, & hos expositores, oēs Aristotelis sensus legitimos atq; germanos, aut seruare, aut apprehendere potuisse. Nihil hîc afferā de cōfusione ordinū, de librorū in singulis ordinibus cōfusione, quā cuiq; non solū philosopho, sed etiā librario, licuit suo modo cōfundere: atq; etiā aliorū ordinū libros in alios ordines transferre. Quibus omnib⁹ rationib⁹, nō videntur potuisse Alexander, Auerrois, ac Latini nominis Aristotelici, satis recta, ac vera ratione, omnia Aristotelica dogmata vti diuina oracula excipere, ac venerari. Ex his enim fontib⁹ primo expositionū varietates, deinde etiā cōtrarietates, differētia demū interpretū dogmata, ac etiā sæpe cōtraria, deniq; cōtētiones, cōtrouersias, altercationes, rixas, ac si dijs placet, quādoq; etiā dimicationes, bellaq; (quod olim in Gallijs inter Nominales ac Reales euenit) acerrima, necesse est ortū habuisse. Sed nos postquā, quod sit optimū philosophādi genus, ex Arist. sententia ostēdimus, id scilicet, quod in terū veritatē tēdit: in hoc nō optimo, quod in placitis aliorum scrutandis, sequēdis, persequēdis positū est, gradus quosdam statuamus, vt qui in eo proximè ad optimū accesserunt, qui longius, quiq; longissimè recesserunt, dignoscamus. Verū illud de vniuerso hoc genere est primū ex Aristotele animaduertendum, quoniā opinionibus & placitis deditū est, ad dialecticā magis quā ad Philosophiam pertinere. Nā primo Topico ca. 11. *πρὸς μὲν οὖν φιλοσοφίαν κατ' ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν πραγματευτέον, διαλεκτικῶς δὲ πρὸς δόξαν. Ad philosophiā ergo de ipsis est tractandū secundū veritatē, dialecticè verò ad opinionē.* Quod propriū esse dialectices munus docetur. *διὸ δὲ τῶν περὶ ἕκαστον ἐνδόξων. ἀνάγκη περὶ αὐτῶν διελθεῖν. τοῦτο δ' ἴδιον, ἢ μάλιστα οἰκεῖον τῆς διαλεκτικῆς. Ex opinatis enim circa vnaquaq; necesse est de ipsis discurrere: hoc verò proprium vel maximè domesticū dialectices est:* scilicet circa rem quamq; propositam *ἐξ ἐνδόξων*, ex ijs quæ iam opinione hominum concepta sunt, argumentari. Hominum scilicet omnium vel plurium, vel sapientiorum. Atq; horū vel omnium, vel plurium, vel sapientissimorum. Quicunq; igitur ex Aristotelis dogmatibus philosophatur, is dialecticè philosophatur, non philosophicè, nō scientificè, non rerum veritatis, sed Aristotelicorū placitorū est amator. Idq; de vniuerso hoc genere sit dictū. In quo quidē, proximè ad verā philosophiā accedere putādi sunt ij, qui Aristotelis dogmata rebus

ipsis,

ipsis, earumq; veritati comparantes, expendunt. Quo in genere Andronicũ, Boethũ atque eiusmodi alios reponemus. Is enim modus Aristoteli probatissimus fuisse constat. Nam primo de Elementis cap. 7. in hanc sententiam scripsit συμβαίνει δὲ περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι, μὴ ὁμολογούμενα λέγειν τοῖς φαινομένοις, τούτου δ᾽ αἴτιον τὸ μὴ καλῶς λαβεῖν τὰς πρώτας ἀρχάς, ἀλλὰ πάντα βούλεσθαι πρός τινας δόξας ὡρισμένας ἀνάγειν. *Accidit verò, vt de apparentibus cum dicant, apparentibus ipsis concordantia minimè dicant: huius rei causa est, quod non rectè prima principia accipiant: sed omnia velint ad terminatas quasdam opiniones reducere.* Quæ quidem omnia accidunt his qui Aristotelis opiniones mordicus tuentur, nec vnquam res ipsas contuentur, an ipsis concordia dicant. Rursus libro 2. cap. 2. οὐ δὲ δῆλον ὅπως ἐκ τῶν εἰρημένων, ὁμολογούμενα τοῖς φαινομένοις συμβήσεται, λέγειν αὐτοῖς. *Neque est clarum, quo modo ex dictis, conformia apparentibus accidat eis dicere.* Itaque is probatissimus sit philosophandi modus, quando dogmata rebus ipsis correspondeant, præsertim in naturali philosophia: dixit namque superiore libro & capite: τῆς δὲ φυσικῆς, τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἴσθησιν. *Naturalis verò* (scilicet finis est) *semper apparens principaliter secundum sensum,* ἡ γὰρ αἴσθησις ἐπιστήμης ἔχει δύναμιν. *Sensus enim scientiæ habet potestatem.* ait primo de Gener. cap. 3. & cap. 5. δεῖ γὰρ σώζειν τῷ λόγῳ τὰ ὑπάρχοντα. *Oportet enim sermone custodire ea quæ existunt.* Et libro 2 cap. 4. ὁμολογουμένη δὲ καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ τοῦ πυρὸς γένεσις. *Confessa est etiam sensu ignis generatio.* Eos itaque qui res ipsas in philosophando ex alterius opinione considerant, quæruntque ea dicere, quæ apparentibus rebus concordent, probat ipsemet Aristoteles. Eos verò qui secus faciunt, improbat, ac reprehēdit non vno loco: veluti primo de Genera. ca. 2. αἴτιον δ᾽ ἐκ τῶν πολλῶν λόγων ἀθεώρητοι τῶν ὑπαρχόντων, πρὸς ὀλίγα ἀποβλέψαντες, ἀποφαίνονται ῥᾷον. *Hi verò pra multis sermonibus, existentium rerum imperiti, ad pauca respicientes, pronunciant facilius.* & rursus. ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν λόγων ὑπερβάντες τὴν αἴσθησιν, καὶ παριδόντες αὐτήν, ὡς τῷ λόγῳ δέον ἀκολουθεῖν. *Ex his ergo rationibus transilientes sensum, & prætereuntes ipsum, veluti rationem oporteat sequi* Et mox. ἔτι δὲ ἐπὶ μὲν τῶν λόγων δοκεῖ ταῦτα συμβαίνειν, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μανίᾳ παραπλήσιον εἶναι τὸ δοξάζειν οὕτως. *In sermonibus quidem videntur hæc accidere, sed in rebus, furor propemodum est, ita opinari.* Atque hæc dum antiquos vel reprehendit vel collaudat: sua verò quandoque ostendit rebus correspondentia esse, vti secundo de Generat. cap. 10. φαίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα τοῖς παρ᾽ ἡμῶν λόγοις. *Apparent ea quæ secundum sensum, conformia nostris sermonibus.* & libro de Elementorum actionibus cap. 4. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν αἴσθησιν πάντα κρίνομεν τὰ αἰσθητά. *Cum ad sensum omnia sensibilia iudicamus.* Hic ergo esto primus in Aristotele philosophandi gradus: dum scilicet eius verba, ad res ipsas, sensusque deducimus. Secundus videtur ille, qui eius dogmata ad communes hominum sententias, πρὸς τὰς κοινὰς ἐννοίας refert. Id enim voluisse videtur primo Meteor. cap. 13. διὸ βέλτιον οἱ πολλοὶ λέγουσιν ἄνευ ζητήσεως, τῶν μετὰ ζητήσεως οὕτω λεγόντων. *Iccirco melius vulgus dicit sine quæstione, quàm hi qui ita cum quæstione dicunt.* Sunt enim κοιναὶ ἔννοιαι *communes sententiæ*, axiomata quædam: quibus mens omnis facilè acquiescit, atque assentitur. Est enim, mens, νοῦς alterum nostrarum cognitionum principium. quod quarto Eudemico clatè constitit. καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστὶ καὶ οὐ λόγος. *Est enim primorum terminorum atque vltimorum mens, non ratio.* ideo mox subiunxit. διὸ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος νοῦς. ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις καὶ περὶ τούτων. *Propterea & principium & finis mens: ex his enim ac de his demonstrationes.* Duo itaque hi gradus sunt. Tertius verò, quem in eodem Eudemico, post hæc verba statim expressum habemus: ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων. *Itaque oportet mentem adhibere non minus quàm demonstrationibus, expertorum ac seniorum vel prudentium pronunciatis, ac opinionibus etiamsi demonstrari nequeunt.* Videtur enim hoc compositum quoddam ex duobus primis, sensu & mente, esse genus. nam experientia ex sensu ortum habet, opinio verò prudentium, & κοινῆς ἐννοίας *communis sententia*, videtur locum obtinere: ob idq; principia videt. Subdit enim: διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα ὁρῶσιν ἀρχάς: *quia enim habent ex experientia oculum, vident principia.* Quæ omnia Nicomachus approbans, in suos Ethicos transtulit. Patet fine primi de demonstratione ait mentem esse scientiæ principium. λέγω γὰρ νοῦν ἀρχὴν ἐπιστήμης. *Dico enim mentem principiũ*

*scientia.* fine verò secundi, experientiam ait, & artis & scientiæ esse principium. ἐκ δ' ἐμπειρίας, ἢ ἐκ παντὸς ἠρεμήσαντος τοῦ καθόλου ἐν τῇ ψυχῇ, ἢ τοῦ ἑνὸς παρὰ τὰ πολλὰ, ὃ ἂν ἐν ἅπασιν ἐκείνοις ἓν ἐνῇ τὸ αὐτὸ, τέχνης ἀρχὴ καὶ ἐπιστήμης: *Ex experientia verò, vel ex omni vniuersali quiescēte in anima, vel vnius ex multis, quod vnũ in omnibus illis idē sit, principiũ artiũ & scientiæ.* Experientia autē ista ex sensibilibus est nata ait enim, ἐκ μὲν οὖν αἰσθήσεως γίνεται μνήμη ὥσπερ λέγομεν, ἐκ δὲ μνήμης πολλάκις τοῦ αὐτοῦ γινομένης ἐμπειρία: *ex sensu quidē fit memoria vti dicimus, ex memoria verò multoties de eodē facta, experiētia.* quod etiā lib. 1. de Sapientia primo cap. luculenter docuit: hic verò repetit, νοῦν *mentem esse scientiæ principium,* νοῦς μὲν ἂν εἴη ἐπιστήμης ἀρχή. Rectè igitur tertio loco collocamus in Aristotele philosophandi modũ ex experiētia expertorũq; opinione: διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσιν τὰς ἀρχάς, *quia habeāt ex experientia oculũ, mentē scilicet, vident principia.* principia autem demonstrationes præcedunt. nec solùm præcedunt, verùm etiam magis nota sunt, magisque illis credendum est. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων γνωριμώτεραι. *Principia verò demonstrationibus notiora.* Et quod magis est certiora. καὶ οὐδὲν ἐπιστήμης ἀκριβέστερον ἄλλο γένος ἢ νοῦς. *Et nullum scientia certius aliud genus: quàm mens.* Hunc tertium philosophandi gradum, quartus consequitur ex demonstratione à talibus principijs orta. Hæc enim scientiam facit: efficitq; vt animus scientis, ἀμετάπιστος sit, nequaquam alia credere, ab ijs quæ scientia ac demonstratione persuasus est. Tritum verò iam est, ac omnium Aristotelicorum assensu cõprobatũ, nullā esse in Aristotelicis libris scientificam demonstrationē nõ est ergo ἀμετάπιστος eius doctrina, aut inconcussa. Quinto loco succedit is modus, qui ad εὔλογον & δυνατὸν *rationabile & possibile* reducitur, cum vel sensus, vel mentis, vel κοινῆς ἐννοίας, vel expertorũ testimonio, vel demõstratione caremus. Sic enim ipse primo Meteoro. cap. 7 persuasit: ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει, νομίζομεν ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν εἰς τὸ δυνατὸν ἀνάγωμεν. *Cum de ijs quæ sensibus sunt obscura, putamus satis demõstratum esse secundũ rationē, si ad possibile reducamus.* Et rursus capti octauo ὃ δὲ καθ' ἕνα συμβαίνει τῶν ἄστρων, τοῦτο δεῖ λαβεῖν γινόμενον περὶ ὅλον οὐρανὸν καὶ τὴν ἄνω φορὰν ἅπασαν εὔλογον γάρ. *Quod verò circa vnũ cõtingit astrorum, id oportet sumere, fieri circa totũ cælum & superiorē lationē omnem. Rationabile enim est.* Hanc philosophandi rationē, primo de partibus statim ab initio vocat παιδείαν *eruditionē:* ex qua εὐστόχως κρίνειν *appositè iudicare* possumus. de qua toto ferè capite diffusè disserit. His itaq; rationibus Aristotelica tum dogmata tũ sentētiæ sunt expendendæ iudicandæq́, plus & minus, ad optimũ philosophandi genus accedere, prout primo, vel secundo, vel alijs gradibus locatę sunt. Quæ omnia cũ ex Aristotele ipso ostenderimus, nimirũ falsa est Alexandri, Auerrois atq; Latini nominis philosophorũ prima illa hypothesis, qua asserunt omnia Aristotelis verba, omnes sententias verissimas esse. easq; tanquā oracula excipiunt. Quos Aristoteles ipse pluribus locis coarguit, veluti primo cap. secundi de Elemētis: οὕτω καὶ τὸ φαινόμενον ἡμῖν εἴπωμεν περὶ αὐτῶν. *Ita & quod nobis videtur de ipsis dicamus.* cap. verò 3. περὶ μὲν οὖν τοῦ φέρεσθαι εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἕκαστον, ὁμοίως ὑποληπτέον, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἄλλας γενέσεις καὶ μεταβολάς. *Quod verò vnumquodq́; in proprium feratur locum ita existimandum est, sicuti & circa alias generationes & mutationes.* & primo de Generatione. ἀλλὰ ταῦτα πειρατέον λύειν. *sed hæc soluere tentandum.* & cap. quinto. δεῖ καὶ τῆς ἀπορίας πειρᾶσθαι λύσιν εὑρεῖν σώζοντας. *Oportet dubitationis solutionem tentare inuenire seruantes* &c. & principio Meteororum: ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν, τῶν δ' ἐφαπτόμεθα τινὰ τρόπον. *In quibus quædam dubitamus, quædam verò attingimus quodammodo.* & capit. octauo ὡς ἄπορ καὶ περὶ τὰ φαίνεσθαι κομήτας ἀποδεχόμεθα τὴν αἰτίαν, ὡς εἰρημένην μετρίως. *Itaque si & quod appareant cometæ, causam recipimus vti mediocriter dictam.* Ac talia alia multa quispiam ex eius dictis colligat, in quibus nil scientificum, nil certum aut inconcussum, sed dubitanter, verisimiliter, apparenter, mediocriter tentanter se, vel dixisse, vel dicturum pollicetur. Quæ dicta satis clarè arguunt, Alexandream hypothesim esse ab Aristotelis mente, ac proposito alienam: Atque insuper ipsis collatam rebus, falsam. Atque ideo omnes qui ad eam, seu Græci, seu Arabes, seu Latini Philosophati sunt, longè ab Aristotelis mente, atque etiam à veritate rerum recessisse. Quòd etiamsi maximè vera sit, non potuisse eos satis rectè ex ea philosophari, clarescet cuique consideranti, Aristotelicorum verborum obscuritatē, quā affectasse in suis scriptis Aristotelē omnes Græci fatētur, vti nõ vereatur

tur Themistius asserere eũ veluti sepiã atramẽto suo se occuluisse. Quæ obscuritas mirum postea in modum aucta est, ea quam superius recensuimus librorum corruptione, librariorumque negligenti transcriptione. Attamen qualescunq; eos habeamus, non est desistendum, vt videamus an aliqua sit relicta methodus, qua rectè, eius dogmata, qualemcumque veritatis aut rectè philosophandi gradum teneant, securè venari possimus. Prætereo nunc verborum ac sententiarum singularum expositiones, quales paraphrasibus, metaphrasibus, scholijs, cõmentationibus, multi sunt prosecuti. eæ namque dubia & incerta eius dogmata si sint, non constituunt. Ad quæ firmiter constituenda nullam præter vnicam video esse posse rationem. Ea est, vt Aristotelis dogmata, ex ipsiusmet verbis atque sententijs colligamus. Hæc enim non solùm propinqua & proxima: sed legitima, genuina atque germana methodus est, vt Aristoteles ipse suam explicet sententiam, suum dogma constituat, potius quàm vel Andronicus, vel Alexander, vel Porphyrius, vel Auerrois, vel quiuis alius inter interpretes, vel antiquior, vel authoritate maior. Id autem colligere longè est facilius ex libris ipsius, quàm ex tot eius explanatoribus. Neque enim semel tantùm vnius rei meminit. nec semel eandem pertractat: sed omnia ferè problemata ac theses, sæpe ac multis locis, vel longa, vel breui oratione repetit: ac pleraq; ad fastidium vsq; propemodum refricat, inculcatque. Itaq; res eas, quas multis locis repetit, ex ijs multis locis, nõ ex vno tãtùm aut duobus, sed omnibus colligẽdæ sunt, atq; intelligendæ. Hanc in Aristotele intelligẽdo rationẽ, optimã atq; vnicam, (mirum dictu) neminem, seu Græcorum, seu Arabum, seu Latini nominis interpretem, secutum adhuc comperi. Solent quidem pleriq; ex duobus, vel tribus Aristotelis dictis dogma integrũ fabricare. Ex omnibus tamen qui construxerit, neminem uidi. Neq, id mirum: Si quidem plerique ferè omnes, qui ad Aristotelem accedunt, parte tantùm ea, quæ in Italicis Scholis prælegitur, sunt contenti: vt audiant scilicet de Logicis, Prędicabilia, Categorias: de Interpretatione, quatuor prima capita, primi libri de syllogismis: primi de Demonstratione aliquot tantùm capita, secundi ferè nulla. Topicos atq; Elenchos ne attingãt quidẽ De Physicis verò, primũ, ac secũdũ, & partẽ tertij, partẽq; quarti, atq; octauum. primum & secundum de Cœlo: duos de Generatione, ac tres de Anima. Nullos præterea alios. Metaphysicos verò primum maiorẽ, ac minorem, tertium, sextũ, ac vndecimũ ex Græca enumeratione, Idq; quadriẽnio integro, quadruplicis ordinis Philosophi perlegũt auditoribus. De reliquis, omnibus tot libris mirum silentiũ. Idq; cõmodo auditorũ aiunt statutũ: vti scilicet quàm citissimè medici efficiantur: possintq; humano generi ocyssimè opitulari: nõ autẽ in inani philosophia plus temporis terere, quàm medicinæ vsus requirat. Qua sanè constitutione efficitur, vti nemo Italicorum studiosorum Aristotelẽ totum vnquam perlegat, sæpeq; etiam accidat, vti è discipulo ad docendi munus euectus, cõsuetis libris deditus, quæstionibusq; quas in eorum librorum expositione, consuetudo est mouere, euoluẽdis occupatus toto vitæ curriculo, reliquũ Aristotelẽ omittat: ac legere, nedum perpendere negligat. Vnde euenit, tempore quo Patauij philosophiæ studerem, vti doctor magni nominis quidam, dum cũ suo (quam ira vocant) concurrente disputaret, eumq; conuincere vellet, ex quarto, quem vocant, meteorologica afferebat. ex ijs argumenta nectebat, quibus ille, qui quartum eum nunquã viderat, ita irretiebatur, vt vel obmutesceret, vel respondẽdo, circumstantium cachinnos commoueret. Optimam igitur Aristotelicorum dogmatum constitutionem eam esse statuamus, quæ ex omnibus Aristotelis locis eruta sit. Optimè enim is iudicabit, qui omnes collegerit, singula singulis cõtulerit, diuersitates viderit, contrarietates examinauerit. Secundã eã dicemus, quæ ex pluribus fuerit collecta. Tertiã ac debilissimã, quæ ex vno alteróue tãtùm loco pẽdeat. Iam verò illa, quæ quarto loco succedere posse videtur, extranea est proculdubio. quæ singulis expositorũ explanationibus, scrutandis, combinandis, colligendis immoratur. Quod frequẽs & fuit, & maximè nostris tẽporib. est. Vt ppe nil aliud esse hæc in Aristotele recẽtior Philosophia videatur, quã eius verbotũ põderatio expositionũ enumeratio, plerarũq; earũ cõfutatio, Arist. verborũ, vti loquũtur, saluatio, atq; argumentorũ omnis generis argutatio, ac coagmentatio. Illa verò vltimi loci, lõgissimè ab Arist. distat quam Latini nominis Aristotelici instituerunt, vt de singulis quibusq; rebus, semper dubitarent:

*Aristotelis genuina methodus.*

*Methodi quæ & quot.*

quorum pleriquè id tantùm pensi habuerunt, vt dubitarent. Vtrum autem rectè dubitarent, vel vt ex dubitatione mentem soluerent, omnino cordi habuisse non vidẽtur. Sed id studuerunt, vt ex dubitatione vna alia semper oriretur, ne ipsos deficeret materia, vnde contenderent, subtilitatemque (vt aiunt) ingenij ostenderent. Ex quo munere non Philosophorum, non Aristotelicorum, sed ἐριστικῶν, *Eristicorum* cõtentiosorum potius nomen promeruerunt. In quos verè ac rectè, Plutarchi grauissimi viri, & Hieronymi Peripatetici antiquissimi sententia optimè dici posse videtur, quæ à Plutarcho libro de audiendo, refertur: οἱ δὲ προσοχῆς καὶ δριμύτητος ἐν οὐ δέοντι θηρώμενοι δόξαν, ἀποκναίουσι λαλιᾷ καὶ περιεργίᾳ τοὺς λέγοντας, ἀεί τι προσδιαποροῦντες τῶν οὐκ ἀναγκαίων, καὶ ζητοῦντες ἀποδείξεις τῶν οὐ δεομένων. οὕτως ὁδὸς βραχεῖα γίνεται μακρὰ ὥς φησι Σοφοκλῆς, οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. ἀντιλαμβάνοντες γὰρ ἑκάστοτε κεναῖς καὶ περιτταῖς ἐρωτήσεσι τοῦ διδάσκοντος, ὥσπερ ἐν συνοδίᾳ τὸ ἐνδελεχὲς ἐμποδίζουσι, τῆς μαθήσεως, ἐπιστάσεις καὶ διατριβὰς λαμβανούσης. οὗτοι μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἱερώνυμον, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ γλίσχροι σκύλακες τὰ δέρματα δάκνοντες οἴκοι καὶ τὰ τρίμματα τίλλοντες, τῶν θηρίων αὐτῶν οὐχ ἅπτονται. *Praeterea contemplationis, & acritatis intempestiuè gloriam venantes, retardant loquacitate & superfluitate dicentes, semper aliquid addubitantes non necessariorum, & requirentes demonstrationes rerum ea non egentium. Sic via breuis fit longa, vt ait Sophocles, non sibi solùm, sed alijs etiam. Apprehendentes enim singulis in rebus docentem, vanis & superfluis interrogationibus veluti in triuio, impediunt disciplinæ continuationem, quia stationes quasdã & remoras accipiat. Isti quidem secundum Hieronymum veluti timidi ac gulosi canes, coria domi mordentes: & pilos vellicantes, ipsas feras non attingunt.* Neq; enim perpetuis dubitationibus illud Aristotelis *de singulis dubitare non est inutile*, rectè accipiunt. Est enim in Categorijs fine capitis de relatione: τὸ μὲν τοι διηπορηκέναι περὶ ἑκάστου αὐτῶν, οὐκ ἄχρηστον ἐστίν. *Dubitasse quidem de singulis ipsis non inutile est.* De dubijs intelligens eo capite iam motis, eaque verba his verbis subnectens ac colligens, ἴσως δὲ χαλεπὸν ἐστὶ περὶ τῶν τοιούτων σφοδρῶς ἀποφαίνεσθαι μὴ πολλάκις ἐπισκεμμένον: *Forte verò difficile super talibus securè pronunciare, nisi multoties quis fuerit speculatus.* Attamen dubitasse non est inutile. Quòd si tantopere locum hunc amarunt, quia dubitationem inueheret in Aristotelicam philosophiam, cur itidem non amarunt locum alium, qui dubitandi modum ac finem præscribit. Is est initio secundi de sapientia, ἐστὶ δέ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου τὸ διαπορῆσαι καλῶς. ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστὶ λύειν δ' οὐκ ἐστὶν, ἀγνοοῦντας τὸν δεσμὸν, ἀλλ' ἡ τῆς διανοίας ἀπορία δηλοῖ τοῦτο περὶ τοῦ πράγματος· ᾗ γὰρ ἀπορεῖ ταύτῃ παραπλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις. *Est verò ijs qui facultatẽ aliquam volunt, operæpretium dubitare rectè, posterior enim opulentia, solutio est eorum quæ prius sunt dubitata. soluere autem non potest is, qui vinculum ignoret. Sed cogitationis (dianœa) hæsitatio manifestum hac de re facit: quatenus enim dubitat, hoc simile quiddam ligatis ac vinctis patitur.* Quem locum si considerassent, & quæ sequuntur deinceps aliquot verba, nouissent, quia dubitatio mentem veluti deuincit, vt non queat in rei cognitionem vlterius progredi, dubitare non qualitercunque, sed rectè, operæpretium esse, non vt perpetuis quæstionibus callis aperiatur, sed vt vinculi illius solutio inueniatur, qua mens veluti libera & vinculo soluta possit in rei cognitionem penetrare, atque in ea εὐπορῆσαι opulentiam ac Thesauros scientiæ nancisci.

FINIS.

# FRANCISCI Patritij DISCVSSIONVM Peripateticarum TOMVS Secundus.

ARISTOTELIS ET VETERVM
Philosophorum Concordiam
continens.






BASILEAE
AD PERNEAM LECYTHVM
MD XXCL

# TOMI SECVNDI LIBRORVM Elenchus.

LIB.I. Aristotelis cum VETERIBVS in Dialecticis Concordia.

LIB.II. Concordiam eorum quę ad Entis scientiam attinent, comprehendens.

LIB.III. Dogmatum Theologicorum concordia.

LIB.IV. Mathematica continens.

LIB. V. Conformia cum antiquis Physiologiæ capita complectens.

LIB. VI. Qui Physicorum Dogmatum Concordiam continet.

LIB.VII. Cum Antiquis in Actiua philosophia consensio.

LIB.IIX. Qui Parerga continet.

# AD ANTONIVM Montecatinum.

## FERRARIAE DVCIS Serenissimi Alphonsi, II. A CONSILIIS PRIMARIVM.



CIS Antoni Montecatine, virorum optime, Philosophorum eruditissime, apud veteres in magna fuisse controuersia, an Aristoteles in philosophia discors à Platone praeceptore (quod pleriq; asseruerunt) an verò concors cum eo esset (quod nonnulli magni viri contenderunt) inter quos & excellentia & tempore primus videtur Porphyrius fuisse, qui in eam rem libros septem legitur scripsisse. Eandem concordiam pollicitus est Simplicius, eandem Boethius Seuerinus, eandem paulo supra nostra tempora Io. Picus. Qui vt est apud Ficinum, stetit promissis. Nostra verò aetate à Francisco Vicomercato, easdem pollicitationes habuimus. Si Porphyrij ac Pici monumenta extarent. Si trium reliquorum promissa constarent, multo me, magnoque labôre leuassent. Quibus cum careremus, animum adieci, si quid ego, virium qualiùncumq; mearum in eam rem conferre possem. In id incubui, ad finem quod potui, perduxi. Aristotelem non solùm cum Platone, sed etiam cùm vetustiorum multis, quantum fieri potuit, concordem esse ostendi. Id totum in octo libros congestum sub tuo nomine, vt in publicum veniret, volui. Cui enim melius labores meos dicarem, quàm viro philosophiae, literaturaeque vniuersae longè principi? Quàm ei viro, qui ardenti studio, amoreque, studia amoresque Sophiae, & amplexatur, & prosequitur? Quàm ei viro qui sapientiae Gymnasium hoc Ferrariense tota Italia, atq; orbe celeberrimum prudentia summa moderatur? Quàm ei viro, à quo, viua voce Aristotelica dogmata docente, veluti ab oraculo profecta, & suscipimus & suspicimus? Quàm ei viro cuius scripta philosophica, maximè sunt omnibus admirationi? Quàm ei viro, cuius fidei, prudentiae, probitati, Serenis. noster magnus hic Dux Alphonsus II. intimos mentis suae sensus omnes committit & credit? Quàm ei viro qui me pessumi Cyprico bello datum, pessimorumque ho-

minum ingratitudine, fraudibus, insidijsque agitatum: perque multos annos fortunæ aduersissimæ fluctibus actum in portum recepit, in Serenissi. Principis huius familiam interposuit. Platonicam philosophiam, in singulare huiusce Academiæ ornamẽtum publicè profiteri dedit? Quo enim alio, vel meliore, vel laudabiliore officio vir bonus fungi potuit, quàm hæc omnia, si monumenta ingenij & eloquij (incertus an sperem) possint aliquid, posteritati omni testata relinquere? vt si quid vnquam cuiquam scripta mea opis ad studia, ad sapientiam afferant, id totum tibi viro tali, acceptum referant. Itaque hi concordiæ philosophorum maximorum libri, tuæ erga me benignitatis perpetuo testimonio sunto.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI II LIBER I.



### *ARISTOTELIS CVM VETERIBVS in Dialecticis concordia.*



IN PRIMVM nostratum Discussionum Peripateticarũ Tomum quæcunque ex antiquorum authorum, ex Aristotelis ipsius, ex interpretum suorum testimonijs colligere potuimus, quæ ad eius vitam, libros, librorum ambiguitatem, disquisitionem, dijudicationem, citationes, titulos, genera, generumque inter se, singulorumque singulis in generibus librorum, tum distributionem tum ordinem pertinerent, coniecimus. Adiecimus etiam Peripateticorũ veterum omnium historiam qualemcumque ex tanta, tum antiquitate, tum authorum carentia eximere sedulo opere potuimus. Tradidimus eorum Peripateticorum, Aristotelis libros interpretandi, in ijsque philosophandi rationes omnes. Postremò ostendimus, quæ nam ex Aristotelis sententia optima esset philosophandi ratio, quæque optima methodus in Aristotelica philosophia percognoscenda, atque adipiscenda. Quibus libris & conscriptis & editis, subijt animum cogitatio, an quid à nobis præterea præstari posset eo argumento, quod Porphyrius, vir in philosophia maximi nominis, olim de concordia vtriusque philosophiæ, Platonis scilicet & Aristotelis, septem libris condiderat: quodque post ipsum Simplicius magnus itidem philosophus, efficiendum sibi proposuerat, & quod Manilius Boethus in animo habuit efficere, ac fortè effecit. Quorum tamen virorum labores omnes iniuria temporum interierunt, quos renouare multis post seculis Io. Picus philosophorum sui temporis Phœnix, & promisit, & testimonio Marsilij Ficini confecit: attestatur tamen post obitum ipsius, eam concordiam repertam nouis & obscuris characteribus quibusdam scriptam, qui vix ab ipso Pico dum viueret legerentur, & à nemine exscribi potuisse. Atque vtinam, authorum omnium, aut alicuius, hac in re scripta extarent, magno enim nos homunculos hoc labore liberassent: Sed quia magna temporum iniuria, maximoque studiosorum dispendio omnium eorum scripta interiere, ne prorsus qualiscunque à me opera edi posset, ea posteri carerent; ad eam rem animum adieci: in eamque ita incubui totus, vt quamquam multæ mé tunc temporis philosophiæ hostes, curæ, & interturbarent, & angerent: octoginta & octo dierum matutinis horis, eam vti mihi videor vniuersam, ad finem perduxerim. Atque in hosce dogmatum septem libros, & vnum sententiarum παρεργον contulerim, non solum ea, in quibus Aristoteles cum Platone cõsenserit, sed etiam illa in quibus aut alteruter ipsorum, aut vterque cum antiquioribus concors esse voluerit. Libros autem singulos secundum eas philosophiæ partes distinxi, quæ sunt ab eis vel pertractatæ, & nominatæ. Atq; hic primus quidẽ liber, logica dogmã ta, & quidquid ad eam seu scientiã, seu facultatẽ pertinet, cõplectitur. Sed statim initio hoc, nostratiũ aliquis eorum Peripateticorũ, qui Auerroistę gaudẽt appellari, exhorruerit, qui nã possit Aristotelis logice, cũ Platonis, aut antiquorũ philosophorũ logica conferri? quam si nullam docuerint, nullam habuerint? cuius Aristoteles inuentor fuerit omnium primus? Quod ex Auerrois in Aristotelis libros physicos procemio proferet, in quo ille, Aristotelem, non solum logices, sed etiam physices, sed etiam diuinæ scientiæ non tantùm inuentorem fuisse verùm etiam perfe *Quid hic liber contineat.*

ctorem, & scripserit, & asseuerauerit. Addetque Philoponi assertionem ex comm. suo in caput 22 Tertij Analytici, in hæc verba, Aristotelē laudantia. τὸν πρῶτον καὶ μόνον τὰς λογικὰς μεθόδους παραδεδωκότα. *Eum qui primus & solus logicas methodos tradiderit.* At verba hæc Philoponi, si rectè intelligantur, Auerrois sententiam non astruunt, siquidem aliud sit tota logica, aliud methodi logicæ, vt mox patebit. Hinc ergo initio sumpto videndum, quid in hac re veritatis insit. Dicimus nos, nomen hoc logicem λογικὴν (quod plerisque nouum videbitur) scientiam hanc vel facultatem quam vsurpamus, significare, nullibi apud Aristotelem totis vel organi, vel alijs libris reperiri. Legitur quidem apud ipsum aliquoties logicæ, λογικῶς vt analytico 3. capite 16 *Logice quidem ex his fortè quispiam credat.* λογικῶς μὲν οὖν ἐκ τούτων ἄν τις πιστεύσειεν. legitur etiā alicubi logicū problema, logica demonstratio, logicus Syllogismus, veluti analytico 4. cap. 8. at pro facultate tota nego apud Aristotelē legi: idem nego reperiri apud Platonem, aut Hippocratem, aut Pythagoreorum vllum, aut antiquorum, præter quàm apud vnum Democritum, qui tres libros, logicorum titulo λογικῶν, scripsit, vti Laertius author est. Sed Plato eam, quam posteriores Aristotele, & Stoici logicen vocarunt, dialecticam appellat. Cum quo Aristoteles idē concors est 2. Rhetorico capite 22. in his verbis. *Et differunt sicut in Dialecticis, elenchus & syllogismus.* καὶ διαφέρει, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἔλεγχος, καὶ συλλογισμός. Et capite 24. idem nomen repetit. Plato autem in Phædro Dialecticos eos vocauit, qui scirent vnum in multa diuidere, & rursus multa in vnum reducere his verbis. τούτων δὴ ἔγωγε αὐτός τε ἐραστὴς ὦ Φαῖδρε τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν ἵν' οἷός τε ὦ λέγειν τε καὶ φρονεῖν, ἐάν τέ τινα ἄλλον ἡγήσωμαι δυνατὸν εἰς ἓν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκόθ' ὁρᾶν, τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον ὥστε θεοῖο. καὶ μέντοι καὶ τοὺς δυναμένους αὐτὸ δρᾶν, εἰ μὲν ὀρθῶς ἢ μή, προσαγορεύω, θεὸς οἶδε, καλῶ δ' οὖν μέχρι τοῦδε, διαλεκτικούς. ea sonant. *Harum quidem, ipse ego amator ô Phædre, diuisionum & collectionum, vt potis sim dicere & sapere. Si verò quempiam alium existimauero posse in vnum, atque in multa inspicere, hunc sequor à tergo per vestigium tamquā Dei. Ac sanè, eos qui valent id facere, an rectè an verò minus, appello, Deus scit, voco huc vsque Dialecticos.* Et rursus. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ εἶδος ὀρθῶς ἔμοιγε δοκεῖς καλεῖν διαλεκτικὸν καλῶν, Id est. *Sed hanc quidem speciem rectè quidem mihi vocare videris, Dialecticam appellans.* Sic 7. Reipub. vocat. *dialecticam viam*, διαλεκτικὴν πορείαν, & *Dialecticam methodum*, διαλεκτικὴν μέθοδον, & ἢ γὰρ τοῦ δεινοί σοι δοκοῦσιν οἱ ταῦτα δεινοὶ οἱ διαλεκτικοὶ εἶναι; οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, εἰ μὴ μάλα γε τινὲς ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα. Quæ sunt. *An non videntur tibi circa hæc dialectici acres esse. Non per Iouem, inquit, præter quàm pauci quidam eorum, cum quibus ego sum congressus.* Eandem verò esse Logicam & dialecticam, Plutarchus vtrisque plus quàm CCCC. annis recentior, author est primo de Placitis Philosophorum capite. 1. λογικὸν δὲ τὸ περὶ τὸν λόγον, ὃ καὶ διαλεκτικὸν καλοῦσι. *Logicum verò, id quod circa rationem, quod & dialecticum appellant.* Talis ergo Logices siue dialectices quis nam iure est inuentor appellandus? Auerrois Aristotelem dicit. Ammonius Aristotelis maximus fautor, Aristotelem negat: in eius vita ita scribens ad verbum: τῇ μὲν γὰρ λογικῇ προσέθηκε διακρίνας τοὺς κανόνας ἀπὸ τῶν πραγμάτων, καὶ ποιήσας τὴν ἀποδεικτικὴν μέθοδον. *Logica quidem addidit, distinguēs canonas à rebus, & faciens demonstratiuam methodum.* Themistius quoque Aristotelicæ sectę author nobilissimus, Ammonio antiquior, referente Ammonij discipulo Philopono, prolegomenis suis in analyticos Aristotelem negat inuentorem. Sed si Laertium ac Phauorinum audiamus, dialectices inuentor Plato fuit. Sic enim scribit ille in Platone. ὥσπερ καὶ τῆς φιλοσοφίας ὁ λόγος πρότερον μὲν ἦν μονοειδής, ὡς ὁ φυσικός, δεύτερον δὲ Σωκράτης προσέθηκε τὸν ἠθικόν, τρίτον δὲ Πλάτων τὸν διαλεκτικόν. καὶ ἐτελεσιούργησε τὴν φιλοσοφίαν. *Eo modo, philosophia ratio primùm quidem fuit vniusmodi, quo physica: secundam verò Socrates addidit ethicam: Tertiam verò Plato Dialecticam, & perfecit Philosophiam*, In qua sententia Phauorinum etiam fuisse paulo antè scripserat. οὗτος πρῶτος ἐν ἐρωτήσει λόγον παρήνεγκεν, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν ὀγδόῃ παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ πρῶτος κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεωδάμαντι τῷ Θασίῳ. καὶ πρῶτος ἐν φιλοσοφίᾳ ἀντίποδα ὠνόμασε καὶ στοιχεῖον, καὶ διαλεκτικήν. *Is primus in interrogatione sermonem attulit, vt ait Phauorinus in octauo omnifaria historia: Et primus modum inquisitionis per resolutionem induxit; Leodamanti*

*Logica tota & Logica methodus, diuersa.*

*Logica.*

*Dialectica.*

*Logica idē quod Dialectica.*

*manti Thasio. Et primus in philosophia antipoda nominauit, & elementum & Dialecticā.* Primus ergo Plato, ex hoc testimonio, nominis dialectices excogitator. Quod sanè apposité respondet, loco ex Phædro citato: in quo dubitat an rectè illud nomen impositum à se sit, totius autem facultatis huiusce non videtur ipse inuentor extitisse, sed methodi tantùm analytices, ac interrogationis Dialectices eius quæ Topicis libris est comprehensa. Satis enim constat Socratem & eius discipulos quosdam res dialecticas tractasse. Inter quos præcipuus Euclides Megarensis, non Geometra is, cuius in Geometria nomen magnum: sed alius antiquior, qui narratur, fœminea veste noctu ad Socratem audiendum ventitasse, & ad quem Plato, alijque Socratis auditores, eius mortis tempore confugisse scriptum reperimus. Huius discipulos Aristoteli contemporaneos, ait Laertius, à Dionysio Carthaginense, Dialecticos vocatos. διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς λόγους διατίθεσθαι. *Quia ad interrogationem & responsionem, sermones disponerent.* Eiusdem scholæ fuisse Anicerim eum, qui captiuum Platonem in Aegina sua pecunia redemit, & Eubulidem, quem idem Laertius narrat, quædam contra Aristotelem scripsisse, quæ schola omnis, primo Megaricorum nomine fuit nuncupata: deinde Eristicorum: postremò dialecticorum, vt testis idem est. καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μεγαρικοὶ προσηγορεύοντο, εἶτ' ἐριστικοί, ὕστερον δὲ διαλεκτικοί. Quo nomine videntur etiam ab Aristotele ipso appellari libro 2. capite 1. Sophiæ dum ait. περὶ ὅσων οἱ διαλεκτικοὶ πειρῶνται σκοπεῖν. *Quæ Dialectici attentant speculari.* Fuerunt autem Dialectici nuncupati, ob eam causam quam his verbis refert. οὓς οὕτως ὠνόμασε πρῶτος Διονύσιος ὁ καρχηδόνιος διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς λόγους διατίθεσθαι. *Quos ita nominauit primus Dionysius Carthaginensis, quia ad interrogationem & responsionem sermones disponebant, vti diximus.* Eiusmodi autem sermo is est, quem dialogum vocamus, quo Plato quidem vniuersam suam philosophiam conscripsit, non tamen primus Dialogi scriptor fuit. Namque ante eum, & Zeno Eleates, & Alexamenus Teius id fecerant, eodem Laertio sic referente: Διαλόγους τοίνυν φασὶ, πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πρώτῳ τῶν ποιητῶν Ἀλεξάμενον Στυρέα ἢ Τήϊον. *Dialogos ergo aiunt primos scripsisse Zenonem Eleatem: Aristoteles verò in primo Poetarum, Alexamenum Styrensem vel Teium.* Quod quidem apud Græcos fortè verum fuerit. Sed extant longè vetustiores dialogi, Hermetis Trismegisti, atque Asclepij eius discipuli. Sed Plato dictus est primus dialogi scriptor, ob eam quam Laertius attulit causam, ἀκριβώσας τὸ εἶδος καὶ τὰ πρωτεῖα δικαίως ἀποφέροιτο. *Exactè eam formam cum tractarit, primatum iustè obtinet.* Itaque arte & excellentia primus Dialogi scriptor Plato. Alexamenus autem, & Zeno, & Asclepius, & Hermes eo tempore priores. Sed præter Megaricos, Cyrenaici quoque eodem seculo ab Aristippo profecti, logicen tractarunt. ait enim Laertius: τῶν δὲ λογικῶν, διὰ τὴν εὐχρηστίαν ἥπτοντο, *Logicā ob vtilitatem attigerunt.* Sed subuectit, ex Meleagri, & Clitomachi testimonio. αὐτοὺς ἄχρηστα ἡγεῖσθαι τό τε φυσικὸν μέρος καὶ τὸ διαλεκτικόν. *ipsos inutiles putare & physicam partem & dialecticam.* Sed & Crito, Socratis primarius amicus, teste eodem Laertio, librum vnum: Quid sit scire: alterum de scientia scripsit. Simon quoque eiusdem Socratis socius; librum vnum de scientia, alterum de doctrina: tertium περὶ τοῦ διαλέγεσθαι, *de disserendo* edidit. Simmias præterea Thebanus, περὶ λογισμοῦ, *de ratiocinio*, de veritate, de doctrina, de sciendo, περὶ τοῦ εἰδέναι conscripserunt. Qui tituli omnes, si ad ea quæ organo logico continentur, conferantur, proculdubio Logica omnia esse deprehendentur. Hos omnes videtur Socrates, dialecticam docuisse, ac fortè id innuit Diogenes, cū in Socrate scripsit: ἀλλὰ καὶ οἱ τριάκοντα αὐτὸν ἐκώλυσαν τέχνας διδάσκειν λόγων. *Sed & Triginta* (tyranni) *vetarunt eū artes docere sermonū.* Contēporanei Socrati fuerūt Euthydemus, & Dionysiodorus fratres à Platone, cū Socrate disputantes in Euthydemo introducti, & dialecticam siue Eristicā professi sunt, quod & eo dialogo apparet, & Sex. Empiricus libro de philosophia primo attestatur. Et Bryson quidam; cuius Aristoteles quoq; meminit. Et Euxenus quidā alius dialecticus, & Pandoedes. Sed & Democritus, Socrate, anno vno antiquior, tres libros logicos scripsit, vt Laertius catalogo librorum suorum docet. Potuit autem ea didicisse ex Zenone Eleate; qui 7. olympiadibus ferè, Democrito fuit antiquior, vel ex Xenophane Colopho-

nio, cuius Leucippus, præceptor ſuus, auditor fuerat: iſque idem Xenophanes, Sexti eiuſdem teſtimonio, logica tractauerat. Sed Ariſtoteles, Zenoni illi, dialectices inuentionem aſcripſit, atteſtante Laertio. *φησὶ δ᾽ Ἀριστοτέλης, εὑρετὴν αὐτὸν γενέσθαι διαλεκτικῆς, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, ῥητορικῆς.* *Ait verò Ariſtoteles, inuentorem ipſum fuiſſe Dialectices ſicut Empedoclem Rhetorices.* Quo autem loco id Ariſtoteles dixerat, in Empedocle idem indicat. *Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν τῷ σοφιστῇ φησὶ πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν.* *Ariſtoteles autem in Sophiſta ait, primum Empedoclem Rhetoricam inueniſſe, Zenonem verò dialecticam.* Quem locum Sextus quoque adducit, & inſuper addit, Parmenidem, non imperitum dialectices fuiſſe. Ab Ariſtotele ergo ipſo, quem ſemper, ſupra humanæ mentis metas Auerrois ſuſpicit, longè alia de inuentore dialectices hiſtoria tradita eſt, ipſiuſque præceptoris teſtimonijs falſi conuincitur. Sed non minus falſum quoque fuerit, ſi quis argutetur, Ariſtotelem, eam excogitaſſe, quæ altero ſignificatu Dialectice appellatur: quæ ſcilicet, eam logices partem complectitur, quæ per interrogationem fit, ac reſponſionem, atque *ἐκ τῶν ἐνδόξων, ex opinione iam conceptis*, argumenta conficit. In quam ſignificationem primo analytico capite 1. eſt ſcriptum, demonſtratiuam propoſitionem à dialectica differre, quòd illa aſſumptio ſit alterius partis contradictionis. *ἡ δὲ διαλεκτικὴ ἐρώτησις ἀντιφάσεως.* *Dialectica verò interrogatio contradictionis*, etiamſi ipſa quoque Syllogizans ſumat alteram contradictionis partem: Sed *ἔνδοξον, opinione conceptum.* *διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις, συλλογιζομένῳ δὲ λῆψις τοῦ φαινομένου καὶ ἐνδόξου.* *Dialectica verò, interrogantis, interrogatio contradictionis, ſyllogizantis autem ſumptio apparentis & opinione concepti.* His vtriſque modis Dialectica hæc, eſt octo Topicorum libris pertractata. Non fuiſſe autem Ariſtotelem Dialectices illius, quæ per interrogationem exercetur, inuentorem, ſatis clara ſunt teſtimonia. Nam Phauorinus id Platoni attribuit, vti vidimus. *οὗτος πρῶτος ἐν ἐρωτήσει λόγον παρήνεγκεν.* *Is primus, per interrogationem ſermonem attulit.* Cui videtur etiam Ariſtoteles ipſe fidem facere, cum 1. Sapientiæ, capite 4. de additamentis, quæ Plato philoſophiæ adiecerit loquens, ſic ait: *τὸ μὲν οὖν τὸ ἓν καὶ τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ πράγματα ποιῆσαι, καὶ μὴ ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγὴ, διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν. οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς οὐ μετεῖχον.* *Quòd quidem vnum, & numeros ſeorſum à rebus fecerit, & non ſicuti Pythagorei, & Idearum introductio, factum eſt ob conſiderationem rationum, priores enim non erant dialectica participes.* Atque hæc, quo ad logicen, ad dialecticen, ad dialogos, ex Ariſtotele, cum antiquioribus philoſophis conſentiente, ſtatuta ſint à nobis.

Nunc primarias partes, ſiue dialectices vti Zenonia, Socraticaque ſchola: ſiue logices, vti Democritus & Ariſtotele poſteriores vocauerunt, in manus ſumamus: ac per earum ſingula ſpeculemur, ſi quid Ariſtoteli conſonum cum anteceſſoribus philoſophis fuit. Voco autem partes primarias, eas quæ de terminis, de propoſitionibus, de argumentorum formis, de methodis, de eorundem locis, de Elenchis falſarum argumentationū tractarit. Ac certè conuenit maiori ex parte. Namque liber qui prædicamenta continet, omnia ſere habet concordia cum Archytæ vtriuſque prædicamentis. Omnia hæc probare pergam. Archytæ duo fuerunt, ambo Tarentini: ambo quoque de Pythagoreorum familia. Senior alter, Pythagoræ ipſius auditor, cuius diuus Iamblichus, in vita Pythagoræ bis mentionem facit, dictuſque eſt Pythagoræ auditoribus, vti idem ibi aſſerit, Pythagoreus. Ij verò qui Pythagoram ipſum nequaquam, ſed diſcipulos eius audiuerunt, non Pythagorei, ſed Pythagoriſtæ ſunt appellati. Inter quos, ſi ex tempore ſupputemus, credendus eſt fuiſſe iunior alter Archytas itidem Tarentinus, Platoni contemporaneus, quod ex vita vtriuſque apud Laertium & epiſtolis vtriuſque alterius ad alterum ſcriptis clarè conſtat. Floruit autem Pythagoras circa LX. Olympiadem: Plato autem natus eſt Olympiade LXXX. annos ſcilicet LXXX. poſt. At antequam in Italiam proficiſceretur ac cum Archyta amicitiam iniret, certè natum fuiſſe ad minus annis XXX. eſt veriſimile. Cœpit ergo florere Plato poſt Pythagoram annos circiter CX. ad minus totidem conſentaneum eſt natum fuiſſe Archytam eius

amicum

amicum. Ex quibus colligitur, eum Pythagoræ auditorem esse non potuisse. Ergo alter ab Archyta hoc fuit Archytas ille Pythagoræ auditor. Symplicius aliique Peripatetici, autores sunt, Archytam posteriorem scilicet librum scripsisse titulo κατηγοριῶν, ἢ καθόλου λόγων. *Categoriarum seu, Vniuersalium sermonum.* Sed errat Simplicius cum subdit. ὡς καὶ Ἀρχύτας, ὁ ταύτης ἄρξας τῆς διδασκαλίας. *Sicuti & Archytas qui huius fuit inceptor doctrinæ.* Non enim hic iunior, sed senior ille Archytas huius doctrinæ princeps fuit & author. Extat enim pusillus libellus, hoc titulo. Ἀρχύτα καθολικοὶ λόγοι δέκα. *Archytæ vniuersales sermones decem.* Dorica lingua vti mos illis fuerat conscriptus, supercilio quodam Pythagoreo. Quem libellum non esse Archytæ iunioris, clarè, ex multis locis, à Simplicio ipsius verbis, In commentaria translatis, quæ ipse in Aristotelis categorias conscripsit, constat: longè à libelli illius, & verbis & sententijs, diuersus. Non est autem mirum Simplicio libellum illum notum non fuisse, sua enim ætate, rari Pythagoreorum libri videbãtur, ipso id ipsum testante capite de Quando. καὶ οὐδὲν ἄτοπον ἴσως διὰ τὴν τῶν Πυθαγορείων συγγραμμάτων σπάνιν. *Et nihil absurdum etiam ob Pythagoreorum librorum raritatem.* Ob idque non mirum est ad eius notitiam hunc libellum non peruenisse, liceatque mihi hunc libellum illi viro attribuere, quousque aliud in contrarium in lucem eruatur Aristoteles autem categoriarum nomen suo titulum fecit. Archytæ concors. Cuius hæc sunt verba à Simplicio relata. τῆς δὲ διανοίας ταύτης καὶ τῆς κατηγορίας. *Conceptibus verò animi his & categorijs.* In quibus, eadem ferè omnia, apud tres hosce celeberrimos autores id ipsum modò pergamus demonstrare.

## SVBSTANTIA.

Aristoteles de substantia ita scribit: ἔτι αἱ πρῶται οὐσίαι διὰ τὸ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὑποκεῖσθαι καὶ πάντα τ' ἄλλα κατὰ τούτων κατηγορεῖσθαι, ἢ ἐν ταύταις εἶναι, διὰ τοῦτο μάλιστα οὐσίαι πρῶται λέγονται. *Ad hæc prima substantia, quia omnibus alijs subijciuntur; & omnia alia de his prædicantur, vel in his sunt. ob id maximè prima substantia dicantur.* Locus totus est Archytæ, sic enim ipse. πρώτα μὲν γὰρ τέτακται ἁ ὠσία, διὰ τὸ μόναν ταύταν ὑποκεῖσθαι τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὰν καθ' ἑαυτὰν δύνασθαι νοεῖσθαι, τὰς δ' ἄλλας μὴ ἄνευ ταύτας. ἢ γὰρ κατ' αὐτᾶς, ἢ ἐν αὐτῇ ὑποκειμένας κατηγορεῖσθαι. *Prima quidem ordinata est substantia, eò quia sola hæc subijcitur alijs, & ipsa per seipsam potest cogitari, alia verò non sine hac, vel enim de ipsa, vel in ipsis subiacentia prædicantur.* In eandem sententiam Ocellus habet hæc: καὶ ὁ μὲν πρᾶτος λόγος ἡ οὐσία. πρᾶγμα αὐθύπαρκτον καὶ ὑφεστός. μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν ἐν γενέσει ὑπόκειται καθὸ γέγονε. *Et sanè prima ratio, substantia, res per se existens & subsistens, non indiga alterius ad constitutionem in generatione subijcitur, quatenus generata est.* Proprietates verò substantiarum illas: substantiæ nihil esse contrarium, eam magis & minus non suscipere, in subiecto non esse, quas Aristoteles multis verbis explicat, Archytas paucioribus multò ita perstrinxerat: λέγω δὲ κοινὰ μὲν τᾶς ὠσίας, τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. οὐ γὰρ ἐνδέχεται μᾶλλον καὶ ἧττον ἦμεν ἄνθρωπον, οὐδὲ μὰν θεὸν ἢ φυτόν. καὶ τὸ μηδὲν ἔχειν ἐναντίον, ἀνθρώπῳ γὰρ ἄνθρωπος οὐκ ἐστὶν ἐναντίον, οὐδὲ μὰν θεῷ θεός, οὐδ' ἐν ταῖς ἄλλαις ὠσίαις. τό τι καθ' αὑτὸ ἦμεν, ἀλλὰ μὴ ἑτέρῳ τινὶ συνυπάρχειν, ὥσπερ γλαυκότατα καὶ χαροπότατα ὀφθαλμοῖς, ὠσίας οἰκεῖον, πᾶσα γὰρ ὠσία καθ' αὑτὰν ἐστί. *Dico verò communia substantia, non suscipere magis & minus. Non enim potest magis & minus esse hominem, neque Deum, vel plantam, & nihil habere contrarium, homini enim homo non est contrarium, nec Deo Deus, nec alijs substantijs. Et per se esse, sed non alteri cuidam coexistere, sicut glaucitatem & casietatem oculis substantiæ proprium, omnis enim substantia per se ipsam est.* Occlus quoque. τᾶς μὲν ὠσίας ἴδιον τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. οὐ μᾶλλον ζῷον ἄνθρωπος τοῦ ἵππου. ὑπάρχει τῆς οὐσίας καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ἀνεπίδεκτον εἶναι. *Substantia igitur proprium non suscipere magis & minus, non magis animal homo, equo. Inest substantijs etiam illud, contrariorum non susceptiuam esse.* Suspicor autem in vltimo hoc nomine esse mendum, legique debere susceptiuum. ἐπιδεκτόν. Quod etiam Archytas substantiæ adscripsit. τᾶς μὲν ὠσίας τὸ τὰν αὐτὰν καὶ μίαν ἀριθμῷ διαμένουσαν, τῶν ἐναντίων δεκτικὴν ἦμεν. *Substantia quidem est vt eadem & vna numero permanens, contrariorum sit susceptiua.* Aristoteles autem, ijsdem omnibus præter vnum verbis vsus est. τὸ ταυτὸν καὶ ἓν ἀριθμῷ ὄν, τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικόν. *Idem & vnum numero existens*

*Substantiæ dotes.*

*contrariorum esse susceptiuum*. Illud quoque substantia, μὴ δ' ἐν ὑποκειμένῳ τινὶ ἐστὶ *neque in subiecto est*. Ocellus docuerat. τὸ ὂν ἢ ἐν ὑποκειμένῳ ἐν τινὶ, ἢ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ. καὶ τὸ μὲν οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ ποιεῖ τὰν οὐσίαν. *Ens vel in subiecto est, vel non in subiecto, & non in subiecto facit substantiam.*

## DE QVANTITATE.

QVANTI Aristoteles duplicem formam fecit, discretam & continuam, huius quinque species, lineam, superficiem corpus, locum & tempus. Illius duas, numerum & sermonem. Ocellus eadem omnia. τὸ δὲ ποσὸν εἰς ἑπτὰ διαιρεῖται, εἰς γραμμὰν, ἐπιφάνειαν, σῶμα, τόπον, χρόνον, ἀριθμὸν καὶ λόγον. καὶ τὸ μὲν ἐντὶ αὐτῆς τῆς ποσότητος συνεχὲς, τὸ δὲ διωρισμένον, καὶ συνεχῆ τὰ πέντε, τῶ δὲ διωρισμένω τὰ δύο, ὁ ἀριθμὸς καὶ ὁ λόγος. *Quantum verò in septem diuiditur, lineam, superficiem, corpus, locum, tempus, numerum, & sermonem, & ipsius quantitatis, hoc quidem est continuum, hoc verò discretum, & continua, illa quinque, discreta verò duo hæc, numerus, oratio.* Et quod Aristoteles ait: καὶ τὸ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα, τῶν ἐν αὐτῆς μορίων συνέστηκε, τὸ δ' ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν. *Et hoc quidem ex positionem habentibus ad inuicem, quæ sunt in ipsis partibus constat, hoc verò ex non habentibus positionem.* Ocellus similiter. ἐπὶ τῆς ποσότητος τὸ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλλαλα τῶν ἑαυτῆς μορίων συνέστακεν, οἷον ἁ γραμμὰ, ἁ ἐπιφάνεια, τὸ σῶμα καὶ ὁ τόπος. τὸ δὲ ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν ὡς ὁ ἀριθμὸς καὶ ὁ λόγος, καὶ ὁ χρόνος. *Ad hæc quantitatis, hoc quidem ex positionem habentibus ad inuicem, quæ in ipsis partibus, constat, veluti linea, superficies, corpus, & locus: hoc autem ex non habentibus positionem, vt numerus, & oratio, & tempus.* Proprietatem autem quantitatis, esse æquale, & inæquale Aristoteles docet. ἴδιον δὲ μάλιστα τοῦ ποσοῦ, τὸ ἴσον τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι. *Proprium autem maximè, quanti æquale, & inæquale dici.* Simplicius autem ex Archyta hæc refert: Ἀρχύτας δὲ καὶ αὐτὸς τὸ ἴσον καὶ ἄνισον, ἴδιον τοῦ ποσοῦ λέγων, ἐν πλήθει καὶ μεγέθει θεωρεῖσθαι φησὶν αὐτὸ καὶ ἐν ῥοπῇ. *Archytas verò & ipse, æquale & inæquale proprium quanti, dicens, in multitudine & magnitudine considerari ait ipsum & in pondere.* Archytæ autem verba hæc sunt: τῆς ποσότητος διαφοραὶ τρεῖς. τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐντὶ ἐν ῥοπᾷ, ὡς τὸ τάλαντον. τὸ δ' ἐν μεγέθει ὡς δίπαχυ, τὸ δ' ἐν πλάθει, ὡς τὰ δέκα. *Quantitatis differentia tres, eius enim aliud in pondere est, vt talentum: aliud in magnitudine, vt bicubitum: aliud in multitudine, vt decem.*

## QVALITAS.

QVALITATIS Aristoteles quatuor genera enumerat. ἕξιν καὶ διάθεσιν, *habitum & dispositionem*. Potentiam naturalem vel impotentiam. Passiuam qualitatem & passionem: figuram & formam. Ocellus quoque hæc omnia. ἁ δὲ ποιότης διακεῖται εἰς ταῦτα. ἕξιν καὶ διάθεσιν. παθητικὰν ποιότητα καὶ πάθος. δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν, σχῆμα καὶ μορφάν. *Qualitas disponitur in hæc: habitum & dispositionem, passiuam qualitatem, & passionem: potentiam & impotentiam, figuram & formam.* Et quod Aristoteles habitum à dispositione differre declarat. τῷ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον, *eo quod diuturnior sit & stabilior*, Ocelli sententia fuerat quoque: ἐστὶ δ' ἁ μὲν ἕξις ἐπίτασις διαθέσιος καὶ μονιμότας καὶ ἵδρυσις: *Est verò habitus intentio dispositionis, & stabilitas & firmitudo.* Et quod Aristoteles ait, in quali, existere contrarietatem, & qualia recipere magis & minus, Archytæ dogmata fuerant. Apud Simplicium enim sic. καὶ τᾷ ποιότατι δὲ, κοινά τινα συνήρτηται οἷον τό τε ἐναντιότητα τινὰ ἐπιδέχεσθαι, καὶ στέρησιν, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐν τοῖς πάθεσιν. *Et qualitati communia quædam annexa sunt, veluti contrarietatem quandam suscipere, & priuationem, & magis & minus in passionibus.* Et quod Aristoteles similia & dissimilia in solis qualitatibus dici asserit, cum Archyta consensit, qui ita scripserat ποιότατος δ' ἴδιον, τὸ θ' ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον. καὶ γὰρ χροιᾷ λέγομεν ὁμοίως τὼς ἔχοντας τὸ αὐτὸ χρῶμα. καὶ χαρακτῆρα, τὼς ἔχοντας τὰν αὐτὰν ἰδέαν, καὶ ἀνομοίως δὲ κατὰ τὸ ἐναντίον ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. *Qualitatis autem proprium simile & dissimile.*

*Etenim*

*Etenim colore dicimus similes eundem colorem habentes & forma, habentes eãdem ideam, & dissimiles, secundum contrarium: eadem verò ratio etiam in alijs.*

## RELATIO.

RELATIVORVM natutam Plato etiam cognouit. nam in Politico ita scribit: ἆρ' οὖ κατὰ φύσιν δοκεῖ σοι τὸ μεῖζον μηδενὸς ἑτέρου δεῖν μεῖζον λέγειν, ἢ τοῦ ἐλάττονος; καὶ τοὔλαττον αὖ τοῦ μείζονος ἔλαττον, ἄλλου δὲ μηδενός: *An non secundum naturam videtur tibi, maius nullius alterius oportere maius dicere, quàm minoris, & minus itidem maioris minus, alius verò nullius?* Et in Symposio hæc quoque alia habet: ἆρ' ὁ πατὴρ ἐστὶ πατὴρ τινὸς ἢ οὔ; ἔστιν υἱέος γε ἢ θυγατρὸς πατὴρ ὁ πατήρ. *Vtrũ verò pater est pater alterius, vel non?* & respondet, *Quòd est, filij nempe, vel filiæ pater, pater est.* Et mox definitionẽ etiam affert in exemplo: τί δὲ ἀδελφός, αὐτὸ τοῦθ' ὅπερ ἐστίν, ἐστί τινος ἀδελφὸς ἢ οὔ: *Quid verò frater, hoc ipsum quod est, est alicuius frater vel ne?* In sophista deinde ὅσα περ ἂν ἕτερον ᾖ συμβέβηκεν ἐξ ἀνάγκης ἑτέρου τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν εἶναι. *Quiduis alterius fuerit, necessariò accidit alterius esse hoc ipsum quod est.* & in Repub. rursus. ἀλλὰ μέντοι ἦν δ' ἐγὼ ὅσα γε ἐστὶ τοιαῦτα οἷα εἶναι αὐτὰ μὲν ποιὰ ἄττα ποιοῦ τινος. *Sed enim, inquam ego quæcunque talia sunt, vt sint qualia quædam, qualis cuiusdam.* Ex quibus locis Aristoteles collegit suam definitionem. πρός τι δὲ τὰ τοιαῦτα λέγεται, ὅσα αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν ἑτέρων εἶναι λέγεται. *Ad aliquid talia dicuntur, quæcunque quod ipsa sunt, aliorum esse dicuntur.* Archytas autem scribit: τὸ δὲ ποτί ἄλλο δέ πως ἔχον, ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον: μᾶλλον μὲν γὰρ ἐστὶ ἡμῖν μεῖζον τινὸς καὶ μεῖον. *Et ad aliud quodã modo se habens suscipit magis & minus: magis enim est, maius aliquo esse, & minus.* Quòd etiam non omnia relatiua id suscipiant, docuerat, πλὰν οὐκ ἐπὶ πάντων τῶν ποτί ἄλλο πῶς ἐχόντων, οὐ γὰρ ἐστὶ μᾶλλον πατέρα ἡμεν οὐδ' ἧττον, οὐδ' ἢ μὰν ἀδελφὸν ἢ υἱόν. *Prater quam quod nõ in omnib ad aliud quodam modo se habentibus, non enim est magis patrem esse, nec minus, neq; quidem fratrem aut filium.* Illa quoque conditio, quod ad conuertibilia dicantur Archytę est, ἐπιδέχεται γὰρ τὰν ἀντιστροφὰν ὁμοίαν μὲν ὡς τὸ ἴσον καὶ ἀδελφόν, ἀνομοίαν δὲ ὡς τὸ μεῖζον καὶ μεῖον. *Suscipiunt enim conuersionem, similẽ quidem, vt æquale, & frater: dissimilẽ verò, vt m..ius & minus.* Quam tamen distinctionem similis & dissimilis conuersionis, videtur Aristoteles omisisse. Sed etiam quòd non semper conuertantur Archytas scripserat: τὸ μὲν γὰρ τι αὐτῶν οὐκ ἐντὶ ἀντίστροφον, οἷον ἐπιστάμα καὶ αἴσθασις. ἐπιστάμα μὲν γὰρ λέγεται τῶ ἐπιστατῶ καὶ αἴσθασις τῶ αἰσθατῶ, τὸ δ' ἐπιστατὸν οὐκ ἔτι λέγεται τᾶς ἐπιστάμας, οὐδ' αἰσθατὸν τᾶς αἰσθάσιος. *Aliquod enim ipsorum non est conuertibile, veluti scientia & sensus, scientia enim dicitur scibilis, & sensus sensibilis: scibile verò non amplius dicitur scientia, nec sensibile sensus.* Conditionis etiam illius, quòd simul existant relatiua, idem author fuerat: τῶ δὲ πρὸς ἕτερον πῶς ἔχοντος, ἴδιον τὸ τε συνυπάρχειν ἅμα ἀλλάλοις, καὶ ἀλλάλων δ' αἴτια ἦμεν. ἐὰν γὰρ διπλάσιον ᾖ ἀναγκαῖα καὶ ἥμισυ ἦμεν. εἰ δὲ ἐστὶ ἥμισυ ἀνάγκα καὶ διπλάσιον ἦμεν, αἴτιον τῶ ἡμισέω ἦμεν, καὶ τὸ ἥμισυ τῶ διπλασίω ἦμεν. *Ad aliud verò quodam modo se habentis proprium est sibi inuicem coexistere, & sibi inuicem causas esse. si enim duplex fuerit, necesse est & dimidium esse: si verò dimidium, necesse est etiam duplex causam dimidio esse, & dimidium duplici esse.* Sed Ocellus totius huiusce prædicamenti vim in quatuor genera coniecerat, τῶ πρός τι γενικωτέρα διαίρεσις τετραχῶς διαιρέεται, φύσει, τέχνᾳ, τύχᾳ καὶ προαιρέσει. φύσει μὲν ὡς πατὴρ πρὸς τὸν υἱόν. τέχνᾳ δ' ὡς μαθητὰς πρὸς τὸν διδάσκαλον, τύχᾳ δ' ὡς δοῦλος πρὸς δεσπότην, καὶ προαιρέσει ὡς φίλος πρὸς φίλον. *Eorum quæ sunt ad aliquid, generalius diuisio quadrupliciter distinguitur; natura, arte, fortuna, & electione. Natura quidem, vt pater ad filium. Arte verò, vt discipulus ad doctorem, Fortuna autem vt seruus ad dominum: electione denique, vt amicus ad amicum.* De reliquis autem prædicamentis Ocellus idem actionis tria genera statuit in hisce, τὸ δὲ ποιεῖν διαιρέεται εἰς πρᾶξιν καὶ λόγον καὶ διανόημα. *Agere autem diuiditur in actionem, sermonem, cogitationem* quæ itidem in alia quædam subdiuidit. Passionis quoque corpus & animam, veluti subiecta specie differentia, partitur, eorumque species alias ostendit. ita Vbi quoq; & Quando, & Situm es[illegible]; & Habere. Plura multo sunt eo pusillo libello comprehensa, quàm Aristotelis m[illegible]gno catego-

riarum incepto. Archytas quoque, vti ex Simplicio elici potest copiose, actionem &
passionem, & quando, prædicamenta tractauit. Sicuti etiam doctrinam opposito-
rum quam vno capite Aristoteles est complexus, Archytas libro integro tradide-
rat, titulo eodem de oppositis, ex quo ista retulit Simplicius. καὶ κατὰ νόμον, καὶ κατὰ
φύσιν ἀντικεῖσθαι ἀλλάλοις λέγεται, τὰ μὲν ὡς ἐναντία, οἷον ἀγαθὸν κακῷ, καὶ ὑγιὲς κάμνοντι.
καὶ ἀλαθὲς ψεύδει. τὰ δ' ὡς ἕξις στερήσει, οἷον ζωὰ θανάτῳ, καὶ ὅρασις τυφλότατι, καὶ ἐπιστάμα
λαθᾳ. τὰ δ' ὡς πρός τι πῶς ἔχοντα οἷον διπλάσιον ἡμίσει, ἄρχον δεχομένῳ. καὶ δεσπόζον δε-
σποζομένῳ. τὰ δ' ὡς κατάφασις ἀποφάσει. οἷον τὸ ἄνθρωπον ἦμεν, τῷ μὴ ἦμεν ἄνθρωπον καὶ τὸ
σπουδαῖον ἦμεν τῷ μὴ ἦμεν: *Et secundum legem, & secundum naturam opponi sibi in-
uicem dicuntur, quædam vt contraria, veluti bonum malo. Et sanum infirmo, & verum
falso. Quædam vt habitus priuationi, veluti vita morti, & visio cæcitati, & scientia obli-
uioni. Quædam vt ad aliquid quodam modo se habentia, veluti duplex dimidio, impe-
rans imperato, & dominans dominio subiecto. Quædam vt affirmatio negationi, veluti
hominem esse, illi hominem non esse, & probum esse, huic probum non esse.* Quæ singula
postea, vti ex eo Simplicij commentario apparet, latius prosecutus fuerat Archy-
tas. Nam de contrariorum duplici genere sic scriptum reliquerat: Διαιρεῖται δὲ καὶ
τὰ τῶν ἀντιθέσεων τούτων εἰς τὰ προσεχέα εἴδεα ἀλλάλοις. τῶν γὰρ ἐναντίων, ἃ μὲν ἄμεσα ἐστὶ, ἃ
δ' ἔχει μέσον. μεταξὺ γὰρ ὑγιείας καὶ νόσου οὐδὲν ἐστὶ μέσον, οὐδ' ἀρεμίας καὶ κινάσιος, οὐδ'
ἐγρηγορότος καὶ καθεύδοντος, οὐδ' εὐθέος καὶ καμπύλω, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἐναντιοτάτων, πολλῶ
δὲ καὶ ὀλίγω μεταξὺ τὸ μέτριον καὶ ὀξέος καὶ βαρέος τὸ ὁμόφωνον, καὶ ταχέος καὶ βραδέος τὸ ἰσο-
ταχὲς καὶ μείζονος καὶ μείονος τὸ ἴσον. *Diuiduntur autem & oppositionum harum* (genera
scilicet) *in proximas species. Contrariorum enim sunt quædam sine medio, quædam me-
dium habent. Inter enim sanitatem & morbum nihil est medium: nec quietis & motus,
nec vigilantis & dormientis, nec recti & curui, neque aliarum contrarietatum. Multi
verò & pauci medium est mediocre, & acuti & grauis vnisonum, & velocis & tardi a-
quiuelox, & maioris & minoris æquale.* Rursus Simplicius addit: καὶ ταύτην δὲ τῶν ἐναν-
τίων τὴν διαφορὰν, ὁ Ἀριστοτέλης τῷ Ἀρχύτα παρακολουθῶν προστέθηκε. γράφει γὰρ οὕτως
ἐκεῖνος, ἐν τῷ περὶ τῶν ἀντικειμένων βιβλίῳ, τὰ δὲ ἐν τῶν ἐναντίων διαφοραὶ τρεῖς, τὰ μὲν
γὰρ ὡς ἀγαθὸν κακῷ ἀντίκειται, οἷον ὑγίεια νόσῳ. τὰ δ' ὡς κακὸν κακῷ, οἷον ἀνελευθερία ἀσω-
τίᾳ, τὰ δ' ὡς οὐδέτερον οὐδετέρῳ, οἷον λευκὸν μέλανι, βαρὺ κούφῳ. *Et hanc contrariorum diffe-
rentiam Aristoteles Archytam secutus proposuit. Scribit enim ita ille in libro de Oppo-
sitis. Præterea contrariorum differentiæ tres. Quædam enim vt bonum malo opponun-
tur, vt sanitas morbo, quædam vt malum malo, sicuti auaritia prodigalitati. Quædam vt
neutrum neutro, veluti album nigro, graue leui.* Iterum. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης πανταχοῦ ἐν
τούτοις καὶ πρὸ τοῦ Ἀριστοτέλους Ἀρχύτας ἐναντίων παραδείγματα τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν τίθησι,
καὶ ὑγίειαν καὶ νόσον καὶ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος, καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν, καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν, ἤτοι σπου-
δαιότητα καὶ φαυλότητα. ἕξεως δὲ καὶ στερήσεως παραδείγματα ὄψιν καὶ τυφλότητα. *Aristote-
les etenim vbique in his, & ante Aristotelem Archytas contrariorum exempla bonum
& malum ponit & sanitatem & morbum, & verum & falsum, & iustitiam & iniustiti-
am, & virtutem & vitium: vel probitatem & improbitatem, habitus verò & priuationis
exempla visionem & cæcitatem.* Itaque omnis Aristotelicarum categoriarum suc-
cus, omnis doctrina, nec non etiam oppositorum titulis, dogmatibus, exemplis
sæpe etiam verbis ipsis, Ocelli atque Archytæ libris est conformis & concors.
Aequiuoca autem illa, & vniuoca, & denominata complexa, incomplexa, ante Ari-
stotelicam traditionem ab hisce philosophis disputata fuerant. Nam de Archyta
Simplicius idem ita scriptum reliquit: Ἀρχύτας μέντοι τοῦ τῶν κατηγοριῶν βιβλίου ἀρ-
χόμενος ἤτοι τῶν καθόλου λόγων περὶ λόγου διδάσκει πρῶτον καὶ τοῦτον ἐν διανοίᾳ καὶ λέξει περιέ-
λαβε καὶ τὴν μὲν σημαίνουσαν ὑπὸ λέξιν εἶναι, τὴν δὲ σημαινομένην διάνοιαν, καί τι ἁπλᾶ καὶ τὰ
σύνθετα, καὶ τέλεια καὶ ἐλλειπῆ διωρίσατο, καὶ ἀφ' ὧν δεῖ τά τι κατὰ συμπλοκὴν καὶ ἄνευ συμπλο-
κῆς δοκιμάζειν ἐδίδαξε. *Archytas sanè categoriarum librum incipiens siue vniuersales
sermones, de logo docet primò, & hunc in cōceptu animi, & dictione comprehendit, & signi-
ficantem dixit dictionem esse, significatum verò animi conceptum, & simplices & composi-
tas, et completas et defectiuas determinauit, & à quib. oporteat ea quæ per complexionem et
absq. complexione perpēdere docuit:* Et apud Platonē æquiuoca sæpissimè eadē prorsus
significatione legūtur. In Parmenide sunt hæc. τὰ δὲ παρ' ἡμῖν ταῦτα ὁμώνυμα ὄντα ἐκείνοις:

*Hæc*

*Hac qua apud nos aquiuoca existentia illis*, scilicet Ideis. In Philebo verò hæc alia: ἆρ' ἄν τινα τέχνην ὡς ὁμώνυμον φθεγξάμενος εἰς δόξαν καταστήσαις ὡς μιᾶς: *An ergo quandam artem vt aquiuocam pronuntians in opinione statuat veluti vnius.* Et in Sophista. ὅτι μιμήματα καὶ ὁμώνυμα τῶν ὄντων ἀπεργαζόμενος τῇ γραφικῇ τέχνῃ: *Quod imitationes & aquiuoca entibus efficiens arte pictura.* Iterum eodem Sophista clarissimè describit æquiuoca hunc in modũ. Νῦν γὰρ δὴ σὺ κἀγὼ τούτου πέρι τοὔνομα ἔχομεν κοινῇ, τὸ δὲ ἔργον ἐφ' ᾧ καλοῦμεν ἑκάτερος τάχ' ἂν ἰδίᾳ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἔχοιμεν. ὥστε ὅταν γνωσθῇ, ὅτι τοῦ κοινῇ λεγομένου ὀνόματος ἰδία ἐστὶν ἔννοια παρ' ἑκατέρῳ τότε γίνεται δῆλον ὅτι ὁμώνυμον τὸ ὄνομα. *Nũc sanè tu atque ego, hac de re nomen habemus in communi, rem verò ipsam de qua vocamur vterque fortè propriè, apud nos ipsos habemus. Itaq; quando cognoscatur quod communis nominis propriè est animi conceptio, apud vtrumq; tunc fit manifestum quòd aquiuocum est nomẽ.* Cum verò contrariorum eadem sit doctrina, verisimile est Platoni, etiam Synonyma fuisse nota. Nam paronymorum Cratylus eius dialogus plenus est. Substantiã verò & ipse, & Archytas, & Pythagorei, & Hermes ita sæpe nominant, vt testimonia adferre ridiculum potius fuerit quàm necessarium. Sed accidentis mentionem Aristotelico prorsus significatu sæpe Plato facit. vt in Parmenide. ἀλλὰ σὺ μὲν εἶπές τῶν συμβεβηκότων τι: *Sed tu quidem dixisti, accidentium aliquod.* Et ante Platonẽ Ocellus etiam definiuit capite 1. εἰ γὰρ ἐννέα λόγοι γίνονται καὶ ἀπογίνονται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. ὅπερ ἐστὶ τὸ συμβεβηκὸς λεγόμενον. *Nouem verò rationes adsunt & absunt prater subiecti corruptionem, quod est id, quod accidens dicitur.* Et Perictione Pythagorea mulier sic libro suo de Sapientia. τὰ δὲ συμβεβηκότα τοῖς οὖσιν ἃ μὲν καθόλου πᾶσι συμβέβακεν. ἃ δὲ πλέοσιν αὐτῶν, ἃ δὲ παρ' ἓν ἕκαστον. *Accidentia verò entibus. hac quidem vniuersaliter omnibus accidunt: hac verò plurimis ipsorum, quadam vni singulo.* Et Timæus Locrus, phrasi hac per accidens vsus est, quando ait: συμπεριδινέεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τᾷ τ' αὐτῶ φορᾷ. *Circumuertitur verò per accidens cum latione eiusdem.* Generis porrò & speciei omnes sæpissime meminerunt. Plato in Sophista, hasce locutiones habet: καὶ τὰ γένη πρὸς ἄλληλα. καὶ ποῖα ποίοις συμφωνεῖ τῶν γενῶν. τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μηδὲ ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι, μηδ' ἕτερον ὂν ταὐτόν. *Et genera ad inuicem. Et qualia qualibus consonant genera. Per genera diuidi. Nec eandem speciem, aliam putare, neq; alia cum sit, eandem.* &c: τέταρτον δὲ πρὸς τοῖς τρισὶν εἴδεσιν εἶδος τι ταὐτὸν τιθῶμεν *Quartam verò ad tres species, speciem idem ponamus.* Quæ omnia & generis & speciei significata apud Archytam quoque, Timæum, Ocellum, reliquos Pythagoreos, Hermetem etiam reperiuntur. Ideo cum his omnibus Aristotelem consentire dicendum est. Motus autem species, Plato in x. legum enumerauit non vj. sed x. scilicet. Condensationem, rarefactionem. Augmentum, Decrementum. Generationem, Corruptionem, Alterationem. Circularem motum, transitum localem, & animæ motionẽ. Quibus manifesto Aristotelici sex motus insunt. Habere autem ipsius significata Archytas aliquot ostendit. τὸ δὲ ἔχειν διαφορὰς μὲν οὐκ ἐπιδέχεται πλείονας ἰδεῶν, λέγεται δὲ πολλαχῶς. καὶ γάρ τοι ἐπιστάμονες, ἔχειν τὰν ἐπιστάμαν λέγονται, καὶ τοὶ νοέοντες τὰν νόασιν καὶ τοὶ κεκταμένοι τὰν κτᾶσιν: *Habere verò, differentias quidem specierum plures non recipit: attamen dicitur multipliciter. Etenim scientes, habere dicuntur scientiam, & intelligentes intelligentiam, & possidentes possessionem.* Ocellus quoque veluti species enumerat: τὸ δ' ἔχειν εἰς περίθεσιν διαιρέεται ὡς τὸ ὑποδεδέσθαι καὶ ὡπλίσθαι, ἐσκεπάσθαι. ἐν τι ἔνθεσιν ὡς ἐπὶ μεδίμνου καὶ κεραμίου καὶ τῶν λοιπῶν ἀγγείων. λέγομεν γὰρ πυρὸς ἔχειν τὸν μέδιμνον, ἢ οἶνον τὸν κέραμον καὶ εἰς πλοῦτον καὶ κτῆσιν. *Habere in circumpositionem diuiditur & in impositionem, vt in medimno & amphora, & reliquis vasis. Dicimus enim grana habere ipsum medimnum, & amphora vinum, & in diuitias & possessionem.* Quæ exempla Aristoteles vsurpauit. habet enim. ὡς τὰ περὶ τὸ σῶμα, οἷον ἱμάτιον καὶ χιτῶνα ἢ ὡς ἐν ἀγγείῳ οἷον ὁ μέδιμνος τοὺς πυροὺς, ἢ τὸ κεράμιον τὸν οἶνον. *Vt ea qua circa corpus pallium & vestẽ. Vel vti in vase, vt medimnus frumentum, vel amphora vinum.* Itaque dogmata omnia, quæ prædicamentorum libro Aristotelis sunt comprehensa, ostendunt, maximam Aristoteli fuisse cum antiquis consensionem.

## LIBRO DE INTERPRETATIONE.

ARS verò propositionum quæ libro periherminias, vti Andronicus Rhodius, & cum eo nos putamus, falsò Aristoteli tributo continetur, initia ab alijs quàm ab Aristotele cœpit. Nam Plato in Sophista, propositionem λόγον vocans, vti postea

Topicorum author, ait hanc. ἄνθρωπος μανθάνει, θεαίτητος κάθηται. *Homo discit. Theaetetus sedet.* esse sermonem minimum doceteque ex nomine & verbo componi. λέξω γοῦν σοι λόγον συνθεὶς πρᾶγμα πράξει δι' ὀνόματος καὶ ῥήματος. *Dicam igitur tibi, sermonẽ, componens rem actioni per nomen & verbum.* Deinde subiungit. παντάπασιν ὡς ἔοικεν ἡ τοιαύτη σύνθεσις ἔκ τε ῥημάτων γενομένη καὶ ὀνομάτων. *Omnino vt apparet talis compositio ex verbis fit & nominibus. Nouit etiam lõgiores propositiones.* θεαίτητος ᾧ ἐγὼ νῦν διαλέγομαι πέτεται. *Theatetus cũ quo ego nũc colloquor, volat.* Nouit quoq; *sermonẽ, aliũ esse verũ aliũ falsum,* τὸν μὲν ψευδῆ που, τὸν δ' ἀληθῆ. Affirmationẽ quoq; & negationẽ. καὶ μὴν ἐν λόγοις γε αὐτὸ ἴσμεν ἐν. Θεαι. τὸ ποῖον; Ξεν. φάσιν τε καὶ ἀπόφασιν. *Etenim in sermonibus hoc scimus inesse. Thea. quale? Xen. affirmationem & negationem.* Vniuersalia quoque & particularia alia esse in Theæteto docet. Cũ post sensuũ cognitionẽ quæ particularis est, explicatam, sic vniuersalium cognitionem concludit. οὐδ' εἶναι τοιοῦτον οὐδὲν τούτοις ὄργανον ἴδιον, ὥσπερ ἐκείνοις ἀλλ' αὐτὴ δι' αὐτῆς ἡ ψυχὴ τὰ κοινά μοι φαίνεται περὶ πάντων ἐπισκοπεῖν. *Nec esse tale his organum proprium vt illis, sed ipsa per se ipsam anima communia mihi videtur de omnibus considerare.* Est etiam vsus nominibus, καθέκαστον καὶ ἐπὶ πάντα. *Singulare, & in omnibus.* Sophista. τῶν τῶν οὕτω δυναμένων μετιέναι καθέκαστά τε καὶ ἐπὶ πάντα μέθοδον. *Eorũ qui possunt per transire per singularia, & per omnia methodum.* Hippocrates quoque vniuersale cognouit, in præceptis enim sic scribit. διὸ καὶ καθόλου δεῖ ἅπτεσθαι τῶν γινομένων. *Quare, & vniuersaliter oportet attingere ea quæ fiunt.* & Perictione Pythagorea libro de Sapientia. τὰ γὰρ συμβεβηκότα τοῖς οὖσιν, ἃ μὲν καθόλου πᾶσι συμβέβακε, ἃ δὲ πλείστοις αὐτῶν, ἃ δὲ καθ' ἓν ἑκάστῳ. *Accidentia entium, quædam vniuersaliter accidunt omnibus, quædam plurimis ipsorũ, quædã etiã vni singulari.* Sed & Archytas suas categorias καθόλου λόγους: *vniuersales sermones* seu rationes inscripsit. Quod idẽ fecerat Ocellus. & Hermetis Termaximi extat libellus, qui καθολικὸς λόγος titulum præfert. Scio me hercule, hæc non totam propositionum artem, quæ libro perihermenias continetur, amplecti, attamen principia eius totius artis sunt, ostenduntque quantum Aristoteles (si modo suus is liber est) in hac quoque se cum antiquis cõcors esse voluerit. Quandoquidem, de Axiomatis, quæ inter principia scientificæ demonstrationis Aristoteles reposuit, eaque fecit maximi, primus omnium, artem quãdam Clinomachus Thurius Euclidis Socratici auditor, scripsisse videtur. Sic enim Laertius testatus est in Diodoro: Κλεινόμαχός τε ὁ Θούριος ὃς πρῶτος περὶ ἀξιωμάτων, καὶ κατηγορημάτων, καὶ τῶν τοιούτων συνέγραψε: *Et Clinomachus Thurius, qui primus, de axiomatis & categorematis, & talibus alijs conscripsit.*

DE ARGVMENTIS.

AT verò syllogismorum, aliarumq́ue argumentationum artem & methodum, Themistius author est non fuisse Aristotelis inuenta. Cuius senẽtẽtiam Philoponus procemio in primum analyticum affert his verbis. *Sed hoc loco Themistius dubitat, nũ Aristoteli tribuenda sit huius artis inuentio. Qui palàm negat Aristotelem fuisse inuẽtorem. Quippe cum diu nos Plato in Phadone atque omnibus ferè dialogis ratiocinetur, & argumento demonstratiuo vtatur. Verùm illud dat Aristoteli, vt hanc artem normis & præscriptionibus quibusdam perfecerit & illustrarit.* Philoponus autem ipse, non vniuersæ argumentorum artis, nõ propositionis, sed termini tantum inuentionẽ Aristoteli ascribit. cõm. 2 in caput 1. his verbis. *Addunt propositionis nomen, æque oratoribus & Philosophis perspectum esse. Termini verò nomen nulli perspicuum ante Aristotelem, fuit, qui partes orationis, primus terminos appellauit.* Originem autem eius rei capite de Syllogismo tradit, Aristotelicum Geometriæ studium fuisse, ad cuius imitationem & terminos & figuram appellauerit. Syllogismos verò, enthymemata, inductiones, exempla, τεκμήρια apud antiquiores habemus, & vsu & appellatione. Quin imò plures etiam, quàm hæ sint, argumentandi formas, varijs nominibus appellatas veteres habuerunt. Refert enim Laertius in Zenone eleata illum fuisse eius formæ argumentationis inuentorem, quæ Achilles vocata est: quamquàm Phauorinus Parmenidi id tribueret. οὗτος γὰρ τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησε. Φαβωρῖνος δὲ φησὶ Παρμενίδην, καὶ ἄλλους συχνούς. *Ille primus Achillem sermonem interrogauit. Phauorinus verò ait, Parmenidem, & alios multos.* Nam multorum argumentorum nomina idem author in Euclide recenset. τῆς δ' Εὐκλείδου διαδοχῆς ἐστὶ καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε. τόν τε ψευδόμενον.

ψευδόμενον, καὶ τὸν διαλανθάνοντα, καὶ ἠλέκτραν, καὶ ἐγκεκαλυμμένον, καὶ σωρείτην, καὶ κερατίνην καὶ φαλακρόν. *Euclidis successionis est etiam Eubulides Milesius, qui multos in dialectica sermones interrogauit. Pseudomenum, Dialanthanonta, & Helectram, & Encecalymenum, & Soritem, & Ceratenem, & Phalacrum.* Rursus in Zenone Cithieo. ὁμοίως τε καὶ λόγων, καὶ τρόπων, καὶ συλλογισμῶν καὶ τῶν παρὰ τὴν φωνὴν καὶ τὰ πράγματα σοφισμάτων ὧν εἶναι ψευδομένους λόγους καὶ ἀληθεύοντας, καὶ ἀποφάσκοντας σωρείτας τε καὶ τοὺς ὁμοίους τούτοις ἐλλιπεῖς καὶ ἀπόρους καὶ περαίνοντας, καὶ ἐγκεκαλυμμένους, κερατίδας τε καὶ οὔτιδας, καὶ θερίζοντας. *Similiter verò & sermonum, & modorum, & syllogismorum & quæ penes vocem, & rem Sophismatum, quorum esse & mendaces sermones & veraces, & affirmantes, & Sorites, & his similes defectiuos & dubios, & concludentes, & absconditos, & cornutos, & auriculatos & metentes.* Constat igitur ex Soritis & Syllogismi mentione, has fuisse argumentorum figuras & modos fortè non absimiles ijs quos barbaris vocibus dialectici nostrates introduxerunt. barbara, celarent &c. Cuiusmodi formas à Parmenide excogitatas fuisse Phauorinus superiore loco clarum fecit. Quare in hac quoque tota re, etiamsi ad hæc tempora non peruenerit notitia, quales hæ argumentorũ formæ fuerint præter vnum Soritẽ, verisimile est, Aristotelẽ cum vetustioribus mirè fuisse concordem. Præsertim si, neque earum quatuor formarum quæ maximè apud Peripateticos celebrantur Aristoteles author fuerit dicendus. Nam inductionem quam analytico primo explicat, Socrates inuenit. Testante id, ipso Aristotele 5. Sapientiæ capite 2. δύο γάρ ἐστιν ἅ τις ἂν ἀποδοίη Σωκράτει δικαίως τούς τ' ἐπακτικοὺς λόγους, καὶ τὸ ὁρίζεσθαι καθόλου. *Duo enim sunt quæ quis Socrati iustè tribuat, inductiuos sermones, & diffinitionem vniuersalem.* Exemplum vero in politico Plato, construere pulcherrimè docuit, verba eius etiamsi prolixiora sint, apponam. Ἆρ' οὖν οὐχ ὧδε ῥᾷστον καὶ κάλλιστον ἐπάγειν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ μήπω γιγνωσκόμενα πῶς. ἀναγαγεῖν πρῶτον ἐπ' ἐκεῖνα ἐν οἷς ταὐτὰ ταῦτα ὀρθῶς ἐδόξαζον. ἀναγαγόντας δὲ τιθέναι παρὰ τὰ μήπω γιγνωσκόμενα καὶ παραβάλλοντας ἐνδεικνύναι τὴν αὐτὴν ὁμοιότητα καὶ φύσιν ἐν ἀμφοτέραις οὖσαν συμπλοκαῖς, μέχρι περ ἂν πᾶσι τοῖς ἀγνοουμένοις τὰ δοξαζόμενα ἀληθῶς παρατιθέμενα δειχθῇ. δειχθέντα δὲ παραδείγματα οὕτως γιγνόμενα ποιήσῃ τῶν στοιχείων ἕκαστον πάντων ἐν πάσαις ταῖς συλλαβαῖς τὸ μὲν ἕτερον ὡς τῶν ἄλλων ἕτερον ὄν, τὸ δὲ ταὐτὸν ὡς ταὐτὸν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἑαυτῷ προσαγορεύεσθαι. ΣΩ. παντάπασι μὲν οὖν. ΞΕ. οὐκοῦν τοῦτο μὲν ἱκανῶς συνειλήφαμεν, ὅτι παραδείγματός γε ἐστὶ τότε γένεσις, ὁπόταν ὂν ταὐτὸν ἐν ἑτέρῳ διεσπασμένῳ δοξαζόμενον ὀρθῶς καὶ συναχθὲν περὶ ἑκάτερον ὡς συνάμφω μίαν ἀληθῆ δόξαν ἀποτελῇ. *An non ita facilimum & pulcherrimum inducere eos ad ea quæ nondum cognita sunt? Quomodo? Adducere primum ad illa in quibus eadem rectè opinabantur. adductos verò ponere penè quæ nondum cognoscuntur, & comparando ostendere eandem similitudinem & naturam in ambabus complexionibus existentem, quousque omnibus ignoratis opinione percepta verè apposita ostendantur & ostensa exempla ita facta, fecerint elementorum vnum quodque in omnibus Syllabis alterum vt ab alijs alterum existens. Idem verò vt idem semper secundum eadem sibi appellare. Soc. omnino quidem. Hosp. Nonne hoc sufficienter comprehendimus? quòd exempli genitura est tunc, quando existens idem in altero separato, rectè opinatum & inductum circa vtrumque vt ambo vnam veram opinionem efficit.*

## DE SYLLOGISMO.

SYLLOGISMI etiam frequens est apud Platonẽ mentio. namque in Theæteto hæc verba scripta sunt. ἐν δὲ τῷ περὶ ἐκείνων συλλογισμῷ. *In eo Syllogismo qui de illis est.* Et in Cratylo. Συνέσις δ' ἂν οὕτω μὲν δόξειεν ἂν ὥσπερ συλλογισμὸς εἶναι. *Intelligentia rursus ita quidem videatur veluti syllogismus esse.* Politico etiam. τὸ δ' ἂν μετὰ τοῦτο συλλογισώμεθα. *Illud verò post hæc syllogizemus.* Hippocrates quoque libro de Euschymosine. πολλὰ γὰρ οὐ διὰ συλλογισμῶν ἀλλὰ βοηθείας δεῖται τῶν πραγμάτων. *Multa enim rerum, non syllogismo sed ope indigens.* Timæus quin etiam Locrus Pythagoreus libello de mundo ταύτας δὲ, τὰν τε διπλασίαν, καὶ τριπλασίαν ῥᾷον συλλογίζεσθαι ἑσταμένω τῷ πράτω. *Has verò duplicem & triplicem facilius est syllogizare stante primo.* Quasi idem illi sit (stante primo) quod Aristoteli (quibusdam positis) in syllogismi definitione. Sed Aristotelis testimonio, Socrates quoque syllogismum est venatus. Sic enim 5. Sapientiæ capite 2. scribit. ἐκεῖνος δ' εὐλόγως ἐζήτει τὸ τί ἐστι. συλλογίζεσθαι γὰρ ἐζήτει, ἀρχὴ δὲ τῶν συλλογισμῶν τὸ τί ἐστι. *Recta ille ratione quærebat, quod, quid est Syllogizare etenim quærebat. namque principium est Syllogismorum, ipsum quod quid est.* At enim totam

secundam 1. analytici partem, quæ est de medio syllogismi inueniendo Zenonis eleaticam methodum secutus Aristoteles videtur conscripsisse: id clarum fiet ei viro, qui diligenter veritatis studio non sectæ suæ defendendæ contentione, Aristotelica conferet cum Zenonijs hisce, quæ ex Procli commentarijs in Platonis Parmenidem, huc transcripsi. Qui Proclus, cum sæpe antea Zenoniæ & eleaticæ methodi mentionem honorificam fecisset. 5. tandem eorum commentariorum libro, apertissimè eam & explicat, & multis verbis exercet. Ne quis autem, quia ea commentaria impressa nondum sunt, ac in paucorũ manibus versantur, hæc me fingere suspicetur, Procli verba etiamsi prolixiora apponam. sunt autem hæc sequentia. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐλεατικὴν μέθοδον ἐν τύποις παραδέδωκεν ὁ Πλάτων, φέρε τὸ λογικὸν αὐτῆς πρός γε τὸ παρὸν θεωρήσωμεν. Δεῖ δὴ νοεῖν ἐκ μιᾶς ὑποθέσεως δύο τινὰς ἀποφυομένας. ἔπειτα τρεῖς καθ' ἑκάστην τῶν δυοῖν, ὥστε τὰς μετὰ τὴν μονάδα καὶ δυάδα γενομένας ἓξ ὑποθέσεις τετραπλασιαζομένας εἰς τὸν τεσσαρακαιείκοσι καταλήγειν ἀριθμόν. ἐστὶ δὲ μοναδικὴ μὲν ὑπόθεσις καὶ ἁπλουστάτη, τινὶ τὶ συμβαίνει. τοῦτο γὰρ κοινὸν ἐπὶ πασῶν ἐστὶ τῶν ὑποθέσεων. καὶ γὰρ ὁ τὸ καταφατικὸν ἢ ἀποφατικὸν λέγων, συμβαῖνόν τι λέγει πάντως. καὶ ὁ τὸ πρὸς ἑαυτὸ, καὶ ὁ τὸ πρὸς ἄλλο, λαμβάνων, δῆλον ὡς τὶ καὶ τινὶ λαμβάνει. καὶ τοῦτο ἐναργές ἐστι. δυαδικὴ δὲ ἡ τὴν εἰς δύο παρεχομένη διαίρεσιν. ὅταν μὴ ἁπλῶς εἴπῃς ὁ τινὶ συμβέβηκεν, ἀλλὰ διέλῃς τινὶ ὂν τὶ συμβέβηκεν. πρώτη γὰρ διαίρεσις γίγνεται κατ' ἀντίφασιν εἰς τὸ εἶναι τὸ προκείμενον καὶ μὴ εἶναι. καὶ δύο ἔσονται αὗται ὑποθέσεις. ἑκατέρα δὲ τούτων τρεῖς ἡμῖν ὑποθέσεις γεννᾷ. πρότερον μὲν γὰρ τὸ τινὶ λαβόντες ὂν καὶ μὴ ὂν ἐδιχοτομοῦμεν τὴν ὑπόθεσιν. Νῦν δ' ἐὰν τὸ συμβαῖνον λάβωμεν τριχῶς ἑκατέραν τῶν ὑποθέσεων τριπλασιάσομεν. τὸ γὰρ συμβαῖνον ἢ ὡς ἑπόμενον ληπτέον, ἢ ὡς μὴ ἑπόμενον, ἢ ὡς ἅμα καὶ ἑπόμενον καὶ μὴ ἑπόμενον. ἢ γὰρ καταφατικόν ἐστι τὸ συμβαῖνον ἢ ἀποφατικὸν ἢ πῇ μὲν καταφατικὸν, πῇ δ' ἀποφατικόν. οὐ γὰρ τοῦτό φησιν ὁ λόγος ὅτι ἡ ἀντίφασις συναληθεύει, καὶ ἅμα τὰ ἀντικείμενα ἕπεται. ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτὸ πῶς μὲν ὑπάρχει τῷ αὐτῷ, πῶς δ' οὔ. ταῦτα οὖν τὰ τρία καὶ ὄντος τοῦ πράγματος καὶ μὴ ὄντος καὶ πῶς μὲν ὄντος πῶς δὲ μὴ ὄντος σκοποῦντες, δῆλον ὅτι τὰς δύο τὰς ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεις ἑξαπλασιάσομεν. ἔσονται οὖν ἓξ ὑποθέσεις. εἰ ἐστὶ, τί ἕπεται, καὶ τί οὐχ ἕπεται, καὶ τί ἅμα ἕπεταί τε καὶ οὐχ ἕπεται. καὶ εἰ μὴ ἐστὶ, ὁμοίως τί ἕπεται, καὶ τί οὐχ ἕπεται, καὶ ἕπεται ἅμα καὶ οὐχ ἕπεται. τό τε γὰρ τὶ, διπλοῦν γέγονεν, ὄν τι καὶ μὴ ὄν. καὶ τὸ συμβαῖνον τριπλοῦν, ἑπόμενον, καὶ οὐχ ἑπόμενον, καὶ ἑπόμενον ἅμα καὶ οὐχ ἑπόμενον. δυὰς δ' ἐπὶ τριάδα πάντως εἰς ἑξάδα καταλήγει. Πάλιν ἑκάστη τῶν ἓξ τούτων ὑποθέσεων τετραπλασιάζεται διὰ τὴν τοῦ συμβαίνοντος κατὰ τὸ ὑποκείμενον διαφοράν. ἢ γὰρ ἑαυτῷ τὶ συμβαίνει ἢ τοῖς ἄλλοις. καὶ τούτων ἑκατέρως διχῶς, ἢ αὐτῷ πρὸς ἑαυτὸν, ἢ αὐτῷ πρὸς τ' ἄλλα. καὶ τοῖς ἄλλοις ἢ πρὸς ἑαυτὰ, ἢ πρὸς αὐτό. ταύτας δὴ τὰς τέσσαρας διαφορὰς ἐὰν καθ' ἑκάστην πλέξῃς τῶν ἓξ πρώτων ὑποθέσεων, τέτταρας δηλονότι καὶ εἴκοσι ποιήσεις τὰς ὅλας ὑποθέσεις. Νοείσθω δὴ τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν ὑπογεγραμμένων. εἰ ἐστὶ, τί ἕπεται αὐτῷ πρὸς αὐτό. εἰ ἐστὶ, τί οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς αὐτό. εἰ ἐστὶν τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς αὐτό. Πάλιν, εἰ ἐστὶ, τί ἕπεται αὐτῷ πρὸς τ' ἄλλα, εἰ ἐστὶ, τί οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς τ' ἄλλα. εἰ ἐστὶ, τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς τ' ἄλλα. πρώτη μὲν ἑξὰς αὕτη. δευτέρα δὲ τοιαύτη. εἰ ἐστὶ, τί ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς ἑαυτά. εἰ ἐστὶ, τί οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς ἑαυτά. εἰ ἐστὶ, τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς ἑαυτά. Πάλιν εἰ ἐστὶ, τί ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς αὐτό. εἰ ἐστὶ, τί οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς αὐτό. εἰ ἐστὶ τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς αὐτό. δευτέρα μὲν οὖν ἑξὰς αὕτη. τρίτη δ' ἥδε. εἰ μὴ ἐστὶ, τί ἕπεται αὐτῷ πρὸς αὐτό. εἰ μὴ ἐστὶ, τί οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς αὐτό. εἰ μὴ ἐστὶ τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς αὐτό. Πάλιν εἰ μὴ ἐστὶ, τί ἕπεται αὐτῷ πρὸς τὰ ἄλλα, εἰ μὴ ἐστὶ τί οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς τὰ ἄλλα, εἰ μὴ ἐστὶ, τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται αὐτῷ πρὸς τὰ ἄλλα. τρίτη μὲν οὖν ἑξὰς αὕτη. τετάρτη δὲ ἥδε. εἰ μὴ ἐστὶ, τί ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς ἑαυτά. εἰ μὴ ἐστὶ τί οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς ἑαυτά. εἰ μὴ ἐστὶ, τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς ἑαυτά. Πάλιν εἰ μὴ ἐστὶ, τί ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς αὐτό, εἰ μὴ ἐστὶ, τί οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς αὐτό, εἰ μὴ ἐστὶ, τί ἕπεται καὶ οὐχ ἕπεται τοῖς ἄλλοις πρὸς αὐτό. Quæ ita Latinè reddidimus. *Quoniam verò Eleaticam methodum in his Plato tradit age, logicam ipsius ad præsens contemplemur. Oportet sanè intelligere ex una hypothesi duas quasdam enasci deinde tres ex singulis duarum. ita ut quæ post unitatem & dualitatem fiunt hypotheses quadruplicata, in 24 desinant numerum. Est autem unica hypothesis & simplicissima, cui quid accidit. Hoc quidem commune est omnibus hypothesibus. Nam qui affirmationem vel negationem dicit, accidens quid dicit prorsus. Et qui id ipsum ad se, & qui id ipsum ad alium accipit, clarum quòd quid & quid accipit. Atque hoc euidens est. Dualica autem ea quæ in duo præbet diuisionem. quando non simpliciter dixeris quid cui accidat. Sed diuiseris cui ens aliquod accidit. Prima enim diuisio fit per contradictionem ut sit propositum, & non sit. & duæ sunto hæ hypotheses. Utraque au-*

tem

*tem harum tres nobis hypotheses gignit. Prius namque sumentes cui ens & non ens, in duo diu simus hypothesin. nunc autem quando accidens tripliciter sumpserimus, vtranque hypothesium triplicabimus. Accidens ergo vel vt consequens sumendum, vel vt non consequens, vel vt simul consequens & non consequens. Vel enim affirmatiuum est accidens vel negatiuum, vel quadam tenus affirmatiuum, quadam autem tenus negatiuum. Non enim hoc dicit oratio, quòd contradictio simul verificetur. Et simul opposita consequantur. Sed quod idẽ quodã modo inerit eidẽ, & quodã modo nõ inerit. Hac ergò tria vt existẽte re & nõ existẽte & quodã modo existente, quodã aũt nõ existẽte cõsiderantes, clarum quòd duas ab initio hypotheses sextuplicabimus, erunt ergò sex hypotheses. Si est, quid sequitur: & quid nõ sequitur: & quid simul sequitur & nõ sequitur. Et si nõ est, quid sequitur similiter, & quid nõ sequitur. Et quid simul sequitur & non sequitur. Tunc enim factũ est duplex, ens, & nõ ens. Et accidens triplex, consequens, & non consequens. & consequens simul & non consequens. Dualitas verò super trinitatem omnino in senarium desinit. Rursus vnaquaque harum sex hypothesium quadruplicatur per accidentis ad subiectum differentiam. Vel enim sibi quid accidit, vel alijs. Et horum vtrique dupliciter. Vel sibi ad seipsum, vel sibi ad alia & alijs vel ad se ipsa, vel ad ipsum. Has autem quatuor differentias si singulas contexueris sex primarum hypothesium quatuor nimirum & 20 facies vniuersas hypotheses. Intelligatur autem quod dicitur ex subscriptis. Si est, quid sequitur sibi ad se ipsum. Si est, quid non sequitur sibi ad seipsum. Si est, quid sequitur simul & non sequitur sibi ad se ipsum. Rursus si est, quid sequitur sibi ad alia. Si est, quid non sequitur sibi ad alia. Si est, quid sequitur, & non sequitur sibi ad alia. Primum quidem Senarium hoc est. Secundum autẽ tale. Si est, quid sequitur alijs ad se ipsa Si est, quid non sequitur alijs ad se ipsa. Si est quid sequitur & non sequitur alijs ad se ipsa. Rursus si est, quid sequitur alijs ad ipsum. Si est quid non sequitur alijs ad ipsum. Si est, quid sequitur, & non sequitur alijs ad ipsum. Secundum sanè Senarium hoc est. Tertium verò hoc. Si non est, quid sequitur sibi ad se ipsum. Si non est, quid non sequitur sibi ad se ipsum. Si non est, quid sequitur, & non sequitur sibi ad se ipsum. Rursus si non est, quid sequitur sibi ad alia. Si non est, quid non sequitur sibi ad alia. Si non est, quid sequitur, & non sequitur sibi ad alia. Tertium quidem Senarium hoc. Quartum autem hoc aliud. Si non est, quid sequitur alijs ad se ipsa. Si non est, quid non sequitur alijs ad se ipsa. Si non est, quid sequitur, & non sequitur alijs ad se ipsa. Rursus si non est, quid sequitur alijs ad ipsum. Si non est, quid non sequitur alijs ad ipsum. Si nõ est, quid sequitur & non sequitur alijs ad ipsum. Quos quidem omnes 24. modos pulcherrimo anima exemplo deinceps satis exercet prolixè. Proclus eodem loco.*

## DE ENTHYMEMATE.

ENTHYMEMATIS, quod de quatuor argumentorũ formis fuerat reliquũ, Aristotelico significatu, mentionem apud vetustiores non reperio: nisi fortè fuerit ea argumentandi forma quam ἐλλειπῆ defectiuam superius ostendi nominatam. Quia enthymema sit syllogismus vna propositione mancus.

## DE DIFFINITIONE.

QVID verò de methodis quatuor dicendum? Est sanè apud Laertium in Pythagora ex Phauorini testimonio, Pythagoram primũ omnium definitione vsum. τοῦτον ὁ Φαβωρῖνος φησὶν ὅροις χρήσασθαι διὰ τῆς μαθηματικῆς ὕλης. ἐπὶ πλεῖον δὲ Σωκράτην, καὶ τοὺς ἐκείνῳ πλησιάσαντας, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς στωικούς. *Hunc Phauorinus ait, diffinitionibus vsum in mathematica materia. abundantius verò Socratem, & eos qui cum illo sunt conuersati. Et post hac Aristotelem, & Stoicos.* Quid verò refero Laertium, quando ipse Aristoteles id ipsum est attestatus 13 Sapientiæ capite 4. Quo loco Pythagoreos, Democritum ac Socratem diffinitione vsos affirmat. Σωκράτους δὲ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς πραγματευομένου, καὶ περὶ τούτων ὁρίζεσθαι καθόλου ζητοῦντος πρώτου. τῶν μὲν γὰρ φυσικῶν ἐπὶ μικρὸν Δημόκριτος ἥψατο μόνον, καὶ ὡρίσατό πως τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πρότερον περί τινων ὀλίγων. ὧν τοὺς λόγους εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆπτον. οἷον. τί ἐστι καιρός, ἢ τὸ δίκαιον, ἢ γάμος. ἐκεῖνος δ' εὐλόγως ἐζήτει τὸ τί ἐστι. συλλο-

## DE DEMONSTRATIONE

DEMONSTRATIONIS autē nomen in multo vsu est apud Hippocratem libro de arte. ταύτης ἂν τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι. *Huius ego demonstrationem faciam.* Et mox, ἐν δὲ τῇ τέχνης ἀποδείξει. *In artis verò demonstratione.* Et alibi sæpe, non tamen Aristotelicæ illius celebris significatu. Sed qualiscunque ostensionis & probationis. Qualem etiam Plato, in Phædro vsurpauit. ἡ δὲ δὴ ἀπόδειξις ἔσται, δεινοῖς μὲν ἄπιστος, σοφοῖς δὲ πιστή. *Hæc sanè demonstratio erit, argutis quidem incredibilis, sapientibus verò credibilis.* Et mox ἀρχὴ δ' ἀποδείξεως ἥδε. *Principium verò demonstrationis* hoc est. Sed neque Aristoteles semper exacta illa significatione est vsus. 1. analytico capite 8. τὸ δ' ἐν μέρει στερητικὸν οὐχ ὁμοίως ἔσται ἀπόδειξις. *Particularis negatiua non similiter erit demonstratio.* Et capite 9. ἡ γὰρ αὐτὴ ἔσται ἀπόδειξις. *Eadem enim erit demonstratio.* In qua significatione capite 14. eadem locutionis forma δεῖξιν appellat. ἡ γὰρ δεῖξις οὐκ ἐκ τῶν εἰρημένων προτάσεων. *Monstratio enim non ex dictis propositionibus.* Hoc significatu accepit eam Speusippus Aristotelis condiscipulus, in suis definitionibus. ἀπόδειξις λόγος ἐμφανιστικὸς διὰ προεγνωσμένων. *Demonstratio sermo declaratiuus per præcognita.* Sed alia etiam definitione eam ibidem explicat λόγος συλλογιστικὸς ἀληθής. *Sermo syllogisticus verus.* Quam sententiam Aristoteles quoque amplexus est, non semel veluti 2. analytico, capite 18. ἐν μὲν ταῖς ἀποδείξεσι κατ' ἀλήθειαν ὄντα, ἐν δὲ τοῖς διαλεκτικοῖς τὰ κατὰ δόξαν. *In demonstrationibus secundum veritatem existentia, in dialecticis autem secundum opinionem.* Et libro 3. capite 2. ἀποδεικτικὴ δὲ ἡ ὡρισμένως θάτερον, ὅτι ἀληθές. *Demonstratiua verò, quæ determinatè alterum, quòd verum.* Sic & alibi de demonstratiua propositione. ἀποδεικτικὴ δὲ ἐὰν ἀληθὴς ᾖ καὶ διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεων εἰλημμένη. *Demonstratiua verò si vera fuerit, & ex initio positis hypothesibus accepta.* Hæ duæ conditiones vt vera sit propositio, vt ex præcognitis demonstratio fiat, à Speusippo, vti vidimus, positæ ab Aristotele sunt connumeratæ inter alias demonstrationis conditiones. Quin imo Speusippus eam appellauit syllogismum non minus quam Aristoteles. Talis autem fuerit, qualem Plato in Theæteto describit, ex essentialibus & veris cōstare. ἐν μὲν ἄρα τοῖς παθήμασιν οὐκ ἔνι ἐπιστήμη, ἐν δὲ τῷ περὶ ἐκείνων συλλογισμῷ, οὐσίας μὲν γὰρ καὶ ἀληθείας ἐνταῦθα μὲν ὡς ἔοικε δυνατὸν ἅψασθαι, ἐκεῖ δ' ἀδύνατον. *In passionibus ergo non inest scientia, sed in earum syllogismo. Essentia enim & veritas hic quidem vt apparet, potest attingi, ibi verò impossibile.* Quod Aristoteles quoque vsurpauit demonstratiuo syllogismo passiones de subiecto concludi. Principia autē demonstrationis per se nota esse debere, & cum Speusippo vti diximus & cum Ocello consentit, qui libro de natura cap. 1. ita scripserat. καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων, τῶν ἀφανέων σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐκφανεῖς τε καὶ γνωστικαί εἰσιν. *Et principia demonstrationum, incognitarū rerum significantia cum sint, ipsa ex seipsis clara & cognita sunt.* Ex Xenophon œconomico suo, eandem sententiam ita expresserat. ἄγων γάρ με δι' ὧν ἐγὼ ἐπίσταμαι, ὅμοια τούτοις ἐπιδεικνὺς ἃ οὐκ ἐνόμιζον ἐπίστασθαι, ἀναπείθεις οἶμαι ὡς καὶ ταῦτα ἐπίσταμαι. *Ducens enim me per ea quæ ego scio similia his demonstrans quæ non putabam scire, persuasus puto, quod & hæc scio.* Et necessarijs quoque talem probationem esse debere Plato in Theæteto sic scripserat. ἀπόδειξιν δὲ καὶ ἀνάγκην οὐδ' ἡντινοῦν λέγετε, ἀλλὰ τῷ εἰκότι χρῆσθε. *Demonstrationem verò & necessitatem nullam dicitis sed probabili vtimini.* Et in Timæo dixerat. ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. *Impossibile igitur Deorum filijs non credere, etiamsi absq; verisimilibus & necessarijs demōstrationibus dicant.* Hoc autem εἰκὸς idem in Phædro definit: μή τι ἄλλο λέγει τὸ εἰκὸς ἢ τὸ τῷ πλήθει δοκοῦν. *Quid aliud dicere, ipsum probabile, quàm id quod vulgo videatur.* Quam definitionem Aristoteles recepit 2. analytico capite 27 ἀλλὰ τὸ μὲν εἰκός ἐστι πρότασις ἔνδοξος. ὃ γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἴσασιν οὕτω γινόμενον ἢ μὴ γινόμενον, ἢ ὄν, ἢ μὴ ὂν τοῦτό ἐστιν εἰκός. *Sed probabile est propositio opinione recepta, quod enim vt plurimum sciunt ita fieri, aut non fieri aut esse aut non esse, hoc est probabile.* De scientia autem quæ ex demonstratione generatur vt ipse asseruit, scripserant ante eū Socratici aliquot diuersis nominib. nō paucos lib. Crito qdē de addiscēdo. De cognoscēdo, siue qd sciētia, de sciēdo 4. lib. referēte Laertio in eius vita. Simō quoq; de sciētia, de doctrina. Et Simmias

Thebanus ſub hoc eodem titulo, de doctrina ſcripſit, & præterea de Sciendo. Et Xenocrates De Scientia. Sed Plato non ſolùm tres: definitionem, diuiſionem, demonſtrationem cognouit, docuit, exercuit, ſed etiam quartam methodum inuenit, reſolutionem quam vocant, vti ex Laertij verbis antea citatis apparet. καὶ πρῶτος τὸν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεωδάμαντι τῷ Θασίῳ. *Et primus modum inquiſitionis per reſolutionem induxit Leodamanti Thaſio*. Quam quidem, etſi quatuor ab ea libros Ariſtoteles denominauerit, quid ſit, ex eius vel ijs, vel alijs libris ſcire non poſſumus. De qua tamen poſteriores Platonici, & Peripatetici non nulli non pauca docuerunt, quæ non eſt afferre neceſſe.

## DE DIALECTICA.

DIALECTICES verò vtraq; ſignificatione, alios ante Ariſtotelē vſos fuiſſe ſuperioribus docuimus, Attamē Ariſtotelis ea verba quæ 5 de Sapiētia, ca. 2. extant. διαλεκτικὴ γὰρ ἰσχὺς οὔπω τότε ἦν. *Dialectica vis nondū eo tēpore erat*. Non de ea dialectica ſunt intelligenda, quæ logices ſignificatu accipitur. Cuius ipſemet Zenonē primū repertorē alibi aſſeruerat. Sed pro ea dialectica quæ ad vtrāq; partē ex probabilibus & opinione cōceptis diſputat, quæ lib. Topicorū latè eſt explicata. Vti hæc alia illis ſubiecta verba declarāt. ὥστε δύνασθαι καὶ χωρὶς τοῦ τί ἐστι τἀναντία ἐπισκοπεῖν, καὶ τῶν ἐναντίων, εἰ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη. *Vt poſſet etiā ſine quid eſt, cōtraria ſpeculari, & an contrariorū ſit eadem ſciētia*. In qua Dialectica cū egregiè polluerit Socrates, neſcio vt vera ſit Ariſtotelis ſententia. Dialecticam vim tunc nō fuiſſe. Et ſi vera ea eſt, vera ea quoq; eſt quam ex Laertio attulimus Platonem fuiſſe primum, qui hunc diſputandi modum induxerit. quem imitatus eſt etiam Simon eius condiſcipulus, & Xenocrates diſcipulus, qui ambo libros περὶ τοῦ διαλέγεσθαι *de differendo dialecticè* conſcripſerunt. Ariſtoteles quidem (ſi modo ipſius ij libri ſunt) 8. Topico capite 3 gloriatur nihil ſe ab alijs habuiſſe traditum, quæ oporteat reſpondentem ſeruare. ἐν δὲ ταῖς διαλεκτικαῖς συνόδοις, τοῖς μὴ ἀγῶνος χάριν ἀλλὰ πείρας καὶ σκέψεως, τοὺς λόγους ποιουμένοις, οὐ διήρθρωταί πω τίνος δεῖ στοχάζεσθαι τὸν ἀποκρινόμενον καὶ ποῖα διδόναι καὶ ποῖα μή, πρὸς τὸ καλῶς ἢ μὴ καλῶς φυλάττειν τὴν θέσιν. ἐπεὶ οὖν οὐδὲν ἔχομεν παραδεδομένον ὑπ᾽ ἄλλων, αὐτοί τι πειραθῶμεν εἰπεῖν. *In Dialecticis verò congreſſibus ijs qui non certaminis, ſed tentationis & inſpectionis gratia ſermones faciunt non eſt adhuc diſtinctum, quam rem oporteat reſpondentē intēdere, & qualia cōcedere, & qualia nequaquā ad benè, vel non benè ſeruandam Theſin. Cùm ergò nihil habeamus traditum ab alijs, ipſi aliquid tentemus dicere.* Non eſt autem hic locus intelligendus quòd nihil de tota dialectica fuerit traditum ab alijs, ſed tantummodo de reſpondentis artificio. Clarè enim ait. Quam rem oporteat reſpondentem intendere. Sed an id verè dicatur, indicent & ſuperiora loca, & Xenocratis 15. libri, quos περὶ τῆς ἐν τῷ διαλέγεσθαι πραγματείας, *de artificio in diſputando conſcripſerat*, Alius eſt locus fine Elenchorum, qui ad totam logicam à pleriſque eſt detortus. δεῖ δ᾽ ὑμᾶς μὴ λεληθέναι τὸ συμβεβηκὸς περὶ ταύτην τὴν πραγματείαν. *Oportet vos non latere id quod acciderit circa hoc negotium* Et poſteà addit. ταύτης δὲ τῆς πραγματείας οὐ τὸ μὲν ἦν, τὸ δ᾽ οὐκ ἦν προεξειργασμένον, ἀλλ᾽ οὐδὲ παντελῶς ὑπῆρχε. *Huius verò operis non hoc quidem erat, illud non erat, antè confectum, ſed ne omnino quidem extabat.* At ſunt hi loci nō de tota logica intelligendi, ſed de eo negotio quod tūc tractabat, tractabat autem Sophiſticos Elenchos, eriſticos, quod ſtatim ſubiuncta verba declarant. καὶ γὰρ τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνούντων ὁμοία τις ἦν ἡ παίδευσις τῇ Γοργίου πραγματείᾳ. *Nam eorum qui eriſticos elenchos mercede docebant, ſimilis erat doctrina Gorgiæ negotio.* Quid autem iſti faciebant, ſubnectit. λόγους γὰρ οἱ μὲν ῥητορικούς, οἱ δ᾽ ἐρωτηματικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν. *Sermones enim hi quidem Rhetoricos, alij verò interrogatorios dabant ediſcendos.* Quæ clarè indicant, non totam logicam ſuperioribus eum intellexiſſe, ſed Eriſticos ſermones, & Sophiſticos Elenchos. Sed ſequentia: περὶ δὲ τοῦ συλλογίζεσθαι παντελῶς οὐδὲν εἴχομεν πρότερον λέγειν ἄλλο, ἀλλὰ τριβῇ ζητοῦντες πολὺν χρόνον ἐπονοῦμεν. *De ſyllogizādo verò, omnino nihil habebamus antea dicere aliud, ſed ſtudio quærentes multo tempore laborabamus.* Si quis rectè perpendat, quæ antea, hoc eodem cap. ſcripſerat, ne dum de tota logica eſſe intelligēda, ſed ne de ſolo quidem ſyllogi-

mo


mo posse intelligi cognoscet. Egerat autem eo capite epilogum eorum quæ libris Topicorum & Elenchorum actum fuerat. ἐκ πόσων μὲν οὖν καὶ ἐκ τίνων γίνονται τοῖς διαλεγομένοις οἱ παραλογισμοὶ καὶ πῶς δείξομεν τὸ ψευδόμενον καὶ παράδοξα λέγειν ποιήσομεν. *Ex quot ergo & quibus fiant disputantibus paralogismi & quomodo ostendamus mentientes & paradoxa dicere faciamus.* Hoc ad elenchorum tractationem refertur. hæc enim ijs sunt ab eo tradita. ἔτι δὲ ἐκ τίνων συμβαίνει ὁ συλλογισμὸς, καὶ πῶς ἐρωτητέον καὶ τίς ἡ τάξις τῶν ἐρωτημάτων, ἔτι δὲ πρὸς τί χρήσιμοι πάντες εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι λόγοι καὶ περὶ ἀποκρίσεως ἁπλῶς τε πάσης, καὶ πῶς λυτέον τοὺς λόγους καὶ τοὺς συλλογισμοὺς εἴρηται περὶ πάντων ἡμῖν ταῦτα. *Adhac ex quibus accidit syllogismus (primo libro) & quomodo interrogandum & quis ordo interrogationum (8) praterea ad quid vtiles sint omnes tales sermones, & de responsione simpliciter (partim primo, partim octauo) & quomodo soluendi sermones & syllogismi (in Elenchu) dicta de omnibus sunto hac.* Sub infert deinde statim. λοιπὸν δὲ περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς προθέσεως ἀναμνήσασιν εἰπεῖν τι βραχὺ περὶ αὐτῆς καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς εἰρημένοις. *Reliquum est propositi à principio reminiscētibus dicere aliquid breuiter de eo, & finem ponere pradictis.* Quid autem à principio fuisset propositum commemorat. προειλόμεθα μὲν οὖν εὑρεῖν τινὰ δύναμιν συλλογιστικὴν περὶ τοῦ προβληθέντος ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐνδοξοτάτων. τοῦτο γὰρ ἔργον ἐστὶ διαλεκτικῆς καθ' αὑτὴν καὶ τῆς πειραστικῆς. *Proposuimus ergò inuenire aliquam facultatem syllogisticam de re proposita, ex existentibus probabilißimis, hoc enim opus est dialectices per se, & tentatiua.* Vbi autem & in quo principio id proposuit? non categoriarum, non perihermenias, non primi, non secundi, non tertij analytici, non quarti, sed primi Topici principio, quod sic habet. ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας μέθοδον εὑρεῖν ἀφ' ἧς δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος ἐξ ἐνδόξων. *Propositum operis est methodum inuenire ex qua poßimus syllogizare de omni proposito problemate ex opinione probatis.* Hoc autem esse dialectices opus ibidem docet. πρῶτον οὖν ῥητέον τί ἐστι συλλογισμὸς καὶ τίνες αὐτοῦ διαφοραί ὅπως ληφθῇ ὁ διαλεκτικὸς συλλογισμός. τοῦτον γὰρ ζητοῦμεν κατὰ τὴν προκειμένην πραγματείαν. *Primum ergo dicendum quid est syllogismus, & qua ipsius differentia, vt accipiatur dialecticus syllogismus: hoc enim quarimus in proposito opere.* Cum ergò hoc toto opere syllogismum dialecticum Inuenire & methodum & facultatem dialecticè syllogizandi quærat, eaq; 8. secundi elenchorum capite, per epilogū repetat, sequentique capite subnectat, de syllogizando nihil ante se actum fuisse, clarè indicat se de ea syllogizatione intelligere, quæ in hac fit dialectica. non autem de ea quæ in logica docetur. Quòd etiamsi detur Aristotelem reuera dialectici huius syllogismi inuentorem fuisse, non etiam totius huiusce dialectices repertor fuerit. Duas enim ea habet partes. alteram syllogizandi ex opinione conceptis ἐνδόξοις. alteram ad interrogata respondendi. Id autem verum esse, clarum erit, si rectè excipiantur verba hæc quæ sunt initio primi Topici: ἀφ' ἧς δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος ἐξ ἐνδόξων. καὶ αὐτοὶ λόγον ὑπέχοντες μηδὲν ἐροῦμεν ὑπεναντίον. *Ex qua poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex opinione receptis. (hac altera est pars) & ipsi sermonem sustinentes nihil dicemus subcontrarium.* quæ est altera. De prima illa tractauit totis septem libris, quam ait à se inuentam. De altera solo 8 libro quam non asserit à se repertam. Sed id solùm non fuisse distinctè traditum quo modo respondens respondere debeat vt thesin seruaret, quod idem est, vt subcontrarium nihil diceret. Quam rem prolixè toto capite 3. eius libri traditam habemus. Esse autem duplicem hanc dialecticam multis locis apparet, sed luculentißimè capite 4. libri 8. ἔστι δὲ φιλοσόφημα συλλογισμὸς ἀποδεικτικός. ἐπιχείρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικός. σόφισμα δὲ συλλογισμὸς ἐριστικός. ἀπόρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικὸς ἀντιφάσεως. *Est autem philosophema syllogismus demonstratiuus. Epichirema autem syllogismus dialecticus. Sophisma verò syllogismus Eristicus. Apòrema autem syllogismus dialecticus contradictionis.* In quam sententiam dictum etiam fuerat primi analytici 1. capite. διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως, συλλογιζομένῳ δὲ λῆψις τοῦ φαινομένου καὶ ἐνδόξου. *Dialectica (propositio) interroganti quidem interrogatio contradictionis, syllogizanti autem sumptio apparentis & opinione probati.* Namque is qui interrogat, dubitanter interrogat, idque agit vt respondentem in contraria ab eo dicta adducat ideoque hæc πειραστικὴ tentatiua est appellata quod & 2. capite & 7. primi elenchorum apparet. Estque apud Platonem frequentissimum in Pirasticis dialogi.

Esse autem id munus interrogantis initio 3. capitis ostendit. ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἐρωτῶντος τὸ οὕτως μεταγαγεῖν τὸν λόγον ὥστε ποιῆσαι τὸν ἀποκρινόμενον τὰ ἀδοξότατα λέγειν ἐκ τῶν περὶ τὴν θέσιν ἀναγκαίων. *Est enim interrogantis ita circumducere sermonem vt faciat respondentem maximè præter opinionem dicere ex Theseos necessariis.* Itaque concludamus ex secundis vltimi capitis elenchorum verbis, Aristotelem asserere, nõ totam se syllogizandi artem inuenisse sed probabilem syllogismum. Neque ob id totam Topicorum (siue sui, siue non sui sint hi libri) dialecticam se reperisse, sed alteram hanc syllogizandi partem. Cum altera interrogationis à Platone antea fuisset inuenta & exercita quamuis 8. Topico fuerit dictum, respondentis artificium nondum fuisse distinctè traditum. Sed Eristicam elenchorum, priore iamdudum tomo, ostendimus ex Laertij testimonio, Protagoram scripsisse. etiamsi ipse aiat elenchorum vltimo capite, imperfectè & Gorgiæ more tunc temporis solitam fuisse tradi. Contrarium tamen apparet ex Protagorei libri titulo, qui fuit τέχνη ἐριστικῶν, *Ars eristicorum.* Ars autem proculdubio præcepta scripta indicat, non autem memoria apprehensa præcepta, vt Gorgiam & alios affirmat factitasse. Quod si Protagoras vt apparet, & artem & præcepta perscripserat, & ante Protagorã Zeno Eleates, qui testante Aetio libro de philosophica historia author fuerit Eristices. Ζήνων δ' ὁ ἐλεάτης τῆς ἐριστικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς μνημονεύεται γεγονώς; *Zeno Eleates, eristica philosophia princeps memoratur fuisse.* non videtur satis verè Aristoteles asserere. ταύτης δὲ τῆς πραγματείας, οὐ τὸ μὲν ἦν, τὸ δ' οὐκ ἦν προεξειργασμένον, ἀλλ' οὐδὲ παντελῶς ὑπῆρχε. *Huius operis neque quam hoc quidem erat, illud verò non erat ante elaboratum, sed nec omnino extabat.* Quomodocunque id verò sit, certè & initia, & multos progressus & logices & dialectices vtriusque & eristices & categoriarum, & propositionum & argumentorum & methodorum ante Aristotelem fuisse ab alijs conscriptos, in ijsque multam cum antiquioribus Platoneq; Aristotelis concordiam clarissimè, vt opinor, constitit fuisse.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI II. LIBER II.

### *CONCORDIAM EORVM QVAE AD Entis scientiam attinent, comprehendens.*



LABOREM priore voluminenobis exantlatũ, sequetur alius labor non minor, quo ostendetur, quibus in rebus Aristoteles idem cũ Platone, aut Socraticis alijs, aut Pythagoreis senserit, earum rerum quæ sunt ab eo ijs libris, quos nescio qui eiusce-ctatores Metaphysicos appellarunt, pertractatæ. Eos autem libros duas scientias primò cõtinere, antecedente. Tomo est à nobis demõstratum. Et præter has multa quoq; ad Logicam, & ad physiologiam pertinentia, complexos, Auerroem habemus testem, qui commentarijs suis in librum 12. fatetur eius libri priora quinque capita esse naturalia. Nos verò libri etiam 11. cap. 8. 10. 11. verbis ipsis ferè omnibus, eadẽ esse, cum 3. physici cap. 1. & capitibus 1. & 2. primi libri de motu asserimus, nec non cap. 2. lib. 4. totum ad verbum esse idem cum cap. 3. physici 2. Et præterea alia non pauca ad physiologiã spectantia in hosce libros Aristoteli cõiecta fuisse dicim᷑, quod res ipsa clarũ facit. Sed quæ totos ferè eos libros constituant, duas esse scientias iudicamus. Entis scil. scientia, q̃ ab Arist. philosophia est nũcupata, & eã quã Sophiã nominat, q̃ sit de primis, atq; à materia secretis substãtijs. Harũ duarũ vniuersaliorẽ illã quæ ens, entisq;, quatenus ẽns est, passiones cõtẽplatur philosophiã præsente lib. discutiam᷑, q̃dq; in ea sit Aristo. cũ vetustiorib. philosophis cõcors puidcam᷑. Sanè Simmias The banus

nus Socratis auditor fuit mortique eius, vti est in Phædone Platonis, interfuit. atque ideo Aristotele Senior aliquanto. quando hic tres tantùm vltimos Socratis annos eum audierit, vel potius, si Apollodoto, & Demetrio Phalereo credendum est, non audierit: siquidem narrant, Socratem Olympiadis 95. anno primo vita functum: Aristotelem autem natum asserunt anno primo Olympiadis 99. Sed eius rei, penes eos veritas esto. Simmias certè hic, referente Laertio, De Ente *περὶ τοῦ ὄντος* scripsit: Scripsit is idem etiam de Philosophia: quo titulo Simon itidem Socraticus scripserat. Qui sanè titulus, si Aristotelica significatione intelligatur, hi viri hisce libris scientiam Entis tradiderunt. Si verò Sophiæ nomine Entis scientia sit intelligenda, Crito Socratis amantissimus, qui sub Sophiæ titulo librum edidit, entis scientiam tractauit. Sed & Perictione Pythagorea mulier, librum de Sapientia condidit: cuius libri fragmentum Stobæus primo moralium suorum sermone affert. In quo Ens ipsum vti subiectum, eam Sophiæ subiecisse, non est obscurum ex his verbis. *Ἁ δὲ σοφία περὶ πάντα τὰ γένη τῶν ἐόντων. καὶ γὰρ ἔχει σοφία περὶ πάντα τὰ ἐόντα, ὡς ὄψις περὶ πάντα τὰ ὁρατά. Sophia verò circa omnia genera entium. etenim se habet circa omnia entia, vt visio circa omnia visibilia.* Cuius sententiæ subscripsit Aristoteles. *ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ᾽ αὑτό. Est scientia quadam quæ contemplatur ens vti ens & quæ huic insunt per se.* Quamuis sapientiæ nomen scientiæ primarum caussarum accommodarit. Ea verò quæ enti insunt; accidentia sunt, quæ Perictione pulcherrimè explicauit. *τὰ δὲ συμβεβακότα τοῖς ἐοῦσι, ἃ μὲν καθόλω πᾶσι συμβέβακεν. ἃ δὲ πλείστοις αὐτῶν, ἃ δὲ παρ᾽ ἓν ἕκαστον. τὰ μὲν ὦν καθόλω πᾶσι συμβεβακότα ὠνιδεῖν καὶ θεωρῆσαι τᾶς σοφίας ἴδιον. Accidentia autem entibus, quadam sanè vniuersaliter omnibus accidunt: quadam verò plurimis ipsorum, & quadam vni alicui. At vniuersaliter omnibus accidentia, contueri & contemplari, Sophia est proprium.* Itaque Philosophiæ ac Sophiæ nomina pro eodem sunt apud Aristotelis antecessores accepta. Vt facile sit conijcere, eos omnes qui Sophiæ vel philosophiæ titulos suis libris præfixerunt, in ijs de Ente, entisque accidentibus tractasse. Nam & Plato libro Reipub. 5. hæc videtur nomina confudisse, cum opinionem, inter scientiam atque ignorationem statuit mediam illique ens, huic non ens, opinioni ens, & non ens subijcit. *οὐκ οὖν ἐπιστήμη μὲν ἐπὶ τῷ ὄντι πέφυκε γνῶναι, ὡς ἔστι τὸ ὄν. An non scientia cognitio super ente est, vt est ens?* Eos verò qui ens norunt philosophos appellat. *τοὺς αὐτὸ ἄρα ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους φιλοσόφους ἀλλ᾽ οὐ φιλοδόξους κλητέον. Eos ergo qui ens vnumquodque amplectuntur, philosophos, non autem philodoxos appellandum.* Philosophorum autem primam conditionem statuit. *τὴν δ᾽ ἀλήθειαν στέργειν: Veritatem diligere.* hanc autem proprijssimam Sophiæ esse. *ἦ οὖν οἰκειότερον σοφίᾳ τῆς ἀληθείας ἂν εὕροις; Nunquid proprium magis Sophia, veritate inuenias?* Sophiæ ergo & scientiæ nomen hîc cum philosophiæ nomine est pro eodem sumptum. Quoniam autem Plato, *τὸ ὄν, ens*, intelligeret id esse quod sincerè *εἰλικρινῶς, καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ὄν. Et semper secundum eadem & eodem modo ens.* Tale autem ens ideam esse diceret. Ideas autem prima rerum principia asseteret esse, arripuit Aristoteles Sophiam de primis principijs esse, philosophiam verò de Ente: easque ita inter se distinxit. Præcesserant autem Aristotelem & Perictione Pythagorea, & Simon, & Crito, & Simmias Socrarici, & Plato toto Parmenide, & Sophistæ bona parte, qui de Ente tractarant, cum quibus Aristoteles in argumento discors esse noluit. Constatque ideo, vt id obiter admoneam, Auerrois assertionem recipi pro vera non posse, qua asserit, philosophiæ diuinæ Aristotelem fuisse repertorem. Cum ei neque in memoriam ea redirent quæ ipsemet libro 1. de Cœlo commentario 22. scripserat, apud Chaldæos scilicet, olim eam atque vniuersam philosophiam perfectam ita fuisse, quẽadmodũ posteà fuerit Aristotelis ætate: Entis autem philosophiam Aristoteles ita exorditur: *ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὂν καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ᾽ αὑτό. Est scientia quadam, quæ contemplatur ens quatenus ens, & quæ ei insunt per se.* Hanc scientiam vt habeamus ait: *διὸ καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὂν τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον. Quare etiam nobis entis vti ens, primas causas sumendum.* Hæc totius inquisitionis propositio: Docet posteà, ens multipliciter dici, ita tamen, vt omne ad vnam naturam reducatur: quæ sit ipsa substantia, atque ideo, *τῶν οὐσιῶν ἂν δέοι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον:*

*Substantiarum oportebit principia & causas habere philosophum*. Quia scilicet hæc sit vna illa natura, ad quam reliqua entia referantur. Hæc secunda propositio minus vniuersalis quædam. Deinde subnectit, ens & vnum idem esse: non quatenus vna definitione declarentur, sed quatenus vti principia sese consequantur. Icciroo quot species vnius sunt, tot etiam esse species entis. Quas, quid sint, ad eandē generc scientiam pertinebit speculari, has autem species esse: λέγω δὲ οἷον περὶ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, καὶ τῶν τούτοις ἀντικειμένων. *Dico verò veluti de eodē, & simili & alijs talibus, & horum contra positis*. Talia autem & eis contraria, non ordine aliquo tradita, sed huc atq; illuc omnibus de ente libris sparsa, hæc esse vix collegi. Vnum Plura. Idem Alterum, Simile, Dissimile, Aequale, Inæquale, Status, Motus, Actus, Potentia, Dispositio, Habitus, Priuatio, Opposita, Contraria, Principium, Causa, Elementum, Natura, Necessarium, Plerunque, Per accidens, Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Vbi, Quando, Situs, Habere, Perfectum, Mancum, Terminus, Simul, Secundum quod, Ex quo, Falsum, Verum, Accidens. Hæc tum species entis sunt, tum propria ἴδια, & per se Enti inexistentia, τὰ καθ' αὑτὸ ὑπάρχοντα τῷ ὄντι. Tractauit sanè de ente ante Aristotelem Plato, ante Platonem Parmenides, Xenophanes, Pythagorei, Pythagoras: ante hos omnes Aegyptij Sacerdotes, ante etiā hos Mercurius Termaximus, & ante hunc quoque Chaldæi, à quibus in omnes gentes rerum scientia manauit, atque apud eos perfecta fuit philosophia, quod & Auerrois cognouit, vti paulo ante ex eo attulimus. Si hanc Auerrois sententiam, si illas nostras veras esse fateamur, an non Auerroes sibi contraria scripsit, cum Aristoteli huius scientiæ inuentionem tribuit? Qua in re Aristoteles ipse, longè illo modestior fuit, qui etiā si sibi ita omnibus in rebus, vti multis in locis apparet placuerit, atque omnes antiquiores despectui habuerit, omnesque irriserit, non tamen sibi tale quicquam arrogauit. Sed priores se philosophos res oēs tractasse, etiamsi balbè fateri videtur. Sic enim primo sapientiæ fine ferè scripsit: ψελλιζομένη γὰρ ἔοικεν ἡ πρώτη φιλοσοφία περὶ πάντων, ἅτε νέα τε καὶ κατ' ἀρχὰς οὖσα καὶ τὸ πρῶτον. *Balbutiens enim videtur prima philosophia circa omnia, vt ea quæ iuuenis & in principijs esset, ac primo.* Et libro 1. de Ente cap. 2. fatetur alios fuisse de his philosophatos: καὶ ταύτῃ ἁμαρτάνουσι οἱ περὶ αὐτῶν σκεπτόμενοι, ὡς οὐ φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' ὅτι πρότερον οὐσία περὶ ἧς οὐδὲν ἐπαΐουσιν. *Neq; hac errāt qui de ipsis considerant, vt non philosophantes. Sed quod prior substantia, de qua nihil intelligunt.* Innuit autem Platonem qui ante se eam rem attigerat multis in locis. Sed propius ad entis tractationem accedamus, atque ad singulas entis vel species vel passiones, earumq; Aristotelis cū cæteris philosophis vetustióribus cōcordiam descendamus.

ENS.

HERMES Trismegistus desiderio sese entiū scientiæ flagrasse ipso initio Pœmandri refert: ἐννοίας μοί ποτε γενομένης περὶ τῶν ὄντων. *Cum cogitarem aliquando de entibus.* Et μαθεῖν θέλω τὰ ὄντα. *Discere volo entia.* quorum postea productionem mirabili quodam artificio explicat. Et libello 5. ἐστὶν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, αὐτὸς καὶ τὰ μὴ ὄντα· τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ. *Est ipse si entia, ipse & non entia. entia quidem palam fecit, non entia autem habet in se ipso.* In Cratere quoque entia scientificè (quod forte in Aristotele desideretur) distinxit. Δύο γὰρ ὄντων τῶν ὄντων, σώματος καὶ ἀσωμάτου, ἐν οἷς τὸ θνητὸν καὶ τὸ θεῖον: *Duo enim cum sint entia, corpus & incorporeum, in quibus mortale & diuinum.* Entium præterea causam & principium, quæ Aristoteles sibi proposuit inquirenda, Hermes assignauit in sermone vniuersali: ὁ οὖν θεὸς τί ἐστιν; ὁ μηδὲ ἓν τούτων ὑπάρχων ὤν, ὢν δὲ καὶ τοῦ εἶναι τούτων αἴτιος. καὶ πᾶσι καὶ ἐπὶ ἑκάστῳ μέρει ἐφ' ἑκάστου τούτων τῶν ὄντων πάντων. *Deus igitur quid est? quod nec quicquam horum existit, existens tamen, & his esse causa, & omnibus & singulis partibus in singulis eorum entium omnium.* Et in sermone sacro ἀρχὴ τῶν ὄντων, *Principium entium* appellat. Quo autem modo principium. διὰ τὸ ποιητικὸν πάντων. πατρὸς γὰρ τὸ ποιεῖν. *Quia efficit omnia, patris enim est efficere.* Principiū hoc ijs libris sæpe ab Aristotele in inquisitionem propositum est. διὸ καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὂν τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον. *Quare etiam nobis entis vt ens, primas causas est accipiendum.* Et. αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων, δῆλον δὲ ὅτι ᾗ ὄντα. *Principia & causa quæruntur entium, nempè quatenus entia.* Quorū entium, quia substantia sit caput, eius quoque causæ quæruntur. Sic libro 5. εἴρηται δὴ ὅτι τῶν οὐσιῶν ζητεῖται τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ στοιχεῖα. *Dictum sanè, quòd substantiarum quæruntur causa, principia & elementa.* Quod

etiam

etiam 3. Sophiæ repetit: τῶν γὰρ οὐσιῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται: *Substantiarum enim principia & causa quaeruntur*. Quam inquisitionem, cum toties proponat, nusquam tamen, quod videre potuerim, causas entium nos docet, nusquam substantiarum principia & elementa nobis assignat, præter quàm corporum ac naturalium substantiarum, materiam ac formam. Quæ sanè naturales substantiæ, non cunctæ substantiæ sunt. Est namque, præter naturales, incorporea substantia & ea multiplex. Ipse quidem substantiam triplicem facit: ἐπεὶ δ᾽ ἦσαν τρεῖς οὐσίαι, δύο μὲν αἱ φυσικαί, μία δ᾽ ἡ ἀκίνητος. *Cum verò sint tres substantiæ duæ quidem naturales, una autem immobilis:* Illarum duarum causas, materiam & formam ait esse: imò verò alteram illarum, cœlestem scilicet, sine altera causa, materia nimirum, existere autumat. Tertiæ autem immobilis illius nullam causam inuenit, neque enim poterat causas primæ, inuenire Sed aliarum mentium separatarum, animarum, naturarum, fortè poterat, quod potuerat Plato, & multi alij vetustiores, Scholæ melioris. Sed primam eandem substantiam, quæ omnium substantiarum causa sit, causam substantiæ vllius esse, ijs libris nõ aperuit, motus vnius tantummodo accidentis scilicet, longè nimium à proposito suo, toties repetito, atque eius causæ dignitate, digressus. Ait quidem ille capite 7. lib. 3. Sophiæ, ἐκ τοιαύτης ἄρα ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις. *Ex tali ergo principio pendet cælum & Natura.* Non est tamen ausus, hoc principium, cœli & naturæ causam esse affirmare. Sat fuit illi Deum, animal æternum atque optimum diffinire. Quæ diffinitio ex sua doctrina, mundo potius ac cœlo conueniat. At esse entis quatenus ens est, aliquam scientiam, & quædam enti per se inesse fortè addubitabunt. Hanc ergo rem ipsam ostendamus. Perictione anteà nominata eo quo citauimus fragmento, id ipsũ his verbis expressit. Γαμετρία μὲν ὦν, καὶ ἀριθμητικὰ καὶ τ᾽ ἄλλαι ταὶ θεωρητικαὶ καὶ ἐπιστᾶμαι περὶ τι τῶν ἐόντων καταγίνονται, ἁ δὲ σοφία περὶ πάντα τὰ γένη τῶν ἐόντων. καὶ γὰρ ἔχει σοφία περὶ πάντα τὰ ἐόντα ὡς ὄψις περὶ πάντα τὰ ὁρατά, καὶ ἀκοὴ περὶ πάντα τὰ ἀκουστά. τὰ δὲ συμβεβακότα τοῖς οὖσιν ἃ μὲν καθόλω πᾶσι συμβέβακεν ἃ δὲ πλείστοις αὐτῶν, ἃ δὲ καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ. τὰ μὲν ὦν καθόλω πᾶσι συμβεβακότα συνιδεῖν καὶ θεωρῆσαι τᾶς σοφίας οἰκεῖον. τὰ δὲ τοῖς πλείστοις, τᾶς περὶ φύσιν ἐπιστάμας. τὰ δ᾽ ἴδια καθ᾽ ἕκαστον τᾶς περὶ τι ἀφωρισμένον ἐπιστάμας. καὶ διὰ τοῦτο σοφία μὲν τὰς τῶν ἐόντων ἁπάντων ἀρχὰς ἂν εὑρήσκοι. φυσικὰ δὲ τὰς τῶν φύσει γινομένων. γαμετρία δὲ καὶ ἀριθμητικὰ καὶ μουσικὰ τὰς περὶ ποσὸν καὶ τὸ ἐμμελές. *Geometria sanè, & arithmetica, & cæteræ contemplatiuæ, & scientia circa aliquod entium occupantur. At sapientia circa omnia entia, sicut visus circa omnia visibilia, & auditus circa omnia audibilia. Accidentia verò entibus, quædam vniuersaliter omnibus accidunt, quædam verò plurimis ipsorum, quædam autem vni singulo. Equidẽ omnibus vniuersaliter accidentia perspicere & contemplari, sapientiæ est proprium. Ea verò quæ plurimis, scientiæ eius quæ circa naturam. Propria verò cuiusq́; eius scientia quæ circa determinatum quidpiam. Atque ob hanc causã sapientia entiũ omnium principia inuestigat. Physica verò principia eorum quæ natura gignuntur, Geometria verò & Arithmetica, & Musica principia eorũ quæ circa quantũ & concinnũ.* Cũ quo perillustri Perictiones sapientissimæ fœminæ loco non solùm in ea re, quod sit aliqua scientia, quæ ens vti ens contempletur Aristoteles concors est, sed etiam in eius scientiæ nomine quam illa prius, ipse posteà sapientiam vocarunt. Nec non in eo quod ambo astruunt, eam versari circa omnia entia. Et omnium entium tum accidentia, tum principia speculari & vestigare. Et prætereà, quod scientiæ quædam determinatum genus quoddam sibi asciscunt. Quod dogma Aristoteles arripuit, vsus nomine etiam Perictioneo, ἀφωρισμένον *determinatum.* libro 3. sophiæ cap. 6. τῶν μὲν γὰρ μαθηματικῶν ἑκάστη περὶ ἕν τι γένος ἀφωρισμένον ἐστί *Mathematicarum enim vnaquæque circa vnum aliquod genus determinatum est.* Quod alibi ita. ἕν τι γένος ἀποτεμόμεναι καὶ περιγραψάμεναι *Vnum quoddam genus recidentes & circumscribentes.* Perictione etiam quod Aristoteles non attigit, Physicam accidentia speculari, quæ pluribus entium accidunt, & principia eorum quæ natura fiunt, docuit. Aristoteles verò accidentium contemplationem à contemplatione principiorum videtur seiunxisse, atque in duas scientias distinxisse locis omnibus præterquàm vno, vocasseque principiorum scientiam, sapientiam illam verò accidentium, & entis philosophiam, Quam rem priore Tomo satis copiosè & perspicuè videmur nobis demonstrasse. Cum ergo in his sapientiæ ac philosophiæ principijs tam clarè Aristoteles cum Perictione consentiat, verò est simile, si illius integrum librum haberemus, in multo pluribus idem cum illa sensisse conspiceremus.

## V N V M.

DE vno verò, à Xenophane, à Parmenide, à Zenone, à Melisso, multa contemplatio est habita, seria, grauis, sapiens, non ridicula illa, quam ridicule sibi Aristoteles confutandam pluribus locis sumpsit. De hoc vno, quod Aristoteles enti comparauerat, quod enti æquale fecerat, hoc tantulùm habuit dicere libro 3. Sophiæ ca. 7. *τὸ μὲν γὰρ ἓν μέτρον σημαίνει. Vnum quidem mensuram significat.* At Mercurium, qui vnũ enti nec æquale fecit, nec comparauit, audiamus in Monade vnũ celebrantẽ. *ἡ γὰρ μονὰς πάντων οὖσα ἀρχὴ καὶ ῥίζα. Vnitas omnium cum sit principium & radix,* Et *μονὰς οὖν ἡ ἀρχὴ, καὶ πάντα ἀριθμὸν ἐμπεριέχει ὑπὸ μηδενὸς ἐμπεριεχομένη. καὶ πάντα ἀριθμὸν γεννᾷ ὑπὸ μηδενὸς γεννωμένη ἑτέρου ἀριθμοῦ. Vnitas ergo principium, & omnem numerum continet, à nullo contẽta. Et omnem numerum gignit à nullo genita alio numero.* De qua vnitate plura etiam alia magnifica alibi ab eo dicta sunt. A quibus, rectè quis dixerit Pythagoricam numerorum philosophiam initium sumpsisse. Sed & ante Pythagoram Orpheus, vnum non mensuram solum significare ecinit, sed vti mũdi Regẽ celebrauit, ac productorem *μοῦνον δ' εἰσόρα κόσμοιο ἄνακτα, εἷς ἐστ', αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται. Vnum inspice mundi regẽ, vnus est, ex se genitus, ab vno pronata omnia sunt.* Cui tandem Aristoteles concors fine libri asserit *εἷς κοίρανος ἔστω. Vnus princeps esto.* Hymnus præterea est Pythagoreorum monadem celebrantium. *πρόεισι μονάδος ἐκ κευθμῶνος, ἔς τ' ἂν ἵκηται τετράδα ἐπὶ ζαθέην, μητέρα πάντων, ἣ δὴ τίκτεν, ἄτροπον ἀκαμάτην δεκάδα κλείουσι μὲν ἁγνήν. Omnia proueniunt vnitatis ex latebulis, quousq; veniant, Tetradem ad valde diuinam, matrem omnium, quæ sanè peperit. Immutabilem, infatigabilem, decadem vocant castam.* Pythagoras autem eorum præceptor, quod & Plutarchus & alij innumeri attestantur, monadem entium principium fecit. *πάλιν δὲ τὴν μονάδα καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς. Rursus vnitatem & interminatam dualitatem in principijs statuit.* Quod posteà explicans Plutarchus, cap. 7. primi libri Placitorum Philosophicorum, ait: *Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν, τὴν μὲν μονάδα θεὸν, καὶ τ' ἀγαθὸν ἥ τις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς. Pythagoras principiorum vnitatem quidem Deum ac bonum, quæ est ipsius vnius natura ipsa mens.* Multis igitur ante Aristotelem seculis vnitas in philosophantium venit contemplarionem, multoque sunt plura de ea atque mlrabiliora ab eis, quàm ab Aristotele celebrata.

## S V B S T A N T I A.

Atque hactenus de Ente, eiusq; scientijs vniuersalibus vnoque nunc ad species siue passiones eius singulas accedamus, ac primo ad substantiam *οὐσίαν*. Cuius significationis mentionem non tatò apud Hermetem inuenias. Nam in Mentis ad eum sermone, substantiam sic nominat. *τοῦ δὲ θεοῦ, ὥσπερ οὐσία ἐστὶ τὸ ἀγαθόν. Dei verò veluti substantia est bonum.* Et libello sexto *οὐσίαν εἶναι δεῖ πάσης κινήσεως. Substantiam oportet esse omnis motus.*

## QVANTITAS. QVALITAS.

Idẽ Hermes in claue, qualitatis & quantitatis meminit *ὁ γὰρ ποιῶν, ἐλλειπής ἐστι πολλῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὅτε μὲν ποιεῖ, ὅτε δ' οὐ ποιεῖ. καὶ ποιότητος καὶ ποσότητος, ποτὲ μὲν γὰρ ποσὰ καὶ ποιά, ὅτε δὲ τὰ ἐναντία. Agens enim mancus est multo tẽpore, in quo quidem quandoque agit, quandoque non agit, & qualitatis & quantitatis. aliquando enim quanta & qualia, aliquando contraria.* Et in Asclepio cap. 7. *Nec qualitates enim nec quantitates, nec positiones,* (positio autem hic sirum proculdubio significat)

## LOCVS. TEMPVS.

DE loco verò multa libello 2. quæ quisque ibi potest considerare, cum Aristotelicis in multis conuenire. Et Asclepij cap. 12. De tempore itidem multa, Mens ad ipsum loquitur. *ὁ κόσμος ποιεῖ τὸν χρόνον, ὁ χρόνος τὴν γένεσιν. Mundus facit tempus. tempus generationem* Et quæ sequuntur multa.

## ACTIO. PASSIO.

Ibidem & alijs etiam locis, actio & passio nominatur. Et libellis 6 & 15. In quo relatiuorum quoque naturam clarissimè expressit. *οὔτε γὰρ τὸν ποιοῦντα χωρὶς τοῦ γινομένου δυνατὸν εἶναι· ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν αὐτὸ τοῦτ' ἐστί. διὸ οὐκ ἔστι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου χωρισθῆναι: Neque verò facientem absque facto possibile est esse. Vterque enim ipsorum hoc ipsum est. ideo non est alterum ab altero separare.* Quæ itidem omnia entis significata sunt ab Ocello, vti præcedente libro est à nobis declararum, suis catholicis sermonib. enu-

merata

rata & explicata. quæ hîc repetere non est necessarium. Atque ita de 36. entis speciebus, vel accidentibus cum suis contrarijs 12. iam ab Hermete, ab Ocello, atque etiam Archyta tractata fuisse apparet.

## IDEM. ALTERVM

Identitatem Aristoteles vnitatem quandam esse dicit, *ὥστε φανερὸν ὅτι ἡ ταυτότης, ἑνότης τίς ἐστιν. Itaque clarum est, quòd identitas vnitas quædam est.* camque ad substantiam pertinere declarauit. *καὶ γὰρ ὧν ἡ ὕλη μία ἢ εἴδει ἢ ἀριθμῷ ἢ γένει ταυτὰ λέγεται, καὶ ὧν ἡ οὐσία. Etenim quorum materia vna, vel specie, vel numero, vel genere eadem dicuntur, & quorum substantia. Et philosophia lib. 2. cap. 15. ταὐτὰ μὲν, ὧν ἡ οὐσία μία. Eadem quidem quorum vna substantia.* Aliter Hermes in allocutione Mentis ad se. *τοῦ γὰρ θεοῦ ὥσπερ οὐσία ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ καλὸν, ἡ εὐδαιμονία, ἡ σοφία, τοῦ δ' αἰῶνος ἡ ταυτότης, τοῦ δὲ κόσμου ἡ τάξις. τοῦ δὲ χρόνου ἡ μεταβολή. τῆς δὲ γενέσεως ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος. Dei vero veluti substantia est, bonũ, pulchrũ. fœlicitas, sapientia. æternitatis verò, identitas: Mundi autem ordo, tēporis mutatio: generationis, vita, & mors* & libello de mēte cōmuni *καὶ τῶν μὲν νοητῶν ἕκαστον ἐστὶν οὐσία. οὐσία δ' αὐτῶν ἡ ταυτότης. τῶν δὲ τοῦ παντὸς σωμάτων ἕκαστον πολλά ἐστι. ἔχοντα γὰρ τὴν ταυτότητα σύνθετα σώματα καὶ τὴν μεταβολὴν εἰς ἄλληλα ποιούμενα ἀεὶ τῆς ταυτότητος τὴν ἀφθαρσίαν σώζει. Intelligibilium quidem vnumquodque est substantia. Substantia verò ipsorum identitas. Corporum verò vniuersi vnumquodque multa sunt. habentia enim identitatem composita corpora, & mutationem in se inuicem facientia, semper identitatis incorruptionem seruant.* Quibus verbis, & quid identitas sit, & quibus in reb. reperiatur, exponit, quæ duo apud Aristotelem nequaquam habemus. Alteritatem Identitati oppositam Aristoteles 3. de Natura capite 2. ait, quosdam induxisse *ὡς τιθέασιν ἔνιοι αὐτὴν ἑτερότητα καὶ ἀνισότητα* eos autem fuisse Pythagoreos, & Themistius, & Simplicius attestantur. Sed & Plato id ipsum est philosophatus. Is in Sophista eas vtrasque non vti entis passiones, sed vti entis genera secundaria considerauit, cum primaria statum & motum statuisset. apponam locum. *Ξεν. μέγιστα μὴν τῶν γενῶν, ἃ νῦν δὴ διήειμεν τό τε ὂν αὐτὸ, καὶ στάσις καὶ κίνησις. Θεαι. πολύ γε. Ξεν. καὶ μὴν τώ γε δύο φαμὲν αὐτοῖν ἀμίκτω πρὸς ἀλλήλω. Θεαι. σφόδρα γε. Ξεν. τὸ δέ γε ὂν μικτὸν ἀμφοῖν. ἐστὸν γὰρ ἄμφω που. Θεαι. πῶς δ' οὔ; Ξεν. τρία δὴ γίγνεται ταῦτα. Θεαι. τί μήν; Ξεν. οὐκοῦν αὐτῶν ἕκαστον τοῖν μὲν δυοῖν ἕτερόν ἐστιν, αὐτὸ δ' ἑαυτῷ ταὐτόν. Θεαι. οὕτω. Ξεν. τί ποτ' αὖ νῦν οὕτως εἰρήκαμεν τό τε ταυτὸν καὶ θάτερον; πότερα δύο γένη τινὲ αὐτώ, τῶν μὲν τριῶν ἄλλω, συμμισγομένω μὴν ἐκείνοις ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ: καὶ περὶ πέντε ἀλλ' οὐ περὶ τριῶν ὡς ὄντων αὐτῶν σκεπτέον. Hosp. Maxima sanè generũ quæ nunc percurrebã. ens ipsũ et status, & motus. Thea. maximè. Hosp. & sanè duo dicimus, non miscibilia ad inuicem. Thea. Vehementer. Hosp. Ens verò mixtum ambobus. existunt enim ambo alicubi. Thea. cur non? Hosp. Tria sanè fiunt hæc. Thea. quid tũ? Hosp. Non ne ipsorum vnumquodque duobus alterum est, ipsum verò sibi ipsi idem? Thea. ita Hosp. Quòd ergo nunc rursus ita diximus, idem & alterum? Nunquid duo quædam genera ipsius, à tribus alia commixta tamen illis necessariò semper. ac de quinque non de tribus vt existentibus de ipsis inspiciendum.* Et post non multa concludit, *τέταρτον δὴ πρὸς τοῖς τρισὶν εἴδεσιν οὐδὲ τὸ ταὐτὸν τιθῶμεν. Θεαι. πάνυ μὲν οὖν. Quartam sanè ad tres species speciē, ipsum idē ponemus. Thea. Maximè sanè.* Et paulo pòst: *πέμπτον δὴ τὴν θατέρου φύσιν λεκτέον ἐν τοῖς εἴδεσιν. οὖσαν ἐν οἷς προαιρούμεθα. Θεαι. Ναί. Quintam sanè* (alterius) *naturam dicendum in speciebus existentem in quibus proposuimus. Thea. Na.* Hæc itaque Plato summa & vniuersalissima genera rerum statuit, quæ fuerant antè à Pythagoreis constituta. Hæc quoque omnes posteà Platonici & sequuti & tutati sunt. Adeo vt inter Platonicos 1. nominis Plotinus tres libros conscripserit ad hæc quinq; genera, stabilienda, decemq; Aristotelica labefactanda. de quib sanè, duo, Hermes in claue, statum & motum riserat hoc pacto.

## STATVS. MOTVS.

*πᾶσα γὰρ ὑλικὴ κίνησις γένεσίς ἐστιν. ἡ δὲ νοητικὴ στάσις κινεῖ τὴν ὑλικὴν κίνησιν. Omnis enim materialis motus generatio est. intelligibilis verò status, mouet materialem motum.* Et in Sermone catholico: *πᾶσα οὖν κίνησις ἐν στάσει. Omnis ergo motus in statu.* Pythagorei in duplici illa Syzygia quam Aristoteles 1. Sophiæ cap. 5. & alibi, vti Simplicius testatur, affert: *τὸ ἠρεμοῦν & τὸ κινούμενον*, quiescens & motum posuerunt, quæ postea veluti explicans libro 5. cap. 8 ita scribit: *τὰ μὲν γὰρ ταῖς ἀρχαῖς ἀποδιδόασιν, οἷον κίνησιν, στάσιν, ἀγαθὸν, κακόν. Alia enim retulerunt ad principia veluti, motũ, statũ, bonũ, malũ.*

## INFINITVM. TERMINVS

Infinitum verò & terminum Plato in Philebo longa disputatione prosequitur. Et concludens ita scribit: πρῶτον μὲν τοίνυν ἄπειρον λέγω, δεύτερον δὲ πέρας, ἔπειτα ἐκ τούτων τρίτον, μικτὴν γεγενημένην οὐσίαν, τὴν τὸ τῆς μίξεως αἰτίαν καὶ γενέσεως τετάρτην λέγων ἆρα μὴ πλημμελοίην ἄν τι: *Primum ergo infinitum dico, secundum autem terminum: posteà ex his tertium, mixtam & genitam essentiam. mixtionis verò causam & generationis quartam dicens, numquid errauerim quippiam?* Quæ eadem sunt à Pythagoreis in iis coniugationibus posita. πέρας καὶ ἄπειρον, *terminus & infinitum.* quod ipsum Aristoteles 1. sapientiæ, capite quinto est attestatus: οἱ δὲ Πυθαγόρειοι δύο μὲν τὰς ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν εἰρήκασι τρόπον. τοσοῦτον δὲ προσεπέθεσαν, ὃ καὶ ἴδιον αὐτῶν ἐστι, ὅτι τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ ἄπειρον, καὶ τὸ ἓν &c. *Pythagorei vero duo quidē principia eodē dixerunt modo. tantum autē adiecerunt, quod etiam ipsorum proprium est, quod terminatum & infinitum & vnū. &c.* Quorum alterum Aristoteles, terminum scil. cap. 17. philosophiæ lib 3. distinxit. infinitum hoc significatu omnino omisit.

## SIMILE DISSIMILE.

Simile verò & dissimile, Aristoteles eiusdem libri cap. 9. ita describit. ὅμοια δὲ λέγεται τά τε ταὐτὸ πεπονθότα, καὶ τὰ πλείω ταὐτὰ πεπονθότα, ἢ ἕτερα, καὶ ὧν ἡ ποιότης μία. *Similia verò dicuntur & ea quæ idem sunt passa & ea quæ plura, idem sunt passa quàm altera. Et quorum qualitas vna.* Ea clarè sub identitate reponit. Quod Plato etiā in Philebo fecit. μὴ γὰρ δυνάμενοι τοῦτο κατὰ παντὸς ἑνὸς καὶ ὁμοίου καὶ ταὐτοῦ δρᾶν καὶ τοῦ ἐναντίου. *Nequeuntes enim hoc in omni vno, & simili & eodem facere, Et contrario.* In Parmenide verò insignis est locus, Aristoteli conformis, in his verbis: οὐ νομίζεις εἶναι αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἶδός τι ὁμοιότητος, καὶ τῷ τοιούτῳ αὖ ἄλλο ἐναντίον ὃ ἐστιν ἀνόμοιον. τούτοιν δὲ δυοῖν ὄντοιν, καὶ ἐμὲ καὶ σὲ καὶ τὰ ἄλλα ἃ δὴ πολλὰ καλοῦμεν μεταλαμβάνειν. καὶ τὰ μὲν τῆς ὁμοιότητος μεταλαμβάνοντα ὅμοια γίνεσθαι ταύτῃ τε καὶ κατὰ τοσοῦτον ὅσον ἂν μεταλαμβάνῃ, τὰ δὲ τῆς ἀνομοιότητος ἀνόμοια. *Non ne putas esse ipsam per se ipsam speciem quandam similitudinis? ac tali rursus aliam quandam contrariam quæ est dissimilis? atque his duabus existentibus & me, & te, & alia quæ sanè multa vocamus participare? Et quæ similitudinis participant similia effici hac, & in tantum, quantum participarint, & ea quæ dissimilitudinis, dissimilia?* Quod verò Aristoteles ait ὅμοια δὲ ὧν ἡ ποιότης μία *Similia quorū qualitas vna* Et in Categoriis: ὅμοια δὲ ἢ ἀνόμοια κατὰ μόνας τὰς ποιότητας λέγεται. ὅμοιον γὰρ ἕτερον ἑτέρῳ οὐκ ἔστι κατ' ἄλλο οὐδὲν ἀλλ' ἢ καθ' ὃ ποιόν ἐστιν, ὥστε ἴδιον ἂν εἴη ποιότητος τὸ ὅμοιον ἢ ἀνόμοιον λέγεσθαι κατ' αὐτήν. *Similia verò & dissimilia secundum solas qualitates dicuntur, simile enim alterū alteri non est secundum aliud quicquam, nisi quatenus quale est: ita vt proprium fuerit qualitatis simile aut dissimile dici secundum ipsum.* Hoc ipsum ab Archyta fuerat anteà traditum, Hæc enim verba in suis Categoriis fuisse, Simplicius est testis: ποιότητος δὲ ἴδιον τὸ τε ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον. καὶ γὰρ χρόᾳ λέγομεν ὁμοίους τοὺς ἔχοντας τὸ αὐτὸ χρῶμα, καὶ χαρακτῆρι τοὺς ἔχοντας τὴν αὐτὴν ἰδέαν. καὶ ἀνομοίους δὲ κατὰ τὸ ἐναντίον: *Qualitatis verò proprium, simile & dissimile. Etenim colore dicimus similes, habentes eundem colorem, & charactere, habentes eandem figuram. Et dissimiles secundum contrarium.* Apud verò Hermetem in Cratere sic est. φανερώτερα δέ ἐστι τὰ κακά. τὸ δὲ ἀγαθὸν ἀφανὲς τοῖς φανεροῖς. οὐ γὰρ μορφή, οὔτε τύπος ἐστὶν αὐτῷ, διὰ τοῦτο, αὐτῷ μὲν ἐστιν ὅμοιον, τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν ἀνόμοιον. ἀδύνατον γὰρ ἀσώματον σώματι φανῆναι, αὕτη διαφορὰ τοῦ ὁμοίου πρὸς ἀνόμοιον. καὶ τῷ ἀνομοίῳ ὑστέρημα πρὸς τὸ ὅμοιον. *Manifestiora verò sunt mala. bonū autem occultum manifestis. Non enim figura neque effigies est ipsi. ob hoc quidem sibi est simile, aliis autem omnibus dissimile, impossibile enim est incorporeum corpori apparere. Hæc differentia similis ad dissimile. Et dissimili defectus est ad simile.* Et rursus in Mentis alloquio: οὐ γὰρ ὅμοιον τῷ ἀνομοίῳ καὶ μόνῳ καὶ ἑνί. *Non enim simile dissimili & soli & vni.* Et iterum τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ νοητόν. *Simile enim simili est intelligibile.* Vnde Græcorum philosophi multi posteà didicerunt ac docuerunt. simili simile cognosci.

## HABITVS. DISPOSITIO.

In eadem Qualitatis Categoria Ocellus habitū & dispositionē locauit. quorum tamen duo capita seiuncta Aristoteles significatorum libro fecit. Ocelli autem verba sunt hæc. ἐστὶ δὲ ἃ μὲν ἕξις, ἐπίτασις διαθέσιος καὶ μονιμότης. *Est quidem habitus intēsio dispositionis & permanētia.* Et libello de Natura, dispositionē & passionē nominat

δεύτερον

δεύτερον δὲ τὰς ἐναντιότητας ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται πάθος καὶ διαθέσεις ὑποδεχομένης τῆς ὕλης. *Secundo verò contrarietates vt mutationes & alterationes perficiantur, paßiones & diſpoſitiones ſuſcipiente materia.*

## QVANTITAS.

Quantitatis proprietates eſſe æquale & inæquale. Ocellus etiam ante Ariſtotelem, & Archytas docuerant: Quorum prior ita ſcripſit: τῆς δὲ ποσότητος ἴδιον τὸ ἴσον καὶ ἄνισον. *Quantitatis verò proprium æquale & inæquale.* Archytas vero, Simplicio referente: Ἀρχύτας δὲ καὶ αὐτὸς τὸ ἴσον καὶ ἄνισον ἴδιον τοῦ ποσοῦ λέγων, ἐν πλήθει καὶ μεγέθει θεωρεῖσθαι φησὶν αὐτὸ καὶ ἐν ῥοπῇ. *Archytas verò & ipſe æquale & inæquale proprium quanti dicens, in multitudine & magnitudine conſiderari ait ipſum, & in pondere præterea.*

## CONTRARIETAS.

Contrarietatis mentionē in Mercurij claue habemus: πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη ἀσώματος, ὀργάνῳ χρωμένη αὐτῷ τῷ νῷ, ὁ δὲ νοῦς τῷ σώματι. ἀμφότερα οὖν χωρεῖ εἰς σώματα τὰ νοητὰ καὶ ὑλικὰ ἐξ ἀντιθέσεως γὰρ καὶ ἐναντιότητος δεῖ τὰ πάντα συνεστάναι: *Omnis enim ſciētia incorporea instrumento vtens ipſa mente, mens verò corpore. ambo ergo penetrant in corpora intelligibilia & materialia. ex oppoſitione namque & contrarietate oportet omnia conſtare.* Et in Catholico ſermone. οὕτω καὶ ἡ ἐναντία φορὰ ἐστὶν ἡ ἑδραία ὑπὸ τῆς ἐναντιότητος στηριζομένη. *Sic & contraria latio eſt ſtabilis, à contrarietate confirmata.* Contrariorum item meminit libello 9. ὁ γὰρ νοῦς κύει πάντα τὰ νοήματα, ἀγαθὰ μὲν ὅταν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὰ σπέρματα λάβῃ, ἐναντία δὲ ὅταν ὑπό τινος τῶν δαιμονίων. *Etenim mens grauida eſt omnibus conceptib. bonis quidē, quando à Deo ſemina acceperit, contrarijs vero quando ab aliquo dæmonum.* Ariſtoteles oppoſitorum genera quatuor fecit, Id Archytium dogma fuerat, quod Simplicius ita recitat: καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν ἀντικεῖσθαι ἀλλάλοις λέγονται τὰ μὲν ἐναντία οἷον ἀγαθὸν κακῷ, καὶ ὑγιὲς νοσώδει, καὶ ἀλαθὲς ψεύδει· τὰ δ' ὡς ἕξις στερήσει, οἷον ζωὰ θανάτῳ, καὶ ὅρασις τυφλότητι, καὶ ἐπιστάμα λάθᾳ. τὰ δ' ὡς ποτί πως ἔχοντα, οἷον διπλάσιον ἡμίσει, ἄρχον ἀρχομένῳ, καὶ δεσπόζον δεσποζομένῳ· τὰ δ' ὡς κατάφασις ἀποφάσει, οἷον τὸ ἄνθρωπον ἦμεν τῷ μὴ ἄνθρωπον ἦμεν, καὶ τῷ σπουδαῖον ἦμεν τὸ μὴ ἦμεν. *Et lege & natura opponi ad inuicē dicuntur contraria veluti bonū malo, & Sanū ægro, & verū falſo. Quædā vt habitus priuationi, vt vita morti, & Viſio cæcitati, & ſciētia obliuioni. Quædā vt quæ ad aliquid quodāmodo ſe habēt vt duplex dimidio princeps ſubdito & dominus ſeruo. Alia vt affirmatio negationi, veluti hominē eſſe, it hominē nō eſſe, & probū eſſe, & nō eſſe.* Species quoq; cōtrariorum duas his alijs docuit verbis. τῶν γὰρ ἐναντίων ἃ μὲν ἄμεσά ἐστι, ἃ δ' ἔχει μέσον. *Contrariorum namque alia immediata ſunt, alia verò habent medium.* Relatiuam verò oppoſitionem & Ocellus & Archytas in ea Categoria oſtenderunt. Priuatiuam verò Archytas & alij Pythagorei, in illa coniugatione, quam toties citamus. bonum, malum, & reliqua Hermes formæ oppoſitam priuationem nouit, cum vltimo libello ſic ſcribit: τὸ γὰρ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἄνευ ἀπώλεσεν τὴν ἰδίαν φύσιν στερήσει δ' ἑτέρου. *Alterū enim ſine altero amiſit propriam naturam priuatione alterius.* Sed etiam ipſe Ariſtoteles teſtis eſt, Contrarietatem à Pythagoreis plenè tractatam fuiſſe primo Sophiæ cap. 5. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ πόσαι καὶ τίνες αἱ ἐναντιώσεις ἀπεφήναντο. *Pythagorei verò & quot & quæ ſint contrarietas, pronunciarunt.*

## GENVS. SPECIES.

Genus & ſpeciem idem Hermes ſæpè nominat: vt Sermone catholico. μία γὰρ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθόν. καὶ ἓν γένος ἀμφοτέρων, ἐξ οὗ τὰ γένη πάντα. *Vna enim natura Dei, ipſum bonum. & vnum genus vtriuſque, ex quo genera omnia.* & Ariſtotelico prorſus ſignificatu Aſclepio capite 5. *Genera rerum omnium has ſpecies ſequuntur, vt ſit ita totalitas genus, ſpecies generis particula.* Et non multo poſt, *Species enim generis eſt. pars, vt homo humanitatis, quam neceſſe eſt ſequi qualitatem ſui generis.* Et alia multa de genere & ſpecie toto capite.

## DIFFERENTIA. PROPRIVM. ACCIDENS.

DE differentia item, & proprio, & accidente, idem Hermes eſt locutus, vt libello vltimo: ἄρχει γὰρ καὶ τῷ πλήθει, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ διαφορᾷ τῶν γενομένων: *Dominatur enim & multitudini & magnitudini & differentiæ generatorum.* Et Aſclepio cap. 7. *Vnde efficitur vt rerū diuerſitates, qualitates, effectus, quātitates* & c. & Ocell⁹ οἱ αὐτοὶ τῇ οὐσίᾳ μένομες τῇ ποσότητι διαφέροντες: *ijdem ſubſtātia manemus, quātitate differentes.*

Et rursus. καὶ νῦν μὲν φίλος ὁ αὐτὸς, νῦν δ' ἐχθρὸς διαφέρων τῇ σχέσει καὶ τῷ πρός τι λεγομένῳ, κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν οὐ διαφέρει. *Et nunc sanè amicus idē, nunc verò hostis differens habitudine, & eo quod ad aliquid dicitur. secundum verò essentiam non differt.* Et iterū. αἱ μὲν οὖν τῶν ἄλλων λόγων διαφοραὶ ἐκδηλότεραι εἰσίν. αἱ δὲ ποιότητος καὶ τὸ ἔχειν καὶ τὸ πάσχειν δυσθεωρητέρας ἔχουσι διαφοράς. *Aliarum sanè rationum differentia manifestiores sunt. Qualitates autē & habere & pati difficilius comprehensibiles habent differentias.* De proprio autem, τῆς μὲν ὦν οὐσίας ἴδιον τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. *Substantia quidem proprium non recipere magis & minus.* Sic in quantitate & qualitate agnoscit proprietates. Atchytas quoque, ταῖς δὲ διανοίαις καὶ ταῖς κατηγορίαις συνυπάρχει τὰ μὲν κοινά, τινὰ δ' ἴδια: *Conceptibus, & Categorijs inexistunt quadam communia, quadam verò propria.* Is idem etiam in substantia, in actione, in contrarijs triplices differentias constituit. De accidente is idem ita. πᾶσα γὰρ οὐσία κατ' αὐτάν ἐστι· τὰ δὲ συνυπάρχοντα καὶ συμβεβακότα, ἢ ἐν ταύτᾳ, ἢ οὐκ ἄνευ ταύτας. *Omnis enim substantia per se est. Coexistentia verò & accidentia vel in ea vel non sine ea.* Et Petictione, quod antea attulimus. τὰ δὲ συμβεβακότα τοῖς οὖσιν. *Accidentia entibus.* Et rursus, τὰ μὲν ὦν καθόλω πᾶσι συμβεβακότα. *Vniuersaliter quidem omnibus accidentia.* Apud Hippocratem quoque, apud Platonem hæc eadem infinities leges.

## TOTVM. PARTES.

Totū quidē ac partes nominantur tum ab Hermete tum ab Ocello. & in corporib. & in incorporeis In his ille sic in claue, Totū. περιλάμψας δὲ πάντα τὸν νοῦν καὶ τὴν ὅλην ψυχὴν ἀναλάμπει καὶ ἀνέλκει διὰ τοῦ σώματος, καὶ ὅλον αὐτὸν εἰς οὐσίαν μεταβάλλει. *Collustrans verò omnem mentem, & totam animam illustrat & attrahit per corpus, & totam ipsam in essentiam transmutat.* Et libello sexto. Partes: ταῦτα γὰρ μέρη τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁλόκληρα, ἴδια αὐτοῦ μόνου, οἰκεῖα. *Ha partes Dei sunt totales propria eius solius, domestica.* Ocellus verò de corporeis. libro de natura εἰ δὲ οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν. *Si ergo totum, & vniuersum.* De partibus verò, εἰ γάρ ἐστιν, ἐν τῷ παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν. καὶ σὺν τούτῳ πάντα ἔχει τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δ' ὡς ἐπιγεννήματα. *Si quid enim est, in vniuerso est, & cum hoc vniuersum. & cum hoc omnia habet, quadam vt partes, quadam autem vt germina.*

## MANCVM.

Quod autem Atistoteles libro significatorum capite 27. Mancum vocat, & in quantis esse ait, nō videtur forte enti vti ens recta ratione conuenire. nec entis accidens esse. cum tantùm solis quantis, nec eis tamen omnibus accidat. nam nec numeris, nec continuis omnibus accommodatur: sicuti ipse toto eo capite declarat. Quare videtur hæc manci tractatio, nec suo loco posita, nec forte digna, cuius vetustiores rationem, vti entis, aut speciem, aut accidens haberent.

## PERFECTVM.

Perfectum verò definit: τέλειον λέγεται ἓν μέν, οὗ μὲν ἐστὶν, ἔξω τι λαβεῖν μηδὲ ἓν μόριον: *Perfectum dicitur, vnum quidem, extra quod, non est accipere vllam partem.* In hac re videtur cum Ocello, & cum Timæo Locro consentire. Ille sic: σύστημα γάρ ἐστι τῶν ὅλων φύσεων, αὐτοτελὲς καὶ τέλειον, ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν: *Coagmentatio enim est omnium naturarum, per se perfectum perfectum. extra enim vniuersum nihil.* Timæus verò ita explicauit: ἐκ παντελέων δὲ συνέστηκε σωμάτων, τὰ περ ὅλα ἐν αὐτῷ ἐντί. ὡς μὴ τίνα μέρος ἀπολειφθῆμεν ἐκτὸς αὐτῶ. *Ex omnibus perfectis constat corporibus, qua omnia & tota in eo sunt, ita vt nulla pars desit extra ipsum.* Imperfectum habes in hoc Zoroastis oraculo. οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει. *Non enim à paterno principio imperfectum quid voluitur.*

## ACTVS. POTENTIA.

Actus verò & potentia, per quæ .j. Physico cap. 8. veluti clamat, antiquorum ignorantiam solui, Videturque gloriari, à se excogitatam eam distinctionem, clarissimè sunt apud Trismegistum initio sacri sermonis. Actus quidem, in his verbis. ἀρχὴ τὸ θεῖον, καὶ ἡ φύσις καὶ ἐνέργεια καὶ ἀνάγκη, καὶ τέλος καὶ ἀνανέωσις. *Principium diuinitas, & natura & actus, & necessitas, & finis & renouatio.* Potentia statim post, ἦν γὰρ σκότος ἄπειρον ἐν ἀβύσσῳ, καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα λεπτόν, νοερὸν δυνάμει θείᾳ ὄντα. *Erant enim tenebra infinita in abysso, & aqua & spiritus, tenuis intellectualis, diuina existentia, in potentia.* Libello verò de communi Mente. Vtrumque ζῶμεν δὲ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ καὶ αἰῶνι.

Vnu

*Viuimus verò potentia & actu. & Seculo* Et Timæus libro de Anima mundi. τὸ δ᾽ ἀνισόπλευρον ἔχον τὰν μέζονα δυνάμιν τριπλασίαν τῆς ἐλάσσονος. *Inæqualium verò laterum figura habens maiorem potentia triplam minore.* Et Orpheus. πάντων γὰρ πρώτη δύναμις κόλποισιν ἀφράστοις. Δεξαμένη γενεὴν ἐπὶ πᾶν περιχεῖν προχέουσα. *Omnium enim prima potentia, finibus ineffabilibus præcipiens generationem, in vniuersum profundit rotantem.* De materia ni fallor sermonem habens: in qua istam potentiam Aristoteles collocauit. Sed Ocellus clarissimè in materia eam statuit libello de natura cap. 2. ita scribens; δυνάμει ἦν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως. *Potentiâ ergo omnia in hoc ante generationem.* Rursus πρώτως δ᾽ ἡ τὸ πανδεχὲς. κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσι ὥστε πρῶτον δυνάμει σῶμα αἰσθητόν. *Primo, omnium susceptrix: communiter enim subijcitur omnibus. itaque primum potentia corpus sensibile*: quam sententiam ipsis etiam verbis cap. 1. lib. 2. de ortu & interitu sibi accommodauit Aristoteles, vt postea patebit.

## EX QVO.

Cap. 24. significata ex quo, Aristoteles tradens, vnum ita effert: ἐξ οὗ ἐστὶν ὡς ὕλης. *Ex quo est, ut ex materia.* Ocellus eodem capite 1. ita dixerat: τοῦτο δ᾽ ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως, οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα. *Hoc verò fuerit omnium susceptiuum & simulacrum ipsius generationis, ita habens ad ea quæ ex ipsis fiunt.* ὡς ἡ ὕλη πρὸς τὸ τεχνητόν. *vt materia ad artificiale.* Et Timæus Locrus: ἐποίησεν τὸν δὲ τὸν κόσμον, ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας. *Fecit hunc mundum ex omni materia.*

## PRIVS.

Prius autem tribus Aristotelicis significationibus protulit Timæus idem. πρότερον γὰρ τὸ τιμιώτερον καὶ δυνάμει καὶ χρόνῳ: *Prius enim honorabilius, & potestate & tempore. posterius ex contrapositione per se claret.*

## VERVM. FALSVM.

DE vero autem & falso Hermes longum habet sermonem in fragmēto quodam, quod ex Cypria peregrinatione nostra attulimus. quod inter alia non pauca in sapientiæ Thesauro dabimus legendum. Plato autem in Euthydemo sic de vero ἀλλὰ μὴν ὅγε τὸ ὂν λέγων καὶ τὰ ὄντα τ᾽ ἀληθῆ λέγει. *Sed enim qui ens dicit & entia, vera dicit.* Falsum in Theæteto, contrarium verò falsum ita. ἀλλοδοξίαν, τινὰ οὖσαν, ψευδῆ φαμὲν εἶναι δόξαν ὅταν τίς τι τῶν ὄντων, ἄλλο αὖ τῶν ὄντων ἀνταλλαξάμενος τῇ διανοίᾳ φῇ εἶναι. *Falsam dicimus esse opinionem aliopinionem quandam, quando quis aliquid entium alio ente commutans cogitatione dixerit esse.* Quod idem Aristoteles obscurius 6. philosophiæ ita expressit: ὁ τὸ διῃρημένον οἰόμενος διῃρῆσθαι, καὶ τὸ συγκείμενον συγκεῖσθαι, ἐψεύσθαι δ᾽ ὁ ἐναντίως ἔχων *Qui diuisum putat diuisum esse & compositum compositum. Fallitur verò qui contrariè habet.* Et lib. 4. cap 3 οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ᾽ ἐν διανοίᾳ. *Non enim est falsum & verum in rebus, sed in cogitatione.* Videtur ex locis illis Platonicis, & alijs desumptum.

## PRINCIPIVM. CAVSA. ELEMENTVM. NATVRA. NECESSARIVM.

Quinque verò illa, Principium, Causa, Elementum, Natura, Necessarium, sunt ab antiquis sæpe in tractationem reuocata. Aristotele ipso sic de principio scribente, Sophiæ 1. cap. 3. ὅμως παραλάβωμεν καὶ τοὺς πρότερον ἡμῶν εἰς ἐπίσκεψιν τῶν ὄντων ἐλθόντας καὶ φιλοσοφήσαντας περὶ τῆς ἀληθείας. δῆλον γὰρ ὅτι κἀκεῖνοι λέγουσιν ἀρχάς τινας καὶ αἰτίας. *Attamen accepimus et eos qui antè nos inconsiderationem entium venerunt, & qui sunt philosophati de veritate. Clarum enim est quod etiam illi dicunt principia quædam & Causas.* Et mox. τῶν δὴ πρώτων φιλοσοφησάντων οἱ πλεῖστοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνας ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων. ἐξ οὗ γάρ ἐστιν ἅπαντα τὰ ὄντα καὶ ἐξ οὗ γίνεται πρώτου, καὶ εἰς ὃ φθείρεται τελευταῖον, τῆς μὲν οὐσίας ὑπομενούσης, τοῖς δὲ πάθεσι μεταβαλλούσης τοῦτο στοιχεῖον καὶ ταύτην τὴν ἀρχήν φασιν εἶναι τῶν ὄντων. *Primorum sanè philosophantium plerique ea quæ in specie materia sunt, arbitrati sunt esse omnium principia Ex quo enim sunt omnia entia, & ex quo primo gignuntur, & in quod corrumpuntur vltimo substantia manente & passionibus mutata, hoc elementum & hoc principium aiunt esse entium.* Sed etiam alia quàm materialia principia veteres tractasse testes multi sunt Hermetis loci. Crateris: ἡ γὰρ μονὰς πάντων οὖσα ἀρχὴ καὶ ῥίζα. ἀρχῆς δ᾽ ἄνευ οὐδέν. ἀρχὴ δ᾽ ἐξ οὐδενὸς, ἢ ἐξ αὐτῆς. *Vnitas enim omnium existens principium & radix. Sine principio autem nihil, principium verò ex nulo*

*Tertium verò ignis & aqua & terra & aer. hac enim transmutantur in se inuicem.* Quod verò Aristoteles testatur, Empedoclem primum elementa hæc quatuor in philosophiam induxisse, libro 1. Sophiæ cap. 4. his verbis: ἔτι δὲ τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδη λεγόμενα στοιχεῖα τέτταρα πρῶτος εἶπεν: *Sed hac etiam ea qua in forma materia dicuntur elementa quatuor primus dixit*, sanè verum non est. Namque Hermes multis seculis Empedocle antiquior, & in Poemandro, & in mēte cōmuni, quatuor hæc nominauit: κατανόει δὲ ὅρα ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων ἐνὶ μέρει ἐπιφοιτᾷ τοῦ κόσμου. τὰ μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι. ὁ δὲ ἄνθρωπος τούτοις πᾶσι χρῆται. γῇ, ὕδατι, ἀέρι, πυρί. *Et illud inspice, o fili, quod quæque animalium vni parti vniuersi supergradiuntur, aquatilia quidem aqua terrestria vero terra, sublimia aeri, homo verò his omnibus vtitur terra, aqua, aere, igne.* In Poemandro verò etiā Elementa στοιχεῖα vocat: τὰ οὖν ἐγὼ φημί, στοιχεῖα τῆς φύσεως πόθεν ὑπέστη. *In quā ego Elementa natura, vnde subsisterunt.*

## NATVRA.

Sed & Naturæ ipsius multo fortasse plura significata apud hunc ipsum Hermetem, apud Ocellum, Timæum Pythagoreos alios, Hippocratem, Platonem, colligere liceat, quàm sint ab Aristotele enumerata. Quorum vnum sit, quod modo retulimus, aliud in eodem Poemandro: μαθεῖν θέλω τὰ ὄντα καὶ νοῆσαι τὴν τούτων φύσιν. *Discere volo entia, & intelligere eorum naturam* Rursus λόγος ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει. *Verbū Sacrum inscendit natura.* Et καὶ τῶν δυνάμεων ὑπὲρ τὴν ὀγδοαδικὴν φύσιν οὐσῶν. *Et potentijs supra octonariam naturam existentibus. In Catholico autem*: τὰ γὰρ μὴ ὄντα, οὐ φύσιν ἔχει τοῦ δύνασθαι γενέσθαι: *Non entia enim non habent naturam vt possint fieri*, καὶ πάλιν τὰ ὄντα, οὐ φύσιν ἔχει τοῦ μηδέποτε εἶναι, *Et rursus, entia, non habent naturam vt nūquam sint* Et μία γὰρ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθόν, *vna natura Dei ipsum bonum.* Et in sacro sermone. ὁ θεὸς καὶ νοῦς καὶ φύσις. *Deus & mens. & natura.* Apud Ocellum quoq; initio: τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι, παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών. *Hac cōscripsit Ocellus Lucanus, de vniuersi natura. aliqua sanè signis manifestis ab ipsa natura edoctus.* Et Timæus. τὸ μὲν τᾶς τῶ ἀγαθῶ φύσιος εἶμεν *hoc quidem boni natura esse.* Et innumera alia talia, est apud authores hosce nobilissimos repetire, quæ naturæ nomen per omnia entium genera, species & indiuidua vagari ostēdant, vt nomen vllum aliud latiorem non habeat significationem.

## NECESSITAS.

Necessitatis quoque significata violenti & vis, Aristoteles met ipse ex Eueno Pario & Sophocle se antiquioribus afferr. Duo verò reliqua οὗ ἄνευ οὐκ *sine quo non*, & quod non potest aliter se habere, apud antiquiores itidem sunt. prius apud Timæum initio statim. ἀνάγκαν δὲ τῷ βίᾳ κατὰ τὰς δυνάμιας τῶν σωμάτων. *Necessitatem verò eorum qua vi, secundum corporum facultates fiunt.* Quam Aristoteles libri 2. de natura capite vltimo vsurpauit. ἀλλ' ἢ ὡς ὕλη. *nisi vt materia*. Et Platoni Timæo. τὸ δ' ἀναγκαῖον, ἐκείνων χάριν. *Necessarium verò illorum gratia.* Secunda verò significatione, qua non aliter se habere potest est in oraculo Zoroastri illo: ἀιδίῳ βουλῇ φέρονται, ἀεὶ τρέχει ἔργα ἀνάγκης *Aeterno consilio feruntur, semper currunt opera necessitatis.* Et Mercurius in Sacro: ἀρχὴ τὸ θεῖον καὶ φύσις, καὶ ἐνέργεια καὶ ἀνάγκη. *Principium diuinitas, & natura, & actus, & necessitas. & alibi.* δεινὴ ἀνάγκη πάντα κρατεῖ. *Potens necessitas omnia continet.* De tot ergo seu speciebus, seu accidentibus entis, quatenus ens, nullum adhuc comperimus, cuius antiquiores philosophi vim & naturam non expresserint, à quibus in plerisque Aristotelem non discordare vidimus. præter fortè hoc vnum, quòd axiomata inter entis accidentia ipse reposuit cap 3 libri 1. de ente, rationemque reddidit, ἅπασι γὰρ ὑπάρχει τοῖς οὖσι. ἀλλ' οὐ γένει τινὶ χωρὶς ἰδίᾳ τῶν ἄλλων: *Omnibus enim insunt entibus, & non generi alicui seorsum separatim ab alijs.* Quod vt verum de vniuersalissimis quibusdam sit, non tamen, verum est de ijs omnibus, quæ axiomata appellantur. Nam apud mathematicos sunt quædam, de quibus sic dixerat. περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι καλουμένων ἀξιωμάτων. Hæc enim, ἑνί τινι γένει ἰδίᾳ χωρὶς τῶν ἄλλων ὑπάρχει: *Vni alicui generi propriè seorsum ab alijs insunt.* Quantitati scilicet, nec sunt qualitatibus, relationibus incorporeis, corporeisque entibus omnibus communia. Quod tamen vt verum maximè sit Pythagorei ea quoque tractarunt ipso attestante clarissimè. ἐν δὲ τούτοις καὶ πρὸ τούτων οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι τῶν μαθημάτων ἁψάμενοι πρῶτον: *In his & ante hos vocati Pythagorei, mathemata attingentes primum.*

Et cap.1. Sapientiæ lib.1. apud Aegyptios mathematicas fuisse inuentas antiquitus, ipse nos docuit.

SECVNDVM QVOD.

Quod verò cap.18 libri significatorum καθ' ὃ *secundum quod appellat*, est apud Platonem certè aliquo loco, quod in præsentia non succurrit. Itaque in omnibus entis aut accidentibus, aut speciebus, manifesto apparuit Aristotelis cum veteribus mirus consensus.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI II. LIBER III.

## *DOGMATVM THEOLOGICORVM Concordia.*

DISTINXIMVS priore Tomo, eos Aristotelis libros, qui ab interpretibus Methaphysici, ab eorum verò authore, de Sophia ac de philosophia sunt nuncupati, in plures inter se omnino differentes partes: vt quædam in ijs essent quæ ad Entis scientiam, quædam ad Logicam, ad Theologiam, alia quędam etiam ad Physicam pertinetent. Sed duas esse in ijs veluti integrales totius tractationes. Altera entis communissimè, altera primatū causarū. Illius concordiā, qua fieri potuit, libro ante hunc discussimus. huius verò, hoc præsenti discutiemus. hinc sumētes initiū.

Primarum Causarum Scientiam Aristoteles eorum librorum primo, Sophiam Sapientiam nominauit. Quarto verò Entis, & 3. Sapientiæ, Theologiam appellauit, eò quod sicubi, τὸ θεῖον ὑπάρχει: *diuinum existat, circa separata & immobilia* περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα ὑπάρχει. Nos quoque nomenclaturam authoris ipsius secuti, potius quàm interpretum Theologiam nuncupabimus. De qua Theophrastus Metaphysico suo ait. *Hic quidem principiorum, in reliquis verò à principijs est inquisitio.* ἔνθα μὲν γὰρ τῶν ἀρχῶν, ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἡ ζήτησις. Contrariam huic Aristoteles habuerat sententiam 3 Theologiæ cap.6. *Omnis verò Scientia, quærit quadam principia & causas, circa vnum quodq; eorum, quæ sub ipsa sunt inquirens.* πᾶσα δὲ ἐπιστήμη ζητεῖ τινὰς ἀρχὰς καὶ αἰτίας περὶ ἕκαστον τῶν ὑφ' αὑτὴν ἐπιζητοῦσα. Et philosophiæ libro 4. in ipso initio. *Et omnino omnis scientia dianoëtica, vel etiam participans aliquid dianœa, circa causas & principia est, vel exactiora vel simpliciora.* καὶ ὅλως δὲ πᾶσα ἐπιστήμη διανοητικὴ, ἢ καὶ μετέχουσα διανοίας, περὶ αἰτίας καὶ ἀρχάς ἐστι, ἢ ἀκριβεστέρας ἢ ἁπλουστέρας. In hac philosophia idem quod Theophrastus. αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων. *Principia & causæ quæruntur entium.* Et libri 6. initio εἴρηται δ' ὅτι τῶν οὐσιῶν ζητεῖται τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ στοιχεῖα *Dictum est quòd substantiarum quæruntur causæ & principia & elementa.* Sed illis contrariam sententiam 3. analytico videtur docuisse cap. 7. φανερὸν καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τὰς ἑκάστου ἰδίας ἀρχὰς ἀποδεῖξαι *Clarum etiam quod non est propria cuiusq; principia demonstrare.* Et cap 9. περὶ δὲ τῶν ἀρχῶν λόγος οὐχ ὑφεκτέος τῷ γεωμέτρῃ ᾗ γεωμέτρης. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν. *De principijs verò sermo non est sustinendus Geometra quatenus Geometra. Similiter in alijs scientijs.* Attamen Theologiā, vti Theophrastus, circa principia versari oportere docet. δεῖ γὰρ ταύτην τῶν πρώτων ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν εἶναι θεωρητικήν. *Oportet enim hanc primorum principiorum & causarum esse contemplatricem.* Hanc scientiam Auerrois diuinam vocat, eius inuentorem Aristotelem facit. Cuius tamen, sui oblitus, 12. diuinæ scientiæ, apud Chaldæos magnam perscrutationē fuisse asseuerat. Aristoteles ipse, quo ad inuentionem de se modestius sentiens, mendacij eum arguit. Alios enim ante se Theologos fuisse, multis locis memorat. Loca ea afferam, primus est libri 1. Theologiæ cap.3. in his verbis. εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τοὺς παμπαλαίους, καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως, καὶ πρώτους θεολογήσαντας. *Sunt verò quidam, qui etiā antiquissimos, & multo ante hanc generationē, & primos Theologos.* Et lib. 2. cap.4. οἱ μὲν οὖν περὶ Ἡσίοδον καὶ πάντες ὅσοι θεολόγοι. *Hesiodus & quicunq; sunt Theologi.*

lib. 4.

libr quarto capit. 6. *καί τοι εἰ ὡς λέγουσιν οἱ θεολόγοι. atque etiam si uti dicunt Theologi.* Et cap. vltimo. *ἀλλ' ἀεὶ τῆς ἀρχῆς ἀρχή, ὥσπερ τοῖς θεολόγοις καὶ τοῖς φυσικοῖς ἅπασι. Sed semper principij principium, sicuti Theologis & Physicis omnibus.* Et lib. 6. cap. 4. *παρὰ μὲν τῶν θεολόγων ἔοικεν ὁμολογῆσθαι. A Theologis quidem videtur confessum esse.* Quo capite videtur, inter Theologos reponere Pherecydem & Magos. *οἷον Φερεκύδης καὶ ἕτεροι τινὲς τὸ γεννῆσαν πρῶτον, ἄριστον τιθέασι, καὶ οἱ μάγοι. Veluti Pherecydes & alij quidam, generãs primum optimum posuerunt. Et Magi.* Meteori quoque 2. initio. *οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι καὶ διατρίβοντες περὶ τὰς θεολογίας. Prisci ergo, & ij qui versati sunt circa Theologias.* Hæc ergo Aristotelis ipsius testimonia sunt, quib. fatetur, se non fuisse Theologiæ inuẽtorẽ. Sed ipsius met Auerrois quoq; hæc alia loca sunt, quib. ipse sibi fidẽ abrogat, & à seipso falsi cõuincitur. Soler autẽ sua lingua Theologos vocare, Ponẽtes leges, & loquẽtes in lege & loquentes in diuinis. Itaq; primo Sapiẽtiæ ca. 3. ita scribit. *Et quidẽ ponunt ipsum ignẽ, & quidã aerem, & quidã aquã præter terrã, nisi ponentes leges.* 2. vero libro cõm. 15. Intendit per loquentes in diuinis, loquentes sermonẽ extra intellectum hominis. Et in lib. 12. cõm. 30. *Nisi esset verũ quod loquentes in diuinis & naturalibus dicunt.* Aristotelicis ergo & Auerroicis testimonijs satis sanè multis Auerroim sæpè, & sui, & veritatis immemorẽ constat fuisse. Quę testimonia Aristotelica etiam si nõ extarẽt, etiã si ipse id sibi tribueret, fferremus, vt Chaldæos, vt Hebręos, vt Aegyptios quoq; omittamus, inter suos Græcos Linũ, Orpheũ, Museũ, Hesiodũ, Homerũ, Epimenidẽ Palephatũ Atheniensem, Aristeã Procõnesiũ Eugãnonẽ Cyrenæũ, Abarim Scytham, Antimachum, Heliopolitem, Pherecydẽ Syriũ, atq; alios nõ paucos, qui vel cosmogoniam, vel Theogoniã conscripserunt vel fuerũt poeticè de Dijs philosophati, multis ante Aristotelem seculis. Sed & Xenophanem, & Parmenidem, & Zenonem, & Melissũ, & Pythagorã, totamq; eius successionem, & Platonẽ ipsum Theologos fuisse ostenderemus. Verùm enimuero, quoniã nec Aristoteles eam laudem sibi arrogat: & Aristotelis verbis vanitatis simul, & falsitatis Auerrois cõuincitur, Theologiam ipsam Aristotelicã aggrediamur; per capita discutiamus. Theologiam, *θεολογικὴν* ipse vocat, tertiã philosophiã à naturali & mathematica, *περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα. circa separata & immobilia* versari affirmat 1. cap. libri 4. de Ente Atque addit non esse obscurum. *εἴ που τὸ θεῖον ὑπάρχει, ἐν τῇ τοιαύτῃ φύσει ὑπάρχει. καὶ τὴν τιμιωτάτην δεῖ περὶ τὸ τιμιώτατον γένος εἶναι. Quod sicubi diuinum existit, in tali natura existit, & honorabilissimã oportet circa honorabilissimũ genus esse.* Quam rem cap. 2 lib. 1. sophiæ, sic etiã explicauit. *ἡ γὰρ θειοτάτη καὶ τιμιωτάτη. τοιαύτη δὲ διχῶς ἂν εἴη μόνη. ἥν τε γὰρ μάλιστα ὁ θεὸς ἔχοι θεία τῶν ἐπιστημῶν ἐστὶ κἂν εἴ τις τῶν θείων εἴη. μόνη δ' αὕτη τούτων ἀμφοτέρων τετύχηκεν. ὅ τε γὰρ θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή τις, καὶ τὴν τοιαύτην, ἢ μόνος, ἢ μάλιστ' ἂν ἔχοι ὁ θεός. Diuinissima nãq., etiã honorabilissima est. Talis verò dupliciter fuerit sola. quã enim maximè Deus habuerit, diuina scientiarum est. Et si quæ diuinorũ sit, sola verò hæc ambo isthac sortita est. Deus nãq. videtur causa omnib. esse ac principiũ quoddã & talem vel solus, vel maximè habeat Deus.* Quæ ergo circa diuinas res, circa Deũ, circa separata & immobilia, circa prima principia, & primas causas versatur, eã Theologiã atq; sophiã, nec non primã philosophiã appellat. Hanc ipsã 1. cap. & 2 lib. 1. sophię ait esse inquirendã. *ὅτι μὲν οὖν ἡ σοφία περί τινας αἰτίας καὶ ἀρχάς ἐστιν ἐπιστήμη δῆλον. Quod quidẽ sapientia circa quasdã causas & principia sit scientia, manifestũ est. ἐπεὶ δὲ ταύτην τὴν ἐπιστήμην ζητοῦμεν. Cũ ergo hanc scientiã quæramus.* Hanc aũt. *δεῖ γὰρ ταύτην τῶν πρώτων ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν εἶναι θεωρητικήν. Oportet primorũ principiorũ & causarũ esse speculatricẽ.* Omnes itaq; libri inter eos qui metaphysici sunt appellati, ij qui non de Ente cõmuni, eiusque & specieb. & passionib. tractãt, huic sophię vel inquirendę, vel docendę dicandi fuerãt. primus scil: & 2. & 11. & 12. & 13. & 14. sicut priore tomo est à nobis declaratũ. De Theologicis verò hisce lib. primus propositionẽ, ac cõditiones sophiæ duob. tãtùm capitib. complectitur. reliquus totus est antiquorũ physicorũ confutatio prolixa. Secundus nil aliud habet quàm dubitationes, & eas quidẽ nõ solutas. Tertius, sese ad sophiã pertinere, initio tantũ prodit. *ὅτι μὲν ἡ σοφία περὶ ἀρχὰς ἐπιστήμη τίς ἐστι. Quod quidẽ sapiẽtia circa principia scientia quadã est,* reliquus totus est in 2. lib. dubijs soluẽdis occupatus & in repetitionib. eorũ quæ 4. entis disputata fuerãt. Sũt quoq; ex 1. de motu. integra aliquot ad verbũ capita huc inserta. Quartus verò 5. capitib. in ijs quæ sæpè tũ lib. de Ente, tũ physicis dicta fuerant, recẽsendis absumitur. Quinq; reliquis, vniuersa Aristotelica Theologia traditur. Postremi duo, toti, cõtra Pythago

rea mathemata & numeros,& Platonicas ideas,& diriguntur & consumũtur. Itaq; sex librorũ Theologia vniuersa,in 5. rantùm capita est reiecta. Cũ pauculis quibusdã alijs,quæ 1. & 3. sophiæ & 4. & 7. philosophiæ sunt obiter delibata.

Sed ad singulorũ dogmatũ tractationẽ accedamus. Itaq; 1. sophię cap. 2. Simonidis consẽtit sentẽtię ὥστε κατὰ Σιμωνίδην θεὸς δ' ἂν μόνος τοῦτ' ἔχοι τὸ γέρας *Itaq; secundũ Simonidẽ Deus solus habeat hoc munus.* Scil: cã habeat scientiã. Hermes quoq; Trismegistus Deo sapientiã adscribit in sermone Mẽtis. τοῦ δὲ θεοῦ, ὥσπερ οὐσία ἐστὶ τὸ ἀγαθόν, τὸ καλὸν ἡ εὐδαιμονία, ἡ σοφία. *Dei verò veluti essentia est, ipsũ bonũ, ipsũ pulchrũ, ipsa felicitas, ipsa sapientia.* Quã sapientiã Arist. 5. vel 6. illustriss. cõditionib. descriptã, Sophiã nominauerat. inter eas cõditiones posuerat, vt esset ἀκριβεστάτη exactissima & certissima. Hac in re cum Platone sentit, qui in Parmenide scripserat: οὐκ ἂν ἄρα μᾶλλον θεὸν ἔχειν τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην. οἷός τε ἔσται ὁ θεός, τὰ παρ' ἡμῖν γιγνώσκειν, αὐτὴν ἐπιστήμην ἔχων. *Nec quemvis Deũ magis habere certissimã scientiã, potis erit Deus, ea quæ apud nos cognoscere ipsã habens scientiã.* Addit Aristot. ἀλλ' οὔτε τὸ θεῖον φθονερὸν ἐνδέχεται εἶναι. *Sed nec diuinũ inuidũ potest esse.* Plato hoc ipsum in Timæo, de opifice mundi Deo scripserat. λέγωμεν δή, δι' ἥν τινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν: ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος. τούτου δ' ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ. *Dicamus sanè quam ob causam generationem & hoc vniuersũ constitutor constituerit? bonus erat, bono autem nulla de vlla re vnquam ingeneratur inuidia. Extra sanè existens, omnia quàm maximè, voluit fieri similia sibi.* Quod verò de Deo loqueretur, hæc mox subnexa indicant. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, *Volens. n. deus, omnia bona esse, malũ aũt nihil iuxta potentia.* Hermes quoq; in Cratere. οὐ φθονῶν γάρ τισιν, ὁ γὰρ φθόνος οὐκ ἔνθεν ἄρχεται. *Nõ inuidens cuiq; inuidia enim non inde venit.* Subdit Aristot. ὅτι γὰρ θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή τις. *Deus enim videtur, causa omnib. esse & principiũ quoddã.* Plato codẽ loco, longè affirmãtius & explicatius. quæ quoniã in promptu cuicunq; sunt, huc afferre supersedebo. Sed Timæus Locrus ita scripsit ἐποίησεν ὦν τὸν δὲ τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, ὅρον αὐτὸν κατασκευάξας τᾶς τῶ ὄντος φύσιος. *Fecit ergo hunc mundũ ex vniuersa materia, terminũ eum constituens, natura Entiũ.* Et quæ multa apud vtrũq; in hanc sententiã consequunt. Sed apud Mercuriũ quoq; multa sunt in Poemandro, in Virgine mundi, in reliquis eius libellis ferè omnib. quæ hoc dogma luculentissimè astruunt. inter quæ habet Crater hæc: ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουργός. *Postquã vniuersũ mundũ fecit opifex.* Et τῇ δ' αὐτοῦ θελήσει δημιουργήσαντος τὰ ὄντα. *Sua voluntate fabrefecit entia.* Et Orpheus. ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται, *Ex vno enata omnia sunt.* Ex 4. aũt de Ente lib. attulimus superius locũ, in quo de prima philosophia agens, dixerat eam esse, περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα. *circa separata & immobilia.* Hæc, Pythagoreorũ, Philolai, Archenenis, ac Brotini doctrina fuerat. Cũq; causam entiũ dicerent, phrasi hac, ἐπέκεινα τοῦ ὄντος, vltra ens, vtebãtur, quod Aristoteles abstractũ & χωριστὸν nõ ab omni ente quidẽ, sed à materia tãtũ ac corpore intellexit. Nec sanè id mirũ est, quando diuinitatẽ. etiã corporib. tribuat, codẽ. n. loco ait. ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς φανεροῖς τῶν θείων. *Hæ. n. causæ manifestis diuinorũ* Diuina autẽ hæc manifesta, corpora cœlestiá esse vult. quãdoquidẽ 2. physico, cap. 4. scribat, τὸν δ' οὐρανὸν καὶ τὰ θειότερα τῶν φανερῶν. *Cælũ & diuiniora manifestorum* Et 2. de cœlo, cap. 3. σῶμα γὰρ τὶ θεῖον. *Corpus. n quoddã diuinũ* Et cap. 5. θειότερος γὰρ ὁ τόπος ὁ ἄνω τοῦ κάτω. *Diuinior. n locus superior inferiori.* At loco codẽ *subnectit. Si qua talis abstracta & immobilis essentia sit, eã esse priorẽ.* εἰ δ' ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα. Quod postea 3. sapientię ca. 6. ita exprimit. καὶ αὕτη ἂν εἴη πρώτη καὶ κυριωτάτη ἀρχή. *Et hæc fuerit primũ & principalissimũ principiũ* Fuerit sanè, quãdo ex Mercurio. & Pythagoreis, quos adduximus, omniũ entiũ causa est, & principiũ antiquius fine & infinito. quæ duo, omniũ entiũ principia esse ipsi statuerãt, & post ipsos Plato, tale ens ait ipse, τιμιώτερον *honorabilius esse.* ratio περὶ τὸ τιμιώτερον γάρ ἐστι τῶν ὄντων *nã circa honorabilius entiũ est,* Ipsa scil: prima philosophia, seu Theologia, ait codẽ capite. Esse autẽ Deum præ cæteris omnib. entib. honorabilissimũ, omniũ hominũ mentib est à natura insitũ vt philosophorũ dogmatib. nõ egeat testib. quando vnũ Pythagorę præceptũ sufficiat. πρῶτα θεοὺς τίμα *Primũ Deos honora.* At in lib Theologiæ 3. cap. 6. Theologia Aristotelica incipit tradi, diciturq; δεῖ ἄρα εἶναι ἀρχὴν τοιαύτην, ἧς ἡ οὐσία, ἐνέργεια. *Oportet ergò esse principiũ tale, cuius essentia actus.* Et mox, ἔτι τοίνυν ταύτας δεῖ οὐσίας εἶναι ἄνευ ὕλης. *Præterea has oportet essentias esse sine materia.* ἀιδίους γὰρ δεῖ. *æternas. n. oportet,* ἐνέργεια ἄρα. actũ ergo

Deinde

Deinde. *δεῖ τι ἀεὶ μένειν ὡσαύτως ἐνεργοῦν Oportet aliquid semper manere, eodem modo operans. οὐκοῦν βέλτιον τὸ πρῶτον. Non ne ergo melius primum?* Hæc est omnis sexti capitis Theologia vetustioribus cōsentiens. Xenophanes sanè, referente simplicio cōment. 3. in primum Aristotelis Physicum, ex Nicolao Damasceno Deum principium immobile esse dixit. & *ὡς πάντων αἴτιον καὶ πάντων ὑπεραίρχων καὶ κινήσεως αὐτὸ καὶ ἠρεμίας καὶ πάσης ἀντιστοιχίας ἐπέκεινα τίθησι. Vt omnium causam, & omnibus supereminens, & vltra motū & quietem ipsum, & omnem contra positorum ordinem statuit.* Esse etiam ingenitum, & æternum ex Xenophane, refert Aristotelesmet ipse libello contra eum *ἀίδιον δ' ὤν, ἄπειρον εἶναι. æternus eum sit infinitum esse,* quod Parmenides eius discipulus ita expressit *ὡς ἀγένητον ἐὸν, ἀνώλεθρον ἐστι. Quod ingenitum existens incorruptibile est.* Et. *ἐστὶν ἄναρχον, ἄπαυστον. Est sine principio & sine quiete.* &, *αὐτὰρ ἀκίνητον. sed enim immobile.* Neosolum *βέλτιον melius*, vt Aristoteles, sed optimum *ἄριστον*, Deus autem est imperio omnium præstantissimus atque optimus. Nec verò id solum, sed ipsum bonum, vel ipsam bonitatem Pythagoras Deum esse dixit, referente Plutarcho primo philosophicorum dogmatum cap. 7. *τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα θεὸν, καὶ τ' ἀγαθὸν. Principiorum, vnitatem quidem Deum, & ipsum bonum.* & Hermes sermone catholico. *τοσοῦτον γάρ ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ μέγεθος, ὅσον ἐστὶν ὕπαρξις πάντων τῶν ὄντων καὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων, καὶ αἰσθητῶν καὶ νοητῶν. τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, τοῦτο ἐστὶν ὁ θεός. Tanta enim est boni magnitudo, quanta est existentia omnium entium, & corporeorum, & incorporeorum, & sensibilium & intelligibilium, hoc est ipsum bonum, hoc est ipse Deus.* & postea. *ὁ δὲ θεὸς τὸ ἀγαθὸν, οὐ κατὰ τιμὴν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. μία γὰρ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν. Deus verò ipsum bonum, non secundum honorem sed secundum naturam, vna enim natura Dei ipsum bonum.* & etiam. *ὁ οὖν θεὸς τ' ἀγαθὸν, καὶ τ' ἀγαθὸν ὁ θεός. Deus ergo ipsum bonum, & ipsum bonum Deus.* In hanc sentētiam Plato, multa in Repub. multa in Timæo, alijs in libris est philosophatus, quæ huc afferre prolixius foret, quam necessitas ferat. Quod etiam Deus sit actus, in sermone Sacro Hermes idem docuerat. *ἀρχὴ τὸ θεῖον, καὶ φύσις, καὶ ἐνέργεια. Principium ipsa diuinitas & natura, & actus.* & in mente communi idem *ὁ δὲ θεὸς καὶ περὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων. ἐνέργεια γάρ ἐστι καὶ δύναμις. Deus verò circa omnia, & per omnia. actus enim est & potentia.* Quòd si talis Deus est, & æternus & immobilis, necesse est eū actu esse, & sine materia, quod Aristoteles deduxit. Cuius 7. capite hæc alia est Theologia. Cum conclusisset primum cœlum esse æternum, quia incessanter moueretur, ait. *ἐστί τι, ὃ οὐ κινούμενον κινεῖ ἀΐδιον καὶ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὖσα. Est aliquid quod non motum mouet æternum, & essentia, & actus existens.* Quòd esset immobilis Deus, & æternus, & actus, cum veteribus Aristotelem consensisse vidimus, esse essentiam non vidimus, quando illi *ἐπέκεινα*, vltra omne ens, & omnem vitā, ipsam primam causam collocarunt. Quod verò moueat non solùm primum cœlum, sed omnia, dixerat Parmenides, *ἣ πάντα κυβερνᾷ quæ omnia gubernat.* Quod verò Aristoteles ait, *κινεῖ δ' ὧδε, τὸ ὀρεκτὸν καὶ νοητὸν κινεῖ οὐ κινούμενον. Mouet autem hoc modo, appetibile & intelligibile, mouet non motum.* Mouet sanè tanquàm finis, ait Aristoteles, non autem tanquam efficiens. Esse quidem Deum finem docuit Hermes in Sacro. *καὶ ἀνάγκη καὶ τέλος. Et necessitas & finis.* Et quidē bonū, & optimū esse dicūt. appetibilē etiā esse proculdubio dicūt. Quod etiā sit efficiens suprà diximus, cū vniuersi opificē eū esse ostēdimus, quod fateri Aristoteles, impiū esse duxit, ne scilicet Deus præstantior mūdo diceretur. Quod aūt sit *νοητὸς, intelligibilis,* docet idē Hermes in catholico. *νοητὸς γὰρ πρῶτος ὁ θεός. Intelligibilis primus ipse Deus.* Addit Aristoteles *νοῦς δ' ὑπὸ τοῦ νοητοῦ κινεῖται Mens verò ab intelligibili mouetur.* Esse autem mentem ipsum Deum, Pythagoras dixerat, Plutarcho attestante. *τῶν ἀρχῶν, τὴν μὲν μονάδα θεὸν, καὶ τ' ἀγαθὸν ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς. Principiorum, vnitatem quidem, Deum & bonum, quæ est natura vnius, ipsa mēs.* Et Hermes in sacro. *ὁ θεὸς, καὶ νοῦς καὶ φύσις. Deus, & mens, & natura* & in Catholico. *οὐχὶ αὑτῷ νοητὸς; οὐ γὰρ ἄλλο τι ὂν, τοῦ νοουμένου ὑφ' ἑαυτοῦ νοεῖται. Non ne sibi intelligibilis? nō enim aliud quid ab eo quod intelligitur existens, à se ipso intelligitur.* Quod verò Aristoteles obscurissimè subdit: *νοητὸν δ' ἡ ἑτέρα συστοιχία καθ' ἑαυτήν. Intelligibile verò, altera coordinatio per se ipsam.* Videtur non eam coordinationem innuere, quàm sæpe nominat ex Pythagoreorum placitis. & 1. Sophiæ cap. 5. totam explicat: finem, infinitum impar, par, vnum, multitudo, & reliqua ea contraposita, qnia in ijs substantia non sit nominata, sed aliam quandam, in qua substātia, seu essentia prima fuerit. ait namq;

καὶ ταύτης ἡ οὐσία πρώτη. *Et huius essentia prima & huius quæ simpliciter, & secundum actum.* καὶ ταύτης ἡ ἁπλῶς, καὶ κατ' ἐνέργειαν. *Et huius ea quæ simpliciter, & secundum actum.* In cuius ordine etant etiam hæc. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ δι' αὐτὸ αἱρετὸν, ἐν τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ. *Sed enim & pulchrum & per se eligibile, in eadem serie.* Si hæc series Pythagoreorum etiam fuit, iam cum ijs concors est Aristoteles: si verò sua est, ostendimus iam Deum per se appetibilem esse. Quin etiam pulchrum esse Deum, Plato docet 2. Reipub. οὐ γὰρ που ἐνδεᾶ γε φήσομεν τὸν θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι. *Non enim indigum dicemus Deum pulchritudinis & virtutis esse.* Et rursus, ἀλλ' ὡς ἔοικεν κάλλιστος καὶ ἄριστος ὤν. *Sed vt apparet pulcherrimus & optimus existens.* Quod Aristoteles ita expressit: καὶ ἔστιν ἄριστον ἀεὶ, ἢ ἀνάλογον τὸ πρῶτον. *Et est semper optimum, vel proportione respondens, ipsum primum.* pro analogo & proportione respondente intelligens, τὸ δι' αὐτὸ αἱρετὸν, *per se eligibile*, vel pulchrum, atq; ideo subintulit: κινεῖ δ' ὡς ἐρώμενον, *mouet vt amatum*, explicans superiora illa, pulchrum & optimum. Nam hæc duo tantum amantur. Quid autem moueat, exponit. φορὰ γὰρ ἡ πρώτη τῶν μεταβολῶν, ταύτης δ' ἡ κύκλῳ, ταύτην δὲ τοῦτο κινεῖ. *Latio enim prima mutationum, huius verò ea quæ circulò, hanc verò hoc mouet.* Hac in re à veterum doctrina, præter quā ab Orphei, videtur Aristoteles recessisse, qui quamquā (vt ipse & 1. & 2. de cœlo refert) putarint Deū in supremo orbe esse, attamē cœlo illi sicuti reliquis, & Sphæris & stellis, animas motrices attribuerunt. Quod Plato tum in Timæo, tum 10. legū apertè docet, supra verò animas, mentes collocarunt, supra has mentem vnicam intelligibilem, scilicet mundū: in quo omnes Dij atq; Ideæ, supra quē Deū, vnū ac bonum constituerunt, tanto superiorem primo illi orbi, Deum fecerunt Pythagorei. Quod videre est tum apud Iamblichum, tum apud Syrianū & Proclum, ac alios. Sed apud Orpheum, Aristotelicum hoc dogma Poeticè descriptum reperimus.

Ζεὺς δ' ἔλαχεν οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι σοὶ μὲν ἐν ἄστροις
τάξις ἀναλλάκτοισιν ἀειφρουροῖς τροχάουσα.
*Iupiter sortitus est cælum latum, in æthere & nubibus & suus in astris*
*Ordo, immutabilibus laudibus currens.*

Sed is idem Orpheus, non Deum in his, sed hæc in Deo esse item cecinit.

Διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη
Αἰθέρος εὐρείης, ἠδ' οὐρανοῦ ἀγλαὸν ὕψος.
*Rursus intra Iouem constituta sunt*
*Ætheris lati, & cæli lucida altitudo.* Et quæ sequuntur.

Quod verò addidit Aristoteles. ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶν ὄν καὶ ᾗ ἀνάγκη καλῶς, καὶ οὕτως ἀρχή. *Ex necessitate ergo est ens, & quatenus necessitas, bene, & sic principium.* Quod quidē sit ens, etiamsi supra omne ens excellat, rectè dicetur, quandoquidē in ordine nō entiū nō est. Deū esse etiā ἀνάγκην, Mercurius quoq; docet in sacro. καὶ ἐνέργεια καὶ ἀνάγκη καὶ τέλος. *& actus & necessitas & finis.* Et Parmenides poeticè: Αὐτὰρ ἀκίνητον μεγάλων ἐν πείρασι δεσμῶν ἐστὶν ἄναρχον, ἄπαυστον. *Sed immobile magnorū in terminis vinculorū est sine principio, & incessabile.* Pro vinculis necessitatem intelligens. Post hæc Aristoteles scribit: ἐκ τοιαύτης ἄρα ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ φύσις. *Ex tali ergo principio pēdet cælū & natura.* Id est vniuersū totū, quod ex cœlo & natura, hoc est, elemētis & mutationi obnoxijs corporibus conflatur. Nec verò pendere hæc à tali principio in consetuatione tantum veteres dixerunt, sed etiam in productione ac existentia quod aliquoties superius iam ostendimus, & Orpheus habet.

οὐρανὸν ὁρκίζω σε, θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον.
*Cælum, adiuro te, Dei magni sapiens opus.* Et alibi.

Δία, τὸν πάντων μεδέοντα
οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται
χρυσείῳ ἐνὶ θρόνῳ γαίης δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε.
χεῖρα δὲ δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
πάντοθεν ἐκτέτακεν, περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρά,
καὶ ποταμοὶ, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.
*Iouem omnium curatorem*
*Is enim æreo in cælo firmatus est*
*Aureo in Throno, terram verò super pedibus incedit.*
*Manumq; dexteram in confinio Oceani*
*Vndequaq; extendit circa enim tremunt montes longi*
*Et flumina, canīq; fundum glauci maris.*

Quæ

Quæ carmina poeticè exprimũt ad amussim modo allatã Aristotelis sententiã. Hermes quoq; li. 5. καὶ σωτήριος τῶν ὄντων. *& seruator entiũ.* Quod verò Arist. infert, διαγωγὴ δ' ἐστὶν, οἵα ἡ ἀρίστη μικρὸν χρόνον ἡμῖν, οὕτω ἀεὶ ἐκεῖνος ἐστίν. *Vita verò traductio est qualis optima paruo tẽpore nobis, sic semp illi est*, beatitudinis Dei est descriptio veluti. Eã essentialiter Deo inesse Hermes in sermone mẽtis affirmat. τὸ τοῦ δὲ θεοῦ, ὥσπερ οὐσία ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ καλὸν, ἡ εὐδαιμονία ἡ σοφία, *Dei vero veluti essẽtia est bonũ, pulchrũ, beatitudo, sapiẽtia.* Plato quoq; Reip. 2. ἀλλὰ μὴν ὁ θεὸς τε καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, πάντῃ ἄριστα ἔχει. *Sed. n. De⁹. & q̃ dei sũt, õia optimè habẽt.* Cui⁹ sentẽtiæ explicatiões sũt q̃ Arist. annectit. ἐπεὶ καὶ ἡδονὴ, ἡ ἐνέργεια τούτου, καὶ ἡ θεωρία τὸ ἥδιστον καὶ ἄριστον. *Quãdoquidẽ voluptas est actio huius, & cõtẽplatio, suauißimũ & optimum.* Quæ verò sequuntur. καὶ ζωὴ δέ γε ὑπάρχει. *Et vita quoq; existit.* Et. ἐκείνος δ' ἡ ἐνέργεια, ἐνέργεια δ' ἡ καθ' αὑτὴν ἐκείνου ζωὴ ἀρίστη καὶ ἀΐδιος. *Ille verò actio, actio autẽ per se ipsum illius vita optima & æterna.* cõueniunt partim cũ his, q̃ modo attulim⁹ ex Hermete, φ Deus sit ἐνέργεια *actio.* Et cũ his quæ is idẽ in Pœmãdro scribit de patre ac verbo filio in hũc modũ. ἕνωσις γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ ζωή. *Vnio enim horũ est vita.* Et ὁ δὲ νοῦς ὁ θεὸς, ἀρρενόθηλυς ὢν, ζωὴ καὶ φῶς. *Mẽs verò Deus, marisfœmina existẽs, vita & lux.* Et: ὢν ζωὴ καὶ φύσις. *existẽs vita & natura.* Et alia multa his similia Deũ verò describẽs subdit Aristoteles: φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῷον ἀΐδιον ἄριστον. *Dicimus verò Deũ esse animal æternũ optimũ*, ex Platonis Phædro est mutuatus, vbi vocat, θεὸν ἀθάνατον τι ζῷον *Deum immortale quoddã animal.* Addit p̃terea. ὥστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχὴς καὶ ἀΐδιος ὑπάρχει τῷ θεῷ. τοῦτο γὰρ ὁ θεός. *Itaq; vita & æuũ continuũ & æternũ inest Deo, hoc enim Deus.* Ex superiorib⁹ est collectũ. Cõcludit, ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν οὐσία τις ἀΐδιος καὶ ἀκίνητος καὶ κεχωρισμένη τῶν αἰσθητῶν, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. *Quod quidem est essentia quadã æterna & immobilis & separata à sensibilibus, manifestum est ex dictis.* Quod verò subdit: δέδεικται δ' ὅτι μέγεθος οὐδὲν ἐνδέχεται ἔχειν ταύτην τὴν οὐσίαν. ἀλλ' ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετός ἐστιν. κινεῖ γὰρ ἄπειρον χρόνον. *Demõstratũ verò est, magnitudinẽ nullũ habere posse hãc essentiã, sed impartibilis & indiuisibilis est, mouet. n. infinitũ tẽpus.* Ratio οὐδὲν δ' ἔχει δύναμιν ἄπειρον, πεπερασμένον. *Nihil n. habet potẽtiã infinitã, quod finitũ est.* Hermetis est li. 5. τὸ οὖν ἀσώματον, τί ἐστι; νοῦς, λόγος, ἐξ ὅλων ἑαυτὸν ἐμπεριέχων. ἐλεύθερον σώματος παντὸς, ἀπλανὴς, ἀπαθὴς, σώματι καὶ ἀναφής. *Quid ergo est incorporeum? Mẽs, verbũ ex toto se ipsum cõprehẽdẽs, liberũ omni corpore, inerrabile, impaßibile, à corpore intactile.* Quòd etiã moueat æternè in Pœmãdro docet. ὁ δὲ δημιουργὸς νοῦς σὺν τῷ λόγῳ, ὁ περιέχων τοὺς κύκλους, καὶ δινῶν ῥοίζῳ, ἔστρεψε τὰ ἑαυτοῦ δημιουργήματα, καὶ εἴασε στρέφεσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀορίστου εἰς ἀπέραντον τέλος. ἄρχεται γὰρ οὗ λήγει. *Opifex verò mẽs, cũ verbo cõplexa circulos, & circũuoluens impetu voluit p̃pria opificia. Et sinit volui à principio interminato in interminatũ finẽ, incipit. n. vbi desinit.* Quã sentẽtiã libris de cœlo Arist. ad p̃petuitatẽ motus cœlestis vsurpauit. Annectit vlt. ἀλλὰ μὴν, καὶ ὅτι ἀπαθὲς καὶ ἀναλλοίωτον. *Sed. n. φ etiã impatibile & inalterabile* Quod itid. Hermes sæpe est testat⁹ vt in catholico, & ijs q̃ antea attulim⁹. Itẽ in resurrectione: τί οὖν ἀληθὲς ἐστὶν ὦ τρισμέγιστε, τὸ μὴ θολούμενον ὦ τέκνον, τὸ μὴ διοριζόμενον, τὸ ἀχρώματον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ γυμνὸν, τὸ φαῖνον, τὸ αὐτῷ ἀκατάληπτον τὸ ἀναλλοίωτον, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἀσώματον. *Quid ergo verũ est, ô Trismegiste? Quod nõ sit turbidũ ô fili, nõ terminatũ, nõ coloratũ, nõ figuratũ, immutabile, nudũ, lucidũ: quod p̃ se incõprehẽsibile est, inalterabile, bonũ, incorporeũ.* Omnia hæc Deo, ac diuinis essẽtijs tribuẽs. Et Pla. 2. Reip. Secũdũ typũ hũc fecit, φ De⁹ immutabilis sit. Hactẽn⁹ ẽ tota 7. ca. Arist. Theo. Nã q̃ medio ea. de intellectu, intellectione, intelligibili interserit, ἡ δὲ νόησις ἡ καθ' αὑτὴν, τοῦ καθ' αὑτὸ ἀρίστου. καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα. αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ, νοητὸς γὰρ γίνεται θιγγάνων καὶ νοῶν. ὥστε ταυτὸν νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς. ἐνεργεῖ δὲ ἔχων. ὥστε ἐκεῖνο μᾶλλον τούτου ὃ δοκεῖ ὁ νοῦς θεῖον ἔχειν, καὶ ἡ θεωρία τὸ ἥδιστον καὶ ἄριστον, *Intellectio verò quæ est per se, eius quod per se est optimum. Et ea quæ maximè, eius quod maximè. Seipsum verò intelligit intellectus per assumptionem intelligibilis intelligibilis enim fit attingens & intelligens. Itaque idem intellectus & intelligibile. susceptiuum enim intelligibilis & essentia intellectus, operatur autem habens, itaq; illud magis hoc, φ videtur intellect⁹ diuinũ habere & contẽplatio, iucundißimum & optimum.* non videntur satis explicatè de Deo tantùm dici, aut de mentibus abstractis: sed nostro etiam intellectui esse communia. Quæ etiam si pro Theologicis excipiantur, non sunt Aristotelis propria, sed cum veteribus consentientia. Attuleramus enim ex Catholico Trismegisti. νοητὸς γὰρ πρῶτος ὁ θεός. *Intelligibilis enim primus Deus.* Etiam quòd à se intelligatur. οὐ γὰρ ἄλλο τι ὢν τοῦ νοουμένου. ἀφ' ἑαυτοῦ νοεῖται. *Non enim aliud exi-*

*stens ab intellecto à se ipso intelligetur.* Et libello 5. νοῦς μὲν νοούμενος, θεὸς δ' ἐνεργῶν. *Mens quidem intellecta, Deus verè operans*. Sequitur capite 8. alia Theologia de cœlorum motricibus essentijs Deo nonnihil adhuc adijciens. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ καὶ τὸ πρῶτον τῶν ὄντων ἀκίνητον, καὶ καθ' αὑτὸ καὶ κατὰ συμβεβηκός, κινοῦν δὲ τὴν πρώτην καὶ ἀΐδιον κίνησιν. *Principium enim & primum entium, immobile est & per se & per accidens, mouens verè primum & æternum motum*. Hoc sanè dogma proprium fortè fuerit Aristotelis, nam Theologorum nemo, nec Plato, nec Pythagorei, nec quatuor illi Xenophanes, Parmenides, Zeno, Melissus, nec Orpheus, nec Aegyptij, nec Hebræi, nec Chaldæi affirmarunt, primum principium cœlum primum mouere, quamuis immobile, & per se & per accidens illud esse nouissent. Sed motui omni, non Deum, non bonum non mentem, sed animam præfecerunt. Quod Plato in Phædro, ac legum 10, & in Epinomide seu Plato, seu Philippus opuntius luculenter docuerunt. Quam animam, αὐτοκίνητον *per se mobilem*, non autem ἀκίνητον *immobilem appellauerunt*. Eam animam si Aristoteles admisit, vti mundum animatum 2. de cœlo faceret, nihil vetuit, hæc etiam quæ subnectit, ad eam positionem sequi. ἐπεὶ δὲ τὸ κινούμενον, ἀνάγκη ὑπό τινος κινεῖσθαι. *Cum id quod mouetur necesse sit ab aliquo moueri.* Et: καὶ τὴν ἀΐδιον κίνησιν ὑπὸ ἀϊδίου κινεῖσθαι, καὶ τὴν μίαν ὑφ' ἑνός. *Et æternum motum, ab æterno moueri, & vnum ab vno.* Docent enim viri illi, vnicuique orbi adesse vnam animam, quæ illum moueat, non aliter quàm Aristoteles eas essentias quas non ipse, sed sui intelligentias nominant. Ad quam positionem non sequitur id quod ait: καὶ τὸ πρῶτον κινοῦν, ἀκίνητον εἶναι καθ' αὑτό. *Et primum mouens, immobile esse per se*. Namque anima octauæ Sphæræ est vti aliæ omnes αὐτοκίνητος *per se mobilis*, non loco quidem, sed οὐσιωδῶς essentialiter & actione. Sequeretur etiam quod de alijs motricibus infert. ἀνάγκη καὶ τούτων ἑκάστην τῶν φορῶν ὑπ' ἀκινήτου τε κινεῖσθαι καθ' αὑτὸ καὶ ἀϊδίου οὐσίας: *Necesse & vnamquamque harum lationum ab immobili moueri per se, & æterna essentia.* Si illud immobile, secundum locum accipiatur, sunt enim illæ animæ & secundum locum immobiles per se, & æternæ. Sequeretur etiam absolutè ex suppositione, animam primi cœli esse αὐτοκίνητον, quandoquidem probat Proclus libro 3. commentariorum in Timæum, τὸ αὐτοκίνητον, quod est animæ propria essentia esse ἀκίνητον, & κινητὸν *immobilem & mobilem*, atque ita qua ἀκίνητος *immobilis* est, primum cœlum ab ἀκινήτου *ab immobili*, moueti. Sequeretur quoq; hæc alia de numero Aristotelicarum. φανερὸν τοίνυν ὅτι τοσαύτας τε οὐσίας ἀναγκαῖον εἶναι, τήν τε φύσιν ἀϊδίους καὶ ἀκινήτους καθ' αὑτάς, καὶ ἄνευ μεγέθους. *Clarum ergo quòd tot essentias necesse est esse, natura æternas & immobiles per se & sine magnitudine.* atque earum καὶ τούτων πρώτη καὶ δευτέρα κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν ταῖς φοραῖς τῶν ἄστρων. *Prima & secunda iuxta ordinem lationum astrorum.* atque etiam illud aliud. ὥστε καὶ τὰς οὐσίας καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς ἀκινήτους εὔλογον ὑπολαβεῖν. *Itaque & essentias & principia immobilia rationabile est existimare.* Sed non vsquequaque sequeretur quod addit: οὐδεμία ἂν εἴη παρὰ ταύτας ἑτέρα φύσις. ἀλλὰ τοῦτον ἀνάγκη τὸν ἀριθμὸν εἶναι τῶν οὐσιῶν. εἴτε γὰρ εἰσὶν ἕτεραι, κινοῖεν ἂν ὡς τέλος οὖσαι φορᾶς. *Nulla fuerit præter has alia natura, sed hunc necesse numerum esse essentiarum. Si enim aliæ essent, mouerent vtiq;, tanquã finis essent lationũ.* Nõ sequeretur, inquã, quòd nullæ aliæ essent essentiæ separatæ quã eæ q̃ cœlos mouent. Sunt enim præter has aliæ abstractæ essentiæ intellectuales, intelligibiles ipse mundus archetypus, ipse Deus, quæ cœlis non hærent vt eos moueant, vel vt fines, vel vt motu agẽtes. Sed hęc propria Aristotelis Theologia est. Quod verò concludit. ἓν μὲν ἄρα καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ τὸ πρῶτον κινοῦν, ἀκίνητον ὄν. *Vnum ergo & ratione & numero primum mouens, immobile existens.* Priscorum Theologia omnium Theologorum fuerat, quam ipse postea Homeri testimonio firmat: εἷς κοίρανος ἔστω. *Vnus princeps esto*, præter quàm in eo quem appellat motorem illi enim primam omnium rerum causam, & principium, ne dum cœli solius primi, motorem appellarunt. Aristoteles autem nullam Deo ascribit operationem aliam, quàm motum primi cœli, neque id quidem hoc loco, vt agens, sed vt finis tantùm. scilicet, à cœlo illo expetitus, motus eius sit causa. Qua autẽ ratione appetitio hæc cœlo insit, & quid sibi expetens fieri moueatur; & eo motu quid acquirat, silentio Aristoteles obtexit. Veluti ea quæ toto sequenti 9. capite de intellectu disputans, non exprimit de quo intellectu sit sibi sermo, nam qui de Deo eum agere putant, id ex interpretibus, non ex Aristotelis verbis sumunt. Est autem dubitatiua, non dogmatica ea Theologia,

*Aristotelis propriũ dogma in Theologia.*

octo

octo dubijs propositis, & non omnibus solutis, quam sat fuerit hic referre vt integram eius Theologiam huc conferamus. Ait ergo de intellectu esse quaedam dubitationes, quia videatur diuinissimum τῶν φαινομένων. An verò rectè hoc dicatur, intellectum esse ex numero apparentium, eius ἐξηγηταὶ amici viderint, cum ipse & praecedenti capite, & vbique semper τὰ φαινόμενα pro conspicuis & oculis obiectis rebus sumat. Quid autem habeat intellectus vt diuinissimus sit, ait esse dubium. Dubiorum primum. An intelligat? nam si non intelligit sitque veluti dormiens, quid habet venerabile? Secundum. Si intelligit, an sit aliud eo praestantius? nam si non sit eius intellectio eius substātia, sed facultas, non fuerit ipse optima substantia, quia ob intelligere inest illi honorabile. Tertium. Si intellectio sit eius substantia, quid tandem intelligit? vel seipsum? vel aliud quid? Quartum, si aliud, vel idem semper? vel aliud atque aliud? Quintum. Vtrum intersit intelligere pulchrum quid? vel qualemcunque rem? Sextum, an absurdum sit eum intelligere quaedam? Post haec primum soluit atque, eum intelligere, non tamen mutari, quia mutatio sit in deterius. Deinde secundum essentiam ipsius esse intellectionē, nam si facultas esset, fore, vt laboriosa sit eius intellectio atque inde sequi vt intellecta res sit nobilior intellectu ipso. Atqui intellectio & intelligere inest illi etiam qui pessimum quippiam intelligit: hoc verò fugiendum ait, quia non videre quaedam, praestantius sit, quàm videre, atque ita sequi vt intellectio non sit optimum. Tertium. Si praestantissimū sit seipsum intelligere, esse intellectionē intellectionis intellectionē. Septimā post haec adiungit dubitationē. Si aliud est intelligere & intelligi, penes vtrū horum optimum existit? Neque enim idem est, esse intellectioni & intellecto. Hanc videtur soluere, quòd in contemplatiuis forma sit ipsa res & intellectio, itaque in his quae materiam non habent idem erit intellecta res, & intellectus. Octaua est post hanc dubitatio. An id quod intelligitur est compositum? Soluitque omnia materiam non habentia esse indiuisibilia. Similia quaedam habet Paruorum Ethicorum libro 2. capite 15 sub Dei nomine, tanquam solitas ab aliis proponi. ἔστι γὰρ καὶ τοιοῦτος τις λόγος ἐπὶ τοῦ θεοῦ λεγόμενος. ἐπεὶ γὰρ, φησὶ, πάντα τ' ἀγαθὰ ἔχει ὁ θεὸς καὶ ἔστιν αὐτάρκης, τί ποιήσει; οὐ γὰρ καθευδήσει. θεάσεται δή τι, φησί. τοῦτο γὰρ κάλλιστον καὶ οἰκειότατον. τί οὖν θεάσεται; εἰ μὲν γὰρ ἄλλο τι θεάσεται, βέλτιον θεάσεται τι αὐτοῦ. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον, τὸ τοῦ θεοῦ ἄλλο τι εἶναι βέλτιον, αὐτὸς ἄρα ἑαυτὸν θεάσεται, ἀλλ' ἄτοπον. καὶ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἐὰν αὐτὸς ἑαυτὸν κατασκοπῆται, ὡς ἀναισθήτῳ ἐπιτιμῶμεν, ἄτοπον οὖν ἔσται, ὁ θεὸς, φησὶν, ἔσται αὐτὸς ἑαυτὸν θεώμενος. τί μὲν οὖν θεὸς θεάσεται, ἀφείσθω. *Est enim talis quidam sermo de Deo dictus. Quando quidem omnia bona habet Deus, & est sufficiens, quid faciet? non enim dormiet: quid videbit? inquit: hoc enim pulcherrimum & propryssimum, quid ergo videbit? Si namque aliud quid videat, melius videbit aliquid suo ipsius. Sed hoc absurdum Deo aliud quid esse melius, ipse ergo se ipsum aspiciet. Sed absurdum, quoniam & hominem qui se ipsum spectet tanquā insensatum reprehendimus, absurdum ergo est, inquit, si Deus erit ipse seipsum aspiciens. Si ergo Deus videat, dimittatur.* Haec quoque dubia ab alijs videtur huc contulisse. Postremò illius libri capite multa aduersus physicos, & mathematicos instruit: dogmatica pauca haec sunt à dubitatione hac pendentia. ποτέρως ἔχει ἡ τοῦ ὅλου φύσις, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον; *Vtrò nam modo vniuersi natura habet bonum atq; optimum?* an separatum quid per se ipsum existens, an verò ordini rerum intersertum, an vtroq; modo? vti in exercitu, in quo sit ordo & dux, ita quoq; in vniuerso. πάντα συντέτακταί πως: *Omnia coordinata sunt quodam modo*, sed non simili, natantia, volatilia, & plantae. quae altera ad altera sunt aliquid & etiam ad vnum coordinata sunt, quoniam τὰ ὄντα οὐ βούλεται πολιτεύεσθαι κακῶς. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. *Entia nolūt gubernari male. Non bonum multorum principatus, vnus princeps esto.* Iam verba haec vltima Homeri sunt: Reliqua verò explicatiora sunt apud Mercurium in Sacro. ἀνῆκε δ' ἕκαστος θεὸς διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως τὸ προσταχθὲν αὐτῷ καὶ ἐγένετο θηρία τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ ἔνυδρα καὶ πτηνὰ, καὶ πᾶσα σπορὰ ἔνσπορος καὶ χόρτος καὶ ἄνθους παντὸς χλόη. *Edidit vnusquisque Deus per propriam potentiam, quod sibi iniunctum erat, & facta sunt bestia quadrupedes, & serpentes, & natantes, & volantes, & omne semen seminarium, & gramen, & floris vniuersi viror.* Et in fine. τὸ γὰρ θεῖον ἡ πᾶσα κοσμικὴ σύγκρασις φύσει ἀναθεωρουμένη ἐν γὰρ τῷ θείῳ καὶ ἡ φύσις κατέστηκεν. *Diuinum etenim omnis mundana contemperatio natura perspecta, in diuino enim etiā natura est cōstituta,*

Apud Ecphantum quoque Pythagoreum in libro de regno fuit, quod refert Stobæus: *ὅτι μὲν ἅπαντος ζώου φύσις ποτί τι τὸν κόσμον ἁρμόκτῃ, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Quod quidem cuiusque animalis natura ad mundum est cõcinnata, & quæ sunt in mundo.* Et mox. *ποτὶ τὸ κοινὰν ἐν κοσμίως καὶ ποτὶ τὰν ἴδιον ἑκάστῳ διαμονάν. Et ad communẽ ornatũ, & ad propriam cuiusque permanentiam.* Hactenus est vniuersa Theologicorum Aristotelis librorũ Theologia. Modò si quæ sit in physicis libris, perquiramus, atque huc afferamus, ne quid eius Theologiæ prætermisisse videamur. Habet ergo 2. de Principijs libro capite 6. in fine hæc. *ὥστ' εἰ ὅτι μάλιστα τοῦ οὐρανοῦ αἴτιον τὸ αὐτόματον ἀνάγκη πρότερον, νοῦν αἴτιον, καὶ φύσιν εἶναι, καὶ ἄλλων πολλῶν, καὶ τοῦ δὲ τοῦ παντός. Itaque etiamsi quàm maximè cæli causa sit casus, necesse est prius mentem & naturam causam esse, & multorum, aliorum, & huiusce vniuersi.* Quam sententiam libro quoque philosophiæ 3. capite 7. sic scripsit. *εἰ ἄρα τύχη, ἢ καὶ τὸ αὐτόματον αἴτιον τοῦ οὐρανοῦ πρότερον νοῦς αἴτιον καὶ φύσις. Si ergò fortuna, vel etiam casus causa est cæli prius mens causa & natura.* Anaxagoræ, ac Solonis, vt Proclus refert, nec non omnium priscorum Theologorum doctrina fuerat. Affine est huic quod 1. de cœlo, capite 4. & alijs locis multis satis. *ὁ δὲ θεὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιοῦσιν. Deus verò & natura, nihil frustrà faciunt.* Quæ verò libro de motu 3 Aristoteles longa oratione disputat esse aliquid primum mouens, idque æternum & immobile eadem sunt cum ijs quæ libro Theologiæ 3. probauerat, quare non sunt hic reiteranda eadem. Est 1. de cœlo capite 9. locus Theologicus in signis in quo de loco extra cœlum sermonem habens ita scribit: *διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τἀκεῖ πέφυκεν, οὔτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἐστὶν οὐδενὸς οὐδεμία μεταβολὴ τῶν ὑπὲρ τὴν ἐξωτάτω τεταγμένων φοράν, ἀλλ' ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν καὶ τὴν αὐταρκεστάτην διατελεῖ τὸν ἅπαντα αἰῶνα. Quare neque in loco ea quæ ibi sunt, nata sunt esse nec tempus ea facit senescere, neque est vllius vlla mutatio eorum quæ supra supremam ordinatam lationem. Sed inalterabilia & impaßibilia optimam habent vitam, & sufficientißimam degunt per omnem æternitatem.* Quorum pleraque iam anteà fuerunt à nobis considerata. Illud tantùm aduertere decet, quomodo hic supra cœlum primum, essentias plurali numero statuat, cum antea non plures esse asseruerit abstractas, quàm essent cœlestes orbes, easque orbibus coordinatas Et si plures sint mouere eas vt fines, his verbis. *οὐδεμία ἂν εἴη παρὰ ταύτας ἑτέρα φύσις, ἀλλὰ τοῦτον ἀνάγκη τὸν ἀριθμὸν εἶναι τῶν οὐσιῶν. εἰ τε γὰρ εἰσὶν ἕτεραι κινοῖεν ἂν ὡς τέλος οὖσαι φορᾶς. Nulla fuerit præter has alia natura. sed hunc necesse est numerum esse substantiarum. Si enim sunt aliæ, moueant vt finis lationis existentes.* Contradictio ergò videtur manifesta, cum hic alias esse neget, ibi multas esse affirmet supra vltimum cælum. Illud quoque animaduertere licet, si supra supremam lationem, sint aliquæ essentiæ separatæ, inter eas fas est Deum esse excellentissimam, ne parem aut inferiorem illis eum statuamus. Si excellentissima essentia Deus sit, quid opus fuit illum primæ lationi vt finem adhiberi? vel etiam vti motorem alligari? motum efficientẽ vt 3. de motu. Si enim motor est primi orbis Deus primus, quæ suprà primum motũ sunt essentiæ, Deo præstantiores necessariò erunt. Quod nulla alia Theologia admittat. Quòd si vera sunt hæc verba. *εἰ γὰρ εἰσιν ἕτεραι, κινοῖεν ἂν ὡς τέλος οὖσαι φορᾶς. Si ergò sunt aliæ mouebunt vt fines existentes lationis.* quomodo suprà mundanis illis essentijs adscribuntur hæc? *ὅθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήρτηται τοῖς μὲν ἀκριβέστερον τοῖς δ' ἀμυδρότερον τὸ εἶναί τε καὶ ζῆν. Vnde etiam alijs pendet, his quidem exactius, his verò obscurius, ipsum esse & viuere?* Cum ait alijs, intelligit ea omnia quæ esse habent & vitam, inter quæ sanè reponendæ sunt illæ quoque essentiæ, quæ cœlis sunt coordinatæ atque attributæ, inferiores scilicet illis superioribus, nisi velimus eas & esse & viuere ipso, carere Et easmet etiam alibi agnoscit, vt eodem libro *εἰώθαμεν γὰρ τὸ ἔσχατον καὶ τὸ ἀνωτάτω μάλιστα καλεῖν οὐρανὸν ἐν ᾧ τὸ θεῖον πᾶν ἱδρῦσθαι φαμέν. Solemus enim extremum & supremum maximè vocare cælum, in quo diuinum omne, stabilitum esse dicimus.* Cum ait hîc *diuinum omne* plus vno dicit, idque situm esse in extremo, & maximè supremo quod est primus orbis, nõ enim inferiores orbes sunt maximè supremi & extremi Quod si omne diuinum est in supremo orbe, nihil erit, aut superius aut inferius diuinum. Quæ dogmata enim in priscis Theologis non inueniam, Aristotelis propria esse putauerim. Nam quæ subiungam, vt eum veteribus conueniunt, ita ab his quę allata sunt ex Aristotele, discordant, in quibus Deum, nec vt finem motus, nec vt causam motum efficientem, sed constitutorem & opifi-

cem

cem vniuersi afferit. ea sunt libro 2. de ortu & interitu capite 10. τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐνδελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. *Reliquo modo compleuit vniuersum Deus perennem faciens generationem.* Qua in sententia cum Lucano Ocello consentit: qui capite 4. libelli de natura, ita scribit: καθέκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ τὴν γένεσιν. *Singula adimpleuit Deus indesinentem efficiens & continuam generationem.* Cum his consentit quando toties asserit, *Deus & natura nihil frustra facit*, efficiẽtiam illi tribuens. Quæ si vera sunt & ea item vera sunt, quę de essentijs suprà primum orbem constitutis docet: quo nam modo hæc alia paulo post inferuntur, ex encyclijs philosophemasi. ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον, ἀναγκαῖον εἶναι πᾶν τὸ πρῶτον καὶ ἀκρότατον, οὐδὲ γὰρ ἄλλο κρεῖττόν ἐστιν ὅτι κινήσει. *Quòd diuinum immutabile, necessarium esse omne primum & supremum, neque enim aliud præstantius est quod moueat.* Nõ enim videntur cohærere. Deum & essentias superiores cœlo supremo, alijs omnibus vitam & esse tribuere, efficere omnia, vniuersum complere, omnem generationem cõtinuare & perpetuare: & postea illum, moui tantùm cœlesti præficere. καὶ ἄπαυστον δὴ κίνησιν κινεῖ εὐλόγως. *Et incessabilem motum mouet recta ratione.* Neque enim si non moueat, sequetur quod ibidem infert. ἐκεῖνο γὰρ ἂν εἴη θειότερον. *Illud enim fuerit diuinius* quod scilicet mouet. Quoniam cœlorum inferiorum motibus præfectæ essentiæ, mouent quidem & ipsæ, non tamen ideo essent, non mouẽte Deo præstantiores. Hæc veluti digito indicasse sat fuerit. Quod verò ibidem inquit: οὔτε ἔχει φαῦλον οὐδὲν, οὐδ' ἐνδεὴς τῶν αὐτοῦ καλῶν οὐδενός ἐστι. *Neque habet prauum quidquam, neque indignum propriorum honorum vllius est.* Iam ostendimus in 2. Reipub. Platonicæ esse. οὐ γὰρ πω ἐνδεᾶ γε φήσομεν τὸν θεὸν κάλλους καὶ ἀρετῆς εἶναι. *Non enim indignum dicemus Deum pulchritudinis & virtutis esse.* Et: ἀλλὰ μὴν ὁ θεός τε καὶ τὰ τοῦ θεοῦ πάντῃ ἄριστα ἔχει. *Sed enim Deus, & quæ Dei sunt omnia optimè habent.* Sed longè maior, vberior, eminentior, quã omnibus eius Theologicis libris, Theologia, paruo ac physico libello eius comprehensa est, eos scilicet qui de mundo in scribitur, quem nos eum esse persuasi sumus & priore tomo ostendimus, de quo Alexander per epistolam est cum eo conquestus, quod eum emiserit. Ex quo ea excerpemus loca, quæ alijs iam discussis locis, non sunt comprehensa, illa non repetentes, quæ ijsdem sunt examinata. ait ergò. κόσμος, ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. *Mundus vniuersorum ordo ac dispositio, à Deo & per Deum conseruata.* Et capite 5. καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν διεκόσμησε μία, ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις, ἐκ τῶν ἀμίκτων καὶ ἑτεροίων ἀέρος τε καὶ γῆς καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος τὸν σύμπαντα κόσμον δημιουργήσασα καὶ μιᾷ διαλαβοῦσα σφαίρας ἐπιφανείᾳ τάς τε ἐναντιωτάτας ἐν αὐτῷ φύσεις ἀλλήλαις ἀναγκάσασα ὁμολογῆσαι καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τῷ παντὶ σωτηρίαν. *Vniuersum cœlum exornauit vna per omnia penetrans potentia ex incõmixtis & alienis aere & terra & igne & aqua vniuersum mundum fabricans: & vna comprehendens sphæræ superficie, contrarijssimasque in ipso naturas inter se inuicem cogens, conuenire, & ex his machinata vniuerso salutem.* Quod dogma Plato toto Timæo, & Timæus Locrus toto libello de Mundi anima, & Hermes libellis Poemandro, & puella seu pupilla mundi luculentius longè explicarunt. Nec sit necesse totos eos libellos huc afferre. capite aut 6. ipsemet ex priscorum dogmatibus hæc refert: Ἀρχαῖος μὲν οὖν τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν οὐδεμία δὲ φύσις αὐτὴ καθ' αὑτὴν αὐτάρκης ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. διὸ καὶ τῶν παλαιῶν εἰπεῖν τινες προήχθησαν, ὅτι ταῦτα πάντα ἐστὶ θεῶν πλέα τὰ καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἰνδαλλόμενα ἡμῖν δι' ἀκοῆς, καὶ πάσης αἰσθήσεως. τῇ μὲν θείᾳ δυνάμει πρέποντα καταβαλλόμενοι λόγον, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ. σωτὴρ μὲν γὰρ ὄντως ἁπάντων ἐστὶ καὶ γενέτωρ. τῶν ὁπωσδήποτε κατὰ τόνδε τὸν κόσμον συντελουμένων ὁ θεὸς οὐ μὴν αὐτουργοῦ καὶ ἐπιπόνου ζώου κάματον ὑπομένων ἀλλὰ δυνάμει χρώμενος ἀτρύτῳ, δι' ἧς καὶ τῶν πόρρω δοκούντων εἶναι περιγίνεται. τὴν μὲν οὖν ἀνωτάτω καὶ πρώτην ἕδραν αὐτὸς ἔλαχεν, ὕπατός τε διὰ τοῦτο ὠνόμασται καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν, ἀκροτάτῃ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος ἐγκαθιδρυμένος οὐρανοῦ. μάλιστα δὲ πως αὐτοῦ τῆς δυνάμεως ἀπολαύει τὸ πλησίον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἔπειτα τὸ μετ' ἐκεῖνο, καὶ ἐφεξῆς οὕτως ἄχρι τῶν καθ' ἡμᾶς τόπων. διὸ γῆ τε καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ἔοικεν ἐν ἀποστάσει πλείστῃ τῆς ἐκ θεοῦ ὄντα ὠφελείας, ἀσθενῆ καὶ ἀκατάλλακτα εἶναι καὶ πολλῆς μεστὰ ταραχῆς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ὅσον ἐπὶ πᾶν διικνεῖσθαι ὑπέφυκε τὸ θεῖον, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ὁμοίως συμβαίνει. τά τε ὑπὲρ ἡμᾶς κατὰ τὸ ἐγγύτερόν τε καὶ πορρώτερον τοῦ θεοῦ εἶναι, μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὠφελείας μεταλαμβάνοντα. κρεῖττον οὖν ὑπο-

*Theologia Ari-stotelæ ex lib. de mũdo subli-mis* [margin note, cut off at right edge]

λαβὼν ὁ καὶ πρέπον ἐστὶ καὶ θεῷ μάλιστα ἁρμόζον, ὡς ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἱδρυμένη καὶ τοῖς πλεῖστον ἀφεστηκόσιν, ὡς ἔνι γε εἰπεῖν, καὶ σύμπασιν αἴτιον γίνεται σωτηρίας μᾶλλον ὡς διήκουσα καὶ φοιτῶσα, ἔνθα μὴ καλὸν μηδ' εὔσχημον αὐτουργεῖν τὰ ἐπὶ γῆς. *Priscus sanè quidem sermo & patrius est omnibus hominibus, quòd ex Deo omnia, & per Deum nobis sunt constituta. Nulla verò natura ipsa per seipsam sufficiens, priuata ea, quæ ex hoc est salute. Quare etiam antiquorum quidem dicere inducti sunt, quod hæc omnia sunt Deorum plena, & per oculos nobis apparentia, & per auditum, & per omnem sensum. Diuina quidem potentia decentem afferentes sermonem, non tamen essentia. Seruator enim reuera omnium est, & genitor eorum quæ quouis modo in orbe conficiuntur, Deus. Non tamen per se laborantis atque fatigabilis animalis laborem sustinens, sed potentia vtens infatigabili per quàm etiam ea quæ procul esse apparent, attingit. Supremam ergò & primam sedem ipse habet, hypatusque & supremus ob id nominatus est, & iuxta Poetam summa vertice vniuersi constitutus cæli. Maximè verò quodam modo eius potentia fruitur, vicinum sibi corpus, dein quod post illud, & deinceps itidem vsque ad nostra loca. Quare terra & terrena videntur, in distantia plurima à Dei esse iuuamine infirma, & insociabilia, & esse plena, multa turbulentia. Sed enim quatenus ad omnia diuinum aptum est penetrare, etiam ijs quæ apud nos sunt similiter accidit, & ijs quæ super nos secundum quòd viciniora & longinquiora Deo sunt, magis & minus, iuuaminis participia esse. Melius ergò est putare, quod & decens est, & Deo maximè conueniens: quòd potentia in cælo constituta etiam ijs quæ plurimum absunt (vt vno dicam verbo) & cunctis, causam esse salutis, magisque penetrans & permeans eò, quo non est pulchrum neque decorum per se ipsum veluti manibus operari terrena.* Quorum pleraque ipse ex priscis, ac poeta se afferre testatur, nos quoque aliquid ex ijs afferamus. Orpheo primum.

> παλαιός τι λόγος περὶ τοῦ δ' ἐφαίνει
> ὡς ἐστὶν αὐτοτελής, αὐτοῦ τ' ὕπο πάντα τελεῖται.
> ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται.
> *Priscus sermo de hoc claret.*
> *Quod est ex se perfectus ab eoque omnia perficiuntur,*
> *Inque ipsis ipse circumit.*

Plutarchus refert hæc. τὸ γὰρ ἄνω καὶ πρῶτον ὕπατον οἱ παλαιοὶ προσηγόρευσαν· ᾗπερ δ' Ὅμηρος, τῶν θεῶν ἀρχόντων, ἄρχοντα θεὸν ὕπατον κρειόντων προσεῖπε. *Summum enim & primum, Hypatum prisci appellabant. Primus verò Homerus, Deorum imperantium imperatorem Deum, hypatum imperantium nuncupauit.* Et Plato in Cratylo. οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅστις ἐστὶν αἴτιος μᾶλλον τοῦ ζῆν, ἢ ὁ ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. *Non enim est, qui nobis & alijs omnibus sit causa magis vitæ, quàm princeps & rex omnium* quòd ex Orpheo videtur desumpsisse.

> οὐδ' ἔτις ἔστ' ἕτερος χωρὶς μεγάλου βασιλῆος.
> *Neque est alius, sine magno Rege.*

Et Hermes in sermone mētis ad eum. ἅπαντα γὰρ πλήρη τοῦ θεοῦ. *Omnia enim plena Deo.* Atque etiam eodem. ἀλλ' οὐδὲ δυνατὸν ἐκεῖνα χωρὶς θεοῦ εἶναι. *Sed neque possunt illa sine Deo esse.* Quod verò Deus per omnia penetret. τοῦτο δ' αὐτοῦ ἀρετή, τὸ αὐτὸν φαίνεσθαι διὰ πάντων. *Hoc verò ipsius virtus, vt ipse appareat per omnia.* Et libro de communi mente. ὁ οὖν θεὸς καὶ περὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων· ἐνέργεια γὰρ ἐστὶ καὶ δύναμις. *Deus verò, & circa omnia, & per omnia: est enim actus & potentia.* Et quod Aristoteles lib. de cœlo 2. τὸν δ' οὐρανὸν καὶ τὸν ἄνω τόπον, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τοῖς θεοῖς ἀπένειμαν. *Cælū verò & supremū locum prisci dijs attribuerunt,* Orpheum videtur atque Homerum innuisse. Orpheus. οὗτος γὰρ χαλκεῖον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται. *Hic enim æreo in cælo stabilitus est.* Quo autem modo, cum ibi sit, omnia gubernet post Xerxis exemplum eodem libello Aristoteles declarat: σεμνότερον δὲ καὶ πρεπωδέστερον, αὐτὸν μὲν ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω χώρας ἱδρῦσθαι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου διήκουσαν, ἥλιόν τε κινεῖν καὶ σελήνην, καὶ τὸν πάντα οὐρανὸν περιάγειν, αἴτιόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίας. οὐδὲν γὰρ ἐπιτεχνήσεως αὐτῷ δεῖ, καὶ ὑπηρεσίας τῆς παρ' ἑτέρων, ὥσπερ τοῖς παρ' ἡμῖν ἄρχουσι τῆς πολυχειρίας δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ τοῦτ' ἦν τὸ θειότατον, τὸ μετὰ ῥᾳστώνης καὶ ἁπλῆς κινήσεως παντοδαπὰς ἀποτελεῖν ἰδέας. *Venerabilius & decentius, ipsum quidem, in suprema regione constitutum, potentiam verò per vniuersum mundum penetrantem, mouere solem & lunam, & totum cælum circumagere, causamque esse salutis ijs qui in terra sunt. Nullo enim artificio opus habet, & ministerio aliorum*

*veluti*

*veluti nostratibus principibus,opus est multis manibus ob imbecillitatem. Sed hoc erat diuinissimum,scilicet cum facilitate & simplici motu,omnifariam efficere formas.* Quem locum apud Orpheum est videre:

οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται
χρυσέῳ ἐνὶ θρόνῳ, γαίης τε ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε.
χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
πάντοθεν ἐκτέτακεν. περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρά.
καὶ ποταμοί, πολιῆς τε βάθος χαρόποιο θαλάσσης.

*Hic enim æreo in cælo stabilitus est*
*Aureo in Throno,terra verò super pedibus incedit*
*Manumque dexteram in termino Oceani*
*Vndique extendit. circaque tremunt montes longi*
*Et fluuij,canіq; profundum glauci maris.*

Hermes verò etiam motionem non vnius cœli primi, sed omnium opifici in Poemandro attribuit. ὁ δὲ δημιουργὸς νοῦς σὺν τῷ λόγῳ ὁ περιέχων τοὺς κύκλους καὶ δινῶν ῥοίζῳ, ἔστρεψε τὰ ἑαυτοῦ δημιουργήματα, καὶ εἴασε στρέφεσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀορίστου εἰς ἀπέραντον τέλος. ἄρχεται γὰρ οὗ λήγει. ἡ δὲ τούτων περιφορὰ, καθὼς θέλει ὁ νοῦς. *Opifex verò Mens cum verbo, circumcontinens orbes,voluit impetu,& vertit propria opera & sinit circumuerti ab initio indefinito in interminatum finem. incipit enim vbi desinit, horum autem circumlatio quem ad modum vult mens.* Et quamquam Aristoteles hoc loco Deo motum cœli tribuat,suæ sententiæ memor,attamen non vt 4. Theologiæ, tanquam finem tantùm vult mouere,sed vt agentem. idque explicatè δυνάμει, *potentia sua*,qua non cœlum tantùm primum pertingat. sed διὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου διήκουσα. *Per vniuersum mundum penetrans* moueat solem & lunam & totum cœlum, non ergo primum cœlū solummodo. Quod si est,quæ necessitas fuit,orbibus singulis cœlestibus,singulas motrices essentias affigere? Si verùm sit non oportere entia sine necessitate multiplicare? Quo etiam modo nulla eget ἐπιτεχνήσει καὶ ὑπηρεσίᾳ. *industria & ministerio*,si motu simplici omnifariam efficit formas? An non poterat eadem ῥαστώνῃ facilitate & quiete easdem formas procreare,sine motus ministerio. Deinde quonam modo ἁπλῆ κίνησις, *simplex motus* est omnium cœlorum motus? cum primus sit reliquis contrarius? ac si tam varij & erratiles, veloces,tardi,retrogradi,stationarij, progredientes sub Ecliptica,transuersi ad meridiem,ad septemtrionem,mensis, anni vnius,annorum duorum,duodecim,triginta,centum? Sed explicat. οὕτως οὖν καὶ ἡ θεία φύσις, ὑπό τινος ἁπλῆς κινήσεως τοῦ πρώτου, τὴν δύναμιν εἰς τὰ συνεχῆ δίδωσι, καὶ ἀπ' ἐκείνων πάλιν εἰς τὰ πορρωτέρω, μέχρις ἂν διὰ παντὸς διεξέλθῃ. *Sic ergò & diuina natura, à quodā simplici motu primi, potentiam in contigua indit, & ab his rursus in longinquiora quousque per vniuersum pertranseat.* At quomodo motus simplex primi orbis ab Oriente in Occidens rapidissimus,virtutem tribuat Saturni orbi, vt contrario motu ab occidente (in oriens circum agatur. Sic verò Ioui vt 12. annis? atque ita alij alijs) alios tribuant motus quos ipsi non habeant? Sed longè aliud dicit post non multa. ὅταν οὖν ὁ πάντων ἡγεμὼν καὶ γενέτωρ, ἀόρατος ὢν πλὴν λογισμῷ, σημήνῃ πάσῃ φύσει μεταξὺ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς φερομένῃ, κινεῖται πᾶσα ἐνδελεχῶς ἐν κύκλοις καὶ πέρασιν ἰδίοις. *Quando ergò omnium dux & genitor inuisibilis existens,aliter quàm ratiocinio,significauerit omni naturæ inter cælum & terram latæ, mouetur vniuersa incessanter in circulis ac terminis proprijs.* Non enim hic virtutem per primum motum alijs communicatam, causam esse aliarum circulationum asserit, sed voluntatem genitoris Dei ac ducis,id enim significat. ὅταν σημήνῃ, *quando significauerit.* Quòd verò ait,eum esse inuisibilem,Orphicum dogma est.

οὐ δέ τις αὐτὸν
εἰσοράᾳ θνητῶν. *Nec al quis ipsum conspicit mortalium.*

Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται·
πᾶσι γὰρ θνητοῖς, θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις
Ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.

*Ipsum non aspicio,circa enim nubem statuitur.*
*Omnibus enim mortalibus,mortales pupillæ sunt in oculis*
*Imbecilles videre Iouem omnia curantem.*

Quod verò dixit, visibilem esse ratiocinio, postea sic. *διότι πάσῃ θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. Quare, omni mortali naturæ factus inconspicuus (pe- nè ipsa sunt Orphici verba) ab ipsis operibus cernitur.* Trismegisti est proprio libello 5. scilicet dogma admirabile. *νόησις γὰρ μόνη ὁρᾷ τὸ ἀφανὲς ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἀφανής. εἰ δὲ δύνασαι, τοῖς τοῦ νοῦ ὀφθαλμοῖς φανήσεταί σοι ὦ Τάτ. Intellectio namque sola conspicit inconspicuum, quando & ipsa inconspicua existens, si potes mentis oculis conspicietur, o Tat.* Et postea *οὗτος ὁ ἀφανής, οὗτος ὁ φανερώτατος, αὐτῷ τῷ νοῒ θεωρητός. Iste est incõspicuus, iste manifestissimus, qui mente cernitur.* Et multa alia toto eo libello in hanc sententiam. Sed ante illa allata Aristoteles habuerat. *ταῦτα χρὴ καὶ περὶ θεοῦ διανοεῖσθαι, δυνάμει μὲν ὄντος ἰσχυροτάτου, κάλλει δὲ εὐπρεπεστάτου, ζωῇ δὲ ἀθανάτου, ἀρετῇ δὲ κρατίστου. Hæc oportet etiam de Deo, mente cõcipere, vt si potẽtia potẽtissimus, pulchritudine formosissimus, vita immortalis, virtute verò præstãtissimus.* Quæ omnia ex veterib iam attulimus. Quod verò addit: *καθόλου δὲ ὅπερ ἐν νηὶ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών, τοῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ. Vniuersum verò quod in naue nauclerus, in curru auriga, in choro coryphæus, in ciuitate lex, in exercitu dux, hoc Deus in mundo.* Superius attulimus ex Hermete ac Platone esse Ducem ac Regem. Esse quoque vt aurigam in Phędro Platonis est. Reliqua per similitudinem, non fuit difficile addere. Deinde *εἷς δὲ ὢν πολυώνυμός ἐστι. Vnus existens, multorum est nominum.* ea nomina vltimo capite recenset. Ex Trismegisto eodem 5. libello est. *πάντα γάρ ἐστι, καὶ οὗτός ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς ὀνόματα ἔχει ἅπαντα. Omnia enim est, & ipse est, & ob hoc ipse nomina habet oĩa.* Quod verò postremo loco apposuit. *ὁ μὲν δὴ θεὸς ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων εὐθεῖα περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. τῷ δ' ἀεὶ συνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός. Deus sanè (vt est antiquus sermo) principium & finẽ, & media entium omnium habens recta perficis secundum naturam progrediens, huic verò semper consequitur iudicium, transgressorum diuinæ legis vindex.* Ipsemet testatur priscorum hanc fuisse sententiam. Atque hæc est huiusce libelli sublimis ac nobilissima Theologia. Cuius aliquid est Ethicorum Eudemiorum ac Nicomachiorũ libris vltimis. Eudemijs *οὐ γὰρ ἐπιτακτικῶς ἄρχων ὁ θεὸς ἀλλ' οὗ ἕνεκα ἡ φρόνησις, ἐπεὶ ἐκεῖνος οὐδενὸς δεῖται. Non enim imperanter dominatur Deus, sed cuius gratia prudentia. Quando quidem ille nullius eget.* Trismegisti dogma est libello 5. Dei opera finis gratia esse facta explicans, & alibi multoties. Nicomachijs quoque 8. capite. *εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται ὥσπερ δοκεῖ καὶ εὔλογον, χαίρειν δ' αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ, (τοῦτο γὰρ ἂν εἴη ὁ νοῦς) καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα καὶ τοὺς τιμῶντας ἀντευποιεῖν ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. Etenim si quæ cura humanarum rerum à Dijs habetur, vt videtur, & rationabile est gaudereq; ipsos optimo, & cognatissimo (quòd mens est) & amantes maximè, & honorantes benefacere veluti amicorum sibi curam gerentes, & recte & bene agentium.* Sanè de prouidentia vetustissimum est omnium, nedum sapientum, sed gentium etiam dogma. Neque enim aliud sibi vult Orphicum illud. *Δία τὸν πάντων μεδέοντα. Iouem omnia procurantem.* Quod verò hominibus bonis ac sapientibus bene velint, & bene faciant, tanquam sibi per mentem cognatis pleni itidem sunt, Orphici hymni, & Plato in Theęteto. *φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. Fuga verò assimilatio Deo iuxta vires nostras, assimulatio verò, iustum & pium cum prudentia fieri.* Vnde eueniat vt *ἐκεῖνος ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τόπος. Ille à malis purgatus locus.* nos recipiat.

FINIS.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM.

## TOMI II LIBER IIII.

*Mathematica continens.*



HACTENVS Logices, Philoſophię, ac Theologię inuentionem, Ariſtoteli, ab Auerroe nō verè attributā diſcuſſimus, concordiāq; quā ferè in omnibus his Lector ſuus cū veteribus philoſophis habere voluit, oſtēdimus præſenti lib. Mathematica in examē vocamus. Quorū quāquā non ſit vlla mentio facta ab Auerroe neq; eorū inuētio Ariſtoteli ab vllo vnquam adſcripta fuerit, attamē quia nec inutile, nec iniucundū viſum eſt futurum, ſi in hac quoq; ſcientię parte Ariſtotelē antiquis cōſentire repererimus, libuit in hunc quoq; cāpū excurrere. Cuius excurſionis initium hoc eſto, Ariſtoteles philoſophiæ lib. 1. cap. 2. hæc habet: ἔτι τοσαῦτα μέρη τῆς φιλοσοφίας ἐστὶν, ὅσαι περ αἱ οὐσίαι. ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι τινὰ πρώτην καὶ ἐχομένην αὐτῶν. *Et tot partes philoſophia ſunt, quot ſunt vſiæ: itaq; neceſſariū eſt quādā primā, & ſequentē ipſarū.* Sicuti videlicet vſiarū alia prior, alia ſequēs eſt ita oportet etiam philoſophię partes, id eſt, ſcientias, aliā priorē, aliā ſequentē eſſe. Nomē autē vſiæ duplicem habet ſignificationē. namq; & ſubſtantiam ſignificat, eā ſcilicet quæ in nullo eſt, & reliquis omnib. veluti fundamentū habetur, quā etiā nomine ſubiecti paſſim vocare ſolet. Secunda ſignificatione vſia dicitur, idē quod ens ὕπαρξις existētia, *eſſentia*, qua non ſolū prior ſignificatio cōprehēſa eſt, ſed qualiſcūq; eſſentia 10. categorijs cōtenta, veluti cū Deū ac motrices cœlorū eſſentias, vſias vocat, eæq; nullis accidentibus ſubijciantur, nequaquā ſunt priore illo vſiæ ſignificatu, ſed poſteriore accipiēdæ. In quem ſenſum lib. 2. cap. 13. quantū quoq; bis vſiā vocat, & ca. 14 bis itidē. τῶν δὲ καθ' αὑτὰ, τὰ μὲν κατ' οὐσίαν ἐστὶν, οἷον γραμμὴ, ποσόν τι. *Eorū verò quæ per ſe quædā ſunt ſecundū vſiā, veluti linea, quantū quid.* τὰ δὲ πάθη καὶ αἱ ἕξεις τῆς τοιαύτης ἐστὶν οὐσίας, οἷον τὸ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον. *Paſſiones verò & habitus talis vſiæ ſunt, veluti multū & parū.* Libro etiam Sophiæ 5. cap. 1. σημεῖον δ' ὅτι ἥκιστα οὐσία τις, καὶ ὄν τι τὸ πρός τι. *Signū verò quòd minimè vſia quædā, & ens quoddam id, quod ad aliquid.* Quo loco manifeſtiſſimè apparet, nomē vſiæ & entis pro eodem ſumi: alijs pro accidētibus quātitatis ſcilicet ac qualitatis. Duplex ergo eſt vſiæ ſignificatio, vniuerſalior, pro eſſentia qualibet: & preſſior pro ſubſtantia accidentib. ſubiecta. De illa ipſe reddit rationē eodem 13. ca. cur ſcilicet quantū, dicatur vſia. ἐν γὰρ τῷ λόγῳ τῷ τί ἐστι λέγοντι ποσόν τι ὑπάρχει. *In ſermone enim quid eſt dicēte, quantū quid exiſtit.* Præterea lib. 4. ca. 1. pro ente accipiens, τὸ τί ἐστι, *quod quid eſt*, vſiæ nomine eſt vſus. ἀλλ' οὐχὶ περὶ ὄντος ἁπλῶς, οὐδὲ ᾗ ὄν, οὔτε τοῦ τί ἐστιν οὐδένα λόγον ποιοῦνται. *Sed non de ente ſimpliciter, neq; vt ens, neq; ipſius quid eſt vllum ſermonem faciunt.* Et mox addit. διόπερ φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις οὐσίας, οὐδὲ τοῦ τί ἐστιν. *Quare manifeſtū, quod non eſt demonſtratio vſiæ, neq; ipſius quid eſt.* Quo loco vſia pro ente, & pro omni ea re, quæ ſermone quod quid eſt, id eſt definitione poteſt explicari, clarè acceptū eſt. Omne aūt ens, ſub quouis ſit prædicamēto, definitione explicatur: oſtendunt id motus, loci, tēporis, aliæ paſſim in Ariſtotele accidentiū occurrētes definitiones. quare quicquid definitione expeditur vſia Ariſtoteli dicitur, pro eſſentia. nō aūt pro ſubſtātia, ſicuti grex Peripateticorū latini nominis, ſunt arbitrati, cū & dicāt & doceāt, & in errores iuuentutē ducāt, definitionē ſolius eſſe ſubſtātiæ id eſt primi prædicamēti: accidentiū verò nequaquā. dogmate ſanè Ariſtotelico dogmati cōtrario, qui lib. philoſophiæ 5. ca. 4. de definitione agēs, hæc ſcripſit: ἐκεῖνο δὲ φανερὸν, ὅτι ὁ πρώτως καὶ ἁπλῶς ὁρισμὸς καὶ τὸ τί ἦν εἶναι τῶν οὐσιῶν ἐστιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐστὶ, πλὴν οὐ πρώτως. *Illud verò clarū, quod prima & ſimpliciter definitio, & quod quid erat eſſe ſubſtātiarū eſt. Sed & aliorū ſimiliter, præter quam quòd nō primo.* Quoniā ſcil. ſubſtātia reliquorū prædicamētorū prima ſit, in qua reliqua exiſtāt. Ex quib omnib. tria hæc teneamus. Primo vſiæ nomē Ariſto. & ad ſubiectā accidētibus ſubſtātiā, & ad eſſentiā quālibet vſurpari. Secūdo, eſſentiā, ens quodcūq; ſignificare. Tertio, vſiā & eſſētiā dici id omne, quod explicat definitio. Vtro aūt vel ſubſtātię vel eſſē

*Vſia duplex ſignificatio.*

*Vſia nomen Ariſtoteli quomodo vſurpetur.*

tiæ significatu sit intelligendus locus antea allatus, quo dictum est, tot esse philosophiæ partes, quot sint vsiæ, valde sanè obscurum atque anceps est. Vtrouis namque modo accipiatur, difficultates non minimas habet. Nam si substantiæ significatione intelligatur, non plures quam duæ philosophiæ erunt. Duas enim substātias ipse philosophiæ libro 4. capite 1. constituit. εἰ μὲν οὖν μὴ ἔστι τις ἑτέρα οὐσία παρὰ τὰς φύσει συνεστηκυίας, ἡ φυσικὴ ἂν εἴη πρώτη ἐπιστήμη. εἰ δ' ἔστι τις οὐσία, ἀκίνητος &c. *Si ergo nō est alia aliqua substātia præter eas quæ natura cōstant, physica fuerit prima sciētia, si verò est aliqua substantia immobilis &c.* Atq; hac ratione primam scientiam statuit Theologiam. Cum ergò præter has duas substantias nullam tertiam esse dicat, cur mathematicen tertiam scientiam facit? Et philosophiæ libro 4 & Sophiæ libro 3? Quod si ad substantiarum numerum scientiarum numerus est constituendus, tresque alibi substantias numerat, iam nō mathematica pro tertia scientia subibit, sed Astrologia. Sic enim libro 4 capite 1 scribit. οὐσίαι δὲ τρεῖς, μία μὲν αἰσθητή, ἧς ἡ μὲν ἀΐδιος, ἡ δὲ φθαρτή, ἣν πάντες ὁμολογοῦσιν, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα, ἡ δ' ἀΐδιος, ἧς ἀνάγκη τὰ στοιχεῖα λαβεῖν, εἴτε ἓν, εἴτε πολλά· ἄλλη δ' ἀκίνητος. *Substantiæ verò tres, vna quidem sensibilis, cuius hæc quidem æterna, hæc autem corruptibilis, quam omnes confitentur, veluti plantæ & animalia, æterna verò cuius necesse est elementa sumere, siue vnū siue multa sint, alia verò immobilis.* Et cap. 6. ἐπεὶ δ' ἦσαν τρεῖς οὐσίαι, δύο μὲν αἱ φυσικαὶ μία δ' ἡ ἀκίνητος. *Cum verò essent tres substātiæ, duæ quidem naturales, vna autem immobilis.* Pro physica æterna intelligens cœlum, sic libro 6 capite 4. ἐπὶ δὲ τῶν φυσικῶν μὲν ἀϊδίων δ' οὐσιῶν, ἄλλος λόγος, ἴσως γὰρ ἔνια οὐκ ἔχει ὕλην, ἢ οὐ τοιαύτην, ἀλλὰ μόνον κατὰ τόπον κινητήν. *De naturalibus quidem, æternis tamē substantijs, alius sermo, fortè enim quædam non habent materiam vel non talem, sed tantū sic in suum locum mobilem.* Talis autem substantia cœlum est. Tertia ergò scientia non mathematica sed Astrologia (si modo cum motu, substantiam quoque cœli cōtempletur) fuerit. Quod, si verè est dictum, ex substantiarum dispositione, ἀναγκαῖον εἶναι τινὰ πρώτην καὶ ἐχομένην αὐτῶν. *Necessarium esse, quandam primā & sequentem ipsarum.* Sic quæ substantiarum prima Deus Theologia, quod ipse etiam cum antiquis rectè statuit, prima erit scientiarum. A Deo, vt ipse docet, cœlum, & natura pendet, estque æternum prius corruptibili, Astrologia vtique secunda erit scientia Physicā autem quæ de plantis & animalibus reliquisque corruptibilibus agit, tertiam inter scientias hasce necesse est esse. Quod si verum est, qua ratione rectè dici potuit philosophiæ libro 5. cap 11. ἐπεὶ τρόπον τινὰ τῆς φυσικῆς καὶ δευτέρας φιλοσοφίας ἔργον, ἡ περὶ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας θεωρία. *Cum modo quodam, physicæ & secundæ philosophiæ opus est circa sensibiles substātias contēplatio* Quando non physica, sed Astrologia secunda scientia dici debeat? Neque enim videtur recta ratione posse cœli scientiam physicam dici, cum physica ex eius statutis, corruptibiles substantias contémpletur, illa æternas æternum autem à corruptibili toto genere distat, vti ipse nos docuit libro 8 philosophiæ, capite vltimo. ἀνάγκη ἕτερον εἶναι τῷ γένει τὸ φθαρτὸν καὶ τὸ ἄφθαρτον. *Necesse, aliud esse genere corruptibile & incorruptibile.* Scientia autem vnaquęq. vnum habet genus, non duo, præsertim tantum in diffidentia, quod ipse prolixè 3. analytico explicauit. Rectè ergo Aristoteles met ipse 2 Physico capite 7. ex hac triplici substantiarum differentia tres scientias constituit διὸ τρεῖς αἱ πραγματεῖαι, ἡ μὲν περὶ ἀκινήτου, ἡ δὲ περὶ κινουμένου μὲν, ἀφθάρτου δὲ, ἡ δὲ περὶ τὰ φθαρτά. *Quare tria negotia, hæc quidem circa immobile hæc autem circa mobile quidem, sed æternum, illa verò circa corruptibilia.* At si dicatur eas ambas Astrologiam & Physicā sub vno sensibilis genere comprehendi, atq; hac ratione pro vna accipi, esseq; ideo secundam scientiam physicam eadem ratione dicere licebit quia substantiæ vno genere tres substantiæ ponantur, vnā ideo triū substantiarum esse scientiam. Et quòd, quia prima illa immobilis substantia æterna sit, & cœlum quoque æternum, vna scientia erit Theologia cum Astrologia, Quòd si è cōtra, verè hæ inter se distinguantur, quòd illius subiectum incorporeum atque immobile sit, huius mobile ac corporeum, illud sine materia hoc cum materia mobili, distinguentur etiam Astrologia, & physica: quia illa subiectum habeat corpus cum materia mobili circulo, hæc verò cum materia mobili per omnes motus, & quia differant æternorum ac corruptibilium principia. vti habet Sophiæ libro 3. capite 2. εἰ δ' ἄλλη μέν ἐστιν ἀρχὴ τῶν φθαρτῶν, ἄλλη δὲ τῶν ἀϊδίων. *Si aliud est principium corruptibilium, aliud æternorum.* Distinguuntur ergò Astrologia (seu quo alio velis

cœli

cœli scientiam appellare, & physica: neque hæc secunda scientia est, sed tertia, illa vero secundum occupat locum. Quod si ex substantiarum harum numero, scientiæ sunt constituendæ, iam illa, quàm initio primi philosophiæ proponit ἔστιν ἐπιστήμη τις, ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό: *Est scientia quædam quæ contemplatur ens vt ens Et quæ huic insunt per se*. de scientiarum numero reijcietur, Ens enim non substantias solùm sed multo plura accidentia compræhendit. nulla ergo accidentium scientia erit, neque entis, neque illi in existentium per se: frustranea ergo omnis, per se enti inexistentium, atque entis ipsius. 8. integris libris persecutio. Eadem ratione mathematica, quæ Quanti, accidentis scilicet est, non amplius scientia fuerit, nedum tertia, seu potius media & secunda. Sicuti & libro philosophiæ quarto capite primo & tertio, Sophiæ capite sexto constituerat. Mathematica enim accidens, quantitatem, non substantiam meditatur. Inde recta ratione à Platone nono. Reipub. de scienriarum subsellijs est eiecta. At Aristoteles præceptori vti in omnibus quibus potuit sese opponeret; Mathematum subiecta genera duob. integris sophiæ libris pernegauit substantias esse: nihilominus eas esse scientias statuit: non satis, vt apparet, memor se secundum substantiarum numerum Scientiarum numerum constituisse. Quòd si mathematica ratione hac Platonica, & priore illa Aristotelica à scientijs secludatur, tunc eæ, quæ maximè & visæ & habitæ, & traditæ ab omnibus pro certis, veris, ac solis scientijs sunt, Arithmetica & Geometria, scientię amplius non erunt: Nam quòd Musicam, & Astrologiam Archytas, & alij Pythagorei: & plerique aliarum sectarum philosophi, & Aristoteles ipse tertio analytico illis duabus subalternas scientias statuerint, non videtur multa cum ratione factum. Nam Astrologia, quo significatu ab eis recipitur, non quantitatem cœli metitur, sed motiones contemplatur. motus autẽ quantus non nisi per accidens est: per se autem ac primario, actio & passio est, prædicamentis longè alijs quàm Quantitatis, comprehensus. Non ergo rectè, geometriæ subalterna est Astrologia, nec inter mathematicas numeranda. Cum autem motus Cœli, sit eius substantiæ propria passio, sitque eiusdem scientię non solum per se inexistentia τὰ καθ' αὑτὸ ὑπάρχοντα, considerare, sed etiam subiectum genus, Et eius generis principia & causas, & Elementa, quod Aristoteles non paucis locis docuit: Astrologus nimirum qui motus cœli confessione omnium contemplatur: ac cœli substantiam, motui illi subiectã, eiusque principia & causas contemplabitur. Nec vlla videtur esse causa, cur physicus substantię cœlestis contemplationem sibi arrogauerit. At si substantia cœli Astrologiæ contemplationi subijciatur, quod Aristoteles tradidit Sophiæ lib. 4 capite 8. τὸ δὲ πλῆθος τῶν φορῶν ἐκ τῆς οἰκειοτάτης φιλοσοφίας τῶν μαθηματικῶν ἐπιστημῶν, δεῖ σκοπεῖν ἐκ τῆς ἀστρολογίας. αὕτη γὰρ περὶ οὐσίας αἰσθητῆς μὲν, ἀϊδίου δὲ ποιεῖται τὴν θεωρίαν. αἱ δ' ἄλλαι περὶ οὐδεμιᾶς οὐσίας οἷον ἡ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς *Multitudinem verò lationũ ex proprijssima philosophia mathematicarum scientiarũ oportet spectare ex Astrologia. hæc enim de substantia sensibili quidem æterna tamen facit contemplationem. Alia verò de nulla substantia, veluti ea quæ de numeris* ) recta ratione inter duas illas, Theologiam ac Physicam tertia ac media reponetur. neque vllum in mathematicis habebit locum, quarum nulla, vti ipse hic fassus est, substantiam contemplatur. Cur ergo proprijssima mathematicorum hoc eodem loco dicitur? Musica autem quæ sonorum harmonias & passiones illis per se inexistentes, & principia & causas eorum, & Elementa speculatur, non rectè itidem inter mathematicas reponitur, nec rectè Arithmeticæ subijcitur, quia harmoniæ pro causis & Elementis numeros habeant. Non enim ij numeri separati à materia, & abstracti sunt, qualis est tota mathematici actio: sed musici numeri, naturales numeri sunt, in corporibus ijs siti, quæ eos sonos & harmonias efficiunt. Sicuti enim punctum, lineam, superficiem quæ in corporibus naturalibus, & materia sunt, à mathematico non considerantur: sed si sui muneris ea efficere velit, necesse est vt abstractione vtatur, alioquin physicæ sunt contemplationis, ita numeri harmonici, nisi abstrahantur, mathematici non erunt. In materia verò considerati, absque dubio physici sunt philosophi.

*Mathematicam nō rectè locatam inter Theologiā & Physicā.*

Non est ergo Musica rectè sub mathematicū genus ducta, queādmodū nec perspectiua, nec Mechanica, nec Architectura, nec aliæ quædā. Sed hæc obiter, nō tamē sine vtili cōnexione sint huc interiecta. Quib. hoc sanè adiiciatur, Mathematicā, hac ratiōe cū Sciētia nō sit, nō rectè mediā, inter Theologiā ac Physicā ab Aristotele locatā. Qui philosophiæ, lib 4. ca. 1. eam rē his explicauit. ἡ μὲν γὰρ φυσικὴ, περὶ ἀχώριστα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἀκίνητα. τῆς δὲ μαθηματικῆς ἔνια περὶ ἀκίνητα μὲν οὐ χωριστὰ δ' ἴσως, ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ. ἡ δὲ πρώτη περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα. *Physica. n. circa inseparata quidē sed nō immobilia. mathematices aūt quadā, circa immobilia quidē, nō tamē fortè separata, sed vt in materia, prima verò circa separata & immobilia* Lib. quoq; sophiæ 3 cap. 6. ἡ μὲν οὖν φυσικὴ περὶ τὰ κινήσεως ἔχοντα ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς ἐστίν. ἡ δὲ μαθηματικὴ, θεωρητικὴ μὲν καὶ περὶ μένοντα τις αὕτη, ἀλλ' οὐ χωριστά. περὶ τὸ χωριστὸν ἄρα καὶ ἀκίνητον, ἑτέρα τούτων ἀμφοτέρων τῶν ἐπιστημῶν ἐστί τις, εἴπερ ὑπάρχει τις οὐσία τοιαύτη. λέγω δὲ χωριστὴ καὶ ἀκίνητος. *Physica sanè circa motus principium habētia in se est, Mathematica autē cōtēplatiua quidē circa manētia quadā ipsa est, sed non separata. Circa separatā ergo ens & immobile alia ab his ambabus sciētiis est quadā, si modo existit aliqua substantia talis, dico autem separata & immobilis.* Subnectit deinde mox: clarū esse tria esse genera cōtēplatiuarū scientiarū physicā mathematicam, & theologiā. Quib. locis, cū oppositā theologiæ physicā fecisset vtrisq; cōditionibus, quod hæc inseparata & mobilia, illa immobilia & separara specularetur, mathematicā mediā extremorū participatione locauit. quia vti physica, in separata specularetur, cū theologia vero immobilia. Quē sanè locū, ratione superiore, quia non sit scientia, nō potest sibi vindicare. & si aliqua ratione sciētia sit, mediū hunc locū, nequaquā occupabit: nō n. est quātitas media duarū substantiarū. Et si quæ mathematica circa substantiā versetur, ea fuit, vti vidimus, Astrologia. At hæc non immobilē substantiā meditatur: qualis ea quæ locis allatis media collocatur. Neq; quantitas mobilis aut immobilis dici potest per se, nisi quatenus substantia cui inest, aut moueatur, aut perstet. Nō ergo mathematicæ vlli immobilitas subiicitur, nō ergo hancū Theologia cōmunicat. Neq; altera conditione prorsus cū physica cōueniat vt circa inseparata versetur, si vera sunt quę 2. physico, ca. 3. ipsemet scripsit de ea. διὸ χωρίζει. *Ideo separat.* χωριστὰ γὰρ τῇ νοήσει κινήσεως ἐστί. *Separata. n. intellectione à motu sunt.* Quæ si vera sunt, iā cōtrarius hic locus cū superiorib. est. Hic. n. separata, quę ibi inseparata clarè dixit. ἀλλ' οὐ χωριστά. ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ. *Sed nō separata, sed vt in materia.* Quod si talia sunt, & vt in materia ea cōtēpletur, cur hîc dicitur? διὸ χωρίζει. *Ideo separat?* Sed à quo separat? à motu nimirū, nō à materia. χωριστὰ γὰρ τῇ νοήσει κινήσεως ἐστί. At si ὡς ἐν ὕλῃ, *vt in materia*, cōsiderat, quomodo à motu separat? q in materia suā sedē habet? Sed esto separet, ea separatio, sciētiā ne eā esse, efficiet? at separatio nō est in scientiæ definitione, aut ab eo, aut à quoquā alio posita. Tū etiā si sciētia efficiatur, vera nimirum fuerit. Veritas aūt rei cuiusq; ab ipso esse pendet, docēte id ipsomet fine primi ca. 2. physici ex nostra minoris a. metaphysici in suū locū restitutione. ὥστε ἕκαστον ὡς ἔχει τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας. *Itaq; singula vt habēt ipsius esse, ita etiā veritatis.* Scientia ergo hæc per separationē à motu facta, si vera sit tale etiā esse habebit. linea ergo & dualitas separata à motu. i à. materia erit. Quod si detur Protagoreū dogma, hominē rerū esse mensurā, redibit tātopere à Platone atq; ab ipso Aristotele exagitatū. Quod si nō cōcedatur: verū fuerit, id quod Aristoteles 3. physici ca. vlt. nos docuit τὸ δὲ τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον. *Sed cogitationi credere absurdū.* nec non ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἔξω τοῦ ἄστεος τίς ἐστιν, ἢ τοῦ τηλικοῦδε μεγέθους ὃ ἔχομεν, ὅτι νοεῖ τις, ἀλλ' ὅτι ἐστί. *Nō ob id extra vrbē quis est, vel tāta magnitudinis, quia cogitat quis, sed quia est.* Separatio hæc igitur, per cogitationē facta, existentiā nō efficit, atq; ob id neq; scientiā. Sed esto, separatio, veram & existētiā & scientiā efficiat, si abstractio fieri queat a materia, & à motu, qua animæ vi fiet, quęrimus? νοήσει Arist. *intellectione.* At oportet intelligētē phātasmata speculari docente ipso cap. 7. libri de anima 3. διὸ οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἡ ψυχή. *Quare nunquā intelligis sine phātasmate anima* atq; ideo etiam τὰ μὲν οὖν εἴδη τὸ νοητικὸν ἐν τοῖς φαντάσμασι νοεῖ. *formas sanè intellectiuū in phātasmatis intelligit* τῇ δὲ διανοητικῇ ψυχῇ τὰ φαντάσματα, οἷον αἰσθήματα ὑπάρχει. Discursiuæ animæ phantasmata, veluti sensationes existunt. Phantasmata autem non sine magnitudine occurrunt, etiam si Deum, rerum omniū à motu atq; magnitudine separatissimū cogitauerimus. Magnitudo aūt nō sine motu, quandoquidē ἡ δὲ φαντασία κίνησις τις δοκεῖ εἶναι. *Phantasia verò motus quidā videtur esse.* ait ca. 8. libri eiusdē. Nō ergo phātasia à motu abstrahit

nec

nec intellectio id faciet quando cũ phantasmate semper est coniuncta. Quare non videtur sequi quod eodẽ 7. ait. οὕτω τὰ μαθηματικὰ οὐ κεχωρισμένα ὡς κεχωρισμένα νοεῖ ὅταν νοῇ ἐκεῖνα. *Sic mathematica nõ separata, vt separata intelligit, quãdo intelligit illa.* Nõ enim à phantasmate ideo nec à motu ea separat, aut separare potest. Et si maximè separet nõ tamẽ illis ea abstractio esseñtiã tribuit, & multo minus substãtiã per quas. ὡς τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας. *Vt esse, ita etiã veritatis participia fiãt.* Nõ ergo abstractione, mathematica essentiã acquitunt, aut veritatẽ. non ergo, quatenus abstracta, scientiã sui efficiẽt nec erunt inter scientias, nedũ medio loco statuenda. Sed vt habent esse, ita etiam veritatis. vt essentiã habent, habebunt quoq; scientiã. at essentiã habent in physicis corporib. in ijs ergo sciẽtiã acquirent, essẽntia aũt eorũ quantitas est. quã est ἡ οὐσία πρῶτον καὶ λόγῳ καὶ γνώσει καὶ χρόνῳ καὶ φύσει. *Substantia prima, & ratione & cognitione & tempore & natura.* Prior ergo substantiæ physicæ scientia omnib. mathematicis scientijs est. nullo ergo modo, medio loco est statuenda.

Sed ad illum locum redeamus qui scientias ex numero οὐσιῶν vsiarum constituebat. Ea vsia si pro substantia accipiatur, quæ sequanť Arist. dogmatib. cõtraria iã vidimus. Nũc si vsia pro essẽtia intelligať quid inde sequať discutiamus. Nimirũ id sequeť, vt quot sint essẽtiæ, totidẽ fuerint philosophiæ partes ac Sciẽtiæ, ad minimũ scilicet. 10 tot. n. sunt ex eius dogmatib. generalissimæ essentiæ, decẽ prædicamẽta. Est n. vti vidimus, vsia, τὸ τί ἐστι. *quod quid est.* Et quod generationem & corruptionẽ aliquã habeat, & motũ. Sed vt in substantia est generatio & corruptio, & in Quantitate augmentũ & decrementũ. Et in qualitate alteratio, & in vbi, latio, & in quãdo præteriti, præsentis, & futuri generatio & corruptio, & Actio & Passio seu motus sunt, seu cũ motu fiunt. Situs quoq; mutatur sic etiam habere. & Relatio vsia est, etiãsi minima. Et oĩa prædicamẽta τὸ τί ἐστι, *quod quid est* habẽt, vt ipse id nos docuit, lib. 5. philosophiæ ca 4 καὶ γὰρ τὸ τί ἐστιν, ἕνα μὲν τρόπον σημαίνει τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τόδε τι, ἄλλον δ' ἕκαστον τῶν κατηγορουμένων ποσόν, ποιὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. *Etenim quod quid est vno quidem modo significat substãtiã, & hoc aliquid. alio autẽ singula prædicamẽtorũ, Quãtũ, Quale, & quæcunq; alia talia.* Vsia ergo & essẽtia omnib. prædicamẽtis est cõmunis. 10. ergo sunt essẽtiæ decẽ ergo philosophiæ partes & scientiæ. Atq; hac demũ ratione mathematica omnis inter sciẽtias collocabitur. Non rectè tamẽ tres tantũ sciẽtiæ constitutæ fuerint. Quoniam vero in substantiæ genere Aristoteles Theologiã ac physicã scientias cõstituit: in qñtitatis verò genere Arithmeticã & Geometriã, cui dubiũ sub alijs quoq; prædicamẽtis pro essentia ib. rerũ vnicuiq; subiectarũ differẽtijs, alias posse constitui scientias tũ scil cũ causas, & principia & passiones per se inexistentes cuiusq; subiecti adinuenerimus. Quæ res quoniam non est hactenus discussa satis, & scientiarum numerus perperã traditus, fundamento ambiguo & cõstitutioni cõtratio, noua videatur. Nõ tamẽ sua laude caruerit, si quis in eã prouinciã descẽderit, vt earum numerũ, & genera diligẽter peruestigarit. Hæc materiæ huiusce lib. cõsequẽti cõnexione dicta sũto. qui mathematicã quoq; quã Auerrois tamẽ, inter inuẽtas ab Aristot. sciẽtias nõ cõnumerauit in discussionẽ vocauit, ne scil. à nobis quicquã esset prætermissũ quod in hanc rẽ afferri posset. Fuisse aũt mathemat. in Aegypto à sacerdotib. inuẽtas ipse tradit Arist. 1. sophiæ ca. 1. διὸ περὶ Αἴγυπτον αἱ μαθηματικαὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν. ἐκεῖ γὰρ ἀφείθη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων γένος. *Quare circa Aegyptũ mathematicæ primũ artes cõstitutæ sunt: ibi. n. permissũ est otiari sacerdotum genus.* Plato aũt 7. Reip. quatuor celebrat, Arithmeticã, Geometriã, Stereometriã (quam tamen non fuisse à quoquã exercitã dicit) & Astronomiam. Musicam verò lib. 3. tractauerat. Vidẽtur itaq; omnes hæ quæ sunt mathematicæ appellatæ ante Arist. repertæ. Plato namq; eo loco, Arithmeticã statuit, eiusq; vti etiã alibi, duas species facit, Logisticẽ & Arithmeticẽ, mirisque laudib. vexit. quã & Philippus Opuntius ei⁹ auditor in Epinomi celebrauit. Archytas quoq; senior in quãtitatis pdicamento primã inter mathemat collocat, multi quoq; Pythagoreorũ de Arith scripserũt. Timæ⁹ & eũ secut⁹ Plato ex Arithmeticis animæ essentiã conflauit. Pythagoras ipse, omnia entia numeris constare affirmauit quod ab Hermete, vt diximus anteà, in Græciam transfretauit. Cõtra quod tamen dogma, Aristoteles sese opponens, & suũ ipsius, & aliorũ mortaliũ multorũ ingenia torsit, & duobus sophiæ vltimis libris, & alijs disputationib. ad id dicatis: Geometriam quoq; multi ante Aristotelẽ in Græcia exercuerunt, quorũ ipse Brysonis Antiphontis, & Hippocratis meminit, nominantur quoq; à Proclo multi cõm. suis in Euclidẽ

*Mathematica qua ratione scientia.*

*Artes Mathematica ante Aristotelem inuenta.*

*Thales Milesius primus Geometer.*

inter quos Thales Milesius primus Græcorū Geometra statuitur. Is eā sciētiā ex Aegypto in Græciā trāstulit, vti Laertius in eius vita scripsit eūq; plurimū prouexisse ea quę Euphorbus Phryx inuenerat. Quod & Proclus li.2. eorundē cōmētariorum attestatur. Post quē Amerištū, Stesichori poetæ fratrē nominat: atq; in Geometria valde celebrē fuisse. Post quos, eadē tamē ætate Pythagoras iunior aliquāto, ex eodē Aegypto locupletiorē eā attulit, atq; vt ait Proclus, in formam disciplinæ liberalis transformauit, sublimius principia eius cōtēplatus, & immaterialiter atq; intellectualiter Theoremata peruestigans. Post Pythagorā, cōmemorat Anaxagorā Clazomeniū, & Oenipidē Chiū & Theodorū Cyrenæū & Hippocratē itidē Chiū, qui primus Elementa cōscripsit. Post hos Plato fuit qui maximū incrementū effecit vt acciperent, tū alia mathemata, tū Geometria. Eodē cū Platone tēpore floruerunt Leodamas Thasius, Archytas Tarentinus, & Thætetus Atheniensis, & Neoclitus & Leo eius auditor, & Eudoxus Gnidius. & Amyclas Heracliotes Platonis auditor, & Menechmus Eudoxi discipulus, & Dinostratus eius frater, & Thēdius Magnes & Cyciceenus Atheniensis, & Hermotinus Colophonius, & Philippus Metæus Hi omnes Aristotele vel antiquiores, vel coætanei fuere, qui multa præclara in Geometria & inuenere, & cōscripsere. Aristoteles tamē vti mathematicus illis à Proclo nō adnumeratur. Sed si quæ de ea tractauit vel per exēpla, vt analyticis, vel dogmate vti mechanicis, ex aliorū doctrinis, ac cū his cōsentiēs fecit Quod etiā in Astrologia videtur fecisse, 2.li. de cœlo ca.12. dū ex aliorū sentētia de stellis scripsit ὁμοίως δ᾽ ἢ περὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας λέγουσιν οἱ πάλαι τετηρηκότες ἐκ πλείστων ἐτῶν Αἰγύπτιοι καὶ Βαβυλώνιοι. παρ᾽ ὧν πολλὰς πολλὰς πίστεις ἔχομεν, περὶ ἑκάστου τῶν ἄστρων. *Similiter verò & de alijs stellis dicunt qui antiquitus obseruarunt per plurimos annos Aegyptij & Babylonij, à quibus multa argumenta habemus de singulis stellis.* Astrologiā apud Aegyptios exercitā fuisse Proclus lib.1 cōmētariorū in Timæū in hāc sentētiā scribit. *Græcorum n. antiquissima proponens sacerdotibus inducit eos in sermones de antiquitate, quā eximiè participes sunt Aegyptij, per puritatē aeris cœlestia speculātes sine impedimēto* Sed idē Proclus, loco eodē ex testimonio Iāblichi, atq; Hipparchi antequā apud Aegyptios, ab Assyrijs exercitā asserit, qui nō septē ac viginti myriadas annorū obseruarūt, sicuti Hipparchus dixerat, sed etiā totas conuolutiones & periodos septē mūdi dominorū, memoriæ prodiderunt. Et videtur sanè, antiquior Assyriorū Astrologia fuisse, Iosepho quoq; lib.1. cap.8 attestante. Ait n. Berosū dicere de Abrahamo, cuius nomen subticuit. Post diluuium autem, decima ætate apud Chaldæos fuit quidam iustitiæ cultor vir magnus, & cœlestium peritus. De quo videtur intellexisse etiam Orpheus.

εἰ μὴ, μονογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
  Χαλδαίων, ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης,
καὶ σφαίρης κίνημ᾽ ἀμφὶ χθόνα, ὡς περιτέλλει.

*Nisi vnigenitus quidam propago ex tribu supernè.*
  *Chaldæorum. Sciens enim erat astri profectionis*
*Et Sphæra motus circa terram vt oriatur.*

Idē quoq; Iosephus, lib.9. ca.1. tradit, Abramū in Aegyptū profectū, cūq; sacerdotib. cōgressum, eos & Arithmeticā & Astrologiā docuisse, ob has igitur ait, disputationes admirabilis factus est. Cūq; magnā tam intelligēdi, quā eloquēdi docēdiq; facultatē præseferret, Arithmeticā, Astronomiāq; benignè illis cōmunicauit. Nā ante Abrami ad ipsos aduentū, Aegyptij rudes erant huiusmodi disciplinarum, quę à Chaldæis ad Aegyptios profectæ, hinc ad græcos tandem peruenerunt. Apud quos Thales itidem primus videtur fuisse Astrologus dicente Laertio. *videtur secundum quosdam primus Astrologus fuisse, & solares Ecclipses & conuersiones prædixisse. vt inquit Eudemus in historia Astrologorum.* Post eum astrologus fuit Anaximander eius auditor, vt idem tradit: post quem itidem Proclus enumerat Hipparchum, Calippum, & Eudoxum, quorum duorum obseruationes Aristoteles 4. sophiæ lib. cap.8. aliquas recenset. secundumq; eorū traditionem, & spærarum numerū, & motricium substantiarū concors ipsis statuit. Cuius scientiæ, se quoq; nō valde peritū fuisse fatetur, verbis his, quæ sunt eo loco. πόσαι δ᾽ αὗται τυγχάνουσιν οὖσαι, νῦν μὲν ἡμεῖς ἃ λέγουσι τῶν μαθηματικῶν ἔνιοι, ἐννοίας χάριν λέγομεν. ὅπως ᾖ τι τῇ διανοίᾳ πλῆθος ὡρισμένον λαβεῖν. τὸ δὲ λοιπὸν τὰ μὲν ζητοῦντας αὐτοὺς δεῖ, τὰ δὲ πυνθανομένους παρὰ τῶν ζητούντων ἂν τι φαίνηται παρὰ τὰ νῦν εἰρημένα τοῖς ταῦτα πραγματευομένοις φιλεῖν μὲν ἀμφοτέρους πείθεσθαι

*θεάσῃ ἢ τοῖς ἀκριβεστέροις. Quot verò ipsa sint, nunc quidem nos, ea quæ dicunt Mathematicorum quidam, intelligentiæ gratia dicamus, vt poßimus mente multitudinem aliquam terminatam concipere, reliquum verò, quædam nos quærere oportet, quædam verò interrogare ab inquisitoribus harum rerum, si quæ appareant præter nunc dicta his qui hæc scrutantur. Et amare quidem vtrosq;, credere tamen diligentioribus.* Qua in re cum in alios quàm in se harum rerum cognitionem referat, nimirum cum eis consentit. Musicem verò, etiam si vno libro tractauerit, non tamen inuenit, quippe qui 2. physici, vti nos dicimus 1. cap. Phrynem & Timotheum, musicos antiquos nominet, & *Musicā Aristotelem non reperisse.* Plato Damonem, & alios: & Plutarchus alios sine numero: quam Pythagorei mirum in modum prouexerunt, vt Pythagoras etiam à Boetio inuenisse dicatur, nos potius in Græciam ab eo aduectam, ex Aegypto credimus, apud quos multis antea seculis fuerit in vsu, & apud Hebræos in sacra Genesi à Tubal Cain dicitur inuenta. Atque hæc quidem quasi extra Auerroinam assertiorem dicta sunto: quibus tamen constet Aristotelem nullius Mathematices partis fuisse repertorem.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM TOMI II. LIBER V.

## *CONFORMIA CVM ANTIQVIS Physiologiæ Capita Complectens.*



RAEPOSVIMVS antecedente libro Physicæ, Mathematicā non quòd ea serie nostra esset sententia eam locare, rationibus iis quæ ibi sunt discussę, sed quoniam Aristotelicas discussiones discutiebamus, vt ei morem gereremus, qui eam inter Theologiæ & Physicæ mediam statuerat. Nunc physicam ipsam aggrediamur Cuius Auerrois Aristotelē sicuti logices & diuinæ scientiæ inuentorē, celebrauit. Quod cū scriberet vir tātus, vel dormitasse vel oscitasse visus procul dubio est nec memoria tenuisse, quid Aristotelis passim scripsisset, quid ipsemet in Physicos libros commentaria meditans scripturus erat. Aristoteles sane, vir gloriæ cupidissimus, amantior, vt prædicat, veritatis, alios multos physicos se antiquiores ac priscos & nouit & nominat sæpe, statim initio 2. capitis primi Physici. *ὥσπερ οἱ φυσικοὶ, οἱ μὲν ἀέρα φάσκοντες εἶναι, οἱ δ' ὕδωρ τὴν πρώτην ἀρχήν. Vt Physici, hi quidem aerem dicentes esse, hi autem aquam primum principium.* Et capite 3. *ὡς δὲ ἓν καὶ τῶν φυσικῶν τινὲς λέγουσιν. Sic verò vnum & physicorum quidam dicunt.* Et capite 4. *ὡς δ' οἱ φυσικοὶ λέγουσιν, δύο τρόποι εἰσίν. Vt verò physici dicūt duo modi sunt.* Atq; iterū, *διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν τὴν κοινὴν δόξαν τῶν φυσικῶν εἶναι ἀληθῆ. Eò quòd existimasset communē opinionē Physicorum esse veram.* hos libris Philosophiæ, ac. sapientiæ, & aliis, frequenter Physiologos appellat, fuisseq; eos se ipso antiquiores testatur, vt initio cap. 8. *ὅτι δὲ μοναχῶς οὕτως λύεται καὶ ἡ τῶν ἀρχαίων ἀπορία, λέγωμεν μετὰ ταῦτα. ζητοῦντες γὰρ οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων. Quòd verò solum hoc modo soluatur antiquorū dubitatio, dicamus posthac. Quærentes.n. ij qui in Philosophia fuere primi, veritatē et naturā entiū.* Et ca. 2 *ἐθορυβοῦντο δὲ καὶ οἱ ὕστερον, καθάπερ καὶ οἱ ἀρχαῖοι: Conturbabātur verò etiā posteriores, sicuti & Prisci.* Vt appareat ante tempora Aristot. non solum recentiores quosdā physicos fuisse, sed etiā longè antea, ita vt sibi, ātiqui illi visi sint, hi verò posteriores Auerrois autē primo loco Physic. nullā menti onē facit: secundo loco antiquos vocat, tertio & quarto naturales tantùm appellat vel inuitus, quinto verò loco vtrunq; coniūgens ait. *Quæstio quā quærebant antiqui Naturaliū* Ex quib. locis tam manifestis non aliud maius peccatū tam magno Peripatetico imputabimus, quàm quòd nimius in Aristotele laudando, hanc veritatē posthabuerit, veniaq; illius errorē excipiemus, ita tamē, vt veritas suo loco stet: sciamusq; ante Aristotelē multos physicos fuisse, qui philosophiā rerū naturę & docuerint, & scriptis mādarint, quos ferè omnes habemus ab eo omnib. in libris non solum nominatos, sed etiam reprehensos atque ad fastidium vsque confutatos A Thalete ad Platonem 20. numero ad minus. i. hoc physico Lycophronem, Anaximandrum, Empedoclem, Anaxagoram. Primo

sapientię Thaletē, Anaximenē, Diogenē Hippasum, Leusippū, Hermotimū, Zenonē Heraclitū, Xuthum, Hippocratē Chium, Aeschylum eius discipulum, Leophanem Alcmeonem, Syenneiū, Polybium, alijs verò locis multis, alios. Nam Pythagoreos Parmenidem, Melissum, Xenophanem, Physicos fuisse negat. Homerum verò, Hesiodum, Pherecydem, Theologos appellat, appareatque inde nihil ab Aristotele in physica scientia tractatum fuisse, quod illi prius non fuerint contemplati. Cum enim quinquaginta libris Aristotelis physica scientia contineatur, in iisque 10. generalia Theoremata examinentur, De principijs, De communibus accidentibus, De Mūdo, de cœlo, de Elementis, de Actione, de Exhalatione, de Anima, de Animalibus de Plantis, nihil horum Aristotelis ipsius testimonijs multis, Physici illi veteres prætermiserunt. Omnes enim causas eos vidisse, materiam formam, efficientem, finem ex ipso iam ostendimus, & Theologiæ primo capite 6. ipso commemorat. ὅσοι τε λεγόντων περὶ ἀρχῆς καὶ αἰτίας, οὐθεὶς ἔξω τῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως ἡμῖν διωρισμένων εἴρηκεν, ἀλλὰ πάντες, ἀμυδρῶς μὲν, ἐκείνων δὲ πως φαίνονται θιγγάνοντες. *Quod eorum qui dicunt de principio & causa, nemo, extra ea quæ in ijs quæ de natura nobis sunt determinata dixit, sed omnes debiliter quidem, illas tamen quodammodo videntur attigisse*. Deinde per singula principiorum genera id ostendit, οἱ μὲν γὰρ ὡς ὕλην τὴν ἀρχὴν λέγουσι. *Hi quidem & materiam principium dicunt*. Deinde. ἕτεροι δέ τινες ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. *Alij verò quidam, unde principium motus*. Formam quoque τὸ δὲ τί ἦν εἶναι, καὶ τὴν οὐσίαν σαφῶς μὲν οὐδεὶς ἀποδέδωκε, μάλιστα δὲ οἱ τὰ εἴδη καὶ τὰ ἐν τοῖς εἴδεσι τιθέντες λέγουσι. *Quod quid erat esse verò, & substantiam clarè quidem nemo reddidit, maximè tamē ij qui Ideas & quæ in Ideis ponunt, dicunt*. Finem quoque eos cognouisse subiungit. τὸ δ᾽ οὗ ἕνεκα αἱ πράξεις, καὶ αἱ μεταβολαὶ, καὶ αἱ κινήσεις, τρόπον μέν τινα λέγουσιν αἴτιον. οὕτω δ᾽ οὐ λέγουσιν οὐδὲ ὅνπερ πέφυκε. *Id verò cuius gratia actiones & mutationes & motiones quodā quidē modo dicāt causā, ita verò non dicunt, neq; eo modo quo est*. Neq; verò solas hasce causas quas ipse per se causas nuncupat, sed etiam accidentales, casum & fortunam, eos considerasse, testis est ipse cū 2. Physico sermonem de eis institueret, ita scribit: ἔνιοι γὰρ καὶ εἰ ἔστιν ἢ μὴ, ἀποροῦσιν, οὐδὲν γὰρ γίνεσθαι ἀπὸ τύχης φασὶν, ἀλλὰ πάντων εἶναί τι αἴτιον ὡρισμένον. *Quidam enim etiam an esset vel ne dubitant. nihil enim fieri à fortuna aiunt, sed omnium esse quandam causam determinatam*. Fuisseque hanc antiquam opinionem, paulo post affirmat. καθάπερ ὁ παλαιὸς λόγος εἶπεν, ὁ ἀναιρῶν τὴν τύχην. *Veluti antiquus sermo dixit is qui destruit fortunam*. Hippocrates ἡμῖν μὲν αὐτόματα, αἰτίῃ δ᾽ οὐκ αὐτόματα. *Nobis sanè casuales, causa vero non casuales*. ὅμως τούτων τὰ μὲν εἶναί φασι πάντες ἀπὸ τύχης, τὰ δ᾽ οὐκ ἀπὸ τύχης. *Nihilominus horum quædam esse dicunt omnes à fortuna, quædam verò non à fortuna*. Casū quoque eos nouisse docet mox. εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τοὐρανοῦ τοῦδε καὶ τῶν κοσμικῶν πάντων αἰτιῶνται τὸ αὐτόματον, *Sunt etiam quidam qui & cæli huius & mundanorū omniū causantur casū*. Quinimo naturā quoq; Priscos illos considerasse, eiusdē libri cap. 2. idē cōmemorat Aristoteles. δοκεῖ δ᾽ ἡ φύσις, καὶ ἡ οὐσία ἡ τῶν φύσει ὄντων ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ. *Videtur verò natura & substātia eorū quæ natura sūt quibusdam esse, primū subiectum cuiq;*. Nominatque Antiphontē σημεῖον δέ φησιν Ἀντιφῶν. *Signum verò ait Antipho*. Et quæ sequuntur non pauca in hanc sententiam: necessitatem quoque in Naturæ rebus comperisse priscos ipse docet 8. & 9. eius libri capitibus. εἰς γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν ἀνάγουσι πάντες, ὅτι ἐπειδὴ τὸ θερμὸν τοιόνδ᾽ ἢ πέφυκε καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ἕκαστον δὴ τῶν τοιούτων, ταῦτα δὴ ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ γίνεται. καὶ γὰρ κἂν ἄλλην εἴπωσιν, ὅσον ἁψάμενοι χαίρειν ἐῶσι. *In hanc nanque causam reducunt omnes, quod cum calidum & frigidum & singula horum, hac necessitate sunt, & fiunt & germinant*. Etenim etsi aliam causam dicant tantùm tangentes, valere sinunt. Omnes itaque causas & principia Physici Aristotele antiquiores & cognouerunt & tractarunt. Quòd si non vt Aristoteles, non vt res ipsa se habet, iam id non ad inuentionem, sed ad perfectionem pertinet, quod postea discutietur à nobis diligenter. Communia quoque accidentia omnia quæ Aristoteles pertractauit, ipsi quoque considerarunt Motum, Infinitum, locum, vacuum, tempus. De motu ex ipso constat 3. physici cap. 2. ὅτι δὲ καλῶς εἴρηται δῆλον καὶ ἐξ ὧν οἱ ἄλλοι περὶ αὐτῆς λέγουσι. *Quod verò rectè dictum est, clarum etiam ex ijs quæ alij de ipso dicunt*. Et mox. οὐ δ᾽ οἱ ἑτέρως εἰρηκότες περὶ αὐτῆς κατορθοῦσι: *Neque qui aliter dixerunt, de ipso rectè dicunt*. De infinito verò capite 4. ita testatur: πάντες γὰρ ὅσοι δοκοῦσιν ἀξιολόγως ἧφθαι τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας πεποίηνται

λόγον

λόγον περὶ ἀπείρου καὶ πάντες ὡς ἀρχήν τινα τιθέασι. *Omnes enim quicunque videntur dignè tetigisse hanc philosophiam, fecerunt sermonem de infinito, & omnes vt principium quoddam posuerunt entium.* Quo autem modo cum sermonem fecerint, eodem & duobus sequentibus capitibus recenset. De loco autem 4 physici capite primo. ἔτι δ' ἔχομεν οὐδὲν παρὰ τῶν ἄλλων οὔτε προηπορημένον οὔτε προηυπορημένον περὶ αὐτοῦ. *Ad huc verò habemus: nihil ab alijs nec prædubitatū, nec acquisitum de ipso.* Cui assertioni videtur cōtrariam prorsus scripsisse cap. 2. λέγουσι μὲν ἅπαντες εἶναί τι τὸν τόπον, τί δ' ἐστὶν οὗτος μόνος ἐπιχείρησεν εἰπεῖν: *Dicunt quidem omnes esse quidpiam, ipsum locum. Quid verò est, iste solus aggressus est dicere.* Plato scilicet. Quomodo ergo verum sit, nihil ab alijs ante se, nec prædubitatum fuisse de loco, neq; inuentum, si omnes dixerunt ipsum quidpiam esse? Plato quoque quid esset definierit? & eodem primo capite, quod id negauerat, ita scribit. οἱ τὸ κενὸν φάσκοντες εἶναι τόπον λέγουσι. *Præterea qui vacuū dicūt esse, locū dicūt.* prædubitatā etiā de loco fuisse, à Zenone, ipsemet cap 3. asserit ὁ δὲ Ζήνων ἠπόρει, ὅτι εἰ ὁ τόπος ἐστί, τί ἐν τινὶ ἔσται: *Quod verò Zeno dubitabat, si locus est aliquid, in quo erit?* Hanc contradictionem alij, nobis acutiores soluerint. De vacuo quoque ante ipsum alij tractarunt, attestante ipso eius libri cap. 6. ἀρξάσθαι δὲ δεῖ τῆς σκέψεως λαβοῦσιν ἅ τε λέγουσιν οἱ φάσκοντες εἶναι, καὶ πάλιν ἃ λέγουσιν οἱ μὴ φάσκοντες εἶναι, καὶ τρίτον τὰς κοινὰς δόξας περὶ αὐτῶν. *Incipere autem oportet hanc contemplationem accipientes quæ dicunt ij qui affirmant esse, & rursus quæ dicunt ij qui negant esse, & tertio communes opiniones de ipsis.* Inter eos autem qui negarunt, Anaxagoram & Mellissum fuisse refert. Inter affirmantes verò Democritum, & Leusippum & Zuthum, & alios multos Physiologos. Tempus quoque tractasse antiquiores philosophos, capite decimo ostendit. τί δ' ἐστὶν ὁ χρόνος καὶ τίς αὐτοῦ ἡ φύσις ὁμοίως ἔκ τε τῶν παραδεδομένων ἄδηλόν ἐστι, καὶ περὶ ὧν τυγχάνομεν διεληλυθότες πρότερον. οἱ μὲν γὰρ τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν εἶναί φασιν, οἱ δὲ τὴν σφαῖραν αὐτήν. *Quid verò sit tempus, & quæ eius natura similiter & ex traditis ignotum est, & ex ijs quæ percurrimus prius. Hi enim vniuersi motū esse aiūt, hi autē sphærā ipsā.* Omnia ergo hæc communia accidentia, ab antiquis Physicis fuisse tractata, Aristotelis ipsius testimonijs liquido constitit. Cœli quoque contemplationem eos exercuisse ipse idem testatur, lib 1. capite 3. ἔοικε δὲ καὶ τοὔνομα παρὰ τῶν ἀρχαίων παραδεδόσθαι μέχρι καὶ τοῦ νῦν χρόνου τοῦτον τὸν τρόπον ὑπολαμβανόντων, ὅνπερ καὶ ἡμεῖς λέγομεν. οὐ γὰρ ἅπαξ οὐδὲ δὶς ἀλλ' ἀπειράκις δεῖ νομίζειν τὰς αὐτὰς ἀφικνεῖσθαι δόξας εἰς ἡμᾶς. διόπερ ὡς ἑτέρου τινὸς ὄντος τοῦ πρώτου σώματος παρὰ γῆν καὶ πῦρ καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ αἰθέρα προσωνόμασαν τὸν ἀνωτάτω τόπον, ἀπὸ τοῦ θεῖν ἀεὶ τὸν ἀΐδιον χρόνον θέμενοι τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῷ. Ἀναξαγόρας δὲ καταχρῆται τῷ ὀνόματι τούτῳ οὐ καλῶς· ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ πυρός. *Videtur verò etiam nomen à priscis deriuatum esse vsq; ad hoc tempus, in hunc modum existimantibus quem etiam nos dicimus. Non enim semel aut bis sed infinities oportet arbitrari, easdem opiniones peruenisse ad nos. Quare veluti alio quodam existente primo corpore, à terra & igne, & aere, & aqua æthera cognominarunt supremum locum, ab ἀεὶ θεῖν, idest, semper currendo, æterno tempore ponentes cognomen ipsi. Anaxagoras autem abusus est nomine isto non bene nominat enim æthera pro igne.* Quo loco animaduertendum est ex sua ipsius præsenti assertione cuncta dogmata suæ philosophiæ aliàs fuisse celebria, cumq; cum antiquioribus esse voluisse concordem. hæc de cœlo. Sed de vniuerso, cuius maior ac præstantior pars est cœlum cap. 10. hæc sunt testimonia. γενόμενον μὲν οὖν ἅπαντες εἶναί φασιν, ἀλλὰ γενόμενον, οἱ μὲν ἀΐδιον, οἱ δὲ φθαρτὸν, ὥσπερ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φύσει συνισταμένων, οἱ δ' ἐναλλὰξ ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δ' ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον καὶ τοῦτο ἀεὶ διατελεῖν, οὕτως ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος. *Genitum quidem omnes dicunt, sed genitum hi quidem æternum, hi vero corruptibilē, sicuti aliud quoduis natura constantium. hi vero alternatim, quandoque ita, quandoque aliter habere corruptum. & hoc semper fieri ità, vt Empedocles Agrigentinus, & Heraclitus Ephesius*, Esse autem mundum incorruptibilem, cum qua ipse cōcors esse voluit, priscā ac patriam fuisse traditionem ipse testatur cap. 1 lib. 2. διόπερ καλῶς ἔχει συμπείθειν ἑαυτὸν τοὺς ἀρχαίους καὶ μάλιστα πατρίους ἡμῶν ἀληθεῖς εἶναι λόγους ὡς ἔστιν ἀθάνατόν τι καὶ θεῖον τῶν ἐχόντων μὲν κίνησιν, ἐχόντων μέντοι τοιαύτην ὥστε μηδὲν εἶναι πέρας αὐτῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ταύτην τῶν ἄλλων πέρας. *Quam ob rem benè habet, sibi persuadere priscos & maximè patrios nobis veros esse sermones, quòd sit immortale quid & diuinum, habentium quidem motum, talem autem habentium, vt nullus sit terminus ipsius, sed potius ipsum aliorum terminum.* Cœlum quoque habere dextrum & sinistrum, excogi-

tatum à Pythagoreis 2. cap. libri eiusdem docet. ἐπεὶ δέ τινές εἰσιν οἱ φασὶν εἶναί τι δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν τοῦ οὐρανοῦ καθάπερ οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι. ἐκείνων γὰρ οὗτος ὁ λόγος ἐστί. *Cum verò sint quidam, qui dicant esse aliquid dextrum & sinistrum cæl, veluti ij qui vocantur Pythagorei, illorum enim hic sermo est.* De essentia quoque astrorum alios ante se fuisse philosophatos capit. 7. tradit. ὥσπερ γὰρ οἱ πύρινα φάσκοντες εἶναι, διὰ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι τὸ ἄνω πῦρ εἶναι φασί. *Sicuti enim ij qui ignea dicunt esse. ob id dicunt, quia quod sursum est ignem esse aiunt.* Eorum quoque figuram esse rotundam quod ipse quoque sentit aliorum dogma fuisse sequenti capite scribit. ἐπεὶ δὲ σφαιροειδῆ τὰ ἄστρα καθάπερ οἵ τε ἄλλοι φασὶ καὶ ἡμῖν ὁμολογούμενον εἰπεῖν. *Adhuc verò cum spharica sint astra, sicut & alij dicunt, & nobis confessum est dicere.* Situm etiam planetarum & motus capite 12. ab Aegyptijs & Babylonijs fuisse obseruatum refert. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας λέγουσιν οἱ πάλαι τετηρηκότες ἐκ πλείστων ἐτῶν Αἰγύπτιοι καὶ Βαβυλώνιοι παρ᾽ ὧν πολλὰς πίστεις ἔχομεν περὶ ἑκάστου τῶν ἄστρων *Similiter enim de alijs astris dicunt, qui antiquitus obseruarunt, a plurimis annis Aegyptij & Babylonij, à quibus multas probationes habemus de singulis astris.* De positione etiam terræ Pythagoreos contrariam cæteris philosophis habuisse opinionem recenset capit 13. περὶ μὲν τῆς θέσεως οὐ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἔχουσι δόξαν, ἀλλὰ τῶν πλείστων ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαι λεγόντων ὅσοι τὸν οὐρανὸν ὅλον πεπερασμένον εἶναι φασὶν ἐναντίως οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καλούμενοι δὲ Πυθαγόρειοι λέγουσιν, *De positione quidem nō eandem omnem habent opinionem sed plurimũ in medio sitam esse dicentibus, quicunque cælum terminatum aiunt, contrariè Italici qui vocantur Pythagorei, dicunt.* Ibique Platonis, Democriti, Anaxagoræ, Empedoclis Anaximenis, tum de situ, tum de stabilitate & motu, & figura dogmata, ab eo referuntur, quæ omnia ipse quoque secutus est. De Elementis verò, libro primo recitat antiquorum opiniones, quorum aliquos ait generationem de rebus omnino sustulisse. οἱ μὲν οὖν πρότερον φιλοσοφήσαντες περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς οὓς νῦν λέγομεν ἡμεῖς λόγους καὶ πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀνεῖλον ὅλως γένεσιν καὶ φθοράν. *Hi qui prius philosophati sunt de veritate, & ab eis quas nũc dicimus nos rationes, & ab se inuicem discordarunt. Nam aliqui ipsorum sustulerunt omnino generationem & corruptionem.* Inter quos, Melissum & Parmenidē fuisse ait. deinde alios qui contrariam habuerint sententiam. εἰσὶ γὰρ τινὲς οἳ φασιν οὐδὲν ἀγένητον εἶναι τῶν πραγμάτων ἀλλὰ πάντα γίνεσθαι. γενόμενα δὲ τὰ μὲν ἄφθαρτα διαμένειν, τὰ δὲ πάλιν φθείρεσθαι. μάλιστα μὲν οἱ περὶ τὸν Ἡσίοδον, εἶτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων οἱ πρῶτοι φυσιολογήσαντες. *Sunt enim quidam, qui aiunt nihil rerum ingenitum esse, sed omnia gigni. Genita verò, alia incorruptibilia permanere, alia rursus corrumpi. maximè quidem Hesiodus, deinde aliorum ij qui primi de natura disseruerunt.* Tertiam deinde sententiã affert. οἱ δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίνεσθαί τε φασὶ καὶ ῥεῖν, εἶναι δὲ παγίως οὐδὲν, ἓν δέ τι μόνον ὑπομένειν, ἐξ οὗ ταῦτα πάντα μετασχηματίζεσθαι πέφυκεν, ὅπερ ἐοίκασι βούλεσθαι λέγειν, ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος. *Alij verò alia omnia gigni aiunt & fluere, essèq; solidi nihil: vnum tamen subesse, ex quo hæc omnia transfigurentur. quod videntur voluisse & alij multi, & Heraclitus Ephesius,* Mox quartum subdit. εἰσὶ δὲ τινὲς οἳ καὶ πᾶν σῶμα γενητὸν ποιοῦσι συντιθέντες καὶ διαλύοντες εἰς ἐπίπεδα καὶ ἐξ ἐπιπέδων. *Sunt autem quidam qui etiam omne corpus, generabile faciunt, componentes & resoluentes in superficies, & ex superficiebus.* Atque hæc de generatione rerum antiquiorum opiniones. Sequenti deinde capite, de simplicium corporum locali motu, Empedoclis, Leucippi, Democriti, Anaxagoræ, Platonis affert sententias. Tertio verò ait necesse esse, aliquod esse elementum quidque illud sit diffinitione comprehendit, quam non suam sed aliorum asserit esse. τοιοῦτον γάρ τι τὸ στοιχεῖον πάντες καὶ ἐν ἅπασι βούλονται λέγειν. *Tale enim aliquid elementum, omnes & in omnib. volunt dicere* Ἀναξαγόρας δὲ ἐναντίως Ἐμπεδοκλεῖ λέγει περὶ τῶν στοιχείων. *Anaxagoras cōtrarie Empedocli dicit de elemẽtis.* Ὁ μὲν γὰρ πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις στοιχεῖα φησὶν εἶναι τῶν σωμάτων καὶ συγκεῖσθαι πάντ᾽ ἐκ τούτων. *Is quidem ignē & terrã, & quæ sunt his coordinata elementa dicit esse corporum, & componi omnia ex his.* Quem Empedoclem ait fuisse primum qui quatuor hæc elementa induxerit. primo sapientiæ capite 4. ἔτι δὲ καὶ τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα τέτταρα πρῶτος εἶπεν. *Adhuc etiam quæ in materia forma dicuntur elementa, quatuor primus dixit.* Vtrum autem id verum sit sequentium aliquo libro constabit, fuisse quoque de modo generationis eorum ad inuicem locutos capite 7. indicat. πάλιν οὖν ἐπισκεπτέον τίς ὁ τρόπος τῆς ἐξ ἀλλήλων γενέσεως πότερον ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει καὶ Δημόκριτος ἢ ὡς οἱ εἰς ἐπίπεδα διαλύοντες. *Rursus ergo inspiciendum*

*quis modus mutua generationis, vtrum vt Empedocles dicit, & Democritus, vel sicuti ij qui in superficies resoluunt.* De figura quoq; elementorum eos egisse ostendit, quando, hoc toto capite ac 8. disputat contra eorum de figuris dogmata. De grauitate etiam & leuitate disputarunt prisci illi, quam rem capite primo libri 2. commemorat. ἰδόντες οὖν πρῶτον τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα. *Inspicientes ergo prius ea quae ab alijs sunt dicta.* Quod 2. toto capite peragit. Motum quin etiam elementorum sursum & deorsum eos vidisse, causamque quaesiuisse illos constat 3. capit. ἡμεῖς δὲ πρῶτον λέγωμεν διαπορήσαντες περὶ οὗ μάλιστα διαποροῦσί τινες, διὰ τί τὰ μὲν ἄνω φέρεται, τὰ δὲ κάτω τῶν σωμάτων ἀεὶ κατὰ φύσιν, τὰ δὲ καὶ ἄνω καὶ κάτω. *Nos verò primò dicamus addubitantes de eo de quo maximè dubitant quidam, cur hae quidem sursum feruntur, hae verò deorsum corpora semper, secundum naturam, alia vero & sursum & deorsum.* Capiteq; 6. Democriti hac de re sententiam refellit, generationem, & alterationem eos considerasse, attestatur ipse initio libri primi de generatione. τῶν μὲν οὖν ἀρχαίων, οἱ μὲν τὴν καλουμένην ἁπλῆν γένεσιν, ἀλλοίωσιν εἶναί φασιν, οἱ δ' ἕτερον ἀλλοίωσιν καὶ γένεσιν. *Priscorum sanè hi quidem eam quae simplex generatio vocatur alterationem esse aiunt. hi verò aliud alterationem, & generationem.* Eos autem fuisse Empedoclem, Anaxagoram, Leucippum & Democritum toto capite declarat. Sequenti verò Platonem ait, atque alios, nihil praeterquam de generatione elementorum egisse. quo verò modo carnes & ossa gignerentur nihil dixisse, vti nec de alteratione & augmento. ὅλως δὲ παρὰ τὰ ἐπιπολῆς περὶ οὐδενὸς οὐδεὶς ἐπέστησεν ἔξω Δημοκρίτου. *Omnino verò praeter ea quae superficie tenus apparent, nemo vlla de re disseruit praeter Democritum.* De actione autem & passione actũ fuisse ante se cap. 6. meminit. πάντες γὰρ οἵ τε τὰ στοιχεῖα γεννῶντες καὶ οἱ τὰ ἐκ τῶν στοιχείων διακρίσει χρῶνται καὶ συγκρίσει καὶ τῷ ποιεῖν καὶ πάσχειν. *Omnes etenim & qui elementa generant, & qui ea quae ex elementis, secretione vtuntur, & concretione, & ipso agere & pati.* Diogenemque collaudat cum quo ipse eiusdem esset sententiae. καὶ τοῦτο ὀρθῶς λέγει Διογένης, ὅτι εἰ μὴ ἦν ἐξ ἑνὸς ἅπαντα, οὐκ ἂν ἦν τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων. *Atque hoc rectè dicit Diogenes, quod nisi essent ex vno omnia, non essent agere & pati ad inuicem.* & cap. 7. παρειλήφαμεν δὲ παρὰ τῶν προτέρων ὑπεναντίους ἀλλήλοις λόγους. *Accepimus a prioribus subcontrarios sibi inuicem sermones.* Quo autem pacto actionem & passionem dicerent singuli fieri eodem capite atque etiam 8. differit. Mixtionem etiam tractasse eos capit. 10. ostendit ἀδύνατον γὰρ ἐστὶ μιχθῆναι τὸ ἕτερον ἑτέρῳ καθάπερ λέγουσί τινες. *Impossibile enim est, misceri quippiam alterum alteri sicuti dicunt. quidam* Modus à ibidem explicatur atque etiam libro de sensu capite 3. Quòd etiam inter se inuicem transmutantur elementa, etiám si capite 6. libri 2. dicat Empedoclem id negasse, capite tamen sequenti ait alios id censuisse. περὶ δὲ τῶν στοιχείων ἐξ ὧν τὰ σώματα συνέστηκεν ὅσοις μὲν δοκεῖ εἶναί τι κοινὸν ἢ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα ἀνάγκη εἰ θάτερον τούτων καὶ θάτερον συμβαίνειν. *De Elementis ergo ex quib corpora constant, quibuscunque videtur esse aliquid cõmune vel transmutari ad inuicem, necesse si alterũ horum & altera euenire.* & capite 8. ἁπάντων ἐξ ἀλλήλων γινομένων ὥσπερ καὶ οἱ πρότεροι λέγουσιν. *Omnibus ex se inuicem generatis sicuti etiam priores dicũt.* Caloris quoq; opus esse secernere, frigorisq; concrescere illos vidisse commemorauit capite nono ἐπεὶ γὰρ πέφυκεν ὥς φασι τὸ μὲν θερμὸν διακρίνειν, τὸ δὲ ψυχρὸν συνιστάναι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, τὸ μὲν ποιεῖν τὸ δὲ πάσχειν ἐκ τούτων λέγουσι καὶ διὰ τούτων ἅπαντα τἆλλα γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι. *Cum ergo à natura sit, sicuti asserunt, calidum quidem secernere, frigidum verò concrescere, & aliorum vnumquodque hoc quidem agere, illud verò pati ex his dicunt, & per haec omnia alia & gigni & corrumpi:* Meteorologica quoque priscos fuisse contemplatos ex initio eorum Aristotelis librorũ satis constat cum ait. λοιπὸν δ' ἐστὶ μέρος τῆς μεθόδου ταύτης ἔτι θεωρητέον, ὃ πάντες οἱ πρότεροι μετεωρολογίαν ἐκάλουν. *Reliquum quidpiam huiusce methodi adhuc speculandum quod omnes priores meteorologiam vocabant.* Ignitas etiam passiones eos nouisse apparet ex capite quarto καὶ οἱ διαθέοντες ἀστέρες καὶ οἱ καλούμενοι ὑπό τινων δαλοὶ καὶ αἶγες. *Et transcurrentes stellae & quae vocantur à quibusdam trabes & caprae.* capite 6. de Cometis proponens dicere: διαπορήσαντες πρὸς τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα πρῶτον *Dubitantes ad ea quae ab alijs sunt dicta primum.* Ibique Anaxagorae, Democriti, Pythagoreorũ quorundam, Hippocratis Chij & Aeschyli eius discipuli refellit opiniones. De lacteo quoq; circulo Pythagoreorũ recitat sentẽtiã ca. 8. & Anaxagorae & Democriti. προδιέλθωμεν δὲ καὶ περὶ τούτου τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα πρῶτον. *Praecurramus etiam de hoc*

*ea quæ ab alijs dicta sunt primum* capite 9. de vapore loquens. ὥσϑ' ἅπερ ἦϑελον τὸν ὠκεανὸν οἱ πρότερον, τάχ' ἂν τοῦτον τὸν ποταμὸν λέγοιεν τὸν κύκλῳ ῥέοντα περὶ τὴν γῆν. *Itaque si sub ænigmate dixerunt Oceanum priores, fortè hunc fluuium dixerunt, fluentem circa terram*. Indicat illos vapores hanc naturam non ignorasse. De grandine etiam capite 12. loquens, quorundam breuiter carpit opinionem. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοί φασιν. *Sed non sicuti illi dicunt*. At paulo infrà de imbre sermonem habens Anaxagoram reprehendit. τοῦτο δὲ γίνεται αὐτῷ τοὐναντίον ἢ ὡς Ἀναξαγόρας λέγει. *Hoc idem fit contrario modo quàm Anaxagoras dicat*. Ventos præterea priores examinasse capite 13. apparet. εἰσὶ δέ τινές οἵ φασι τὸν καλούμενον ἀέρα κινούμενον μὲν καὶ ῥέοντα ἄνεμον εἶναι. *Sunt quidam qui dicunt, eum qui vocatur aer, motum & fluentem, ventum esse*. Et quæ ibi sequuntur plura. Itidem de fluuijs. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ποταμῶν γενέσεως δοκεῖ τισιν ἔχειν. *Similiter verò, etiam de fluuiorum generatione videtur quibusdam se habere*. Et rursus non multo post. καθάπερ εἰσὶν λέγουσι *Sicuti quidam dicunt*. De Mari secundi libri initio loquuturus, sic antiquorum opiniones recenset. οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι καὶ διατρίβοντες περὶ τὰς θεολογίας ποιοῦσιν αὐτῆς πηγάς. *Prisci quidem & Theologias tractantes faciunt ipsius fontes*. Deinde οἱ δὲ σοφώτεροι τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν ποιοῦσιν αὐτῆς γένεσιν. *Sapientiores verò humana sapientia faciunt ipsius generationem*. ibique salsedinis causam ex illorum sententia adducit. οἷον ἱδρῶτα θερμαινομένης φασὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς οἷον ἱδρῶτα γίνεσθαι, διὸ καὶ ἁλμυρὰν εἶναι. *Quidam ipsorum calefacta aiunt à Sole terra tanquam sudorem fieri & ideo salsam esse*. Et quæ capite tertio ex Democriti atque aliorum dogmate affert. De terræ motu capite septimo τὰ δὲ τὰ παρειλημμένα μέχρι γε τοῦ νῦν χρόνου τρία καὶ παρὰ τριῶν, Ἀναξαγόρας τε ὁ κλαζομένιος, καὶ πρότερον Ἀναξιμένης ὁ μιλήσιος ἀπεφήναντο, καὶ τούτων ὕστερος Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης. *Sunt autem ea quæ tradita sunt vsque ad hoc tempus, tria & à tribus. Anaxagoras Clazomenius, & prius Anaximenes Milesius pronunciarunt, & horum posterior Democritus Abderites*. Quorum dogmata subinfert, fulguris & tonitrui Empedoclis & Anaxagoræ vltimo capite recitat sententiam. καί τινες λέγουσιν ὡς ἐν τοῖς νέφεσιν ἐγγίνεται πῦρ. τοῦτο δὲ Ἐμπεδοκλῆς μέν φησιν εἶναι τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. Ἀναξαγόρας δὲ τοῦ ἄνωθεν αἰθέρος, ὃ δὴ ἐκεῖνος καλεῖ πῦρ κατενεχθὲν ἄνωθεν κάτω. *Attamen aliqui dicunt, quòd in nubibus gignitur ignis, hunc verò Empedocles aiť esse, id, quod solarium radiorum intercipitur. Anaxagoras verò, superioris atheris, quem ille vocat ignem latum desuper deorsum* De Iride eos sermonem habuisse significat 3. libri capite 2. καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ἶρις γίνεται, νύκτωρ δὲ ἀπὸ σελήνης ὡς μὲν οἱ ἀρχαῖοι ᾤοντο, οὐκ ἐγίνετο. *Ac interdiu quidem iris fit, noctu autem à Luna, vt antiqui arbitrabantur non fiebat* Quibus testimonijs videantur antiqui omnes meteorologicorum passiones, vaporumq; cognouisse & scriptis mādasse. Vidit quoq; Empedocles quem in modum humidum cum sicco commixtum, concretionis corporū causæ essent. Testatur hoc idem Aristoteles capite 4. eius libri qui meteorus est passim dictus, nos verò de Elementorum actionibus, vel de concretis putamus inscribendum. τὸ γὰρ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ αἴτιον τοῦ ὁρίζεσθαι καὶ ἑκάτερον ἑκατέρῳ οἷον κόλλα γίνεται ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἄλφιτα ὕδατι κολλήσας. *Humidum nanque sicco causa fit vt terminetur, & vtrunque vtrique veluti colla fit sicut Empedocles cecinit in Physicis farinam aqua glutinans*. Animam quoque speculati sunt, & multa variaque de ea theoremata inquisiuerunt, in quibus redarguendis totus de anima lib. primus ab Aristotele dicatur, vt nihil sit huc ex eo vlla testimonia opus afferre. Sensoria itidem, eorumque numerum considerarunt, affirmat id Aristoteles 2. capite libri de sensu. τοῦ δὲ σώματος ἐν οἷς πέφυκε γίνεσθαι αἰσθητήριοις, ἔνιοι μὲν ζητοῦσι κατὰ τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων, οὐκ εὐποροῦντες δὲ πρὸς τέτταρα πέντε οὔσας ἀνάγειν γλίχονται περὶ τῆς πέμπτης. *de corpore verò, in quibus apta sint fieri sensoria, quidam sanè quærunt secundum elementa corporum, non inuenientes verò ad quatuor, quinque cum sunt, referre gliscunt quintā*. Tractasse quoque modum visionis ex eodem capite patet, cum Empedoclis & Platonis, & Democriti sententias confutat. Coloris etiam naturam consideraasse ex capite tertio clarescit. τὸ γὰρ χρῶμα ἢ ἐν πέρατι ἐστὶν ἢ πέρας, διὸ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὴν ἐπιφάνειαν χρόαν ἐκάλουν. *Etenim color, vel in termino est, vel terminus, quare etiam Pythagorei superficiem colorem vocabant*. Quomodo ij conspicerentur eos cogitasse indicat eodem: τὸ μὲν οὖν ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι λέγειν ἀπορροίας εἶναι τὰς χρόας καὶ ὁρᾶσθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἄτοπον. *Dicere autem sicuti antiqui defluxus esse colores, & cerni talem ob causam absurdum*. De sapore quoque tractarunt vt capite quarto patet.

ἀνάγκη

ἀνάγκη γὰρ ἢ ἂν αὐτῷ, τὸ ὕδωρ ἔχει τὰ γένη τῶν χυμῶν, ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησίν. *Necesse autem vel in se ipsa aquam habere genera saporum, insensibilia tamen ob paruitatem, sicuti Empedocles dicit.* Aquam autem sapores ex terra acquirere prisci docuerunt. διὸ καὶ πολλοὶ φασὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων τοιοῦτον εἶναι τὸ ὕδωρ δι' ἧς ἂν πορεύηται γῆς. καὶ τοῦτο δῆλον ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων μάλιστα. *Quare multi quoque veterum physiologorum, aiunt talem esse aquam vt per quam progrediatur terram, & hoc manifestum est in salsis aquis maximè.* De odoratu etiam tradiderunt quædam quod capite 5. liquet. δοκεῖ δ' ἐνίοις ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις εἶναι ὀσμὴ οὖσα κοινὴ γῆς καὶ ἀέρος, καὶ πάντες ἐπιφέρονται ἐπὶ τοῦτο περὶ ὀσμῆς. διὸ καὶ Ἡράκλειτος οὕτως εἴρηκεν ὡς εἰ πάντα τὰ ὄντα καπνὸς γένοιτο ῥῖνες ἂν διαγνοῖεν. *Videtur verò quibusdam fumosa euaporatio esse, odor, communis existens terra ac aeris & omnes conueniunt in hoc de odore. quare & Heraclitus ita dixit, si omnia entia fumus fierent, nares vtique dignoscerent.* De respiratione etiam egerũt, quod ipse initio libri qui ex ea inscribitur ipse cõmemorat. περὶ γὰρ ἀναπνοῆς ὀλίγοι μέν τινες τῶν πρότερον φυσικῶν εἰρήκασι. τίνος μέντοι χάριν ὑπάρχει τοῖς ζώοις, οἱ μὲν οὐδὲν ἀπεφήναντο. οἱ δὲ εἰρήκασι μὲν, οὐ καλῶς δέ. *Etenim de respiratione pauci quidam priorum physicorum dixerunt, cuius tamen gratia insit animalibus hi quidem nihil pronunciarũt, hi verò dixerunt sanè, at non benè.* Democritum autem & Anaxagoram & Diogenem eos fuisse ait, qui de ea sermones habuerint. Platonem quoque & Empedoclem cuius multa carmina in eam rem affert. Animalium quoque & Plantarum naturas eos contemplatos fuisse testis est ipse primo de partibus. οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι καὶ πρῶτοι φιλοσοφήσαντες περὶ φύσεως. *Veteres sanè & qui primi philosophati sunt de natura.* Et post pauca quædam de materia ita subdit. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν γένεσιν λέγουσιν. *Similiter de animalium atque plantarum generatione dicunt*, figuram & colorem animalium inuestigasse nec non hominis, Democritum & alios. εἰ μὲν ἐν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι ἕκαστον ἐστὶ τῶν τε ζώων καὶ τῶν μορίων, ὀρθῶς ἂν Δημόκριτος λέγει. *Si ergo figura & colore singula sunt, & animalium & partium, rectè Democritus dixerit* & quæ subdit. οὕτως γὰρ καὶ οἱ φυσιόλογοι τὰς γενέσεις καὶ τὰς αἰτίας τοῦ σχήματος λέγουσι. *Sic enim etiam physiologi, generationes & causas figura dicunt.* Temperamenta quoque animalium considerarunt, vti est libro 2. capite 2. ἔνιοι γὰρ τὰ ἔνυδρα τῶν πεζῶν φασὶν εἶναι θερμότερα λέγοντες ὡς ἐπανισοῖ τὴν ψυχρότητα τοῦ τόπου ἡ τῆς φύσεως αὐτῶν θερμότης, καὶ τὰ ἄναιμα τῶν ἐναίμων καὶ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων. οἷον Παρμενίδης τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν θερμοτέρας εἶναι φησὶ καὶ ἕτεροι τινὲς ὡς διὰ τὴν θερμότητα καὶ πολυαιμοσύνην γινομένων τῶν γυναικείων. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τοὐναντίον. ἔτι δ' αἷμα καὶ χολὴν, οἱ μὲν θερμότερον, ὁπότερον οὖν εἶναι φασὶν αὐτῶν, οἱ δὲ ψυχρόν. *Quidam enim aquatilia pedestribus aiunt esse calidiora, dicentes: vt exæquet frigiditatem loci, natura ipsorum caliditas, & exanguis sanguineis, & fæmellas maribus, vt Parmenides mulieres viris calidiores ait esse, & alij quidam, tanquam propter caliditatem & multitudinem sanguinis fiant menstrua: Empedocles verò contrariè. Præterea sanguinem & bilem flauam hi calidius quodlibet ipsorum esse aiunt, hi verò frigidum.* Libro autem 4. causas morborum vestigasse tradit. οὐκ ὀρθῶς δ' ἐοίκασιν οἱ περὶ Ἀναξαγόραν ὑπολαμβάνειν ὡς αἰτίαν οὖσαν τῶν ὀξέων νοσημάτων. *Non rectè autem videntur Anaxagoras existimare eam causam esse acutorum morborum.* Causas quoque longitudinis vitæ eos quæsijsse eodem capite ostendit. διὸ καὶ χαριέστατα λέγουσι τῶν ἀρχαίων οἱ φάσκοντες αἴτιον εἶναι τὸ πλείω ζῆν, τὸ μὴ ἔχειν χολήν. *Quare elegantissimè dicunt veterum ij qui aiunt, causam esse plus viuẽdi non habere bilem.* Seminis naturam quoq; sunt speculati vt est libro 1. de animalium generatione capite 18. διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἔοικεν (εἴπερ οὕτω λεκτέον) μάλιστα λέγειν ὁμολογούμενα τούτῳ τῷ λόγῳ. *Quare etiam Empedocles videtur, (si tamen ita dicendum) dicere maximè congrua huic sermoni.* De semine loquẽs & fœtus naturam & Sexus testatur eũ vidisse. πρὸς δὲ τούτοις εἰ τὸ θῆλυ καὶ ἄρρεν τῇ κυήσει διαφέρει καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει. *Ad hac si fæmina & mas, ipsa fætatione differunt sicuti Empedocles ait*, formationẽ fœtus Democritũ speculatum esse ait. Cap. 4. διόπερ ὅσοι λέγουσιν ὥσπερ Δημόκριτος τὰ ἔξω πρῶτον διακρίνεσθαι τῶν ζώων, ὕστερον δὲ τὰ ἐντὸς οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. *Quare quicunque dicunt vt Democritus, exteriora primum distingui animalium postea interiora non rectè dicunt.* Et capite 6. διορίζεται δὲ τὰ μέρη τῶν ζώων πνεύματι, οὐ μέντοι οὔτε τῷ τῆς γεννώσης οὔτε τῷ αὐτοῦ καθάπερ τινὲς τῶν φυσικῶν φασίν. *Terminantur autem partes animalium spiritu, non tamen genitricis, nec suo ipsius, sicuti quidam physici aiunt.* Et etiã iterum sed generationem carnis ex cibo refert Anaxagoram tradidisse. Ἀναξαγόρας μὲν γὰρ φησὶν εὐλόγως σάρκας ἐκ τῆς τροφῆς προσιέναι ταῖς σαρξίν. *Anaxagoras enim ait*

*recta ratione, carnes ex cibo agglutinari carnibus*. Genitalium quoque membrorum naturam contemplatos esse capite 4. docet. ὥσπερ τινὲς φασὶν ἕλκειν τὰ αἰδοῖα φάσκοντες ὥσπερ τὰς σικύας. *Sicuti quidam aiunt, trahere pudenda dicentes veluti cucurbitulas.* Habuisse etiam de fœtus nutritione sermonem 9. capite recitat. οἱ δὲ λέγοντες τρέφεσθαι τὰ παιδία ἐν ταῖς ὑστέραις διὰ τὸ σαρκίδιον τι βδάλλειν, οὐκ ὀρθῶς λέγουσιν. *Dicentes aūt nutriri infantes in vteris, quia carunculā quandam sugeāt, nō rectè dicunt.* Libro 4. capite primo de generatione maris & fœminæ, & positione in vtero, quidque fœmina sit, quid mas, & propter quid. ex Anaxagoræ & Democriti, & Empedoclis, & Leophanis opinione recitat multa, quæ, prolixum esset afferre. Sed etiam similitudinem filiorum ad parentes libri 3. cap. 3. εἰρήκασι δὲ τινὲς τῶν φυσιολόγων καὶ ἕτεροι περὶ τούτων διὰ τινὰ αἰτίαν ὅμοια γίνεται τοῖς γονεῦσιν. *Dixerunt verò quidam physiologorum & alij quidam de his, quam ob causam similia fiunt parentibus*: & quæ toto capite prosequitur Empedoclis & Democriti & aliorū hac de re dogmata sed omiserant quæ antecedentis libri capite 10. de mularum sterilitate antiquos ait sensisse. τὸ δὲ τῶν ἡμιόνων γένος ὅλον ἄγονον ἐστι. περὶ δ' αἰτίας ὡς μὲν λέγουσιν Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος λέγων ὁ μὲν οὐ σαφῶς Δημόκριτος δὲ γνωρίμως μᾶλλον οὐ καλῶς εἰρήκασι. *Mularum verò genus totum sterile. De causa verò, vt dicunt Empedocles & Democritus, dicens ille quidem non clarè Democritus verò notoriè magis, non rectè dixerunt.* Oui naturam, & pulli nutrimentum Alcmæon considerauit vt est libri 3. capite 2. τοὐναντίον μέντοι ἐστὶν ἢ ὡς οἱ ἄνθρωποι οἴονται καὶ Ἀλκμαίων φησὶν ὁ κροτωνιάτης, οὐ γὰρ τὸ λευκὸν ἐστι γάλα, ἀλλὰ τὸ ὠχρόν *Contrario autem modo est quàm & homines putant, & Alcmaon Crotoniates ait. nō enim albū est lac sed luteū.* De piscib. quoq; philosophatos fuisse ca. 5. recēset. εἰσὶ δὲ τινὲς οἵ φασι πάντας εἶναι τοὺς ἰχθῦς θήλεις ἔξω τῶν σελαχῶν. *Sunt verò quidam, qui dicunt omnes pisces esse fœminas præter squamatos*: & quæ plura eo capite tum de sexu tum de coitu ac fœtatione eorum ex aliorum sententijs narrat. Monstra quoque speculati sunt vt initio 4. capitis. Δημόκριτος μὲν οὖν ἔφησε γίνεσθαι τὰ τέρατα διὰ τὸ δύο γονὰς πίπτειν. *Democritus sanè dixit gigni monstra, quia duo semina incidant.* Oculorum quoque colores in eorum contemplationem inciderunt, quod testatur libro 5. ca. primo. τὸ μὲν οὖν ὑπολαμβάνειν, τὰ μὲν γλαυκὰ πυρώδη, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησὶ, τὰ δὲ μελανόμματα πλεῖον ὕδατος ἔχειν ἢ πυρός. *Existimare verò glaucos, igneos sicuti Empedocles dicit, nigros vero, plus aquæ habere quàm ignis.* Similares quoque partes & dissimilares eos cognouisse ostendit lib. historiæ 3. capite 2. πρῶτον δὲ περὶ τούτων λεκτέον. ἄλλως τε ἐπειδὴ καὶ τῶν πρότερον εἰρηκότων τινὲς, οὐκ ἀληθῶς λέγουσι. *Primum verò de his dicendum tum ob alia, tum quia priorum aliqui dixerunt, non tamen verè dixerunt.* Hos autem fuisse Lyennesin Cyprium Medicum, Diogenem Appolloniatem ac Polybium in eo, tum sequenti capite narrat. Plantarum quoque naturas eos fuisse speculatos tum ex loco ante citato tum ex primi libri capite primo patet. cum Empedoclis & Anaxagoræ & Platonis sententias refert de earum appetitione & sensu, esseque eas animalia asserentium habereque νοῦν καὶ γνῶσιν, *mentem ac cognitionem*, & respirationem, fœminam quoque & marem inter eas reperiri. Quibus omnibus Aristoteles tam multis testimonijs luculentissimè patuit, multos fuisse ante Aristotelem, in terra Græcia, naturæ rerum contemplatores atque scriptores, ab eisque ferè nihil quod in Aristotelis tractationem venerit non fuisse tractatum: in multisque sibi cum ijs conuenisse, & si quid præteritum ab eis sit, veluti videtur de memoria, de somno, de motu animalium, de partibus ad eum motum vtilibus, de iuuentute & senectute, quia ijs libellis nulla eorum dogmata commemorat atque animalium historias, non est ideo verum antiquiores de ijs rebus non disseruisse. nam & apud Hippocratem, & apud Platonis Timæum quædam horum extant exposita. Historiam verò illi non conscripserunt, quia octingenta auri talenta illis non tradidit magnus Alexander, neque multa hominum millia iussibus illorum paruere, vti Aristotelicis iussit, qui quæ cognita & obseruata ex venatu, aucupio, piscatu, viuarijs, armentis, aluearijs, piscibus, auiarijs haberent Aristoteli scribenda deferrent. Sed illis non defuisse auiditatem ac studium rerum naturas cognoscendi, ac quantum opes eorum sufficerent perquirendi, totumque illis temporibus orbem cognitum sapientiæ causa peragrandi, vt multis laboribus ac proprijs sumptibus id addiscerent, quod Aristoteli in otio sedenti, alienis & opibus & laboribus allatū est. Quod Thales Pythagoras, Empedocles, Anaxagoras, Democritus

critus, Eudorus, Plato fecerunt. omnesque eorum opes effuderunt vt barbararũ (vt Græci appellabant) gentium sapientiam in Græciam transportarent, vnde haberet Aristoteles, quæ aliorum inuentis adderet, suamque philosophiam augeret, eosq; authores locupletissimos eo modo ignorantiæ carperet, quo postea patebit.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM.

## TOMI II LIBER VI.

### QVI PHYSICORVM DOGMATVM Concordiam continet.



CENTVM ac 14. superiore libro ex libris Aristotelis attulimus loca, quibus ipse antiquiorum physiologorum dogmata, ac sententias de rebus natura constantibus, ostendit, apertissimè multos antè se rerum naturas fuisse contemplatos: neque sese repertorem naturalis scientiæ vsquam aut asseruit, aut ostentauit. Quæ omnia loca, cum Auerrois vidisset, ac commentarijs illustrate, vel epitome perstringere esset conatus, mirari quis non magnopere debeat, tantum Aristotelicum in eam assertionem incidisse, quæ Aristoteli huiusce philosophiæ inuentionẽ ascriberet? quæque tot Aristotelis ipsius patentissimis locis nullo negotio refelleretur? Adeo maxima quoque ingenia, vel amore nimio, vel odio eò traducuntur non rarò, vt quauis potius re quàm veritate, quam tamen sequi videri velint, se duci appareat, non vereantur. Quantus Aristotelis laudator Auerrois fuerit, multis locis suorum commentariorum apparet, quantum à veritate in ijs laudibus physica hac, quam modò tractamus, parte sit digressus, præcedenti ostendimus libro, ac præsenti non minus ostendemus, dum reliquum quod huiusce physici negotij esse videtur ea qua solemus diligentia persequimur. Non enim satis esse nostro labori factũm nobis videtur, omnia naturalis philosophiæ Theoremata, à veteribus, antequàm ab Aristotele fuisse tractata ostendisse, nisi etiam, an ipse in ijs omnibus Theorematibus, ab illis ijsdem viris, quos librorum naturalium plusquam CXXV. capitibus, locis autem plusquã CCCCL. iugiter est insectatus, in suam hanc rem aliquid transtulerit, cum ijsque concors esse voluerit. Id autẽ vti commodius fiat, producenda denuò sunt ea capita, quibus totam eius natutalem philosophiam libris. L. comprehensam constare diximus. Ea autem sunt hæc decem. De principijs, de communibus accidentibus, de Mundo, de Cœlo, de Elementis, de Actione & passione eorum, de Vaporibus, de Anima, de Animalibus, de Plantis. Hæc deinde sua quoque habent Theoremata minus vniuersalia, quæ huc erunt conferenda, ac cum Theorematibus eiusdem generis, veterum comparanda. Principium ergo à principijs sumamus.

### PRINCIPIA.

PRINCIPIIS ergò Aristoteles 1. physico capite 5. tres assignat conditiones: δεῖ γὰρ τὰς ἀρχὰς μήτε ἐξ ἀλλήλων εἶναι, μήτε ἐξ ἄλλων, καὶ ἐκ τούτων πάντα. *Oportet enim principia neq; ex se inuicem esse, neq; ex alijs, & ex his omnia.* Capite verò 6. addit quartam τὰς δὲ ἀρχὰς ἀεὶ δεῖ μένειν. *principia verò semper oportet manere.* Harum conditionum tres in Platonico Phædro sunt, sic enim ibi scriptũ est, vbi de anima. ἀρχὴ δ' ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίνεσθαι, αὐτὴν δ' ἐκ μηδ' ἐξ ἑνός. *Principium ingenitũ. ex principio enim omne genitum gigni, ipsum vero ex nullo.* Dogma idem quamuis immutatum verbis, nam cum ait ingenitum, æternum intelligit, subdit namque. ἐπειδὴ δ' ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. *Cum verò ingenitum sit, & incorruptibile ipsum necesse est esse.* Quod Aristoteles suo modo expressit. *Semper manere oportet.* Quod autem principia ex se inuicem non gignantur, non est apud Platonem quia de vno tantùm principio loquebatur. Sed nullo negotio intelligi potuit. Cum

enim non gignatur nec ex alio principio, nec ex alia re vlla gigni, quis non videat? Quintam conditionem, quam addit non multo pòst, quòd principia sint contraria, ab alijs sese accepisse ostendit cum ait: πάντες δὲ τἀναντία ἀρχὰς ποιοῦσι. *Omnes verò contraria principia faciunt.*

## MATERIA.

PRINCIPIORVM primũ statuit id quod materiã appellat. ὕλην. Et nominib⁹ alijs quinq; ὑποκείμενον, ὑποκειμένην φύσιν, ὑποκειμένην οὐσίαν, τὸ ἐξ οὗ, φύσιν. *Subiectũ, subiectam naturam, subiectam substantiam, id ex quo, Naturam.* Duplicemque constituit, primam illam materiam famigeratissimam vniuersalem, informem, formarum receptricem. Secundam, compositum iam corpus, ex quo aliquid fit, vt primi physici capite 7. τὸν χαλκόν, ἢ τὸν λίθον, ἢ τὸν χρυσόν, τὸ ὑποκείμενον. *Aes, vel lapidem, vel aurum, subiectum.* Ex quo scilicet statua vel quippiam aliud fiat. Quod quia multiplex & varium est, in præsentem considerationem non venit. Primæ igitur illi materiæ, conditiones ab Aristotele tributas colligamus, quæ multis in libris suis ac locis, sine vllo ordine sparsæ iacent. Libris quidem 50. physicis, 17. conditiones itaque 1. physici capite 7. has illi adscribit. καὶ δῆλον ἐστὶν ὅτι δεῖ ὑποκεῖσθαί τι τοῖς ἐναντίοις. *I. Et clarum est, quòd oportet subijci aliquid contrarijs.* ἡ δ' ὑποκειμένη φύσις ἐπιστητὴ κατ' ἀναλογίαν. *II. Subiecta natura scibilis per analogiam.* Capite 9. ἡμεῖς μὲν γὰρ ὕλην καὶ στέρησιν, ἕτερον εἶναί φαμεν, καὶ τούτων τὸ μὲν οὐκ ὂν εἶναι κατὰ συμβεβηκὸς τὴν ὕλην. *III. Nos sanè materiam, & priuationem aliud esse dicimus, & horum hoc quidem esse non ens per accidens materiã* scilicet. Et mox. καὶ τὴν μὲν ἐγγὺς καὶ οὐσίαν εἶναι τὴν ὕλην. *IIII. Et hanc quidem prope etiã substantiam esse materiam.* ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα συναιτία τῇ μορφῇ τῶν γινομένων ἐστὶν ὥσπερ μήτηρ: *V. Hæc enim subiecta manens, concausa formæ ijs quæ gignuntur est veluti mater.* Et. τὸ δ' ὃ πέφυκεν ἐφίεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι αὐτοῦ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν. *VI. Hoc verò quod natum est appetere ac desiderare ipsum* (scilicet diuinum) *secundum suam naturam.* Quid aũt hoc sit, mox declarat. ἀλλὰ τοῦτ' ἐστὶν ἡ ὕλη. *Sed hoc est materia.* Deinde. ὥσπερ ἂν θῆλυ ἄρρενος καὶ αἰσχρὸν καλοῦ. *VII. Sicut ergò fœmina marem, & turpe pulchrũ.* Non esse tamen per se fœminam & turpem sed per accidens subnectit. πλὴν οὐ καθ' αὑτὸ αἰσχρόν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός, οὐδὲ θῆλυ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. *Præter quàm quòd non per se turpe sed per accidens nec fœmina, sed per accidens.* Quod etiam sit æterna. ἀλλ' ἄφθαρτον καὶ ἀγένητον ἀνάγκη αὐτὴν εἶναι. *VIII. Sed incorruptibilem & ingenitũ necesse est ipsam esse.* Eam posteà definitione cõprehendit. λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός. *Dico enim, materiã primũ subiectũ vnicuiq; ex quo fit aliquid in existens, non secundum accidens.* 2. verò libri cap. 3. εἶδος γὰρ οὐκ ἔχει ἡ ὕλη: *IX. Formã enim nõ habet materia.* Libro 4. cap. 9. ἡμεῖς δὲ λέγομεν ἐκ τῶν ὑποκειμένων, ὅτι ἐστὶν ὕλη μία τῶν ἐναντίων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν ἐναντιώσεων. *X. Nos autem dicimus ex suppositis quod est materia vna contrariorum, calidi & frigidi, & aliarũ naturalium contrarietatum.* Et statim: καὶ ἐκ δυνάμει ὄντος ἐνεργείᾳ ὂν γίνεσθαι. *XI. Et ex potentia ente, actu ens fit.* 1. de Ortu cap. 3. δῆλον ὡς ἐστὶ δυνάμει τις οὐσία, ἐντελεχείᾳ δ' οὔ, ἐξ ἧς ἡ γένεσις ἔσται. *Clarum quod est potentia quadam substantia, actu autẽ non, ex qua generatio erit.* Et: καὶ οὐ χωριστὴ ἡ ὕλη. *XII. Et non separabilis materia.* Quod & cap. 5. & libri 2. cap. 1. latius declarat quo 5. habet etiam hæc verba. ἐκεῖνο δ' οὗ ταῦτα ἔσχατα ἡ ὕλη ἣν οὐδέποτε ἄνευ πάθους οἷόν τε εἶναι, οὐδ' ἄνευ μορφῆς. *Illud enim cuius hæc sunt, extrema, materia, quam nunquam sine passione possibile est esse nec sine forma.* Et quæ eodem capite plura in hãc sententiam, cui oppositum videtur fuisse capite vltimo 1. de Elementis ἀνειδὲς καὶ ἄμορφον δεῖ τὸ ὑποκείμενον εἶναι. *Informe, & informe oportet subiectum esse.* cap. autem 7. eiusdẽ de ortu libri aliã addit. ἡ δ' ὕλη ᾗ ὕλη, παθητικόν. *XIII. Materia, qua materia passibile.* Quæ verò alia naturalibus libris leguntur de materia, multa satis, nihil amplius quàm hæc illi tribuunt, sed sunt horum vel repetitiones vel declarationes. Libro autem de Ente, seu philosophiæ 5, cap. 3. ita eam describit: λέγω δ' ὕλην, ἣ καθ' αὑτὴν μήτε τὶ, μήτε ποσὸν μήτ' ἄλλο μηδὲν λέγεται, οἷς ὥρισται τὸ ὄν. *XIIII. Dico autẽ materiam, quæ per seipsam, nec quid nec quantum, nec aliud quicquam dicitur eorum quibus terminatur ens.* Cap autem 10. ἡ δ' ὕλη ἄγνωστος καθ' αὑτήν. *Materia verò ignota per se.* Theologiæ quoque libro 4. cap. 8. ἀλλ' ὅσα ἀριθμῷ πολλὰ ὕλην ἔχει. *Sed quotcũq; numero multa materiam habent.* Hæc igitur sunt omnia ab Aristotele materiæ primæ attributa. Horum quænam à veteribus sit mutuatus, in quibusque cum eis consen-

*Materia definitio.*

ferit,

ferit, inspiciamus. ac primùm an eum præceptore Platone. Is in Timæo de materia loquitur, suis quidem (vt discipulus iste animaduertit) semipoëticis verbis, easdē tamen sententias plerasque referentibus. Cum enim ait, τίνα οὖν ἔχον δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα· πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὸ οἷον τιθήνην. *Quam nam habens potentiam ac naturam, ipsum existimandum? talem maximè, totius esse generationis susceptaculum ipsam, veluti nutricem.* Duo refert & subiectum eam esse, & generationis causam, quod etiam per hæc alia declarat. καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. *Et de suscipiente omnia corpora natura.* Et per hæc. δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα. *suscipit verò semper omnia.* Et cum vocat πανδεχὲς, *omnisuscipiens.* Et ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, *Sedem prbēs omnibus quæ habent generationem.* Et in hac potentia eam permanere docet in his. ἐκ γὰρ τῆς αὐτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως. *Ex sua enim omnino non recedit potentia.* In quibus vtrisque verbis æternam dixit, cum ibi (ἀεὶ) semper, hic verò (omnino) sed clarissimè idem φθορὰν οὐ προσδεχομένην. *corruptionem non recipiens.* In formem etiam esse his alijs. καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς. *Et formam nullam vnquam vlli ingredientium similem accepit vlla in parte, vllo modo.* Et etiam. πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν ἰδεῶν, ὅσας μέλλοι δέχεσθαί ποθεν. *Præterquam informe existens illarum omnium formarum quas susceptura est aliunde.* nec non. διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς εἰδῶν εἶναι χρεὼν, τὸ τὰ πάντα ἐκδεξόμενον ἐν αὐτῷ γένη. *Quare etiam extra omnes formas esse oportet id quod omnia suscepturum est in se genera.* Matrem etiam vocat. ὡς οὐκ ἄλλως ἐκδεχόμενον μητρὶ *Vt non aliter suscipiat, quàm mater.* Esse etiam passibilem eam. ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων. *Effictile enim natura, cuique subijcitur, commotum & transfiguratum ab ingredientibus.* Esse etiam ignotum per se cum ἀόρατον *inuisibilem* vocat & cum: αὐτὸ δὲ μετ᾽ ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινὶ νόθῳ μόγις πιστόν. *Et ipsum cum insensatione, tactile ratiocinio quodam notho vix credibile.* A Platone ergo 9. hæc sunt per discipulum excepta. Esse subiectum, non solùm contrarijs: sed omni generabili & corruptibili: Matrem. passibilē, informē, esse potentia, ignotā, æternam. Hæc aūt ipse Plato ex libello Timæi Locri de anima mundi exscripsit. sic enim ille. τὰν δ᾽ ὕλαν ἐκμαγεῖον, καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν ἦμεν τᾶς τρίτας οὐσίας. δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν ἀποτελεῖν ταῦτα τὰ γεννάματα. ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἀΐδιον μὲν ἔφα, οὐ μὰν ἀκίνατον, ἄμορφον δὲ καθ᾽ αὑτὰν καὶ ἀσχημάτιστον. δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν. *Materiam verò effictile simulachrum, & matrem, nutricemque, & generatricem esse tertiæ substantiæ, suscipientem enim similitudines in se ipsam, & veluti effingens efficere omnia genita. Hanc autem materiam æternam quidem dixit. non tamen immobilem, informem verò per se, & infiguratam, suscipientem tamen omnem formā.* Et mox. ἁ δ᾽ ὕλα θήλεός τι καὶ ματέρος. *Materia verò fæmina & matris.* quæ vtraq; Aristoteles, Plato alterum vsurpauit, vti etiam. τὰν δ᾽ ὕλαν λογισμῷ νόθῳ τῷ μήπω κατ᾽ εὐθυωρίαν νοεῖσθαι. ἀλλὰ κατ᾽ ἀναλογίαν. *Materiam verò, ratiocinio notho, eò quod non secūdum rectum intelligit, sed per analogiam.* Priorem Plato, posteriorem Aristoteles desumpsit, vti etiam illa superiora, quod compositam substantiā ingrediatur & quòd sit concausa, & quòd infigurata, quod etiam vna sit, exprimit Timæus. πρὶν ἂν ὠρανὸν γενέσθαι λόγῳ, ἤστην ἰδέα τε καὶ ὕλα καὶ ὁ θεὸς δημιουργὸς τῶ βελτίονος. *Antequā ergo cælū fieret verbo, erāt idea & materia, & deus opifex præstantioris.* Quod etiā sit principiū, & subiectū cōtrarijs, & elemētis ita: ἀρχαὶ μὲν ὦν τῶν γενομένων, ὡς μὲν ὑποκείμενον ἁ ὕλα, ὡς δὲ λόγος μορφᾶς, τὸ εἶδος, ἀπογεννάματα δὲ τουτέων ἐστὶ τὰ σώματα, γῆ τε καὶ ὕδωρ, ἀήρ τε καὶ πῦρ. *Principia igitur generatorū, vt quidē subiectū, materia, vt verò ratio formæ, species, genimata verò horū sunt corpora, terra, & aqua & aer & ignis.* Quæ omnia Aristoteles vsurpauit. Ocellus quoque Lucanus qui cum Timæo Pythagoræ fuit auditor, aliqua horum ipsorum habet libello de natura capite 2. ὅτι ἡ ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου. *Vbi identitas subiecti.* tum etiam. ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπάρχειν. πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις, τοῦτο δ᾽ ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως. *In qua autem mūdi parte germinatio, & generatio habent dominatum tria hæc oportet subesse, primum quidem ad tactum subsidens corpus, omnibus in generationem venientibus. hoc autem fuerit omni susceptiuum & effictile ipsius generationis.* Deinde mox: δυνάμει ὂν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως. *Potētia ergo omnia in hoc ante generationem.* Ex quo loco Peripatetici fortè, magis quàm Aristoteles

sumpserunt, materiam omnia esse potentia. Et si dicatur, Aristotelicum esse dogma, manifestè est hinc desumptum. Et illa Aristotelis veluti gloriatio, fine cap. 8 physici 1. *αὕτη γὰρ ἂν ὀφθεῖσα ἡ φύσις, ἅπασαν ἔλυσεν αὐτῶν τὴν ἄγνοιαν. Hæc enim visa natura* (scilicet materiæ potentia) *omnem soluisset eorum ignorantiam*: Ocelli non Aristotelis inuentū esse conspicitur. Subdit deinde Ocellus: *πρώτως δ' ἡ ὕλη πανδεχὴς κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. Primò vero materia, susceptiuū omniū, commune enim subijcitur omnibus, itaque primum potentia corpus sensibile principium.* Quæ vltima verba integra Aristoteles in 1. caput 2 de Ortu transtulit. Sic enim ibi. *ὥστε πρῶτον μὲν, τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή. Itaque primū quidē potentia corpus sensibile, principium.* Apparebit etiam postea, cum multa Aristoteles huiusce Ocelli dogmata probaret, ex hoc libello plura alia eum transcripsisse, cuius tamen viri, nullam prorsus tanto librorum numero mentionem fecit. Quòd materia contrarijs subijciatur cum eo sensit etiam. ait enim ille. *ἓν μὲν δεῖ τοῦτο πρῶτον ὑποκεῖσθαι πρὸς τὸ γίνεσθαι γένεσιν. Vnū ergo oportet hoc primū subesse vt fiat generatio. δεύτερον δὲ τὰς ἐναντιότητας, ἵνα μεταβολαί καὶ ἀλλοιώσεις ἀποτελῶνται, πάθος καὶ διάθεσις ἀποδεχομένης τῆς ὕλης. Secundo verò contrarietates vt mutationes & alterationes efficiantur, passionem & dispositiones suscipiente materia.* Turpem autē esse materiā ante Aristotelē dixit Linus Orphei præceptor, Aristotele pluſq. 1100. annis antiquior *ἢ δ' ὕλαν πρώτης αἰσχρῶν δότειραν ἁπάντων. Vel materiam primo turpium datricem omnium* Quod quidem senserunt etiam Hesiodus & Anaxagoras & quicunque alij vel poetæ vel philosophi chaos introduxerunt. Zoroaster verò Lino etiā plusquàm DCCC. annis vetustior malām quoq; vocauit. *καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα. Et mala materia germina.* Vnde videatur deductum illud Aristotelicum vltimo cap. 1. physici. *πρὸς τὸ κακοποιὸν αὐτῆς Ad maleficam eius qualitatem.* etiam si de priuatione materiæ coniuncta id dicatur. Relinquitur ergo omnia quæ ab Aristotele materiæ sunt attributa, fuisse antiquiorū præter definitionem. Et quod sit per accidens nō ens: & quod sit prope substantia: & quod diuinū appetat. hoc tamen potuit ex Platone desumere cum ait: *μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πη τοῦ νοητοῦ. Participans pauperrimè quadam tenus intelligibili.* quod est diuinū. Potuit etiam ex fabula Paniæ & Pori quæ est in symposio, desumi. Quòd verò sit prope substātia est ex Timæo Locro. *τὰ δὲ σύμπαντα, ἰδέαν, ὕλαν, αἰσθητόν τε, οἷον ἔκγονον τούτων. Vniuersa, ideam, materiam, sensibileque veluti germen horum.* Nam si hoc tertium sensibile est Aristoteli substantia, etiam materia quæ propè illud est propè substantiam est: imò substantia quemadmodum ipse quoque multis appellat locis. Quòd autem sit ens per accidens, ex eo fortè Ocelli est deductum, quòd sit omnia potentia: & in ea sint omnia potentia, quæ cum ad actum sunt deducta, iam sunt entia per se. Ita ergo apparet Aristotelem, in materia ipsa in materiæ omnibus conditionib. atq; attributis cū antiquis cōsentire, nullamq; inter eos discordiā esse.

FORMA.

Sed formā vniuersalē quæ huic vniuersalissima tertiæ coniuncta, vniuersū hunc mundum efficeret, *οἷον ἔκγονον τούτων veluti germen horum* nullam videtur posuisse. Nullum enim aliud Aristoteles formarum genus præter duo nouit, abstractas scil: formas, Deum & motrices cœlorū substantias. Et naturales formas corruptibiles, sic .n. fine primi physici scribit: *περὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ εἶδος ἀρχῆς πότερον μία ἢ πολλαὶ καὶ τίς ἢ τίνες εἰσὶ δι' ἀκριβείας τῆς πρώτης φιλοσοφίας ἔργον ἐστὶ διορίσασθαι, ὥστε εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀποκείσθω. περὶ δὲ τῶν φυσικῶν καὶ φθαρτῶν εἰδῶν ἐν τοῖς ὕστερον δεικνυμένοις ἐροῦμεν. De principio autē secundū formam, vtrū vnū vel multa, & quod & quæ sint exactè determinare est primæ philosophiæ munus. quare in illud tēpus reponatur. De naturalibus verò & corruptibilib. formis in posterius demonstrandis dicemus.* Quæ naturales formæ cū sine numero sint, & materia sit vna, nō sunt illi proportione respondentes. neq; cū sint corruptibiles, inter principia sunt recipiendæ, quæ principia oporteat semper manere, ex quarta principiorum conditione, *ἀεὶ δεῖ μένειν.* Deum verò quem hisce verbis, secundum formam principium vocat: docet in prima philosophia, nihil cū materia negotij habere, nihil etiam in mundum agere, præterquàm quod vt bonum, & finis, causa est. cœlestis primi motus. At Timæus formalem causam materiæ vniuersali concausam & æqualem ponit. *πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι λόγῳ, ἦστην ἰδέα τε καὶ ὕλα καὶ ὁ θεὸς δημιουργὸς τῶ βελτίονος. Antequam ergo cœlum fieret verbo erant idea & materia,*

*& Deus*

Linus Orphei præceptor.

*& Deus opifex melioris.* Tres ergo hic sunt mundi causæ: materialis, formalis, & efficiens. In his verò τὰ δὲ σύμπαντα ἰδέαν, ὕλαν, αἰσθητὸν τε οἷον ἔκγονον τουτέων: *Omnia verò simul, ideam, materiam, sensibileq; veluti proles horum*: materialis ac formalis causæ compositum omne quod sensibile est. hoc autem corpus ipsum mundi est. Quam formalem mundi causam non modo non est Aristoteles à veteribus mutuatus quã Plato, Pythagorici, Aegyptij & Chaldæi coluerũt, sed etiam spreuit, & multis in locis est insectatus hostiliter. nec tamẽ ipse aliam adinuenit. Nec .n. natura illa, quã dixit esse principium quoddã & causam ipsius moueri, & quiescere, in quo insit primo per se & non per accidens pro vniuersali forma intelligi potest Nam hęc passiuum quoddam principium dicitur, cũ ait (τοῦ κινεῖσθαι, *ipsius moueri.*) Et illud (in quo inest primo) singularia designat, in quib. materia & forma particulares sunt. quas vtrasq; ob id naturas nuncupauit. Natura ergo hęc Aristotelica principiũ nec formale est, nec actiuũ Etiamsi non defuerint acutiores quidã Peripatetici qui crediderint illo verbo, τοῦ κινεῖσθαι. *moueri*, passiuam, quandam formã designari ac ideo necesse esse dari formã vniuersalẽ actiuã quoq;: quã tamẽ in Aristotelis libris assignare nescierunt.

## AGENS CAVSA.

In quib. reperiatur sanè, non totius, sed dimidiati mundi agens quædã causa motus scil. cœlestis qui sit οἷον ζωή τις, τοῖς φύσει συνεστῶσι πᾶσι. *Veluti vita quædã omnibus natura constantibus.* scil: his inferioribus. quod 2. capite 1. Meteori declarat. Et capite 10. libro 2. de ortu. Hoc tamen ipsum non suum, sed Ocelli est qui ita scripsit. ἐπεὶ δ' ἐν τῷ παντὶ, τὸ μέντοι γένεσις, τὸ δ' αἰτία γενέσεως. καὶ γένεσις μὲν ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων, αἰτία δὲ γενέσεως ὅπου ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου, φανερὸν ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ κινεῖν ἐστί. περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν τὸ τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι. αἱ δὲ μοῖραι αὐτὴ διορίζουσι καὶ τέμνουσι, τό τε ἀεὶ παθὲς μέρος τοῦ κόσμου, καὶ τὸ ἀεικίνητον, ἰσθμὸς γὰρ ἐστὶν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος, τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν καὶ τὸ ἐπάνω τὴν θεῶν κατέχει γένος, τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης νείκους καὶ φύσεως. *Cum ergo in vniuerso aliud sit generatio, aliud causa generationis. & generatio quidẽ vbi mutatio & exitus ex subiectis. Causa verò generationis vbi identitas subiecti, clarum quod circa causam generationis agere & mouere est, circa verò susceptaculum generationis pati & moueri. Fata autem ipsa separant & secant semper patibilem mundi partem & semper mobilem. Est enim isthmus immortalitatis & generationis cursus circa lunam. nam omne quod supra hanc, & in ea Deorum continet genus, sub luna verò lites & natura.* Et versus capitis finem magis etiam explicat: ἐπεὶ δ' ἀνώλεθρος, ὁ κόσμος καὶ ἀγένητος καὶ οὔτ' ἀρχὴν γενέσεως ἔλαβεν, οὔτε τελευτὴν ποτὲ λήψεται, δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπάρχειν ἀλλήλοις. τὸ μὲν ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστὶ πᾶν, συνεγγὺς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος κατά τε τὰς προσόδους, καὶ ἀφόδους μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους καὶ θερμασίας ᾧ συμπεπλέχθαι καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς εὖ δ' ἔχει καὶ ἡ λόξωσις τοῦ ζῳδιακοῦ τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν. αἰτία γὰρ καὶ αὕτη τῆς γενέσεως καθόλου δ' ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὡς τὸ εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γεννῶν, τὸ ὑπεράνω σελήνης, τὸ δ' ἐν ἑαυτῷ τὸ ὑποκάτω σελήνης. τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν. τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου. τοῦ δ' ἀεὶ μεταβάλλοντος γενητοῦ κόσμος ἄρα ἐστί. *Cum ergo interitu careat mundus & ingenitus sit, ac nec initium generationis accepit, nec finem vnquam accipiet, oportet & agens in alio generationem, & generans in seipso subesse sibi inuicẽ atque agens in alio generationem totum id est quod supra lunam est: propè vero magis Sol per accessus, & recessus mutans aerem continuè ad rationem frigoris & caloris, cui consequitur terram etiam mutari, & omnia quæ in terra, rectè etiam habet obliquitas poli Zodiaci ad lationem Solis. Causa enim etiam hæc est generationis, vniuersaliter vero mundi dispositio, in qua est hoc quidem agens, hoc verò patiens. Quòd igitur in alio generat, est id quod supra lunam, quod verò in se, est id quod sub luna. quod verò ex vtrisque ipsorũ ex semper currente diuino, & semper mutante genito, mundus sanè est.* Fine aũt 3. capitis περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ παντός, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν αὐτῷ γινομένης ὡς οὕτως ἔχει καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τῆς μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δ' ἀεὶ παθοῦς καὶ τῆς μὲν ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δ' ἀεὶ κυβερνωμένης ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων. *De toto ergo & vniuerso, adhac etiam de generatione & corruptione quæ in ipso fit, quòd ita habet & habebit per omne æuum. hoc sanè semper mobili natura existente, illa verò semper patibili, Et hac quidem semper gubernante, illa verò semper gubernata, sufficienter mihi dictum est per hæc;*

Quòd verò Ocellus de duobus his corporum generibus alio agente, alio patiente docuit, Aristoteles 1. meteoro, cap. 2. integrum dogma ita expressit: ὥστε τὰ συμβαίνοντα περὶ αὐτὰ, πῦρ μὲν καὶ γῆν καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, ὡς ἐν ὕλης εἴδει τῶν γιγνομένων αἴτια χρὴ νομίζειν. τὸ γὰρ ὑποκείμενον καὶ πάσχον τοῦτον προσαγορεύομεν τὸν τρόπον. τὸ δ' οὕτως αἴτιον ὡς ὅθεν ἡ τῆς κινήσεως ἀρχὴ τὴν τῶν ἀεὶ κινουμένων αἰτιατέον δύναμιν. *Itaq; accidentiū circa ipsa, ignē & terrā, & quæ his vicina, in materiæ specie generatorū causas oportet putare: subiectū .n. & patiēs hoc vocamus modo. Id verò quod ita est causa vt vnde motus principiū, potētiā semp motorū est causandum.* Quod autē Ocellus per isthmiū lunæ, significauit continuationē inferiorum corporum ad cœlestia, vocauitque hæc gubernantia, illa gubernata Aristoteles ita est interpretatus. ἔστι δ' ἐξ ἀνάγκης συνεχὴς πως οὗτος ταῖς ἄνωθεν φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν. *Est verò necessario continuus quodammodo ritè superis lationibus, ita vt omnis eius potestas gubernetur inde.* Gubernationis nomine vsus, alia mutauit. Et quod Ocellus, obliquitatem Poli Zodiaci, Aristoteles 2. de ortu cap. 10. κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον: *Secundum obliquum circulum* dixit, Et quod Ocellus, accessus & recessus προσόδους καὶ ἀφόδους. Aristoteles προσιέναι καὶ ἀπιέναι vertit *accedere & recedere*: Et quod ille cap. 4. καθέκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ τὴν γένεσιν: *Singula adimpleuit Deus incessabilem efficiens & continuam generationem*, Aristoteles paucis mutatis, eadem scripsit. συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν, *Compleuit vniuersum. Deus continuam efficiens generationem.* Sed & mundi æternitatem, eumque nec genitum nec corrūpi posse & ex his quos adduximus locis & ex toto illius primo capite apertissimè excepit, quod alibi latius explicabitur. Hæc itaque de agente generationem vniuersali causa, Ocelli ac Aristotelis dogmata inter se conformia sunt.

## FINALIS CAVSA.

DE finali verò Aristoteli cum Platone, Pythagoræis Aegyptijs atque Chaldæis conuenit, quatenus scilicet esse velint Deum finalem causam. Sed discordat ab illis omnibus, quòd ipse soli primi cœli motui, eum finem propositum esse docet, reliquis cœlis, eas quas intelligentias, Peripatetici Latini, non Aristotelico nomine vocant. inferiora verò, & natantia, & volantia & plantæ, omnia, ait ipse συντέτακταί πως ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, *Coordinata sunt quę tam modo, sed non similiter*. Et θατέρῳ πρὸς θάτερον ἐστί τι. *Et alteri ad alterum est aliquid*, quatenus scilicet, πρὸς μὲν γὰρ ἓν ἅπαντα συντέτακται: *Ad vnum omnia sunt coordinata*. Id autem vnum est, εἰς τὸ ὅλον. *ad vniuersum*, non autem ad Deum. Et hæc ipsa ieiunè, obscurè.. illi verò aliter. corpora ad naturam: hanc ad animā: animam ad mentē, mentē ad Deum esse coordinatas docuerunt. Sic enim Chaldæi, referente Psello, in eorum dogmatum compendio, νοῦ δὲ τοὺς καθόλου λόγους, νῦν τοὺς ψυχικοὺς καὶ φυσικοὺς, οὓς δίδωσι μὲν ὁ νοῦς τῇ ψυχῇ, ἡ δὲ ψυχὴ τῇ φύσει. *Nunc verò vniuersales rationes mentis, animales & naturales, quos dat quidem mens animæ, anima verò naturæ*. Et Hermes in clauē. ὁ νοῦς ἐν τῷ λόγῳ, ὁ λόγος ἐν τῇ ψυχῇ, ἡ ψυχὴ ἐν τῷ πνεύματι, τὸ πνεῦμα ἐν τῷ σώματι: *Mens in ratione, ratio in anima, anima in spiritu, spiritus in corpore*. Quæ etiamsi videatur dicere esse in homine, attamen superius dixerat. ὅτι ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τῆς τοῦ παντὸς πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν. *Quòd ab vna anima vniuersi omnes animæ sunt*. Multaque deinceps de animæ illius ac vniuersi corporis, postquàm disputauit, ita ferè concludit: ὥστε τὸ πᾶν ἐκ τε ὑλικοῦ καὶ νοητοῦ συνέστηκεν καὶ ὁ μὲν κόσμος πρῶτον, ὁ δ' ἄνθρωπος δεύτερον ζῷον μετὰ τὸν κόσμον. *Itaque vniuersum ex materiali & intelligibili, constitutum est. Et mundus primum, homo verò secundum animal post mundum*. Vnde Græcis postea homo dictus est μικρόκοσμος, *mundus paruus*. in quo omnes illæ vel essentiæ vel potentię ita sint ordinatæ, vt in mundo magno. Cùm enim postea dicat, ὅτι σχεδὸν ἠρτημένη τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς. *Adhuc ferè suspensa à mundi anima*: Infantis scilicet & pueri anima, Ideoque inde sit, & inde pendeat. Sinique super eam, ratio & mens, & sub ea spiritus & corpus. quis dubitat, supra atque infra mundi quoque animam hæc reperiri eadem, à quibus vniuersis, hęc particularia & pronascantur & dependeant? deinde ait: ἐκ μιᾶς δ' ἀρχῆς τὰ πάντα ἤρτηται. *Ex vno principio omnia pendent*. Cui Aristot. loco suprà allato assēsit. Deinde subnectit Hermes ἡ δ' ἀρχὴ καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου: *principiū verò ab vno & solo*: mox quasi explicās ἡ καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ κινεῖται, ἵνα πάλιν ἀρχὴ γένηται, τὸ δ' ἓν μόνον, ἕστηκεν, οὐ κινεῖται, καὶ τρία τοίνυν ταῦτα ὁ θεὸς καὶ πατὴρ καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὁ κόσμος, καὶ ὁ ἄνθρωπος. καὶ τὸν μὲν κόσμον ὁ θεὸς ἔχει, τὸν δ' ἄνθρωπον

ὁ κό-

ὁ κόσμος. καὶ γίνεται ὁ μὲν κόσμος τοῦ θεοῦ υἱὸς, ὁ δ' ἄνθρωπος τοῦ κόσμου, ὥσπερ ἔκγονον. οὐ γὰρ ἀγνοεῖ τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ πάνυ γνωρίζει, καὶ θέλει γνωρίζεσθαι. *Et principium quidem mouetur vt rursus principium fiat, vnum autem solùm stat, & non mouetur. Tria ergo hac. Deus & pater & bonum, & mundus & homo: Et mundum quidem Deus habet, hominem verò mundus. Et fit quidem mundus Dei filius, homo verò mundi veluti proles. Non enim ignorat hominem Deus, sed eum apprimè cognoscit, & vult cognosci.* Id ipsum postea explicans, admirabilem quandam expositionem affert: ὁ μὲν οὖν κόσμος ὑπόκειται τῷ θεῷ, ὁ δ' ἄνθρωπος τῷ κόσμῳ, τὰ δ' ἄλογα τῷ ἀνθρώπῳ, ὁ δὲ θεὸς ὑπὲρ πάντα καὶ περὶ πάντα. καὶ τοῦ μὲν θεοῦ καθάπερ ἀκτῖνες αἱ ἐνέργειαι, τοῦ δὲ κόσμου ἀκτῖνες αἱ φύσεις, τοῦ δ' ἀνθρώπου ἀκτῖνες αἱ τέχναι καὶ ἐπιστῆμαι. καὶ αἱ μὲν ἐνέργειαι διὰ τοῦ κόσμου ἐνεργοῦσι καὶ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον διὰ τῶν τοῦ κόσμου φυσικῶν ἀκτίνων. αἱ δὲ φύσεις διὰ τῶν στοιχείων· οἱ δ' ἄνθρωποι διὰ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν, καὶ αὕτη ἡ τοῦ παντὸς ἐστι διοίκησις ἠρτημένη ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς φύσεως, καὶ διήκουσα δι' ἑνὸς τοῦ νοῦ. *Et mundus quidem subest Deo, homo verò mundo bruta autem homini. Deus verò super omnia, ac Dei quidem veluti radij actiones, mundi autem radij natura, hominis verò radij, artes & scientia. Et actiones quidem per mundum agunt etiam in hominem per mundi naturales radios. Natura verò per Elementa, homines verò per artes & scientias. atque hac vniuersi est dispositio, pendens ab vnius natura & permeans per vnam mentem.* An verò hæc rerum coordinatio inter se, & ad vnum luculentior sit quàm Aristotelica illa, vix vi ex illius verbis expressa, iudicabitur, à viris philosophis omnib. rectè, præter quàm forte ab Aucrroe, Quid hæc alia Platonis quæ est in Epistola 2. περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. *Circa vniuersorum regem omnia sunt, & illius gratia omnia, & ille causa omnium pulchrorũ secundum verò circa secunda, & tertium circa tertia. Vbi finalis atque etiam efficiens causa lucidissimè sunt expressa.*

## NATVRA.

NATVRAM verò aliam quàm passiuam illam ac particularem, actiuam atq; vniuersalem agnouit Aristoteles, Eam scilicet quam simul cum Deo non raro ait. Deus & Natura nihil frustra facit, & quam 6. capite 2. physici menti sociam facit. ἀνάγκη, πρότερον νοῦν αἴτιον καὶ φύσιν εἶναι καὶ ἄλλων πολλῶν, καὶ τοῦδε τοῦ παντός. *Necesse est prius mentem causam & naturam esse & aliorum multorum, & huiusce vniuersi.* Hanc libro 1. de partibus capite 1. materiæ contra distinguit, agentemque, & formam, & finem facit. ἄλλως τε καὶ τῆς φύσεως διχῶς λεγομένης, καὶ οὔσης τῆς μὲν ὡς ὕλης, τῆς δ' ὡς οὐσίας, καὶ ἐστὶν αὕτη καὶ ὡς ἡ κινοῦσα, καὶ ὡς τέλος. *Aliter cũ natura dupliciter & dicatur & sit, hac quidem vt materia, hac verò vt substantia, & hac est ea qua vt motrix, & vt finis.* Cuius cùm exemplum particulare in animalibus dedisset, de vniuersali hæc infert. Διὸ μᾶλλον εἰκὸς τὸν οὐρανὸν γεγενῆσθαι ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας εἰ γέγονε, καὶ εἶναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν μᾶλλον ἢ τὰ ζῷα τὰ θνητά. *Quare magis vero simile est, cælum factum esse à tali causa, si factum est, & esse ob talem causam magis quã animalia mortalia.* Causamque reddens subdit. τὸ γὰρ τεταγμένον καὶ ὡρισμένον πολὺ μᾶλλον φαίνεται ἐν τοῖς οὐρανίοις ἢ περὶ ἡμᾶς. *Nam ordinatum & terminatũ, multo magis apparet in cælestibus, quã circa nos.* Et in hanc sententiam aliqua locutus, adnectit. ὥστε εἶναι φανερὸν, ὅτι ἐστί τι τοιοῦτον, ὃ δὴ καὶ καλοῦμεν φύσιν. *Itaque est clarum quòd est aliquid tale quod sanè etiã vocamus naturã.* Quam mox ait. ἀρχὴ γὰρ ἡ φύσις μᾶλλον τῆς ὕλης. *Principiũ enim natura magis quàm materia.* Vniuersalis scilicet ea quæ pro principio, semper manente ponitur. De hac eadem natura locutus est, libro de mundo cap. 5. potentiã eam ibi vocans. καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν διεκόσμησε μία ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις. ἐκ τῶν ἀμίκτων καὶ ἑτεροίων ἀέρος τε καὶ γῆς καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος τὸν σύμπαντα κόσμον δημιουργήσασα. *Et vniuersum cælũ exornauit vna per omnia penetrans potentia ex incommiscibilibus & alienis aere, & terra, & igne, & aqua, vniuersum mundũ fabrefaciens.* De qua non multo antea intellexerat in his verbis: ἔοικε δὲ καὶ ἡ τέχνη τὴν φύσιν μιμουμένη *Videtur & ars naturam imitari.* Quam ipsam intellexit cùm ait. *Deus & natura nihil frustra facit.* Eamque non Sociam, vti ex hac litera sed instrumentum Dei facit eiusdem libri capite 6. cum ait, de Deo loquens: σεμνότερον δὲ καὶ πρεπωδέστερον αὐτὸν μὲν ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω χώρας ἱδρῦσθαι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου διήκουσαν, ἥλιόν τε κινεῖν καὶ σελήνην, καὶ τὸν πάντα οὐρανὸν περιάγειν· αἴτιον δὲ γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίας. *Venerabilius & decentius ipsum quidẽ in suprema regione stabilẽ, potentiã verò per vniuersum mũdũ penetrãtẽ, solẽ mouere & lunã, & omne*

*cœlū circūagere, & causam fieri ijs quæ in terra sunt salutis*. Potentiam hic vocans, quā priore loco, & potentiam & naturam appellauit pro eodem verò sumpsisse illa penetratio per omnia vtrique attributa & cœli & vniuersi efficientia. Quòd autem pro instrumento hac potentia vtatur Deus eodem capite 6. dixerat. ἀλλὰ δυνάμει χρώμενος ἀηττήτῳ δι' ἧς καὶ τῶν πόρρω δοκούντων εἶναι περιγίνεται. *Potentia verò vtens infractili, per quam etiā ijs quæ procul videntur esse, dominatur*. Quòd autem hæc potentia, ac natura, & instrumentum sit videtur clarius cap. 4. expressisse.

## SPIRITVS.

λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως πνεῦμα, ἥ τε ἐν φυτοῖς τε καὶ ζώοις, διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία, περὶ ἧς λέγειν νῦν οὐκ ἀναγκαῖον. *Dicitur verò etiā ea aliter spiritus quæ in plātis & animalibus, & per omnia penetrās animata & prolifica essentia, de qua dicere nō est nūc necesse*. Hic aūt spiritus est in quo Hermes loco iā allato ait esse animā, & spiritū in corpore. Et fortè hic est ille spiritus qui apud Mosem ferebatur super aquas. Et qui apud Virgiliū, spirit⁹ intus alit Hic ergo spiritū mea quidē sentētia, ex multis allatis cōformib. inter se Aristotelis dictis, est natura illa Aristotelica, q̄ nihil vnquā frustrà facit, quæ semper ad aliquid operatur, ac melius semper efficit, vniuersalis materiæ contraposita. Quæ sanè sententia, eò magis mihi arridet, quòd neminem adhuc sciamus Peripateticum quamuis magnum, potuisse certi aliquid ex Aristotelis verbis de natura hac afferre, quanquàm non parum Alexander in ea inquirendâ laborauerit. Ea si sit Aristotelis natura Hermetis ac Mosis iam natura & Spiritus est cumque ijs consentit.

## FORTVNA. CASVS.

NEC minus est cum veteribus concors in causis ac principijs per accidens quæ appellantur. Namque casus & fortunæ eadem est apud Hippocratem significatiò libro de Morbis 1 vt casus sit cum præter intentionem cuiusquam in rebus naturæ aliquid accidit. Fortuna verò cum in actionibus humanis idem euenit ait namq; Hippocrates τὰ δὲ πάθεα ἀνθρώποισιν ἀπὸ ταὐτομάτου ἐν τῇσι νούσοισι γίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ ἀγαθά. *Talia verò hominibus casu in morbis fiunt mala & bona*. eaque recenset, in quibus nulla medici operatio adhibetur. Fortuna verò vbi medicus operatur, ac præter eius intentionem accidunt quædam. ἐπιτυχίῃ δὲ τὰ πάθεα οἱ ἰητροὶ ποιέουσιν ἐν τῇ θεραπείῃ ἀγαθά. *Fortuna verò talia Medici faciunt in curando bona*. Diogenes quoque Pythagoreus, libro de pietate, cum quatuor omnium euentuum causas enumerasset Naturam legem, artem ac fortunam, ita hanc declarat. τῶν δ' εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ὁμοίως περιπιπτόντων, τοῖς χρηστοῖς δὲ καὶ πονηροῖς τύχαν τῶν τοιούτων αἰτίαν φάσκομεν. ταύταν δ' οὐδ' ἐν μέτρῳ οὐδ' ἐν ὅρῳ τεταγμένως καὶ πεφροντισμένως ἕκαστα ποιεῖ. *Eorum vero quæ temerè & vt accidit à casu similiter euenientium bonis ac prauis, fortunam talium causam dicimus, hanc verò neque in mensura, neque in termino ordinatè, & prudenter singula facere*. Et Archytas libro de viro bono & beato. εὐτυχίαν δὲ τὰν παρὰ τὸν λόγον τῶν ἀγαθῶν παρουσίαν, καὶ μὴ δι' αὐτὸν γινομέναν. *Bonam fortunam vero eā, quæ præter rationem bonorum præsentiam, & non propter ipsum fit*. Hæc ergo in vniuersum de principijs dogmata Aristotelis sunt, omnia à veteribus accepta.

## ACCIDENTIA COMMVNIA.

## MOTVS.

NVNC communia quæ vocant accidentia expendamus, è quibus primum locum apud eum tenet motus. In motu considerat hæc Theoremata. Motum, in rebus quatuor esse, substantia, quanto, quali, loco.

*II.* Motum esse actum entis in potentia.

*III.* Omne mouens naturaliter mouere, & moueri.

*IIII.* Motum esse in mobili. Atque hæc libro 3. de natura. Nam reliqua vel declarationes horum quatuor, vel probationes sunt. Libro verò 1. de motu.

*V.* Mobile tripliciter moueri, per accidens, per partes, per se.

*VI.* Omnem motum fieri ab aliquo in aliquid.

*VII.* Hæc autem esse contraria ipsa, vel intermedia.

*VIII.* Generationem fieri in substantiam, corruptionem in non ens, fierique ἐξαίφνης momento.

*IX.* Generationes & corruptiones non esse motus sed mutationes.

X. Motus

X. Motus esse tres:quanti,qualis,& in loco.

XI. In reliquis prædicamentis non esse.

XII. Quietem contrariam esse motui.

XIII. Omnem motum esse vnum,vel genere,vel specie vel numero, atque hunc esse continuum,illos contiguos.

XIIII. Motum esse contrarium motui,quando alter fit ex contrario in contrariũ & alter ex hoc contrario in illud contrarium.

XV. Motum alium esse secundum naturam,alium præter naturam.

XVI. Ita quoque esse quietem.

XVII. Nihil moueri in instanti aut quiescere,sed in tempore.

XVIII. Motum esse diuisibilem secundum tempus & secundũ partes eius quod mouetur.

XIX. Omne quod mouetur necessario,motum esse prius.

XX. In finito tempore non posse infinitum motum fieri, nec quietem infinitam.

XXI. Omnem motum sisti in tempore.

XXII. Motum alium tardum esse alium velocem.

XXIII. Impassibile non posse moueri. Hæc 1 & 2. librorum de motu Theoremata. Tertij verò hæc alia.

XXIIII. Motum esse infinitum.

XXV. Quædam aliquando moueri,aliquando quiescere, alia semper moueri,alia semper quiescere.

XXVI. Omne quod mouetur,vel à seipso,vel ab alio mouetur.

XXVII. Omne quod mouetur vel natura,vel violenter.

XXVIII. Quod ab alio mouetur,vel à primo,vel à pluribus.

XXIX. Primum mouens esse immobile per se,& per accidens.

XXX. Lationem esse primum motum.

XXXI. Circularem motum esse infinitum.

XXXII. Circularem motum esse omnium primum.

XXXIII. Circularem motum esse æternum. Hæc sunt trium de motu librorum ac tertij physici Theoremata, in quæ videtur sanè Aristoteles, omnes ingenij sui, atque acuminis vires effudisse. E quibus videamus an aliqua fuerint à veteribus, vel tradita vel tractata,anq; in eis conuenerint. Sanè multam fuisse de motu factã mentionem,à Platone,à Pythagoreis,à physicis,ipsius Aristotelis testimonijs multis; satis est apertum Sed depromamus ex ijs particulatim si quæ possumus congruentia. In Parmenide Plato,duo motus summa genera statuit,lationem atque alterationem. ὅτι κινούμενον δὲ ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν, αὗται γὰρ μόναι κινήσεις. *Quod mouetur,vel feratur,vel alteretur,hi enim soli motus.* Lationem mox partitur. καὶ μὴν εἰ φέροιτο τὸ ἓν, ἤτοι ἐν τῷ αὐτῷ ἂν περιφέροιτο κύκλῳ, ἢ μεταλλάττοι χώραν ἑτέραν ἐξ ἑτέρας. *Quòd si feratur vnum,vel in eodem circumferatur circulo,vel mutat regionem aliã ex alia.* Quæ omnia Aristoteles recepit,vt etiam in circulari motu medium requiri;quod asseruerat Plato. οὐκ οὖν κύκλῳ ἂν περιφερόμενον, ἐπὶ μέσου βεβηκέναι ἀνάγκη. *Nonne circulò si mouetur super medio incedere necesse est.* Quam rem in Thæteto etiam repetit. Quod item sit generatio & corruptio,eodem Parmenide explicat. τὸ δὴ οὐσίας μεταλαμβάνειν, ἆρα γε οὐ γίνεσθαι καλεῖς; ἔγωγε. τὸ δ᾽ ἀπαλλάττεσθαι οὐσίας, ἆρ᾽ οὐκ ἀπόλλυσθαι; *Substantiam recipere. nonne generari vocas ? Ego sanè secedere autem à substantia, nonne perire?* Aristotelicum prorsus.10 legum libro motus genera cõstituit,hac sanè methodo pulcherrima: Ἆρ᾽ ἕστηκε μὲν τὰ πάντα, κινεῖται δ᾽ οὐδέν; ἢ τοὐναντίον πᾶν τούτου; ἢ τὰ μὲν αὐτῶν κινεῖται, τὰ δὲ μένει; τὰ μὲν κινεῖταί που φήσομεν, τὰ δὲ μένει; μῶν οὐκ ἐν χώρᾳ τινὶ, τά τε ἑστῶτα ἕστηκε καὶ τὰ κινούμενα κινεῖται; πῶς γὰρ οὔ. καὶ τὰ μέν γε ἐν μιᾷ ἕδρᾳ που τοῦτο δρᾷ, τὰ δ᾽ ἐν πλείοσι. τὰ τὴν τῶν ἑστώτων ἐν μέσῳ λαμβάνοντα δύναμιν λέγεις; φήσομεν ἐν ἑνὶ κινεῖσθαι, καθάπερ ἡ τῶν ἑστάναι λεγομένων κύκλων στρέφεται περιφορά; Ναὶ. μανθάνομεν δέ γε, ὡς ἐν ταύτῃ τῇ περιφορᾷ τὸν μέγιστον καὶ τὸν σμικρότατον κύκλον ἅμα περιάγουσα ἡ τοιαύτη κίνησις, ἀνάλογον αὑτὴν διανέμει, σμικροῖς δὲ χωρίζει, ἐλάττων δ᾽ οὖσα ἢ πλείων κατὰ λόγον. διὸ δὴ τῶν θαυμαστῶν ἁπάντων πηγὴ γέγονεν. ἅμα μεγάλοις ἢ σμικροῖς κύκλοις βραδυτῆτάς τε καὶ τάχη ὁμολογούμενα πορεύουσα. ἀδύνατον ὡς ἄν τις ἐλπίσειε γίνεσθαι πάθος. Ἀληθέστατα λέγεις. τὰ δέ γε κινούμενα ἐν πολλοῖς φαίνῃ μοι λέγειν ὅσα φορᾷ κινεῖται, μεταβαίνοντα εἰς ἕτερον ἀεὶ τόπον. καὶ τοτὲ μὲν βάσιν

ὅτι βάσιν ἑνὸς κεκτημένα τινὸς κεῖται, τὰ δὲ ἐν πλείοσι περικυλινδεῖται. προστυγχάνοντα δ' ἑκάστοτε ἑκάστοις τοῖς ἑστῶσι μὲν διασχίζεται, τοῖς δ' ἀλλήλοις ἐξ ἐναντίας ἀπαντῶσι καὶ φερομένοις εἰς ἓν γιγνόμενα μέσα τε καὶ μεταξὺ τῶν τοιούτων συγκρίνεται. λέγω γὰρ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχοντα, ὡς σὺ λέγεις. καὶ μὴν καὶ συγκρινόμενα μὲν αὐξάνεται, διακρινόμενα δὲ φθίνει τότε, ὅταν ἡ καθεστηκυῖα ἑκάστων ἕξις διαμένῃ. μὴ μενούσης δ' αὐτῆς δι' ἀμφότερα ἀπόλλυται. γίνεται δὴ πάντων γένεσις, ἡνίκ' ἂν τί πάθος ᾖ, δῆλον ὡς ὁπόταν ἀρχὴ λαβοῦσα αὔξην, εἰς τὴν δευτέραν ἔλθῃ μετάβασιν καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς τὴν πλησίον, καὶ μέχρι τριῶν ἐλθοῦσα, αἴσθησιν σχῇ τοῖς αἰσθανομένοις μεταβαλλὸν μὲν οὖν οὕτω καὶ μετακινούμενον γίνεται πᾶν. ἔστι δ' ὄντως ὂν ὁπόταν μένῃ. μεταβαλὸν δ' εἰς ἄλλην ἕξιν, διέφθαρται παντελῶς. ἆρ' οὖν κινήσεις πάσας εἰρήκαμεν ὡς ἐν εἴδεσι λαβεῖν μετ' ἀριθμοῦ πλήν γε ὦ φίλοι δυεῖν; ποίαιν δή, ΑΘ. σχεδὸν ὦγαθο ἐκείναιν, ὧν ἕνεκα πᾶσιν ἡμῖν ἐστιν ἡ σκέψις τὰ νῦν. ΚΛ. λέγε σαφέστερον. ΑΘ. ψυχῆς ἦν ἕνεκά που; ΚΛ. πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. ἔστω τοίνυν ἡ μὲν ἕτερα δυναμένη κινεῖν κίνησις, ἑαυτὴν δ' ἀδυνατοῦσα ἀεί, μία τις· ἡ δ' ἑαυτήν τ' ἀεὶ καὶ ἕτερα δυναμένη κατά γε συγκρίσεις, ἔν τε διακρίσεσιν, αὔξαις τε καὶ τῷ ἐναντίῳ, καὶ γενέσεσί τε καὶ φθοραῖς, ἄλλη μία τις τῶν πασῶν κινήσεων. ΚΛ. ἔστω γὰρ οὖν. ΑΘ. οὐκοῦν τὴν μὲν ἕτερον ἀεὶ κινοῦσαν καὶ μεταβαλλομένην ὑφ' ἑτέρου θήσομεν ἐνάτην, αὐτὴν δ' ἑαυτὴν κινοῦσαν καὶ ἕτερα ἐναρμόττουσαν πᾶσι μὲν ποιήμασι, πᾶσι δὲ παθήμασι, καλουμένην δὲ ὄντως τῶν ὄντων πάντων μεταβολὴν καὶ κίνησιν, ταύτην δὲ δεκάτην σχεδὸν ἐροῦμεν; Quæ sic vertimus. *Num ergo manent omnia, mouetur vero nihil? vel huic totum contrarium? vel hæc quidem mouentur, hæc verò manent? & mota mouentur? Quid ni? & hæc sanè in una sede id faciunt, hæc autem in pluribus. Ea quæ manentium in medio accipiunt potentiam eius, dicemus in uno moueri, quemadmodũ eorum quæ stare dicuntur, circulo vertuntur circulatio? Sanè. Percipimus vero quòd in hac circulatione maximum & minimum circulum simul circumagens talis motio proportione seipsam distribuit paruis & maioribus, minor existens & maior secundũ rationem. Quare mirabilium sanè omnium fons facta est simul magnis & paruis circulis tarditates & velocitates consentientes, progrediens impossibile ut quis speret fieri passionẽ. Verissime dicis. Quæ autem mouentur in multis, videris mihi dicere, quæcunque latione mouentur transeuntia in alium semper locum. Et tunc sanè est, quando basin unius alicuius centri possidentia & tunc plura, eo quod in Cylindri formam voluantur. occurrentia. ubique singulis manentibus, perrumpunt quidem, at cum occurrentibus sibi mutuo ex aduerso & latis in unum venientia, media & inter talia concrescunt. Aio quidem hæc ita se habere ut tu ais. Atenim & concreta augentur, & secreta minuuntur tunc cum constitutus cuiusque habitus distribuit, non manente autem eo per utraque perditur. Est ergo omnium generatio quando aliqua passio fuerit. Clarum quod quando principium assumens augmentum, in secundum peruenerit transitum, & ab hoc in propinquum, & ad tria usque veniens sensum cohibuerit sensatis, transmutatum ergo ita & commotum fit omne. Est autem reuera ens quando manserit, transmutatum autem in alium habitum corruptum est penitus. Nunquid motus omnes diximus, ut speciatim sumamus numero, præter duos ô amici? Quos nam? Ferè ô amice, illos quorum gratia omnis nobis est speculatio in præsentia. Dic clarius. Animæ gratia erat? Prorsus. Esto ergo alter motus potens alia mouere, seipsum vero impotens semper. Unus quidam alius seipsum semper & alia potens per concretiones in discretionibus, augmentis. & in contrario, & generationibus & corruptionibus, alius quidam unus omnium motuum. Esto sanè. Non ne aliud semper mouens & transmutãs ab altero ponemus nonum. Qui verò seipsum & alia, conuenientem quidem omnibus factionibus & passionibus, vocatumque reuera entium omnium transmutationem & motum, hunc autem decimum ferè dicemus?* Ex quibus motus genera hæc eliciuntur, circularis duplex maximi & minimi circuli, motus rectus localis. Cylindricus, qui tum rectus tum circularis est: concretio, secretio, augmentum decrementum, generatio, corruptio, & motus animæ. quæ seipsam & alia omnia mouet & motus quo aliquid ab alio mouetur. Hi duo sunt ab Aristotele accepti 26 theorematis. reliqui quos ipse 10. Theoremate recenset. Sed quos Aristoteles omisit, duplex circularis est & Cylindricus, & concretio & discretio. Ex verbis aũt his. *Quare admirabilium omnium fons fuit.* Videtur Aristoteles vsurpasse quod initio mechanici inquit: θαυμασιώτατον δὲ τὸ τ' ἀναντία γίνεσθαι σὺν ἀλλήλοις, ὁ δὲ κύκλος συνέστηκεν ἐκ τοιούτων. *Admirabilissimum vero quod contraria fiant in simul.* Circulus autem constat ex talibus. Deinde Plato addit motus animæ, quos Aristoteles neglexit: cũ tamen cognitio, cogitatio, intellectio ac talia alia, siue actiones siue passiones sint motus sunt necessario, nec non omnis localis motus progressiuus ab ea pronascatur.

tur Ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλατταν ταῖς αὑτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματά ἐστιν βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν, ὀρθῶς, ἐψευσμένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαρροῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν, καὶ πάσαις, ὅσαι τούτων συγγενεῖς ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις, τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων, ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν καὶ διάκρισιν καὶ σύγκρισιν, καὶ τούτοις ἑπομένας θερμότητας, ψύξεις, βαρύτητας καὶ κουφότητας, σκληρὸν καὶ μαλακὸν λευκὸν καὶ μέλαν, αὐστηρὸν καὶ γλυκὺ καὶ πικρόν. *Ducit sanè anima omnia, per cælum per terram & per mare, suis ipsius motibus, quibus nomina sunt velle, speculari, curare, consulere, opinari, rectè, falsò, lætantem, dolentem, audentem, timentē, odio habentem, amantem, & omnibus quot sunt his cognati vel primarij motus, secundarios rursus accipientes motus corporum, ducunt omnia in augmentum & decrementū. Et secretionem, & concretionem, & his consequentes caliditates, frigiditates, grauitates, leuitates, durū & molle, albū & nigrū, austerū & dulce & amarū.* In quib. illud est animaduertendum, Platonē primū motorē statuisse animā vniuersalē scil. animā vniuersi, quam etiā Deū vocat non multo post, at non primum deum. καὶ πᾶσιν οἷς ψυχὴ χρωμένη, νοῦν μὲν προσλαβοῦσα ἀεὶ θεῖον, θεὸς οὖσα ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα. *Et omnibus, quibus anima utens, mētem asciscens semper Deum, Deus ipsa existens rectè & fælicia ducit omnia.* In huius primi motoris cognitionem deuenit, inquirēdo an Dij essent, hos esse adinuenit, postquā animā esse priorem corpore ostendit. Id autem per motus effecit, quorum omnium primum esse dicit quem decimo loco, recensuerat eum scilicet qui se ipsum & alia mouet, de quo ait. πρῶτον γενέσει τε ἐστὶ καὶ ῥώμην κατὰ λόγον. *Primum generatione est & vi, secundum rationem.* Et iterum concludens: ἀρχὴν ἄρα κινήσεων πασῶν καὶ πρώτην ἔν τε ἑστῶσι γενομένην καὶ ἐν κινουμένοις οὖσαν τὴν αὑτὴν κινοῦσαν φήσομεν ἀναγκαῖον εἶναι πρεσβυτάτην καὶ κρατίστην μεταβολὴν πασῶν, τὴν δ' ἀλλοιουμένην ὑφ' ἑτέρου κινοῦσαν δ' ἕτερα, δευτέραν. *Principium ergò motionum omnium, & primam, instantibus pariter factam & in motis existentem, eam quæ se ipsam mouet, dicemus necessariū esse antiquissimā & potentissimā mutationē omniū: eam verò quæ alteratur ab alio & mouet alia secundam.* Eundem ferè progressum methodi vsurpauit Aristoteles libro 3. de Motu, vt per motus primum motum inueniret, & per hunc primum motorem. Sed à præceptore in tribus dissensit, primò quòd primum hūc motorem, Deum primum, non animam esse voluerit. Secundò quòd primum motum cœlo ascribit, quem Plato secundum nominat, primum animæ tribuens. Tertio, quòd primum motorem immobilem & per se, & per accidens esse dixerit: Plato autem mobilem quidem: non ab alio tamen, sed à seipso, vsurpauit etiam diuisionē illam, qua Plato initio motuum vsus est eodem 3. de Motu capite 3. ἀνάγκη δ' ἤτοι πάντα ἠρεμεῖν, ἢ πάντ' ἀεὶ κινεῖσθαι, ἢ τὰ μὲν κινεῖσθαι, τὰ δ' ἠρεμεῖν. *Necesse verò vel omnia quiescere semper, vel omnia semper moueri, vel quædam moueri, quædam quiescere.* Et quod 6. problemate dixerat Aristoteles & mota & quiescentia, aliquo loco, & quiescere & moueri, manifesto sunt ex Platonicis illis sumpta: μῶν οὖν οὐκ ἐν χώρᾳ τινὶ τὰ δ' ἑστῶτα καὶ τὰ κινούμενα κινεῖται. *Nunquid non, in loco aliquo, & stantia stant & mota mouentur?* Et quod Aristoteles dixit, quietem motui opponi, Platonis nimirum eodem loco est. Quin & argutissimum illud philosophema: esse in omni motus puncto aliquid, quod nec mouetur, nec stat, Plato ante eum in Parmenide docuerat his sanè verbis: τὸ γὰρ ἐξαίφνης, τοιόνδε τι ἔοικε σημαίνειν, ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον εἰς ἑκάτερον. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ ἑστάναι ἑστῶτος ἔτι μεταβάλλει, ἀλλ' ἡ ἐξαίφνης αὕτη φύσις ἄτοπός τις ἐγκάθηται μεταξὺ τῆς κινήσεως τε καὶ στάσεως ἐν χρόνῳ οὐδὲν οὖσα, καὶ εἰς ταύτην τε κ' ἐκ ταύτης τό τε κινούμενον μεταβάλλει ἐπὶ τὸ ἑστάναι, καὶ τὸ ἑστὼς ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι. *Repente namque tale quippiam videtur significare vt ex illo mutans, in vtrūque, non enim ex stare, stante adhuc, transmutatur. Sed natura hæc, repente, absurda quædam, residet in medio, inter motum & stationem, in tempore nihil existens, & in hanc & ex hac & motum, transmutatur ad stare: & stans ad moueri.* Quod verò Aristoteles libro de animalium motu, capite 2. docet omnē motum fieri in aliquo quiescente, fuit antea Hermetis dogma li. 2. πᾶν δὲ τὸ κινούμενον, οὐκ ἐν κινουμένῳ κινεῖται ἀλλ' ἐν ἑστῶτι. *Omne motum, non in moto mouetur, sed in stante.* Reliqua motus Theoremata Aristotelis fortè fuerint inuenta: quando in veterum fragmentis pauculis quæ supersunt, nequiuerim ea obseruare. Sed quæ postea alio loco exactius erunt nobis excutienda.

## INFINITVM.

NVNC infinitum, quod motui Aristoteles statim subdidit, discutiamus. Sanè, quinq; ad summum capita continet.

*I. Separatum equidem esse infinitũ à sensibilibus, ipsum aliquid existens infinitum, nequit esse.* χωριστὸν μὲν οὖν εἶναι τὸ ἄπειρον τῶν αἰσθητῶν αὐτό τι ὂν ἄπειρον, οὐχ οἷόν τε.

*II. Non posse esse infinitum actu, & vt substantia, & principium.* φανερὸν δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται εἶναι τὸ ἄπειρον ὡς ἐνεργείᾳ ὂν καὶ ὡς οὐσίαν καὶ ὡς ἀρχήν.

*III. Nullum corpus vel intelligibile vel sensibile esse infinitum.* οὐκ ἂν εἴη σῶμα ἄπειρον οὔτε νοητὸν, οὐδὲ αἰσθητόν.

*IIII. Esse autem infinitum in tempore, & numeris, & magnitudinum diuisione.* ἄλλως τε ἐν τῷ χρόνῳ δῆλον τὸ ἄπειρον, καὶ ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν καὶ ἐπὶ τῆς διαιρέσεως τῶν μεγεθῶν.

*V. Infinitum id esse in potentia.* λείπεται οὖν δυνάμει εἶναι τὸ ἄπειρον. Non ea quidẽ, quæ ad actum deducatur potentia, sed qua semper alicui finito aliud succedit. τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο γίνεσθαι, οὕτω καὶ τὸ ἄπειρον. atque hoc sanè in tempore, in numero verò additione in magnitudine autem diuisione, fuisse autem hæc omnia ab alijs ante se speculata testatur ipsemet capite 4. *Nam magnitudinũ diuisione infinita ait vsos mathematicos.* χρῶνται γὰρ οἱ μαθηματικοὶ τῷ ἀπείρῳ. Quod verò subdit. μάλιστα δὲ κυριώτατον ὃ τὴν κοινὴν ποιεῖ ἀπορίαν πᾶσι, διὰ τὸ ἐν τῇ νοήσει μὴ ὑπολείπειν. καὶ ὁ ἀριθμὸς δοκεῖ ἄπειρος εἶναι, καὶ τὰ μαθηματικὰ μεγέθη, καὶ τὸ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. *Maximè verò & principalissimum illud est, quòd omnibus communem facit dubitationem, eò quòd in intellectione non deficiat, & numerus videtur infinitus esse, & mathematica magnitudinũ, & quod est extra cælum.* Tempus autem esse infinitum Ocellus capite 1. docuit in hunc modum. ὁ τε χρόνος ὁ ἄπειρος, ἐν ᾧ περ ἡ κίνησις. διὰ τὸ μὴ δὲ ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. *Et tempus infinitum, in quo motus, quia nec principium sumpserit quod mouetur, neque finem sit accepturum.* Mundum autem non esse magnitudine infinitum, & Plato, & Timæus & Ocellus cognouerunt, quando illi figuram Sphęricam adscripserunt. Et à medio ad fines æqualiter distare totum. διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον. *Quare & Sphæricum à medio vndique ad extrema æqualiter distans.* ait Plato. Nam quòd medium habet & extrema, & æqualitatem continet, infinitum non potest esse. Sed neque infinitos numero mundos esse Plato idem dixerat διὰ ταῦτα οὐδὲ δύο, οὔτ᾽ ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους. *Propter hæc neq; duos, neq; infinitos fecit opifex mundos.*

## LOCVS.

LOCI postea contemplationem aggressus, tria proponit sibi inquirenda, sitne, quomodo sit? & quid sit? asserit à veteribus nihil fuisse de eo aut quæsitum aut acquisitum, ait namque. ἔτι δ᾽ οὐδ᾽ ἔχομεν οὐδὲν παρὰ τῶν ἄλλων οὔτε προηπορημένον, οὔτε προηυπορημένον περὶ αὐτοῦ. Huic assertioni, eodem capite tertio & 2. Semel contrariam scribit. ait etenim. ἔτι οἱ τὸ κενὸν φάσκοντες εἶναι, τόπον λέγουσι τό. γὰρ κενὸν τόπος ἂν εἴη ἐστερημένος σώματος. *Adhuc qui vacuum dicunt esse, locum dicunt. Vacuum enim locus erit priuatus corpore.* Deinde mox. Hesiodum loci naturam vidisse affirmat, eiusque carmina apponit ac sic exponit. ὡς δέον πρῶτον ὑπάρξαι χώραν τοῖς οὖσι διὰ τὸ νομίζειν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ πάντα εἶναί που καὶ ἐν τόπῳ. *Veluti oporteat primum existere locum entibus, quia putaret vt vulgus omnia esse alicubi & in loco.* Tertio Zenonis dubium affert. ἡ γὰρ Ζήνωνος ἀπορία ζητεῖ τινὰ λόγον. εἰ γὰρ πᾶν τὸ ὂν ἐν τόπῳ, δῆλον ὅτι καὶ τοῦ τόπου τόπος ἔσται καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον πρόεισι. *Zenonis enim dubitatio quærit quandam rationem. Si enim omne ens in loco manifestum quòd & hoc, quòd alicubi locus erit, & hoc in infinitum procedit.* Zeno ergò προηπόρηκε *prædubitauit*. Et vacui assertores Leucippus, & Democritus, & Hesiodus & vulgus hoc προηυπορήκασι *præacquisiuerunt* de loco, quòd entia contineat. Quomodo ergo vera est assertio, nihil fuisse de loco, aut præquisitum, aut præacquisitum? Sed maiora Archytas, à quo non solum dogma totum, sed verba etiam quædam Aristoteles mutuatus est, cuius quædam de hac re Simplicius commentarijs in Categoriam, vbi refert, sunt autem hæc ipsius Archytæ verba. ἐπεὶ γὰρ πᾶν τὸ κινούμενον ἐν τόπῳ τινὶ κινεῖται, φανερὸν ὅτι τόπον ὑπάρχειν δεῖ πρότερον, ἐν ᾧ περ ἔσται τὸ κινέον ἢ τὸ πάσχον. ἴσως δὲ καὶ πρῶτον τοῦτο ἁπάντων. ἐπειδήπερ τὰ ὄντα πάντα ἤτοι ἐν τόπῳ ἐστὶ, ἢ οὐκ ἄνευ τόπου. *Cum enim omne quod mouetur in loco aliquo mouetur manifestum, quòd locũ subesse oportet prius, in quo sit mouens vel passum, fortè vero etiam primũ*

hoc

*hoc omnibus, quandoquidē entia omnia, vel in loco sunt, vel non sine loco.* atque iterum. τοῦ μὲν τόπου ἴδιον εἶναι τὸ τὰ μὲν ἄλλα ἐν αὐτῷ εἶναι, αὐτὸν δ᾽ ἐν μηδενί. εἰ γὰρ ἐν ἄλλῳ τόπῳ ἔσται καὶ ὁ τόπος πάλιν αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ, καὶ τοῦτο μέχρις ἀπείρου συμβήσεται. ἀνάγκη τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα ἐν τόπῳ εἶναι, τὸν δὲ τόπον ἐν μηδενί. ἀλλ᾽ οὕτως πρὸς τὰ ὄντα, ὥσπερ καὶ τὰ πέρατα πρὸς τὰ περατούμενα. ὁ γὰρ τοῦ παντὸς κόσμου τόπος, πέρας ἁπάντων ὄντων ἐστί. *Loci quidem proprium est, alia in ipso esse, ipsum verò in nullo. Si enim in aliquo loco erit, & locus iste rursus in alio & hoc vsque ad infinitum procedet. Necesse ergo alia in loco esse, locum verò in nullo, sed sic ad entia, vt termini ad terminata, totius enim mundi locus terminus omnium entium est.* Falsa ergo ex his apparet assertio ea esse, quòd alij nec prædubitarunt, nec præacquisiuerunt quod etiam apparebit ex his alijs ipsius verbis. λέγουσι μὲν γὰρ ἅπαντες εἶναί τι τὸν τόπον, τί δ᾽ ἐστὶν οὗτος μόνος ἐπεχείρησεν εἰπεῖν. *Dicunt sanè omnes esse aliquid locum, quid verò sit, iste solus tentauit dicere.* Plato. Id autē in Parmenide, in quo oēs ferè loci eas cōditiones, quas Aristoteles initio 4. cap. requisiuit, explicauit. Sunt aūt hæ septē conditiones. ἀξιοῦμεν δὴ τὸν τόπον εἶναι πρῶτον μὲν περιέχον ἐκεῖνο, οὗ τόπος ἐστί. καὶ μηδὲν τοῦ πράγματος εἶναι. ἔτι δὲ τὸν πρῶτον τόπον μήτ᾽ ἐλάττω μήτε μείζω. ἔτι ἀπολείπεσθαι ἑκάστου, καὶ χωριστόν. πρὸς δὲ τούτοις πάντα τόπον ἔχειν τὸ ἄνω καὶ κάτω. καὶ φέρεσθαι φύσει καὶ μένειν ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἕκαστον τῶν σωμάτων. τοῦτο δὲ ποιεῖν, ἢ ἄνω ἢ κάτω. *I. Requirimus verò locū esse, primum ambiens id cuius locus est. II. Et nihil rei esse. III. Ad hac primum locum nec minorem nec maiorem. IIII. Praeterea seiungi à singulis & separari. V. Ad hac omnem locum habere sursum & deorsum. VI. Et ferri natura & manere in proprijs locis singula corpora. VII. Et hoc facere vel sursum vel deorsum.* Plato autem libro quo diximus, prima hypothesi, aliam rem agens, de vno scilicet disputans, cum conclusisset, nec circulare, nec rectum esse, nec partes habere, infert quoque, vnum nullibi esse, rationemque affert. οὔτε γὰρ ἐν ἄλλῳ οὔτ᾽ ἐν ἑαυτῷ εἴη. *Neq; enim in alio, neq; in se fuerit.* Hanc diuisionem Aristoteles capite 3. alijs verbis transumpsit. ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις, εἰ ἄρα καὶ αὐτό τι ἐν ἑαυτῷ ἐνδέχεται εἶναι, ἢ οὐδέν; ἀλλὰ πάντα, ἢ οὐδαμοῦ, ἢ ἐν ἄλλῳ. *Dubitauerit verò quispiam, an etiam ipsum quid in seipso possit esse? vel nihil. Sed omnia vel nullibi, vel in alio.* Quid autē sit in alio esse, quæ fuit Aristotelis prima hypothesis, subdit Plato. ἐν ἄλλῳ μὲν ὂν κύκλῳ που ἂν περιέχοιτο ὑπ᾽ ἐκείνου, ἐν ᾧ ἂν εἴη. καὶ πολλαχοῦ ἂν αὐτοῦ ἅπτοιτο πολλοῖς. *In alio sanè existens circulo ambiat id quod sub ipso fuerit, & vndequaque ipsum continget multis partibus.* Nam quod prius dixerat circulo, exponit, πολλαχῇ, πολλοῖς, πολλαχοῦ. pro vndequaque. Contactum autem hunc etiam Aristoteles tetigit. ὅταν δὲ διῃρημένον ᾖ καὶ ἁπτόμενον. *Quando diuisum fuerit, & contingens.* Secundā verò conditionem, locum scilicet nihil esse rei locatæ, Plato ita dixerat. οὐκ οὖν ἕτερον ἄν τι εἴη αὐτὸ τὸ περιέχον, ἕτερον δὲ τὸ περιεχόμενον. *Num non aliud quid fuerit ipsum continens, aliud verò contentum.* Esse autem locum locato æqualem quod Aristoteles dixit, nec minorem nec maiorem, sed æqualem, ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τὰ ἔσχατα τῶν ἁπτομένων. *In eodē enim extrema contingentium*, vel à Platonico contactu iam dicto, vel à contraria Platonis assertione. Nam continens esse maius contento asseruerat. τί δ᾽ ἂν ἐν ὅλῳ ἐγγίγνοιτο οὐκ ἢ ἐξ ἴσου ἂν τῷ ἑνὶ δι᾽ ὅλου αὐτοῦ τεταμένη εἴη ἢ περιέχουσα αὐτό; δῆλον δή, ἆρ᾽ οὐκ ἐξ ἴσου μὲν οὖσα ἡ σμικρότης τῷ ἑνί, ἴση ἂν αὐτῷ εἴη, περιέχουσα δὲ μείζων. *Quòd verò in toto sit nonne ex aquo vni per totum ipsum extensa fuerit, vel continens ipsum? Clarum sanè, An non ex aquo existens paruitas vni aqualis ipsi fuerit, continens verò maior.* Qui affirmat quod extensio per totum aliquod, æqualis sit illi, pro spacio locum innuens, æquum esse. Continens verò sit maius contento. Quæ assertio verior fortè fuerit quàm Aristotelica. Cuius quarta hypothesis à secunda non differt vel ab ea pendet. Cum enim locus aliud sit à locato, necesse est ea separari. Quinta autem, non est ex Platone, sed falsa videtur, nam in Sphæris cœlestibus omnibus quę longè maxima sunt orbis pars, à prima contentis, & in ea veluti in loco sitis, vel primo vel p aliā, nihil est sursum, nihil deorsum. Nec minus falsa apparet in loco hoc nostrate. nam loci mei deorsum est ad pedes, sursum ad caput Pilei qnod in capite gero, deorsum est quod mihi sursum, & quod mihi deorsum, terræ sursum, quam rem ipse quoque agnouit, cum scribit. ὅπως ἂν στραφῶμεν γίνεται. διὸ ταὐτὸ πολλάκις δεξιὸν καὶ ἀριστερόν. *Vtcunque vertamur fit vt idem sape dextrum & sinistrum sit.* sed quod addit. ἐν δὲ τῇ φύσει διώρισται χωρὶς ἕκαστον. οὐ γὰρ ὅτι ἔτυχεν ἄνω ἐστίν. ἀλλ᾽ ὅπου φέρεται τὸ πῦρ καὶ τὸ κοῦφον ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κάτω, οὐχ ὅτι ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ὅπου τὰ ἔχοντα βάρος καὶ τὰ γεηρά. ὡς οὐ τῇ θέσει διαφέροντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει. *In natura verò determinatum est seorsum vnum-*

*quodq;, non enim quodlibet sursum est, sed quo fertur ignis & leue. Similiter verò & deorsum non quodlibet, sed quo habentia grauitatem, & terrestria, tanquam non positione differentia solùm, sed etiam potentia:* Sed feratur lapis deorsum recta linea, & cadat in ignem in terra positum, à quo flamma vel fumus cadē lapidis linea ascendat, ad mediam eam lineam, quæ in medio lapidi deorsum fuit, flammæ sursum, neque ideo videtur natura & potentia ille locus sursum & deorsum esse simul. Adde quòd hæc locorum deorsum & sursum à motu corporum grauium & leuium definitio, videtur quiescentibus corporibus in superficie terræ locum abnegare Sed si reuera sursum est lunæ concauum. & deorsum orbis centrum, vt 2. capite 1. de cœlo affirmauit, reliqua loca omnia non φύσει καὶ δυνάμει, *natura & potentia*, sed θέσει positioue sursum & deorsum habebunt. Quare quinta hypothesis quæ omni loco, duo hæc sursum & deorsum tribuit, vel positione vera erit, vel natura & potentia falsa. Non minus falsa etiam 7. est in eo. τοῦτο δὲ ποιεῖν, ἢ ἄνω ἢ κάτω *Et hoc facere vel sursum vel deorsum.* Scilicet, καὶ φύσει φέρεσθαι καὶ μένειν ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἕκαστον τῶν σωμάτων. & *Et natura ferri & manere in proprijs locis singula corpora.* Id enim solis leuibus & grauibus cōuenit. Sextā verò, quę vera est, omnia corpora natura ad proprios locos ferri, vel in ijs manere, Plato ante Aristotelem docuit in Timæo, de ignis in aerem, atque huius in aquā mutatione loquens. ἂν δ' εἰς ταῦτα, ἢ καὶ τῶν ἄλλων τινὶ συνιὸν γενῶν μάχηται, λυόμενα οὐ παύεται, πρὶν ἢ παντάπασιν ὠθούμενα διαλυθέντα ἐκφύγοι πρὸς τὸ συγγενές, ἢ νικηθέντα ἓν ἐκ πολλῶν ὅμοιον τῷ κρατήσαντι γενόμενον αὐτοῦ σύνοικον μένῃ, καὶ δὴ καὶ κατὰ ταῦτα τὰ παθήματα διαμείβεται τὰς χώρας ἅπαντα. διέστηκε γὰρ τοῦ γένους ἑκάστου τὰ πλήθη κατὰ τόπον ἴδιον, διὰ τὴν τῆς δεχομένης κίνησιν. τὰ δὲ ἀνομοιούμενα φέρεται διὰ τὸν σεισμὸν πρὸς τὸν ἐκείνων, οἷς ἂν ὁμοιωθῇ, τόπον. *Si verò in hæc coeat vel aliorum, cuipiam generum aduersetur, dissolui non cessant antea quàm omnino impulsa, cum dissolubilia sint, effugiant ad cognatum. Vel mota, vnum ex multis simile vincenti factum, cum eo cohabitet. Et sanè secundum has passiones permutent regiones omnia, distant enim cuiusque generis multitudines per loca propria, ob motum suscipientis. Dissimilia verò quæ sunt, feruntur ob concussionē ad locum illorum quibus simile factum fuerit.* In quibus verbis, & simplicia & mixta corpora & elementa asserit: πάντα ἄνω καὶ κάτω μεταφέρεσθαι ad proprios ipsorum locos. Sed locum esse ambientis superficiem vt Aristoteles definit, Plato libro eodem docuerat. ἀλλὰ μὴν τό γε περιέχον πέρας ἂν εἴη. *Sed enim continens terminus fuerit.* Quod etiam Archytas allatis iam verbis docuerat. Ita omnis de loco Aristotelis doctrina, in Archytæ ac Platonis libris sparsa, ab eo in vnum collecta, propria sua sibi, & suis omnibus, falsò visa est. Nec minus sex loci differentię, quas tot locis repetit, Platoni prius ostēsæ sunt: qui in Timæo ita scripsit. τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον, εἴς τε γὰρ τὸ πρόσθεν καὶ ὄπισθεν, καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, κάτω τε καὶ ἄνω, καὶ πάντῃ κατὰ τοὺς ἓξ τόπους πλανώμενα προῄει. *Sex omnes motus habens, etenim in ante, & retrò, & rursus in dextra & sinistra, sursumq; & deorsum & quaqua versum secundum sex locos errantia procedunt.*

VACVVM.

DOGMA verò aliud de vacuo, quod Leucippus, & Democritus asseruerant, esse in rerum natura. Aristoteles verò negat esse, eamque negationem longa disputatione adstruit, veterum philosophantium fuerat. Nam Plato in Timæo. καὶ κενὴν χώραν οὐδεμίαν ἐᾷ λείπεσθαι. *Et vacuam regionem nullam sinit linqui.* Timæus quoque Locrus μηδενὸς μὲν κενοῦ, ἐν τῷ φύσει ἐόντος. *Nullo vacuo in natura existente.* Et Plutarchus primi libri Placitorum capite 18. οἱ ἀπὸ Θάλεω φυσικοὶ πάντες μέχρι Πλάτωνος τὸ κενὸν ἀπέγνωσαν. Ἐμπεδοκλῆς. οὐδέν τι τοῦ παντὸς κενὸν πέλει οὐδὲ περισσόν. *A Thalete physici omnes vsque ad Platonem vacuum reiecerunt. Empedocles. Nihil vniuersi vacuū existit, neque redundans.* Quod etiam historia Aetij philosophica testata est etiam si corruptè in ea legatur. οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου καὶ οἱ φυσικοὶ πάντες μέχρι Πλάτωνος ἐν τῷ κόσμῳ κενὸν εἶναι pro, κενὸν οὐκ εἶναι λέγουσι. *Pythagorei & physici omnes vsq; ad Platonem in mūdo vacuum non esse dicunt.* Sed doctrina hæc Ægyptiorum quoque fuerat. Hermes in catholico. μόνον δὲ τὸ μὴ ὂν, κενόν ἐστι καὶ ξένον τῆς ὑπάρξεως, τὸ γὰρ ὑπάρχον κενὸν οὐδέποτε γενέσθαι δύναται. *Solum verò nō ens vacuū est forinsecum ab existentia. nam existens vacuum nunquā fieri potest.* Quod verò neque extra mundum, sit capite 9. primi de cœlo Aristoteles dixit. Aetius Platoni adscribit, atque is ipse cum Plutarcho Aristotelem in contradictionem adducunt. nam hic eodem capite de vacuo: Ἀριστοτέλης τοσοῦτον

εἶναι

εἶναι τὸ κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου ὥστε ἀναπνεῖν τὸν οὐρανόν. εἶναι γὰρ αὐτὸν πύρινον. *Aristoteles tantùm esse vacuum extra mundũ, vt cœlũ respiret, esse enim ipsum igneum.* Et libro 2. cap. 9. Ἀριστοτέλης ἔλεγεν εἶναι κενόν. *Aristoteles dixit esse vacuum.* Aetius itidem ita scripsit. Ἀριστοτέλης δὲ τοσοῦτον εἶναι κενὸν ἔξω τοῦ οὐρανοῦ ὥστε ἀναπνεῖν εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. εἶσωθεν γὰρ εἶναι τόπον πύρινον. *Aristoteles verò tantum esse vacuum extra cælum, vt hoc in illud respiret, intus enim esse locum igneum.* Quod cum sit contrarium, ei, quod tum 4. physico tum 1. de cœlo continetur, necesse est, lectum ab his viris fuisse in alijs Aristotelis libris, qui ad nostram ætatem non peruenerunt, atq; hac re duo argui: alterum quod primo tomo tetigimus hosce libros suppositítiorum suspicionem subire, alterum, quòd, si vtrique legitimi Aristotelis libri sint contradictionem continere manifestam, atque ideo argumento esse Aristoteli ante obitum, suos libros non fuisse castigatos.

## TEMPVS.

TEMPVS quamuis Aristoteles prolixa sit disceptatione prosecutus, medullas tamen omnes ipsius ex Archyta trãstulit. Cuius fragmentum quoddam Simplicius categoria, quando, affert. Quod cum liceat cuique cum tota Aristotelis tractatione conferre, attamen huc præcipua quædam afferemus. Aristoteles initio statim eius tractationis ita habet. ὅτι μὲν οὖν ὅλως οὐκ ἔστιν, ἢ μόγις ἢ ἀμυδρῶς. *Quod quidem omnino nõ est, vel vix, vel exiliter.* Archytas ita protulit. διόπερ ὁ χρόνος, ἤτοι τὸ παράπαν οὐκ ἔστι, ἢ ἀμυδρῶς καὶ μόλις ἐστί τι. *Quare tempus, vel omnino non est, vel exiliter & vix est.* Rursus Aristoteles. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ γέγονε, καὶ οὐκ ἔστι, τὸ δὲ μέλλει καὶ οὔπω ἐστί. *Nãmque ipsius hoc quidẽ factũ est, & non est hoc verò futurum est, & nondũ est.* Archytas autem: οὐ γὰρ τὸ παρεληλυθὸς οὐκέτι ἐστί, τὸ δὲ μέλλον οὔπω ἐστί. *Cuius quidem præteritum non amplius est, futurũ autẽ nondum est.* Quibus subdit. πῶς γὰρ ἂν ὑπάρχοι τοῦτο κατ' ἀλήθειαν; *Quomodo existit hoc secũdũ veritatẽ?* Aristoteles. τὸ δ' ἐκ μὴ ὄντων συγκείμενον ἀδύνατον ἂν δόξειε μετέχειν ποτ' οὐσίας. *Quod verò ex nõ entibus est cõpositum, impossibile videatur cõtinere vnquã essentiam.* Et quod Aristoteles. φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ κινήσεως καὶ μεταβολῆς ὁ χρόνος. *Clarũ quod non est sine motu & mutatione tempus.* Ab Archyta dictum fuerat. οὐ γὰρ κίνασις, ἦς ἐστι τὸ νῦν οὐ παρῆν. *Nec motus quando nunc non aderat.* Et quod Aristoteles διὰ γὰρ τὸ μέγεθος εἶναι συνεχὲς καὶ ἡ κίνησις ἐστὶ συνεχής, διὰ δὲ τὴν κίνησιν καὶ ὁ χρόνος. *Quia magnitudo sit continua etiam motus est continuus, & propter motum etiam tempus.* Archytas ita. συνεχὴς οὖν ὁ χρόνος καὶ οὐ διωρισμένος ὥσπερ ἀριθμός. *Continuum ergò tempus, & non discretum, vt numerus.* Et mox. γραμμὴ δὲ καὶ χωρίον καὶ τόπος συνεχής. *Linea & spacium, & locus continuum.* Quæ toties toto 2. de motu Aristoteles vsurpauit, & tractatu de tempore. Cuius temporis etiam definitio Archytia est, quam Simplicius ex eo ita transcripsit. ὅτι ἐστὶ ὁ χρόνος κινάσιος τινὸς ἀριθμός. ἢ καὶ καθόλου, διάστημα τᾶς τῶ παντὸς φύσιος. *Quòd tempus est, motus cuiusdam numerus, vel etiam vniuersaliter, interuallum vniuersi naturæ.* Secundum hoc membrum, Philo Iudæus libro de mundo vsurpauit prius verò, Aristoteles adijciens tantùm *secundum prius & posterius.* Quod sanè, numeri ipsa natura fert per se, nihilque fuit arduum illi inuento, hoc natura consequens addere. Illud quoque quod est apud Aristotelem. καὶ γὰρ ἡ στιγμὴ καὶ συνέχει πῶς τὸ μῆκος καὶ ὁρίζει ἐστὶ γὰρ τοῦ μὲν ἀρχή, τοῦ δὲ τελευτή. *Etenim punctus, & continet quodã modo longitudinẽ & terminat, est namque huius quidem principium, illius verò finis.* Archytiũ fuerat. ὥσπερ καὶ γραμμᾶς εὐθείας κλασθείσας, τὸ σημεῖον περὶ ὃ ἁ κλάσις, ἀρχὰ μὲν γίνεται τᾶς ἑτέρας γραμμᾶς, πέρας δὲ τᾶς ἑτέρας. *Sicuti linea rectè fractæ, punctus, circa quem fractio, principium fit alterius lineæ, terminus autem alterius.* Aristoteles. τὸ δὲ νῦν ἐστὶ συνέχεια χρόνου ὥσπερ ἐλέχθη, συνέχει γὰρ τὸν χρόνον, τὸν παρελθόντα, καὶ ἐσόμενον καὶ ὅλως πέρας χρόνου ἐστίν. ἐστὶ γὰρ τοῦ μὲν ἀρχή τοῦ δὲ τελευτή. *Ipsum verò, Nunc, est continuitas temporũ vt dictum est, continet enim tempus præteritum & futurum, & omnino terminus tẽporis est. est enim huius quidem principium, illius verò finis.* Archytas. ἐκ τούτω ἀεὶ συνάπτει τὸ νῦν συνεχῶς, ἄλλο καὶ ἄλλο γινόμενον καὶ φθειρόμενον, κατὰ μὲν τὸ εἶδος τὸ αὐτό. πᾶν γὰρ τὸ νῦν ἀμερὲς καὶ ἀδιαίρετον καὶ πέρας μὲν ἐστὶ τῷ προγεγονότι, ἀρχὰ δὲ τῷ μέλλοντι. *Atq; ita semp cõiungit ipsum Nũc cõtinue: aliud atq; aliud dũ fit, & corrumpitur, secũdũ tamẽ formã id ipsum. omne. n. nũc impartibile & indiuisibile, & terminꝰ est præterito, & principiũ futuro.* Omnia igitur tẽpori tũ essentialia, tũ per se inhærẽtia Aristoteles ab Archyta trãscripsit, cũ eoq; in omnibus eiusdem fuit sententiæ. Cuius viri si integram temporis tractationem

haberemns, vberius id fortè clareret. Atque ita de 10. generalibus naturæ Theorematis, duo primaria, principia scilicet rerum, atque communia accidentia rebus, fuisse ab alijs veteribus ante Aristotelem, & tractata, & tradita clarissimè ni fallor est à nobis demonstratum.

## COELVM.

NVNC ad ea quæ à principijs orta, vel ex ijs composita sunt, discutienda accedamus, expendamusque an in his saltem Auerroris assertio vera esse reperiatur. Ac mundum primo atque cœlum in manus sumamus, quod Aristoteles primum corpus, & primum elementum sæpe vocat. Eius Theoremata eiusmodi sunt.

*I.* Circulo latum corpus nec graue, nec leue esse natura.
*II.* Ingenitum & incorruptibile est.
*III.* Nec crescere nec alterari.
*IIII.* Nec infinitum esse.
*V.* Mundum totum non esse infinitum.
*VI.* Non esse plures mundos.
*VII.* Vnum esse mundum atque æternum.
*VIII.* Mundum esse ingenitum atque incorruptibilem.
*IX.* Cœlum impassibile esse: & non defatigari.
*X.* Habere dextrum & sinistrum & cæteras.
*XI.* Plures esse mundi partes.
*XII.* Mundum esse Sphæricum.
*XIII.* Cœlum ad honorabiliorem partem volui.
*XIIII.* Motum eius esse æqualem.
*XV.* Astra eiusdem esse substantia cum orbe.
*XVI.* Astra esse Sphærica.
*XVII.* Non per se ipsa moueri.
*XVIII.* Cœlos motu harmoniam non ciere.
*XIX.* Primo orbi propinquiores, tardius moueri.
*XX.* Primum orbem multa habere astra, quia inferiores Sphæras multas moueat.
*XXI.* Inferiores orbes vnum astrum habere, quia ipsæ multæ sint. Hæc omnia sunt de cœlo ac mundo, duorũ de cœlo librorũ Theoremata. Quibus libro de mundo adijcit.
*XXII.* Cœlum quia circulo moueatur, habere duo puncta fixa, quę poli dicantur, sibi inuicem contraposita.
*XXIII.* Circa quæ cœlum versatur.
*XXIIII.* Lineam quæ vtrosque coniungit diametrum, & axem esse orbis.
*XXV.* Polorum alterum semper conspici, alterum occultari.
*XXVI.* Primi orbis astra, imperuestigabilia homini esse.
*XXVII.* Planetas esse septem, proximeque primum orbem, tangere Saturni Sidus. Dein Iouem sequi, post quem sit Mars, post hunc Mercurius, deinceps Venus, quem sequatur Sol, hunc Luna.
*XXVIII.* Omnia hæc corpora quæ æthercam & diuinam naturam vocat, esse ordinata, immutabilia, inalterabilia & impassibilia. Sed hæc quatuor vltima eadem cum totidem præcedentibus sunt. Recenseamus modò vetustiorem ijsdem de rebus dogmata, ac prius de mundo vniuerso.

## MVNDVS.

Mundum Thales ac discipuli eius vnum esse dixerunt, attestante Plutarcho, libri 2. Placitorum cap 1. Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἕνα τὸν κόσμον. Sed ex Pythagoreis Ocellus tanquam de vno semper loquitur. Timæus verò clarè pronunciat, ἕνα μονογενῆ, *vnum vnigenitum.* Quod etiã Plato recepit. διὰ ταῦτα οὔτε δύο, οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστι τε καὶ ἔσται. *Propter hac, nec duos, nec infinitos fecit opifex, mundos, sed vnus hic vnigenitus, cœlum factum est, & erit.* Sphæricum etiam esse mundum Timæus tradiderat. καὶ σφαιροειδὲς σῶμα de eo loquens. Ocellus quoque: ἥ τε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα κύκλος. *Figura enim Idea circulus.* Et Plato, διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντῃ. *Quare & Sphæricum à medio vndiq.* Sed etiam huiusce

iusce rei causam Plato reddidit. τῷ γὰρ πάντα ἐν αὐτῷ ζῷα περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὑτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. *Ei enim animali quod in se ipso omnia animalia cõtinere debebat, conueniens figura ea fuit, quæ cõprehendit in se omnes figuras.* Et Timæus τελειότερον γὰρ τῶν ἄλλων σχημάτων ἦν τοῦτο. *Perfectior enim aliorum figurarum erat hæc.* quod Aristoteles ita expressit. φανερὸν δ' ὅτι τέλειος ἂν εἴη ὁ περιέχων τὸν κύκλον. *Manifestum quòd perfecta fuerit continens circulum.* Et Ocellus ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδὲν. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντί. *Extra namq; vniuersum nihil. alia enim omnia in vniuerso.* Quod perfectionem significat. Et quod Timæus. λειότατον δ' ὂν τῇ ἀκριβείᾳ κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. *Laueq; existens exactissimè secundum externam superficiem.* Plato aũt κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο. *Circulare ipsum tornauit.* Arist verò ex vtroq; excerpsit. καὶ ὅλως κατ' ἀκρίβειαν ἐντόρνος. *Et quòd exactissimè tornatus.* Quod etiã mũdus sit animal. ζῷον ἓν ὁρατόν. Animal vnũ visibile Plato Et ζῷον ἔμψυχον ἔννουν. *Animal animatũ, & mente præditũ.* Et ψυχὴν τε εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θείς. *Animã verò in medio illius ponens.* Timæus autem τέλειον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν. *Perfectum, animatumq; & rationale.* Sed & incorruptibilem. οὔποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω. *Numquam corruptũ iri ab alia causa.* Et rursus διαμένει ἄρα τοιοῦτος ὢν ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος. *Permanet talis cum sit, incorruptibilis, & immortalis, & beatus.* Sed vtraque parte æternum primus fortè omnium Græcorum Ocellus autumauit. sic enim statim post præfationem: δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον ἀεὶ τε γὰρ ἦν τε καὶ ἔσται. *Videtur enim mihi, vniuersum immortale esse & ingenitum, semper enim fuit & erit.* Quod sanè pluribus etiam quàm Aristoteles argumentis probat. de quibus 3. libro de Motu, in motus æterni probatione Aristoteles tria illa est mutuatus, quæ sunt à figura, à motione, à tempore, quæ principio & fine careant, sic namque Ocellus de hac re. ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς οὐσίας τοῦτο πιστοῦται διότι ἀγένητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. *Adhæc verò quod principio & fine careant, & figura & motus & tempus, & substantia: hoc fidem facit quòd ingenitus est mundus & incorruptibilis.* Et quod Aristoteles 1. de cœlo cap. vltimo vniuersali Thesi adstruit omne ingenitum, incorruptibile etiam esse ex Platonis Phædro est mutuatus, in quo est. ἐπειδὴ δ' ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἄφθαρτον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. *Cumq; ingenitum sit, etiam incorruptibile ipsum necesse est esse.* Hæc de vniuerso Theoremata antiquiores Aristotelẽ philosophos sibi authores agnoscunt.

## COELVM.

AD cœlestia accedamus 1. de cœlo cap. 3 fatetur Aristoteles. Priscorum omniũ fuisse sententiam, cœlum esse æternum: αἰθέρα προσωνόμασαν, τὸν ἀνωτάτω τόπον ἀπὸ τοῦ θεῖν ἀεὶ τὸν ἀΐδιον χρόνον θέμενοι τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῷ. *Aethera cognominauerunt supremũ locum à currendo semper æterno tempore, ponentes ipsi cognomen.* Quam opinionem, non semel, sed infinities ἀπειράκις rediisse, tum hoc loco tum etiam 1. meteori cap. 3. repetit. Hoc ætheris etymon Plato etiam in Cratylo explicauerat. τὸν δ' αἰθέρα τῇδε πῃ ὑπολαμβάνω, ὅτι ἀεὶ θεῖ περὶ τὸν ἀέρα ῥέων, ἀειθεὴρ δικαίως ἂν καλοῖτο. *Aethera verò, hoc quodammodo existimo quod semper currit circa aerem fluens, aitheer iustè fortè vocetur.* Sed cœlum circulo moueri, & Plato multis locis, & Ocellus & Timæus docuerũt. καθ' ἃν ἐγκύκλιον μεταβολὰν ἀποδιδοὺς δι' αἰῶνος. *Secundum circularem mutationem rediens sempiternè:* ait Timæus. Sed & Aegyptiorum id dogma fuerat, quãdo apud Hermetem in catholico ita scriptum legamus. αἱ μὲν πλανώμεναι σφαῖραι ἐναντίως κινούμεναι τῇ ἀπλανεῖ ἀπ' ἀλλήλων τῇ ἐναντίᾳ ὑπαντήσει τὴν ἐναντιότητα αὐτὴν ὑπὸ τῆς ἑστώσης κινοῦνται. *Errantes ergo Sphæræ, mota in contrarium inerrabili à se inuicem contrario occursu contrariam maximè à stante mouentur.* Vbi & sphæricum motum, & planetarum contrarium ostendit non secus ac Aristoteles, vbi etiam & numerus planetarum, & positus eorum inter se omnino talis describitur, qualem Timæus & Plato & Aristoteles vsurparunt. Quod verò hic ait: ἀπαθὴς πάσης θνητῆς δυσχερείας. *Impassibile ab omni mortali molestia.* Timæus dixerat. οὐ ποτιδεόμενον θνατῶν ὀργάνων. *Non indiget mortalibus instrumentis.* Et quod Aristoteles, ἀναυξὲς, καὶ ἀναλλοίωτον. *Sine incremento inalterabile.* Plato sic expresserat, καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον. *nec senio, nec morbis obnoxium.* Duobus nominibus quod Aristoteles solo inalterabili dixit, & quod hic ἀναυξὲς. ille plurib. in hunc modum ἀπῄει τε γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ προσῄει αὐτῷ ποθὲν οὐδέν. *Abit enim nihil, neque init, ipsum vllo ex loco quicquam.* Quod etiam ordinatè moueatur, Plato seu Philippus

Opuntius in Epinomi, ἐν τάξει πάσῃ κινούμενον. *In ordine omni motum*. Hæc ergo ex antiquis sumpta ab Aristotele fuerunt. Apud quos longè plura, ac longè illustriora de cœlesti corpore leguntur, vti nostro sapientium Thesauro legetur. Sed quòd Aristoteles, quintam quandam à quatuor Elementis cœlo essentiam tribuit, contraria sunt ijs, quæ & Plutarchus, & Aetius recensent ex eius sententia, ille enim libro Placitorum 1. cap. 18. ex Aristotele, εἶναι γὰρ αὐτὸν πύρινον, *esse enim ipsum igneum* refert. quod & libro 2. cap. 11. confirmat Ἀριστοτέλης, ἐκ πέμπτου σώματος πυρὸς, ἢ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ μίγματος. *Aristoteles ex quinto corpore igne, vel ex calido & frigido migmate.* Et Aetius capite de cœlo Ἀριστοτέλης, ἐκ πέμπτου σώματος, πύρινον εἶναι τὸν οὐρανὸν, ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ συνεστῶτα. *Aristoteles ex quinto corpore igneum esse cælum ex calido & frigido cõstitutum.* Sed Plutarchus capite 7. etiam aliter exponit. Ἀριστοτέλης πρῶτον μὲν ἀέρα ἀπαθῆ, πέμπτον δέ τι σῶμα, μεθ' ὃ παθητὰ, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, τελευταῖον τὴν γῆν. *Aristoteles primũ quidem aerem impaßibilem, quintum verò quoddam corpus, post quod paßibilia, ignem, aerem, aquam, vltimamque terram.* Quæ sanè præse ferunt maximam, cum librorum de cœlo dogmatibus dissonantiam ac contrarietatem.

## ELEMENTA.

DE Elementis scripsit Aristoteles libro primo de Sapientia capite quatro Empedoclem primum omnium quatuor esse elementa, dixisse. ὅτι δὲ καὶ τὰ ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα τέτταρα πρῶτος εἶπε. At longis ante Empedoclem ætatibus Aegyptij id tradiderãt. quod Laertius in Proœmio testatur. φάσκειν τε, ἀρχὴν μὲν εἶναι τὴν ὕλην, εἶτα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς διακριθῆναι. *Dicereque principium quidem esse materiam, postea quatuor elementa ex ea secreta esse.* Quod ad amussim Aristoteles est secutus, Hermes in Catholico quatuor corpora agnoscit, quæ in Asclepio cap primo ita describit, vertente Apulcio. *Totus itaque quibus formatus est mundus, elementa sunt quatuor, ignis, aqua, terra, aer.* Non est ergo verum, Empedoclem primum omnium quatuor elementa statuisse, neque etiam verum est, eis ab Aristotele grauitatem ac leuitatem reliquásque qualitates attributas esse. Id enim Plato prius in Timæo ostenderat, vbi tamen etsi neget in vniuerso quicquam esse natura sursum ac deorsum, elementorum tamen motum satis clarè docet fieri ad eas partes, quæ ita nuncupantur leuitate ac grauitate eorum. κοῦφον ἂν αὐτὸν προσειρήκαμεν καὶ τὸν τόπον εἰς ὃν φέρεται, ἄνω, τὸ δ' ἐναντίον τούτοις πάθος βαρὺ καὶ κάτω. *Leuem ergo ipsum appellauimus, & locum quo fertur, sursum, contrariam autem his paßionem graue & deorsum.* Sed Timæus etiam Locrus, paucioribus id verbis ac expreßius docuit, βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον, ἁφὰ μὲν προκρίνει, λόγος δ' ὁρίζει, τῷ ἐς τὸ μέσον καὶ ἀπὸ τῶ μέσω νεύσει. κάτω δὲ καὶ μέσον ταυτὸν φαντί. τὸ γὰρ κέντρον τᾶς σφαίρας τοῦτο ἐντι τὸ κάτω. τὸ δ' ὑπὲρ τοῦτο ἄχρι τᾶς περιφερείας, ἄνω. *Graue verò & leue, tactus quidem ante iudicat, ratio autem terminat inclinatione ad medium, atque à medio. Deorsum verò & medium idem dicunt. Centrum enim Sphæra, id est deorsum, quod verò super hoc, vsq. ad superficiem sursum.* Sed quas primas vocant qualitates & secundas & ambo hi, & præterea Hippocrates, & Ocellus, luculentissimè pertractarunt ante Aristotelem, namque, vt Platonem atque Hippocratem omittamus, Timæus ita scripsit. ἁ μὲν γὰρ ἁφὰ κρίνει τὰς ζωτικὰς δυνάμιας, θερμότατα, ψυχρότατα, ξηρότατα, ὑγρότατα, λειότατα, τραχύτατα, εἴκοντα, ἀντίτυπα, μαλακὰ, σκληρά. *Tactus nãq. iudicat vitales, qualitates, caliditatẽ, frigiditatem, siccitatẽ, humiditatem, leuitatem, asperitatem, cedentia, resistentia, mollia, dura.* Ocellus autem capite secundo clarissimè. αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων δύο. αἱ μὲν γὰρ εἰσὶ τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γινομένων ἐκ τούτων. θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν τῶν πρώτων. τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον, καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν, λεῖόν τε τραχὺ, καὶ σκληρὸν καὶ μαλακὸν, καὶ λεπτὸν, καὶ παχὺ, καὶ ὀξὺ καὶ ἀμβλὺ τῶν γινομένων ἐκ τούτων. τυγχάνουσι δ' αἱ πᾶσαι δεκαέξ. *Differentia autem corporum dua, hæ enim sunt primorum. hæ autem eorum, quæ fiunt ex his, calidum enim & frigidum, & humidum & siccum primorum. Graue verò & leue, & densum & rarum leueque & asperum, & durum & molle, & tenue & crassum, & acutum & obtusum, eorum quæ fiunt ex his. sunt autem omnes decem & sex.* Ac post earundem repetitam enumerationem subdit. τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἡ ἁφή. *Horum vero cognitor & iudex omnium tactus.* Totam huius loci sententiam transtulit Aristoteles in caput 2. libri 2. de ortu his verbis. αὐτῶν δὲ πρῶτον τῶν ἁπλῶν διαιρετέον, ποῖαι πρῶται διαφοραὶ καὶ ἐναντιώσεις. εἰσὶ δὲ ἐναντιώσεις κατὰ τὴν ἁφὴν αἵδε. θερμὸν, ψυχρὸν, ξηρὸν ὑγρὸν, βαρὺ κοῦφον, σκληρὸν, μαλακὸν, γλισχρὸν, κραῦρον, τρα-

*χὺ, λεῖον. παχὺ, λεπτὸν: Ipsorum prius tactiliū diuidendæ, quales prima differentia & contrarietates: sunt autem contrarietates secundū tactum hæ, calidum frigidum, siccum, humidum, graue, leue, durum, molle, tenax, friabile asperum, leue, crassum tenue,* subticuit densum & rarū, & acutū & obtusum Ocelli, de suo addidit *tenax & friabile*. Quod verò adijcit, primarum duas esse actiuas, duas passiuas, ex Ocello itidem hausit, qui paulo ante suprà allata scripserat. τῶν δὲ τεσσάρων, τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὡς αἴτια καὶ ποιητικά, τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ὡς ὕλη καὶ παθητικά. *Quatuor autem illorum, calidum quidem & frigidum vt causæ & agentia. Siccum verò & humidū, vt materia & passiua.* Deinde subdit. πρώτως δ' ἡ ὕλη πανδεχής. κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσι. ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. δεύτερον δὲ αἱ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ ὑγρότης καὶ ξηρότης. τρίτον δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα. αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσιν. *Primo quidem materia omni suscipiens, communis enim subijcitur omnibus. itaq; primum potentia corpus sensibile, principium. Secundum vero contrarietates, vt caliditas & frigiditas, & humiditas & siccitas. Tertiū verò ignis, & aqua, & terra, & aer, hæc n. transmutantur ad inuicem: contrarietates autem non transmutantur.* Hæc Aristoteles verbis omnibus transcripsit fine 1. capitis eiusdem libri secundi. ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή. δεύτερον δ' αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δὲ οἷον ψυχρότης καὶ θερμότης. τρίτον δ' ἤδη πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα μὲν γὰρ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα (καὶ οὐχ ὡς Ἐμπεδοκλῆς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν, οὐ γὰρ ἂν ἦν ἀλλοίωσις) αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσιν. *Itaque primum quidem potentia corpus sensibile, principium. Secundum verò contrarietates: dico autem vt frigiditas, & caliditas. Tertium autem iam ignis & aqua, & talia, hæc enim transmutantur ad inuicem (& non vt Empedocles & alij dicunt, neque enim foret alteratio) contrarietates autem non transmutantur.* Neque hæc solùm sed etiam elementa singula duplici esse ornata qualitate, per quas fiat inter ea transmutatio, quæ Aristotelis præclarissima doctrina visa est, tota est Ocelli, eodem capite. τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν. ὁ δ' ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός. τὸ δ' ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. *Ignis ergo calidus, & siccus; aer. vero calidus & humidus, aqua vero humida & frigida, terra vero frigida & sicca.* Aristoteles autem capite 3. libri. 2. de ortu ad verbum hæc omnia ita transcripsit. τὸ μὲν γὰρ πῦρ, θερμὸν καὶ ξηρόν, ὁ δ' ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός. (οἷον ἀτμὶς γὰρ ὁ ἀήρ) τὸ δ' ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ἡ δὲ γῆ. ψυχρὰ καὶ ξηρά. *Ignis enim calidus, & siccus aer autem calidus & humidus (veluti vapor enim aer)* quod de suo adiecit: *aqua verò frigida & humida: terra autem frigida & sicca.* Et quod Aristoteles addit τὸ δὲ πῦρ ἐστὶν ὑπερβολὴ θερμότητος ὥσπερ καὶ κρύσταλλος ψυχρότητος. πῆξις γὰρ καὶ ζέσις ὑπερβολή τις ἐστὶ ἡ μὲν ψυχροῦ, ἡ δὲ θερμοῦ. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλος ἐστὶ πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτ' ἐκ πυρός. *Ignis vero est excessus caloris sicut etiā Crystallus frigoris. Concretio n. & feruor excessus quidā sunt, alter frigoris alter caloris. Si ergo Crystallus est concretio humidi & frigidi etiā ignis erit efferuescentia calidi & sicci, ideoq; nihil ex crystallo generatur, neq; ex igne.* Ad verbū sunt apud Ocellū ante citata, τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστὶν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλος πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ, διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὐδ' ἐκ πυρός. *Ignis ergò est excessus caloris sicut crystallus frigoris. Si ergò crystallus est cōcretio humidi & frigidi: & ignis erit efferuescentia sicci & calidi, atque ideo nihil ex crystallo generatur neque ex igne.* Quibus tamen Aristoteles addidit illa. Cōcretio enim & feruor excessus quidam sunt. Dogma item illud inter quatuor elemēta duo esse extrema, & duo media, quod Aristoteles docet. καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ. μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ, καὶ ἑκάτερα ἑκατέροις ἐναντία. *Et extrema quidem & purissima ignis & terra. media verò & mixta magis aqua & aer, & vtraque vtrisque contraria.* Idem fuerat Ocelli paucis mutatis verbis. Sic enim scribit. τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δ' ὕδωρ καὶ ἀὴρ μεσότητες μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιίαν. *Ignis ergò & terra extrema: aqua autem & aer medietates, mixtam enim habent corporis fabricam.* Et mox. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες. *Contraposita enim sunt extremitatibus medietates.* Loco illius Aristotelici, vtraque vtrisque contraria. Et quod Aristoteles fine illius capitis infert: οὐ μὴν ἀλλὰ ἁπλῶς γε τέτταρα ὄντα ἑνὸς ἕκαστον ἐστὶν, γῆ μὲν γὰρ ξηροῦ μᾶλλον ἢ ψυχροῦ, ὕδωρ δὲ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ ὑγροῦ. ἀὴρ δ' ὑγροῦ μᾶλλον ἢ θερμοῦ, πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον ἢ ξηροῦ. *Sed enim simpliciter quatuor cū sint, vnius singula sunt, terra enim sicci magis quàm frigidi, aqua frigidi magis quàm humidi; aer verò humidi magis quàm calidi; ignis autem calidi magis*

*quàm sicci.* Ocellus absolùtius docuerat: ἴδια δ' ἑκάστου πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. *Propria verò uniuscuiusque ignis quidem calidum terræ verò siccum, aëris humidum, aquæ autem frigidum.* Quod verò Aristoteles inter elementa symbola quædam constituit. Ocellus vocat κοινὸν, συγγενὲς, καὶ σύμφυλον, *commune, cognatum & contribule.* Et clarius etiam exponit: ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμὸν. ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρὸν, γῇ δὲ καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν. ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. *Aeri sanè & igni commune, calidum: aquæ verò & terræ, commune frigidũ terræ & igni commune siccum: aquæ autem & aëri cõmune humidum.* Deinde docet, κατὰ μὲν τὰ κοινὰ διαμένουσι αἱ οὐσίαι αὐτῶν, κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσει. *Secundum quidem communia permanẽt essentia ipsorum, secundũ autem propria transmutantur, quando contrarium superauerit contrarium.* Quam transmutationem latissimè, planissimeque explicat, cui Aristoteles nihil aliud addidit, quàm quòd ea, quæ commune & symbolum habent, facilius ac citius inter se mutentur, quæque symbolum non habent tardius, & maiore opera. scilicet prius in cognatum, & Syphylon deinde ex hoc in sequens. Quod etiam Ocellus apertè exponit. γίνονται δ' αἱ μεταβολαὶ ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν. καὶ τρίτον ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ καὶ καταλειφθῇ τὸ συγγενὲς, καὶ τὸ σύμφυλον. *Fiunt autem mutationes & ex terra in ignem & ex igne in aerem, & ex aere in aquam & ex aqua in terram. Et tertio quando quod in vnoquoque est contrarium corruptum fuerit & relictum quod est cognatum & cõtribule.* Quæ omnia posteà singillatim & clarissimè persequitur, ita, vt in his Aristoteli propriũ nihil relinquat, præter quàm mentionem tardioris, & citioris, facilioris & difficilioris mutationis. Neque verò Ocellus harum transmutationum reticuit causam efficientem, quam itidem transumere Aristoteles non est dedignatus. Eam causam Ocellus fine capitis 2. assignat triplicem, cœlum omne quod supra lunam est, Solem, Zodiaci obliquitatem. scribit autem in hæc verba. ἐπεὶ δ' ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγένητος, καὶ οὔτ' ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, οὔτε τελευτὴν ποτὲ λήψεται, δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπάρχειν ἀλλήλοις. τὸ μὲν ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν τὸ ὑπὲρ ἄνω σελήνης ἐστὶ πᾶν, συνεγγυτέρω μᾶλλον ὁ ἥλιος κατά γε τὰς προσόδους καὶ τὰς ἀφόδους μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους καὶ θερμασίας. ᾧ συνεπακολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς. καλῶς δ' ἔχει καὶ ἡ λοξὸς τῶν ζωδίων τοῦ κύκλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν. αἰτία γὰρ καὶ αὕτη τῆς γενέσεως καθόλου δ' ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥστ' εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν τὸ δὲ πάσχον, τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γεννῶν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστί. τὸ δ' ἐν ἑαυτῷ τὸ ὑποκάτω σελήνης, τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δ' ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ κόσμος ἐστί. *Cum ergo incorruptibilis sit mundus, & ingenitus, neq; principium genituræ accepit, neq; finem vnquam accipiet, oportet & id quod in alio efficit generationem, & quod in se generat, subesse sibi inuicẽ. Quod in alio efficit generationem, omne id est quod est supra lunã, prope autem magis Sol. Secundum accessus & recessus, mutans aerem iugiter ad rationem frigoris & caliditatis cui consequitur etiam terrã mutari, & omnia quæ supra terram. Rectè sanè istã se habet obliqtas Zodiaci pols ad Solis lationẽ. Causa n. etiã hæc generationis. Vniuersum verò vniuersi dispositio, in qua sit & agẽs & patiẽs. Quod itaq; in alio gignit id est quod est supra Lunã. Quod verò in se, id quod sub luna. Quod verò ex ambob. hu. semper currentis diuini, & semper transmutati generabilis, mundus sanè est.* Hunc locum Aristoteles pluribus verbis, sed eadem sententia explicauit libro eodem 2. capite 10. præsertim in his cũ non omnia huc transferre velimus. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συνείροιτο τὸ εἶναι διὰ τὸ ἐγγύτατα εἶναι τῆς οὐσίας τὸ γίνεσθαι ἀεὶ τὴν γένεσιν, τούτου δ' ὥσπερ εἴρηται πολλάκις αἰτία ἡ κύκλῳ φορά. *Ita enim maximè continuabitur ipsum esse, quià proximum sit essentiæ fieri semper generationem, huius verò vt dictum est multoties causa est circularis latio.* dixerat enim antea. τῆς μὲν οὖν συνεχείας ἡ τοῦ ὅλου φορὰ αἰτία *Continuitatis enim vniuersi latio causa est.* Sed generationis & corruptionis, non primum motum causauit, sed obliquitatem circuli. διὸ καὶ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ αἰτία. ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον. *Quare non prima latio, causa sed ea quæ secundum obliquum circulum.* Et quod subiungit. ὁρῶμεν γὰρ ὅτι προσιόντος μὲν τοῦ ἡλίου γένεσις ἐστὶ ἀπιόντος δὲ φθίσις. *Videmus enim quòd accedente Sole generatio est, recedente verò corruptio* Sed fine 4. de animalium ortu huius loci expressit: ὥσπερ γὰρ καὶ θάλατταν καὶ πᾶσαν ὁρῶμεν τὴν τῶν ὑγρῶν φύσιν ἱσταμένην καὶ μεταβάλλουσαν κατὰ τὴν τῶν πνευμάτων κίνησιν καὶ στάσιν, τὸν δ' ἀέρα καὶ τὰ πνεύματα κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης περίοδον.

οὕτω καὶ

*ἔτω ἐ τὰ ἐκ τούτων φυόμενα, καὶ τὰ ἐν τούτοις ἀκολουθεῖν ἀναγκαῖον. Sicut enim & mare & omnem humidorum videmus naturam consistere & transmutari, secundum ventorum motum & statum, aerem verò & ventos secundum solis & lunæ periodũ, sic etiam ea quæ ex his pullulant, & quæ ad hæc consequi necesse est.* Lunam verò soli addit quod Ocellus non fecit, Hippocratem videtur secutus, qui in primo de Septimestri partu ita scripsit. *ὥσπερ καὶ τῶν ἐς γῆν ἐμπειρομένων καὶ φυομένων, τὰ μὲν πλείοσιν ἡμέρῃσι τὰ δ᾽ ἐν ἐλαχίστῃσιν, οὐ κατὰ χρόνον. χρόνος γὰρ ἕπεται κατὰ ἡλίου περίοδον καὶ σελήνης ὁριζομένης. Sicuti eorũ, quæ in terrã seminantur, & plantantur, alia pluribus diebus, alia paucissimis, nõ secundũ tempus. tempus enim sequitur, secundũ solis periodũ & lunæ finientis.* Et quod Aristoteles eodem capite 10. scripsit. *τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. Reliquo modo adimpleuit Deus vniuersum, continuam faciens generationẽ.* Ocelli dogma fuit qui capite quarto de finali generarionis causa agens ita inquit. *ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπεὶ δὴ γὰρ ἦν θνητὸν φύντα θείου βίου κοινωνῆσαι, τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας φθειρομένης, καθ᾽ ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ τὴν γένεσιν. Sed in sempiternum tempus permanentia generis ergò cum enim esset mortale aptum natura diuina vita communionem habere, generis immortalitate corrupta, per singula adimpleuit Deus indeficientem efficiens, & continuam generationem.* Ita omnis naturæ principiorum Accidentium communium, primorum corporum, mundi ipsius denique doctrina à priscis philosophis tradita ab Aristotele est & probata & vsurpata, Quod non minus ipsum fecisse in mixtorum corporum generationibus, post hæc palàm faciamus.

## VAPORES.

PRIMO occurrunt quæ libris meteorologicis sunt ab Aristotele comprehensa, quæ à priscis fuisse cognita ipse initio statim attestatur. *ἔτι θεωρητέον ὃ πάντες οἱ πρότεροι μετεωρολογίαν ἐκάλουν. Adhuc spectandum, quod omnes priores meteorologiam vocauerunt.* Hæc omnia ex duplici exhalatione calida, & sicca, atque humida frigidaque pronasci affirmauerunt. Alteram ex ipsius testimonio cognouerunt, quod est his verbis. *θερμαινομένης γὰρ τῆς γῆς ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὴν ἀναθυμίασιν ἀναγκαῖον γίνεσθαι μὴ ἁπλῆν ὥς τινες οἴονται, ἀλλὰ διπλῆν. Calefacta enim terra à sole, exhalationem necesse est fieri non simplicem, vti quidam putant, sed duplicem.* Sed vtrasque Capnodem & atmodem, fumosam ac vaporosam, Heraclitum cognouisse, Laertius abunde testatus est his in ei⁹ vita verbis. *πάλιν δ᾽ αὖ τὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι, ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπά, σχεδὸν ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης. Rursus ipsam terram fundi: ex qua aqua fiat ex hac reliqua, fermè ad exhalationem ducens eam quæ ex mari est.* mox. *γίνεσθαι δ᾽ ἀναθυμιάσεις ἀπό τε γῆς καὶ θαλάττης, ἃς μὲν λαμπρὰς καὶ καθαράς, ἃς δὲ σκοτεινάς. αὔξεσθαι δὲ τὸ πῦρ ὑπὸ τῶν λαμπρῶν, τὸ δ᾽ ὕδωρ ὑπὸ τῶν ἑτέρων. Fieri autem exhalationes & à terra & à mari, has quidẽ lucidas & puras, has aũt tenebricosas, augeri autẽ ignem à lucidis, aquam verò ab alteris.* Deinde addit. *ὑετοὺς δὲ καὶ πνεύματα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια κατὰ τὰς διαφόρους ἀναθυμιάσεις. Imbres & ventos, & his similia secundũ differentes exhalationes.* Plutarchus etiam libro Placitorum 3. cap. 2. & 3. & 4. Xenophanis de ignitis passionibus refert sententiam. *πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν νεφῶν πεπυρωμένων συστήματα ἢ κινήματα. Omnia hæc talia, nubium ignitarum constitutiones vel motiones.* Et Anaxagoræ. *τοὺς καλουμένους διάττοντας ἀπὸ τοῦ αἰθέρος σπινθῆρας δίκην καταφέρεσθαι, διὸ καὶ παραυτίκα κατασβέννυσθαι. Qui vocantur discurrentes, ab æthere veluti scintillas deferri, ideoq; illico extingui.* Quæ omnia etiã Aetius habet. De humidis etiã ille Anaximenis dogmata recenset. *νέφη μὲν γίνεσθαι παχυνθέντος ἐπὶ πλεῖστον τοῦ ἀέρος, μᾶλλον δ᾽ ἐπισυναχθέντος, ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὄμβρους. χιόνα δ᾽ ἐπειδὰν τὸ καταφερόμενον ὕδωρ παγῇ· χάλαζαν δ᾽ ὅταν συμπεριληφθῇ τῷ ὑγρῷ πνεύματι. Nubes quidem fieri incrassato plurimum aere, magis vero cõpresso. expelli imbres: niues, cum delata aqua concrescit, grandinem quando simul cum humido vento circumprehenditur.* De tonitru quoque corruscatione, fulmine, prestere & typhone, Plutarchus atque Aetius Anaximandri dogmata recensent. *ἐκ τοῦ πνεύματος ταῦτα πάντα συμβαίνειν. ὅταν γὰρ περιληφθὲν νέφει παχεῖ βιασάμενον ἐκπέσῃ τῇ λεπτομερείᾳ καὶ τῇ κουφότητι, τότε ἡ μὲν ῥῆξις τὸν ψόφον, ἡ δὲ διαστολὴ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ. Ex vento hæc omnia euenire, quando enim inclusus nebulæ crassæ vi excidat subtilitate & leuitate, Scissio sonitum, dilatatio verò penes nubis nigredinem fulgurationem efficit,* Ibi quoque Anaxogoræ sententia de fulmine, prestere, ac typho

ne recensetur, non longè ab Aristotelica dissidens. Nec non de ijs quæ non existunt quidem, sed apparent, Iride, Parelio, Halone, & alijs eiusdem Anaxagoræ atque Anaximenis dogmata recitat ab Aristotelicis non valde absimilia Anaximenis quidem de Iride ita. *ἶριν γίνεσθαι, κατ' αὐγασμὸν ἡλίου πρὸς νέφει πυκνῷ καὶ παχεῖ καὶ μέλανι, παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ πέραν διακόψαι ἐπισυνισταμένας αὐτῷ. Irin fieri per collustrationem Solis ad nubem densam & crassam & nigram, eo quod nequeant radij, qui illi incumbunt ad aliam partem pertransire.* Anaxagoras autem ita. *ἀνάκλασιν ἀπὸ νέφους πυκνοῦ τῆς ἡλιακῆς περιφεγγείας, κατ' ἀντικρὺ δέ τι κατοπτρίζοντος αὐτὸν ἀστέρος διαπαντὸς ἵστασθαι. παραπλησίως φυσιολογεῖται τὰ καλούμενα παρήλια. Refractionem à nube densa solaris illuminationis, ex opposito verò semper constitui illuminanti astro, pari modo philosophatur de ijs quæ dicuntur parelia.* Simillimam Aristotelicæ de motu terræ Anaxagoræ sententiam refert idem capite 15. *Αέρος ὑποδύσει, τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ἐπιφανείας προσαπτόμενος, τῷ δ' ἔκκρισιν λαβεῖν μὴ δύνασθαι, τρόμῳ τὸ περιέχον κραδαίνοντος. Aere subingresso, densitati superficiei appulso, eò quod egressum capere nequeat, tremore continēs concutiente.*

Iris vt fiat.

Salsedo marina.

Salledinis quoque marinæ causas easdem quas Aristoteles tradidit antecum, & Plato & Anaxagoras, & Anaxinander tradiderunt, vt idem Plutarchus refert, ex Platone quidem ita. *τὸ δ' ἀπὸ γῆς κατὰ περίκαυσιν καὶ ἐκπύρωσιν ἀναθυμώμενον ἁλμυρόν. Id quod à terra per adductionem, & exustionem exhalat salsum.* Anaxagoras autē *τοῦ κατ' ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ περικαέντος ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς καὶ τοῦ λιπαροῦ ἐξατμισθέντος εἰς ἁλυκίδα καὶ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποστῆναι. Id humidum quod à principio stagnabat ambustum à solari circumlatione & tenui eius vorato, salsum & amarum reliquum remanet. τὴν θάλασσαν φησὶν (Ἀναξίμανδρος) εἶναι τῆς πρώτης ὑγρασίας λείψανον, ἧς τὸ μὲν πλεῖον μέρος ἀνεξήρανε τὸ πῦρ. τὸ δ' ὑπολειφθὲν διὰ τὴν ἔκκαυσιν μετέβαλεν. Mare autē (Anaximander) esse, primæ humiditatis reliquias, cuius maiorem partem exsiccauit ignis, reliquum verò ob exustionem mutatum est.* In quibus videntur omnes hi viri dixisse, quòd ab Aristotele non sit reiectum.

## METALLA.

Metallorū autem atque fossilium materiam, eandem esse duplicem exhalationē, fine libri 3. Aristoteles asserit. hanc sententiam apud Platonis Timæum, copiosius, etiamsi breuissimè dicatur, legimus. In quo de metallorum succorum, & lapidum generatione satis dilucidam habemus mentionem. Ita omnia dogmatum tribus meteororum libris comprehensorum capita, videmus Aristotelem ex antiquis physicis transcripsisse.

## CONCRETA.

Verū enim verò eorum quoq; omniū quæ cōcretorū libro sunt ab Aristotele tractata, quæ vniuersæ eius philosophiæ longè pulcherrima & vtilissima pars sunt, principia sunt apud Platonē eundem ab eo loco Timæi, à quo ignis, aeris, & aquæ species cōmemorat. A quorū actionibus ac passionibus inter se inuicē, docet per *πῆξιν concretionem*, metalla, succos subterraneos, nostratiaq; vinum, oleum, mel, picem plantarum liquores, gūmi, nitrū, sal, vitrū, gēmas, lapides, omniaq; alia *πηκτά, χυτά, τηκτὰ, κεραῦρα, θυμιατικά, concretilia, fusilia, liquabilia, friabilia, vaporifera.* Et id genus alia, quorum nominibus vtitur. Quæ etiamsi non omnia decem & octo sint, quæ Aristoteles enumerat posteà, non fuit sibi, qui reliquos nos docuit, inuentis facilē esse additionem, ad ea quorum Plato principia tradiderat, ex ijsdem principijs alia deducere. Sed Timæus etiam Locrus præter *πηκτὸν καὶ χυτὸν concretile & fusile*, habet *ῥυτὸν* & *θραυστὸν* fluxile & frāgile. Sed duri & mollis Platonicas diffinitiones Arist. ad verbū expressit. sic enim Plato *σκληρὸν δ' ὅσοις ἂν ἡμῶν ἡ σὰρξ ὑπείκει. μαλακὸν δ' ὅσα ἂν τῇ σαρκί. Durum, cui nostra caro cedit, molle, quod nostra carni.* Horum ac talium aliorum si quæ Timæus ac Plato omiserunt. Hippocrates libro de natura humana, libro de Carnibus, ac alijs suppleuit, ad quos vt prolixitatem nimiam ac fortè nimis minutam vitemus, lectorem remittimus. In cuius Hippocratis scriptis, tum his, tum ijs qui sunt de semine, de fœtus natura, de corde, de glandibus, de natura ossium, de Insomnijs, de visu, sine dubio inueniantur ea omnia, quæ Aristoteles libris de Partibus, de Ortu animalium, de vitæ longitudine, de Respiratione, de Somno, compłexus est summa capita ac dogmata. Qui libri si non oscitanter conferantur, verè dixisse Galenus cognoscetur, Aristotelem nō aliud quàm Hippocraticorū dogmatū fuisse

fuisse expositorem. Quæ verò libro de Sensu sunt ab eo conscripta, fuerant antea à Platone in Timæo omnia distincta, colores voces, odores, sapores, tactiles omnes qualitates Historiam verò animalium, Aristoteli, non hic author aut ille, sed hominum multa millia, vt Plinius loquitur, suppeditarunt, ex quorum relatu, eam consarcinauit. Sed ante eum Linus, multis annorum centurijs vetustior. *καὶ ζώων, καὶ καρπῶν γενέσεις, animalium, & stirpium generationes* cantauerat. At quæ libris de Anima continentur, præter quàm quòd primus, nihil aliud quàm veterum redargutiones continet, secundus idem re & subiecto est cum libro de sensu, omnia Plato Timæo suo cōplexus est. Dimidio 3. de mēte agitur. Ad quam doctrinam humanarum doctrinarum omnium, præstantissimam atque excellentissimam si conferantur ea quæ à Pythagora, Pythagoræisq;, Tymæo, Brotino, Philolao, Archyta alijsq; multis, Platone quoq; in Phædone, Thæteto, Philebo. Menone 6. & 7. Reip. 10 legum copiosè, magnificè, admirabiliter, diuinè, tractata fuerant, Aristoteles, *τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ τοῦ ἡλίου φέγγος, noctuarum oculos ad solis lucem* attulisse videbitur, tam exiliter, spinosè, confusè nomen *νοῦ, Mentis* huc atque illuc iactat, dianœæ *phantasiæ*, & si dijs placet, etiam brutis, libris de historia attribuens, vt nemo vnquam de tot millibus eius sectatoribus sententiam suam sine spinis potis fuerit percipere. Id studio nescio quo potius factum arbitror, quàm vlla Ingenij tenuitate. Reliquo 3. eadem est materies, quæ libro de animalium motu. Quam doctrinam simul cum ea, quæ libro de partibus ad motum vtilibus, propriam, si quis Aristotelis crediderit, non inutiliter fidem suam locauerit. Quæ vtraque profectò, eximia atque pulcherrima est doctrina.

# IN ACTIVA PHILOSOPHIA ARISTOTELIS

## CVM ANTIQVIS CONSENSIO

## LIBER VII.



NATVRALIS Aristotelicæ Philosophiæ, omnia summa dogmata hactenus cum antiquioribus contulimus, concordiamque ostēdimus, consequens est, vt actiuam in manus sumamus, in eaq; videamus, quantum acerrimū illud Aristotelis ingenium polluerit, anq; in his quoque ab antecessoribus aliqua mutuò acceperit. Inter eius Philosophiæ libros Politicos, præcedere, priore Tomo Aristotelis, ipsius sententia docuimus Politicorum librorum primus initia ciuitatis explicat, œconomicaq; exequitur. initia ciuitatis inde esse, quòd sit necesse eos, natura in vnum conuenire, qui sine alterius ope esse, ac viuere non possint. Sic enim 1. capite. *ἀνάγκη δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι, οἷον θῆλυ καὶ ἄρρεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν Necesse sanè est, primùm in vnum coniugari eos, qui sine altero non possunt esse, velut marem & fœminam generationis ergò.* Post hos. *ἄρχον δὲ φύσει καὶ ἀρχόμενον διὰ σωτηρίαν. Dominus verò natura & seruiens, ob salutem.* Atque. *ἐκ τούτων δύο κοινωνιῶν, οἰκία πρώτη. Ex his duabus communionibus domus prima.* Hoc initium ciuitatis fatetur ipse ab Hesiodo anteà ostensum fuisse. *καὶ ὀρθῶς Ἡσίοδος εἶπε ποιήσας, οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα. Ac rectè Hesiodus dixit, canens. Domum sanè primùm, vxorem bouemque aratorem*, ex domo fieri vīcum. *μάλιστα δὲ κατὰ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη, ἀποικία οἰκίας εἶναι Maximè vero secundum naturam videtur vicus colonia domus esse*, subditque. *ἡ δ' ἐκ πλειόνων οἴκων κοινωνία πρώτη, χρήσεως ἕνεκεν μὴ ἐφημέρου, κώμη. Ex pluribus verò domibus communio prima, vsus gratia non diarij, vicus.* Ex vicis pluribus societatem perfectam ciuitatem appellat. *ἡ δ' ἐκ πλειόνων κωμῶν κοινωνία τέλειος πόλις. ἡ δὴ πάσης ἔχουσα πέρας τῆς αὐταρκείας γινομένη μὲν τοῦ ζῆν ἕνεκεν, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν. Ex pluribus autem vicis communio, perfecta ciuitas est, quæ sanè habet terminum omnis sufficientiæ facta quidem viuendi ergò, existens tamen benè viuendi.* Sumpta sunt hæc

omnia ſententiatenus ex Platone, qui Reip. lib. 2. ita ſcribit. γίνεται τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πόλις ὡς ἐγῷμαι ἐπειδὴ τυγχάνει ἡμῶν ἕκαστος οὐκ αὐτάρκης, ἀλλὰ πολλῶν ἐνδεής. *Fit ſanè, inquam ego, ciuitas vt arbitror, quandoquidem ſit noſtrum vnuſquiſq; non ſufficiens, ſed multorum indigens*. Ex quo ſequatur. οὕτω δὴ ἄρα παραλαμβάνων ἄλλος, ἄλλον, ἐπ' ἄλλου, τὸν δ' ἐπ' ἄλλου χρείᾳ πολλῶν δεόμενοι, πολλοὺς εἰς μίαν οἴκησιν ἀγείραντες κοινωνούς τε καὶ βοηθοὺς ταύτῃ τῇ συνοικίᾳ ἐθέμεθα πόλιν ὄνομα. *Sic ſanè aſſumens alius alium ad alium, huncq; ad alium vſum, multos indigentes, in vnam habitationem congregantes, participes, atq; adiutores. huic cohabitationi poſuimus nomen ciuitas*. De domo verò & vico primo legum ita habet. ποτερ' ἂν δὴ πόλεσι πρὸς πόλεις ὀρθὸν τοῦτ' ἐστι, κώμῃ δὲ πρὸς κώμην οὐ προσῆκόντως, ἀλλὰ ταυτόν. Ναί. τί δὲ πρὸς οἰκίαν οἰκίᾳ τῶν ἐν τῇ κώμῃ, καὶ πρὸς ἄνδρα ἀνδρί. *Verum ciuitatibus ad ciuitates rectè (hoc eſt) vico verò ad vicũ aliud? Nequaquã, ſed idem. Na. Quid verò ad domum domui, earum quæ ſunt in vico, & ad virum viro*. Et ruſus, ὥσπερ φῶμεν οἰκίαν τι καὶ κώμην, καὶ πόλιν ταυτὸν τοῦτο ἐν αὐτοῖς. *Aum dicemus domum & vicum & ciuitatem, hoc idẽ in ipſis*. Tres ergò has habitationes ordine naturali Plato hic diſpoſuit, vt facilè fuerit, hinc Ariſtotelicam conſtitutionem ſumere, præſertim cùm ſuperiori loco in repub. nomen illud συνοικία, *cohabitatio*, & pro domo, & pro vico, & pro ciuitate inſeruire poteſt, de maris autem ac fœminæ ſocietate primo legum ſcriptum in hunc modum eſt. ἐννοητέον ὅτι τῇ θηλείᾳ καὶ τῇ τῶν ἀρρένων φύσει εἰς κοινωνίαν ἰούσῃ τῆς γεννήσεως, ἡ περὶ ταῦτα ἡδονὴ κατὰ φύσιν, ἀποδεδόσθαι δοκεῖ. *Cogitandũ quòd fœmina, ac marĩ natura ad communionem generationis eunti, voluptas in his ſecundũ naturam attributa videtur*. Ex quorum communione Callicratidas Lacon Pythagoreus domum conſtare ante etiam Platonem docuerat, libro de familiarum felicitate. οὕτω γὰρ καὶ ὁ οἶκος σύστημα κοινωνίας συγγενικῆς ὑπάρχει. *Sic verò & domus conſtitutio communionis cognationis cum ſit*. Et poſtea. διόπερ καὶ ὁ γάμος ἐπὶ βίω κοινωνίᾳ συνίσταται. *Quare & coniugium ad vita communionem conſtituit*. Quod verò Ariſtoteles capite 3. œconomices quatuor partes faciat, δεσποτικὴν, γαμικὴν, τεκνοποιητικὴν, κτῆσιν. *dominationem, cõiugium, filiationem, rem*. Callicratidas idem ſic enumerauerat. τῶν δὲ μερέων αὐτῆς δύο πρῶτα καὶ μέγιστα ἄνθρωπος καὶ κτᾶσις. *Partium autem ipſius duæ, prima & maxima homo & res*. Hominem deinde diuidens, ἐκ τῶν συμπληρούντων τὸν οἶκον ἀνθρώπων τοὶ μὲν συγγένεες, τοὶ δ' ὀικῆται. *Adimplentium autem domum. hominũ hi quidem cognati, hi autem domeſtici*. Poſt quorum enumerationes ita concludit: τῶ δὲ συγγενικῶ καὶ οἰκειακῶ μέρεος τῶ ἀνθρώπω τριττὸν εἶδος. τὸ μὲν γὰρ ἐντὶ ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον, τὸ δὲ ἐπικουρέον τῷ οἴκω καὶ τᾶς συγγενείας, καὶ ἄρχον μὲν ὁ ἀνήρ, ἀρχόμενον δ' ἁ γυνά. ἐπίκουρον δὲ τὸ γεννατὸν ἐκ τούτων. *Cognata verò & domeſtica partis hominis, triplex ſpecies: aliud enim eſt imperãs aliud imperio ſubiectum, aliud auxiliare domus & cognationis: & imperans quidem vir, imperio ſubiectum, vxor, auxiliare autem quod genitum ex his*. Hic duæ ſunt Ariſtotelicæ illę partes, coniugium, & filiatio, & tertia res. Dominium autem Plato legum lib. 3. ſimul cum alijs deſcripſit. ἐν τε οἰκίαις ὡσαύτως ἆρ' οὐχὶ ἓν μὲν τόδε πατρὸς καὶ μητρὸς, καὶ ὅλως γονέας ἐκγόνων ἄρχειν ἀξίωμα ὀρθὸν πανταχοῦ ἂν εἴη. *In domibus ſimiliter, nõne vnam quidem, patris, & matris, & omnino parentes liberis imperare, authoritas recta vtique fuerit?* Et mox. τέταρτον δ' αὖ δούλους μὲν ἄρχεσθαι, δεσπότας δ' ἄρχειν. *Quartum rurſus, ſeruos quidem dominio ſubijci, dominos autem dominari*. Sed & apud Xenophontem œconomico quatuor hæc omnia ſunt explicata latè, & quædã apud Theano Pythagoræ vel vxorẽ vel filiã, nec nõ apud Phintyã Pythagoreã vti noſtro ſapientũ theſauro lector inuenire poteſt. Quòd verò Ariſtoteles ſeruũ pro rei ac poſſeſsionis κτήσεως parte ponit, eadem ratione, dictum eſt ab Heſiodo βοῦν τ' ἀροτῆρα *bouemq; aratorẽ*, quẽ loco ſerui interpretatur, vterque enim animatum inſtrumentum, eademque ratione vterque ſub κτήματος, ratione à domino poſſidetur, fueratque à Xenophonte dictum. πάντα τοῦ οἴκου εἶναι, ὅσα τις κέκτηται. *Omnia domus eſſe, quæcunq; quis poſſidet*: Quod autem ſerui natura aliqui homines ſint, prolixè diſputat, & fine concludit. ὅτι μὲν τοίνυν εἰσὶ φύσει τινὲς, οἱ μὲν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι, φανερόν. οἷς καὶ συμφέρει τὸ δουλεύειν, καὶ δίκαιόν ἐστι. *Quod igitur ſunt natura quidam, hi quidem liberi, hi autem ſerui manifeſtum eſt, quibus & vtile eſt ſeruire & iuſtum*. Fuiſſe eam rem ante ſe ab alijs agitatam, etſi contrariam habuerunt ſententiam, ipſe hiſce verbis teſtatur. τοῖς δὲ παρὰ φύσιν τὸ δεσπόζειν, νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δὲ ἐλεύθερον, φύσει δ' οὐδὲν διαφέρειν διόπερ οὐδὲ δίκαιον, βίαιον γάρ. *His propter naturam dominatio, ſcilicet videtur, lege*

enim

*enim hunc quidem seruum esse, hunc autem liberum. Natura autem nihil differre, quare nec iustum, violentum enim*, sed 4 capite: καὶ τοῖς μὲν οὕτω δοκεῖ, τοῖς δ' ἐκείνως, καὶ τῶν σοφῶν. *& his quidem ita videtur, illis aliter, etiam sapientum.* Capite 5. differentiã tradit œconomices à Chrematistica: quòd hæc acquirat res, illa acquisitis vtatur, id cõtra Xenophontem videtur intẽtatum, quia ille scripsit. ταῦτα ἄρα ὄντα τῷ μὲν ἐπισταμένῳ χρῆσθαι αὐτῶν ἑκάστοις, χρήματά ἐστι, τῷ δὲ μὴ ἐπισταμένῳ οὐ χρήματα. *Eadem cum sint, ei qui vti sciat singulis ipsorum diuitia sunt, nescienti verò non diuitia.* Quis autem is sit, qui sciat vti, œconomicũ esse docet longo Ischomachi sermone. nec verò vti scire, œconomici esse, sed etiam acquirere κτήσασθαι. sic enim antea. ὅτι τοῦ ἡμῖν ἐδόκει οἶκος ἀνδρὸς εἶναι, ὅπερ κτῆσις. *Quod nobis visum sit, viri domum esse idem cum re*. Chrematistices autem species acquisitiuæ quinque faciens: Agriculturam, Pastoralẽ, venatoriam, Piscatoriam, Prædatoriam, seu Piraticam, quam dicat. ἡ μὲν οὖν τοιαύτη κτῆσις, ὑπ' αὐτῆς φαίνεται τῆς φύσεως δεδομένη πᾶσιν. *Talis acquisitio ab ipsa videtur natura data omnibus*; aliunde omnia est mutuatus. Tres certe priores apud Xenophõtem longa tractatione, agricultura presertim est pertractata, cui pastoralem esse coniunctam ita affirmat. καὶ γὰρ ἡ προβατευτικὴ τέχνη συνῆπται τῇ γεωργίᾳ. *Etenim pastoralis ars coniungitur agricultura*, Quibus venatoriam addit. θήραις τε ἐπιφιλοπονεῖσθαι τῇ γῇ ἐν κυσὶν εὐπετέστατα τροφῆς παρέχουσα. *Venatibus incumbere terra & canibus facilitatem prabens.* Sed & has & reliquas duas Plato in Sophista dilucidissimè est persecutus, acquisitiuæ κτητικῆς species distinguens, statim enim initio diuisionis artium agriculturam inter factiuas ponit, deinde omnes in duo summa genera partitur, factiuarũm atque acquisitiuarum Harum proximas species facit cõmutatiuam, & χειρωτικήν. Captiuã dixeris. Hanc rursus in agonisticam, & venatoriã: venatoriam in animatarũ, & inanimatarum rerum diuidit: hanc iterum in pedestrium animalium, & νευστικὸν natantium. Iterum hanc in volatilium, quod est aucupiũ, & aquatilium, quod est piscatus. Aristoteles hãc ἁλιευτικὴν nominat, aucupium autem & pedestrium animalium venatum vno θηρευτικῆς *venatoria*, nomine comprehendit. Venatoriæ deinde Plato pedestrium animalium duas statuit species, agrestium & domesticorum animalium domesticorum rursus violentum, & voluntarium: violentæ denuò species esse ait: λῃστικήν, ἀνδραποδιστικήν, τυραννικήν, σύμπασαν πολεμικήν. *Pyraticam, seruos facientem, tyrannicam, & omnem bellicam.* A quo non discedit hac in re Aristoteles. nam cũ inter quinque illas piraticam primo nominasset paulo post πολεμικὴν *bellicam* dixit. διὸ ἐστὶ ἡ πολεμική, φύσει κτητική πως ἔσται. *Quare & bellica natura, atque acquisititia quodammodo erit.* Sed Plato eam venatoriam partem fecerat. Aristoteles sese illi opponẽs; venatoriam bellicæ esse partem dixerit ἡ γὰρ θηρευτικὴ μέρος αὐτῆς, ᾗ δεῖ χρῆσθαι πρός τε τὰ θηρία, καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι πεφυκότες ἄρχεσθαι μὴ θέλουσι. *Venatoria enim pars ipsius* (scilicet bellicæ) *qua vti oportet aduersus feras, & hominum aduersus eos qui nati adseruiendum, nolunt.* Qua in lite is erit superior, qui minus vniuersalem, vniuersalis magis partem alterutram earum statuerit. Homines autem qui seruitio apti sint capere, Aristoteles ex more Græcorum obseruato hausit. Quibus fuit mos antiquissimus barbaros capere, eisque ad omnia seruitia & vti & locare, quod Thucydides in proemio latè narrat, & Xenophon libro de redditibus refert, Niciam, atque alios quosdam ad vsque mille seruos habuisse, eorumq; operas in argenti fodinas locando: diuites euasisse. Hortaturque vti res quoque publica simili seruorum opera vteretur, vnde facilè ditescere posset, cuius Niciæ exẽplũ videtur apud Romanos secutus M. Crassus, referẽte Plutarcho. Quod verò Aristoteles capite 6. aliud acquisitiuæ genus statuat, quod χρηματιστικὴν vocat, cuius speciẽs facit μεταβλητικήν, καὶ καπηλικήν, *commutatiuam & cauponariam* ex Platone est. Nam postquam totum venationum genus explicasset, ad commutatiuam ἀλλακτικὸν digreditur, cuius primaria genera donatiuum ait & mercatiuum esse. hocque iterum partitur in id quod propria opera vendit, & quod aliena, atque hoc μεταβλητικὸν vocat: huius rursus species eas facit, vt qui eodem loco ea vendat καπηλικὸν *cauponarium*, vocet, cum verò qui aliò exportet ἐμπορικὸν, *mercatorium* appellet. Duplex autem ille cuiuscunque κτήματος rei, vsus, vt calcei, calceatio, & venditio seu commutatio, quas Aristoteles eodem capite persequitur, & latè & exactè traditur à Platone primo reipub. quando medici, & naucleri & aliorum opera tum ad salutem, tum ad diuitias acquirendas;

a

facere ostendit. Nec minus libro secundo de numo, de mercatura, de mercenarijs loquitur clarè quàm Aristoteles de ijsdem, cum tres commutatiuæ partes facit, mercaturam, vsuram, mercenariam, quam & in Xenophonte libro de redditibus est videre luculenter tractatam, vsuram ex vsu communi sanè accepit, sed quod agriculturam septimo capite in ψιλὴν *simplicem*, καὶ πεφυτευμένην, καὶ μελιττουργίαν. *plantationem, & mellificationem* distinguit, duas illas Xenophon tetigerat. ἐστὶν οὖν ἔφην ἐγὼ, γεωργικῆς τέχνης, καὶ ἡ τῶν δένδρων φυτεία. *Est ergò, inquam ego, agricolandi artis, & arborũ plantatio.* Quã & exactissimè explicat. Mellificationem verò apud Hesiodum habemus. Tertia verò Chrematistices species, quam partim naturalem, partim commutatiuam esse ait, vt metallica, syluarum cæsio, sunt itidem apud Xenophantẽ, & his amplius lapidicina eodem libro. & Aristoteles ipsemet fatetur de his libros à quibusdam fuisse cõscriptos. ἐπεὶ δὲ ἐστὶ ἐνίοις γεγραμμένα περὶ τούτων, οἷον Χάρητι τῷ Παρίῳ, καὶ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Λημνίῳ περὶ γεωργίας καὶ ψιλῆς, καὶ πεφυτευμένης. ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλοις περὶ ἄλλων. *Cum verò sint aliquibus scripta de his veluti, Chareti Pario, & Apollodoro Lemnio, de agricultura tum simplice, tum plantata similiter & alijs de alijs.* Quod autem vltimo capite triplicem œconomices partem statuat, iam est à nobis ostensum, alijs quoque de eadem re scriptum fuisse. Reliquum capitis est Socraticæ sententiæ de mulierum ac puerorum moribus confutatio, similis quoque res est toto 2. libro quorum aliquam partem sequenti Tomo in discussionem vocabimus. Tertio autem libro quæ 4. capite scribit. ὁ μὲν οὖν παιδοτρίβης, ἢ κυβερνήτης σκοπεῖ τὸ τῶν ἀρχομένων ἀγαθὸν, ὅταν δὲ τούτων εἷς γένηται καὶ αὐτὸς κατὰ συμβεβηκὸς μετέχει τῆς ὠφελείας. *Pedotriba ergò vel gubernator spectat subditorum sibi bonum, quando verò horũ vnus fuerit, & ipse per accidens particeps fit vtilitatis.* Ex primo Reipub Platonis clarè est transcriptũ, vbi Socrates longa argumentatione Trasymachi iusticiam redarguens, hanc eandem sententiam, ijsdemque exemplis Pedotribæ, & Naucleri, & præterea Medici, & pastoris improbat. concluditque, ὅτι οὐδεμία τέχνη οὐδ᾽ ἀρχὴ, τὸ αὑτῇ ὠφέλιμον παρασκευάζει, ἀλλ᾽ ὅπερ πάλαι ἐλέγομεν, τὸ τῷ ἀρχομένῳ παρασκευάζει καὶ ἐπιτάττει. *Quod nulla ars, nec principatus, quod sibi vtile est præparat, sed quod iam olim dicebamus, id quod subiectis est vtile, præparat, ac præcipit.* Quam rem postquam repetijt, subdit, μηδένα ἐθέλειν ἑκόντα ἄρχειν καὶ τὰ ἀλλότρια κακὰ μεταχειρίζεσθαι ἀνορθοῦντα, ἀλλὰ μισθὸν αἰτεῖν. *Neminem velle spõte Principatum gerere, & aliena mala tractanda, emendare, sed præmiũ poscere* Hoc ipsum Aristoteles alijs verbis eodem capite vsurpauit. νῦν δὲ διὰ τὰς ὠφελείας, τὰς ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ τὰς ἐκ τῆς ἀρχῆς, βούλονται συνεχῶς ἄρχειν. *Nunc verò ob emolumenta ex publico, & ex principatu volunt continuè principatũ gerere.* Numerũ autẽ principatuũ & formas Aristo. ca. 5. sic instituit. ἀνάγκη δ᾽ εἶναι κύριον, ἢ ἕνα ἢ ὀλίγους, ἢ τοὺς πολλούς, ὅταν μὲν ὁ εἷς ἢ οἱ ὀλίγοι ἢ οἱ πολλοὶ, πρὸς τὸ κοινὸν συμφέρον ἄρχωσι, ταύτας μὲν ὀρθὰς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς πολιτείας, τὰς δὲ πρὸς τὸ ἴδιον, ἢ τοῦ ἑνὸς ἢ τῶν ὀλίγων, ἢ τοῦ πλήθους παρεκβάσεις. *Oportet autem esse dominum, vel vnum vel paucos, vel multos. Quandoquidem vnus, vel pauci, vel multi, ad cõmunem vtilitatem regant. has sanè rectas necesse est esse respub. eas verò quæ ad propriam, vel vnius, vel paucorum, vel multitudinis transgressiones.* Totum fuit à Platone prius copiosè, & multifariam politico, Republica, legibus tractatum Politico sic ἆρ᾽ οὖν μοναρχία τῶν πολιτικῶν μὲν ἀρχῶν ἐστὶ μία; Σω. Ναί. Ξεν. καὶ μετὰ μοναρχίαν εἴποι τις ἂν οἶμαι τὴν ὑπὸ τῶν ὀλίγων δυναστείαν, Σω. πῶς δ᾽ οὔ; Ξεν. τρίτον δὲ σχῆμα πολιτείας οὐχ ἡ τοῦ πλήθους ἀρχὴ, δημοκρατία τοὔνομα κληθεῖσα. *An non, monarchia, ciuilium principatuum, vnus est? S O. ita. H O S P. & secundum monarchiam, dixerit quispiam, vt arbitror, eam quæ est paucorũ potestas. S O C. cur non? H O S P. Tertia verò figura reipublicæ nonne multitudinis principatus democratia nomine vocata.* Has easdem diuisiones apud Archytam & alios Pythagoreos nostro sapientum Thesauro legimus. Quarum singulas duplices & illi, & Plato efficiunt: πρὸς τὸ βίαιον καὶ ἑκούσιον ἀποσκοποῦντες νῦν καὶ πενίαν, καὶ πλοῦτον, καὶ νόμον, καὶ ἀνομίαν ἐν αὐταῖς γιγνόμενα. διπλῆν ἑκατέραν τοῖν δυοῖν διαιροῦντες, μοναρχίαν μὲν προσαγορεύουσιν ὡς δύο παρεχομένην εἴδη, δυοῖν ὀνόμασι τυραννίδι, τὸ δὲ βασιλικῇ. Σω. τί μήν; Ξεν. τὴν δ᾽ ὑπὸ ὀλίγων γε ἑκάστοτε κρατηθεῖσαν πόλιν ἀριστοκρατίᾳ, καὶ ὀλιγαρχίᾳ. Σω. καὶ πάνυ γε. Ξεν. Δημοκρατίας γε μὴν, ἐάν τ᾽ οὖν βιαίως, ἐάν τ᾽ ἑκουσίως τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων, τὸ πλῆθος ἄρχῃ, καὶ ἐάν τε τοὺς νόμους ἀκριβῶς φυλάττον, ἐάν τε μὴ, πάντως τοὔνομα οὐδεὶς αὐτῆς εἴωθε μεταλλάττειν. *Ad violentum & voluntarium respicientes nunc, & paupertatem & diuitias, & legem, & legum transgressiones in ipsis factas, duplicem vtranq; ipsarum diuidentes Mo-*

*narchiam*

narchiam quidam appellant, veluti duas prabeat species, duobus nominibus Tyrãnide, & Regno. SOC. Quid enim? HOSP. eam verò quæ à paucis vbicũque sit, dominio premitur ciuitas, Aristocratia, & Oligarchia. SOC. maximè. HOSP. Democratia autem siue violenter, siue volenter multitudo diuitibus imperet, siue leges exactè custodiat, seu non, omnino nomen nemo consueuit mutare. Quã tamen 8. Reipub. in duas diuisit Democratiam & Timocratiam. Hanc verò Aristoteles politiam πολιτείαν vocauit. Quod verò Plato 1. reipublicę ait. ὅτι ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων, οὐ πέφυκε τὸ αὐτῷ συμφέρον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ. Quod is qui reuera verus est Princeps natura, non quod sibi est, vtile considerat, sed id quod subiecto. Aristoteles paululum immutans 8. capitis fine. τὸ δ' ἴσως ὀρθὸν πρὸς τὸ τῆς πόλεως ὅλης συμφέρον, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τὸ τῶν πολιτῶν. Fortè rectum id, ad totius ciuitatis bonum, & ad commune ciuibus. Includens hac ratione loquendi & magistratus & principes ipsos, quod tamen superius per accidens esse dixerat, quando Princeps vnus sit ex omnibus. Quod tamẽ cuiuscunque modi sit Callicratidæ Pythagorei fuerat. πολιτικὰ δ' ἐντὶ ἀρχά, ἅτις τέλος ἔχει τὸ κοινῇ συμφέρον, καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων. Ciuilis verò Principatus est, qui finem habet commune bonum, & principum ipsorum & subditorum. Et Archytæ libro de lege & iustitia. συμφέρων τᾷ δὲ τᾷ πολιτικᾷ κοινωνίᾳ, αἴκα μὴ μόναρχος ᾖ καὶ ἰδιωφελὴς ὁ νόμος, κοινωφελὴς δὲ καὶ διὰ πάντων διατείνων. Vtilis verò ciuili communioni. quando non monarcha fuerit & ad propriã vtilitatem lex, sed ad commune vtile & ad omnes extensa. Quanquam alius locus Platoni magis suffragari videatur. ἄριστος δὲ κἂν εἴη ἄρχων ὁ δικαιοτάτῳ νόμῳ, οὗτος δὲ κ' εἴη ὁ μηδὲν αὐτῷ ἕνεκα ποιέων, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ. ἐπειδὴ περ οὐδ' ὁ νόμος αὐτῷ ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν. Optimus sanè fuerit princeps, qui iustissima lege vtetur, is verò fuerit, qui nihil sui causa faciat, sed eorum, qui sub eo sunt. Quandoquidem neq; lex sui gratia. sed eorum qui sub eo sunt. Quod vero Aristoteles παρεκβάσεις transgressiones appellauit, Archytas eadẽ ferè voce nominauit. καὶ τούτων παραβάσει μὲν βασιλεὺς, τύραννος, & horum transgressione, Rex tyrannus, id est, fit. Has autem transgressiones Plato loco citato, per violentum, volũtarium, paupertatem, diuitias, legem, non legem, constituerat. Aristoteles idem sequi non est dedignatus. 5. enim capitis fine. καὶ ἀναγκαῖον μὲν ὅπου ἂν ἄρχωσι διὰ πλοῦτον, ἄν τ' ἐλάττους, ἄν τε πλείους, εἶναι ταύτην ὀλιγαρχίαν. Et necesse est vbi imperant ob diuitias, siue pauciores siue plures sint, hanc esse oligarchiam. Et alibi. πολλοὺς δ' εἶναι τοὺς ἀπόρους πανταχοῦ. Multos vero esse pauperes vbique. Et capite 10. οἱ μὲν γὰρ κατὰ νόμον καὶ ἑκόντων, οἱ δ' ἀκόντων ἄρχουσι. Hi quidem ex lege & volentibus, illi verò nolentibus imperant. Et rursus. ἑκούσιαί τε καὶ πατρίαι γιγνόμεναι κατὰ νόμον. Voluntaria & patria facta secũdum legẽ. Quod autem Plato Politico, præter sex illas respub. septimã quãdã statuit in qua Rex excellẽti sup reliqs virtute præditus, nõ legib. scriptis, sed legib. prudẽtiæ, ac iustitiæ regit, atq; ita intulit. πλὴν τῆς ἑβδόμης, πασῶν γὰρ ἐκείνην γε ἐκκριτέον, οἷον θεὸν ἐξ ἀνθρώπων, ἐκ τῶν ἄλλων πολιτειῶν. Præter septimã, ex omnib. n. illã secerni oportet, veluti Deum ex hominibus alijs rebuspublicis. Aristoteles de eo rege loquens ita paululũ detorsit. ὥσπερ γὰρ θεὸν εἰκὸς εἶναι τὸν τοιοῦτον Veluti Deũ rationabile est esse hunc. Vtroque anteriores Pythagorei celebrauerant. Diotogenes lib. de Regno. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχαμάτισται. Rex principatum habens reddendis rationibus immunem, & ipse existens lex animata, Dei in hominibus figuram gerit. Sic Cephantus, ἐν τε τᾷ γᾷ καὶ παρ' ἁμῖν ἄριστον φύσει μὲν ἄνθρωπος, θειότατον δὲ βασιλεὺς, ἐν τᾷ κοινᾷ φύσει πλεονεκτῶν τῷ κρέσσονι, τὸ μὲν σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιος, οἷα γεγονὼς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑπὸ τεχνίτα δ' εἰργασμένος λώστω, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ. In terra verò & apud nos optima natura est homo: diuinissimum verò rex, in communi natura excellentia quadam prait, corpore quidem reliquis similes tanquã factus ex eadem materia ab artifice verò effectus optimo, qui eum fabrefecit exemplari vsus seipso. Atque hanc ob rem Sthenida. μιματὰς ἄρα καὶ ὑπηρέτας ἐσσεῖται νόμιμος τῶ θεῶ ὁ σοφός τε καὶ βασιλεύς. Imitator ergo & minister legitimus Dei erit, sapiens, & Rex. Iam diuinè senserunt viri hi de vero Rege, & quod Aristoteles dixit κατὰ δὲ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος, αὐτοὶ γάρ εἰσι νόμοι. Ad tales autem non est lex, ipsi enim lex sunt. Eiusdem est Diotogenis. καὶ αὐτὸς ὢν νόμος. & ipse lex cum sit. Et rursus. ὁ δὲ βασιλεὺς ἤτοι νόμος ἔμψυχός ἐστι, ἢ νόμιμος ἄρχων. Rex autem vel lex animata est, vel legitimus Princeps. Quam vocẽ & Plato & Aristoteles vsurparũt. Aristoteles deinde capite 7. τὸν ἄρχοντα δὴ αὐτὸ εἰς αὐτὸ πλείους ὦσι, περὶ τούτων εἶναι κυρίους, περὶ ὅσων ἐξαδυνατοῦσι οἱ νόμοι λέγειν

ἀκριβῶς διὰ τὸ μὴ ῥᾴδιον εἶναι καθόλου δηλῶσαι περὶ πάντων. *Principem verò siue vnus, siue plures sint, earum rerum dominos esse, circa quæ nequeunt leges decernere exactè, quia nõ sit facile vniuersaliter declarare de omnibus.* Ex Platone paululũ est detortũ, sic enim Politic. τὸ δ' ἄριστον, οὐ τοὺς νόμους ἐστὶν ἰσχύειν, ἀλλ' ἄνδρα τὸν μετὰ φρονήσεως βασιλικόν. οἶσθα ὅπῃ; ΣΩ. πῇ δὴ λέγεις; ΞΕ. ὅτι νόμος οὐκ ἄν ποτε δύναιτο τό τε ἄριστον καὶ τὸ δικαιότατον ἀκριβῶς ἅμα πᾶσιν περιλαβὼν τὸ βέλτιστον ἐπιτάττειν. αἱ γὰρ ἀνομοιότητες τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν πράξεων, καὶ τὸ μηδέποτε μηδὲν ὡς εἰπεῖν ἔπος ἡσυχίαν ἄγειν τῶν ἀνθρωπίνων, οὐδὲν ἐῶσιν ἁπλοῦν ἐν οὐδενὶ περὶ ἁπάντων καὶ ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον ἀποφαίνεσθαι τέχνην, οὐδ' ἡντινοῦν. *Optimum verò non est leges pollere, at virum cum prudentia Regium, scis quatenus? SOC. Quomodo ais? HOSP. quia lex nequaquam potis est optimum & iustissimum exactè circa omnia comprehendere, quod vtilissimum sit iubere, dissimilitudines enim hominum, & actionum & quòd nihil vnquam humanarum rerum, vt verbo dicã, quietẽ agat, nihil simplex sinat, in nulla omnium rerum, vllo vnquam tempore, artem declarare vllam.* Quatuor autem regni species illæ quas capite 10. recenset non sunt Aristotelis inuentum, sed collectæ ab eo ex historia prima Laconũ, secunda Barbarorũ, tertia Græcorũ, Aesymnetarum quarta Heroicorum, quarum quartã Diotogenes Pythagoreus quoque descripsit. ἔργα δὲ βασιλέως τρία, τό τε στρατηγεῖν, καὶ δικαιοπολεῖν, καὶ θεραπεύειν θεούς. *Opera autem Regis tria, exercitum ductare, & iudicare, & Deos colere*, & concludens ὥστε ἀναγκαῖον τὸν τέλειον βασιλέα καὶ στρατηγὸν τ' ἀγαθὸν ἦμεν, καὶ δικαστὴν καὶ ἱερέα. *Itaque necesse est, perfectum regem ducem esse bonum, & Iudicem & sacerdotẽ*. Hæc tria hic Aristoteles quartæ speciei attribuit κύριοι δ' ἦσαν τῆς τε κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας, καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί, καὶ πρὸς τούτοις τὰς δίκας ἔκρινον. Capite autem 11. ὥστε ἐν ὁποιᾳοῦν τέχνῃ τὸ κατὰ γράμματα ἄρχειν ἠλίθιον. *Itaque in qualicunque arte ex præscripto imperare stolidum est.* Sententia quæ multis verbis, multis rationibus, multisque exemplis fuerat in politico à Platone comprobata, à qua tamen sententia eodem loco, quia. σπάνιον ἦν εὑρεῖν ἄνδρας πολὺ διαφέροντας κατ' ἀρετήν, *Rarum sit inuenire viros valde excellentes virtute*, εἰ δὲ λαβεῖν πλείους ὁμοίους. *Si detur ac reperire plures similes tũc.* αἱρετώτερον ἂν εἴη ταῖς πόλεσιν ἀριστοκρατία βασιλείας. *legibus fuerit ciuitatibus Aristocratia regno.* Quod verò capite 12. dixit. τὸ δὲ τῶν τεχνῶν εἶναι δοκεῖ παράδειγμα ψεῦδος, ὅτι τὸ κατὰ γράμματα ἰατρεύεσθαι φαῦλον. *Artium verò exemplum videtur esse falsum, quod ex præscriptis mederi malum sit.* Contra Platonem est directum, attamen & contradicit suæ illi sententiæ, modò allatæ, in quacũnque arte ex præscripto imperare stolidum est. Quæ vero libri 4. capite 2. de Tyrannidis, Oligarchiæ, ac Democratiæ maiore ac minore malitia docet, ex alterius sententia id se docere ostendit, cũ ait: ἤδη μὲν οὖν τις ἀπεφήνατο καὶ τῶν πρότερον οὕτως, οὐ μὴν εἰς ταὐτὸ βλέψας ἡμῖν. *Iam quidem quidam priorum etiam ita pronunciauit non tamen in idẽ nobiscum respiciens.* Is autem forte fuerit Plato qui ita scripsit in Politico. μοναρχία τοίνυν ζευχθεῖσα μὲν ἐν γράμμασιν ἀγαθοῖς, οὓς νόμους λέγομεν, ἀρίστη πασῶν τῶν ἕξ, ἄνομος δὲ χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη συνοικῆσαι. τὴν δέ γε τῶν μὴ πολλῶν ὥσπερ ἑνὸς καὶ πλήθους τὸ ὀλίγον μέσον, οὕτως ἡγησόμεθα μέσην ἐπ' ἀμφότερα. τὴν δ' αὖ τοῦ πλήθους κατὰ πάντα ἀσθενῆ, καὶ μηδὲν μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν δυναμένην: *Monarchia ergo iuncta scriptis bonis, quæ leges vocamus, optima omnium sex, lege verò carens dura & grauissima vt cohabitetur, eã verò quæ non plurium est sicuti & vnius & multitudinis paucũ, medium, vti putemus mediam ad vtrunq;, eam autem, quæ est multitudinis per omnia debilem, ac nihil seu bonum seu malum pollentem.* Capite 4. ciuitatis partes enumerat, agricultores, artifices, mercatores, baiulos, milites, iudices, senatores, diuites, magistratus. Harum aliquæ ad Hippodamo Iliaco Pythagoreo sunt prius distinctæ, nam cum tres primò diuisisset. βουλευτικόν, ἐπίκουρον, βάναυσον *Consultantium, defendentium, plebem* Singula in tria item subdiuisit, Consultantium, in, πρόεδρον, ἀρχοντικόν, κοινοβουλευτικόν. *Præsides, Principes, Senatum*, sic defendentium species fecit tres. ἀρχοντικόν, προμαχητικόν, στρατιωτικόν. *Principes, velites, grauem armaturam*. Itidem tertiam in γεωργικόν, τεχνιτικόν, ἐμπορικόν. *Agricultores, artifices, mercatores.* In quibus sanè oẽs illæ Aristotelicæ ciuitatis partes continentur, & si quid deest, vt baiuli, & diuites ex 2. Platonis reip. suppleuit, vbi baiulorum, quoque fit mentio, sed an hi & diuites separatæ ab alijs sint ciuitatis partes, viderint ij qui liberè philosophantur. Quæ verò à 5. capite vsque ad finem totius libri pertractat, enumerationes, ac combinationes sunt, cuiuscunq; reipublicæ formarum, consiliorum, magistratuum, iudiciorum quas non est abs re alienum credere Aristotelem ex CLXVIII. Rebus publicis ijs, quas ex

multis

multis millibus hominum, quos illi diuitiæ Alexandri suppeditabant relationibus compilauit, non aliter ac historiam animalium collegisse ac conscripsisse. Id autem ita factum esse facilè indicant, Lacedæmoniorum, Lycurgi, Dolonis, Charondæ, Maleensium, priscorum Græcorum, Telecchei, Milesij, Megarensium, Atheniensium, citata sæpius testimonia. Quod ipsum de toto. 5. quoque libro dicendū est, sunt enim omnia collecta prius, postcà ex his singularibus vniuersalia formata, ac deinde comprobata. Capita enim 12. eius libri plena testimonijs sunt: Lysandri, Pausaniæ Gelonis Cleomenis, Heracleodori, Pachetis, Timophanis, Doxandri, Mnaseæ, Euthycratis, Ploxi, Periādri, Pisistrati, Theagenis, Dionysij, Daphnei, Lygdamidis, Charclis, Phrynichi, Hipparini, Clechmi, Charetis, Timophanis Corynthij, Alenodani, Iphiadis, Diagoræ, Eurionis, Archij, Partheniarum, Cinadarum, Agesilai, Tyrtei, Hannonis, Euripidis, Phidonis, Plalaris, Panætij, Cypseli, Codri, Cyri, Trasybuli, Harmodij, Aristogitonis, Periandri, Ambracij, Philippi, Pausaniæ, Attali, Amyntæ, Berdæ, Euagoræ, Cratæi, Archelai, Sirchæ, Arthabæi, Amyntæ, Cleopatræ, Hellanocratoris, Platonis, Heraclidis, Cotyos, Adamantis, Penthalidarum, Megaclis, Smerdis, Penthilij, Decamnidij, Xortis, Arthabanis, Darij, Sardanapali, Dionysij, Sunionis, Dionis, Astyagis, Lenthis Symadoris Anobarzanis, Mithridatis, Pysistratidarū, Theopompi, Persicorū regum, Hieronis, Thrasybuli, Cypselidarū, Polycratis, Orthagoræ, Clisthenis, Plemnirichi, Myronis, Anticleontis, Charilai Panætij Leontini, Cleandri, Anaxilai, Centum ferè vel Regum vel Tyrannorum, nec non rerum publicarum, ac gentium. Lacedæmoniorum, Epidamniorum, Elææ, Thebanorū, Megarensiū, Syracusanorum, Rhodiorum, Tarentinorum, Iapygarum Arginorum, Atheniensium, Heræorum, Horeorum, Ambraciorum, Achæorum, Sybaritarum, Trœzeniorum, Thuriorum, Byzantiorum, Antissæorum, Chorum, Zancleorum, Samiorum, Appoloniatarū in Pōto, Amphiopolitarū, Chalcideorum, Clazomeniorum, Colophoniorum, Notiorū, Hæstiæorum, Delphorum, Mitylenæorum, Phocensium, Coorum, Heraclidarum, Cymensium, Naxiorum, Massiliensium, Istrorum, Cnidiorum, Erythæorum, Larissæorum, Abydenorum, Heracliensium in Ponto, Aegynensium, Pharsalorum, Helidatum, Corynthiorum, Eretriensium, Carthaginensium, Locrorū, Ionū, Leontinorum, Macedonum, Milesiorum, Persarum, Cypriorum, Eidiorum, Aenorum, Thracum, Medorum, Aegyptiorum, Sycioniorum, Gelorum, Rheginorum, LXV. populorum, ex quorum aliquibus bis, & ter, ac etiam sæpius exempla deprōmit, quibus & vniuersalia dogmata, & totius libri fartaginem contexuit. Nec minus obseruationū farrago est lib. 6. in quo tradita sunt primo præcepta quibus modis quatuor democratiarum genera constituantur, ex quorum deinde contrarijs oligarchias constitui docet, postea genera magistratuum recenset, omnia autem sunt ex ciuitatum diuersarum exemplis transumpta, Hic enim primo capite: ζητοῦσι μὲν γὰρ οἱ τὰς πολιτείας καθιστάντες. *Quærunt enim ij qui respublicas cōstituunt.* Et 2. τοῦτο γὰρ λέγειν εἰώθασι. *hoc enim dicere solent.* Et, τούτου γὰρ στοχάζεσθαι φασί. *Hoc enim intendere aiunt.* Iterum, φασὶ γὰρ δεῖν ἴσον ἔχειν ἕκαστον τῶν πολιτῶν. *Aiunt enim oportere æquum habere singulos ciues.* Rursus. ὃν τιθέντες πάντες οἱ δημοτικοί, *quā possunt omnes populares.* Et cap. 3. φασὶ γὰρ οἱ δημοτικοί *dicunt enim populares.* οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ κατὰ πλῆθος γὰρ οὐσίας φασὶ κρίνεσθαι δεῖν. *Pauci verò potentes secundum bonorum magnitudinem aiunt iudicari oportere.* Et capite 4. Mantinæorū exemplo vtitur, & Oxyli, & Aphitalorum leges citat, atque τὸ δὲ γ' ἀρχαῖον ἐν πολλαῖς πόλεσι νενομοθετημένον. *erat antiquitus in multis ciuitatibus lege statutū.* Iterum. τῶν δὲ νόμων τινὲς τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς κειμένων τὸ ἀρχαῖον *Et legum quædam, quæ apud plerosque posita erant antiquitus.* dein. εἰώθασιν οἱ προεστῶτες *Solent ij qui præsident.* Et, εἰώθασι μὲν οὖν οἱ δημαγωγοί. *Solent sanè populi ductores.* Post Cyrenensiū, & Clisthenis exempla adducit. Et capite 5. οἱ δὲ νῦν δημαγωγοί. *Nostrates verò populi ductores.* Et. ἀλλὰ τοὺς γνωρίμους εἰώθασιν εἰσάγειν. *Sed nobiles solent introducere.* Nec non, ἃ πολλὰς ἤδη δημοκρατίας ἀνέτρεψεν. *Quæ multas iam Democratias euerterūt.* Demum Carthaginensium & Tarentinorum exemplis vtitur. Hæc ad populi status pertinent, aliunde, tum sui tēporis, tum antiquioribus exemplis deprompta. His contraria capite 6. docet oligarchias constituere. σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας πῶς δεῖ φανερὸν ἐκ τούτων, ἐκ τῶν ἐναντίων γὰρ δεῖ συνάγειν ἑκάστην. *Fermè verò etiam circa Oligarchias quomodo oportet clarū est ex his: ex contrarijs enim oportet colligere singulas.* atque ideo difficile non fuit ex primis col-

lectis contraria inuenire & vt Plato legum 3. ait. ἐκ γὰρ παραδειγμάτων ἑορᾶν γεγονότος οὐδὲν χαλεπόν. *Etenim ab exemplo facto perspicere nihil difficile est.* Sed capite 7. Mahaliotarum, & Thebanorum quædam affert, & capite 8. quos magistratus recenset, omnes ex ciuitatum staturis adducit, ait enim de secundo: καλοῦσι δ' ἀστυνομίαν οἱ πλεῖστοι τὴν τοιαύτην ἀρχήν. *Vocant verò Astynomiam plerique talem magistratum*, & de tertio: *Vocant verò principes hos, hi quidem agripartitores, hi vero Sileros*, vt liceat & in his minutijs græcorum verborum tædium fugere. De quarto quoque: *vocant autem hos receptores, & Quæstores* de Quinto, *vocantur verò Hieromnemones, & curatores & mnemones*, & his coniuncta nomina. & de alio. *Multis vero locis diuisa sunt, seruatrix & actrix vt Athletim.* Verùm multa magistratuum nomina Plato quoque 6. legum exponit, quorum aliqua huc Aristoteles traiecit, vt & sequentium, quæ ad bellicos magistratus pertinent. *Veluti in paruis ciuitatibus, vnus magistratus de omnibus, vocāt aūt Imperatores & belli duces*, & iterū, *qua appellantur, Nauarchia, & Hipparchia, & Taxiarchia Nauium, & Equitatus, & ordinum principatus.* Et rursus *Vocant vero hos, alij Euthynos, alij ratiocinatores, alij inquisitores, alij coadiutores.* Deinde infert, *Accidit verò curā hāc sacrorū alicubi esse vnā vt in paruis ciuitatibus, alibi aūt multas & separatas.* Et mox. *Appellant hi quidem Principes, alij Reges, alij Prytanas.* Ex quibus liquido constat Aristotelem hæc omnia aliunde collegisse ex exemplo autem facto perspicere Plato, vti diximus, nihil difficile iudicauit.

## BONORVM DIVISIO.

QVAE autem libro 7. traduntur, pleraque sunt ex Platone, & Pythagoreis desumpta, nanque statim bonorum trina partitio, animæ corporis, externorum: est apud Platonem legum libro 3. ἐστὶ δ' ὀρθῶς ἄρα τιμιώτατα μὲν καὶ πρῶτα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθὰ κεῖσθαι σωφροσύνης ὑπαρχούσης αὐτῇ. δεύτερα δὲ τὰ περὶ τὸ σῶμα καλὰ, καὶ ἀγαθὰ, καὶ τρίτα τὰ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χρήματα λεγόμενα. *Sunt ergo rectè honorabilissima, & primaria, ea quæ sunt animæ bona ponere, temperantia inhærente sibi. secūdaria, ea quæ circa corpus, bona, & tertio ea quæ circa substantiam & opes dicuntur.* Quæ autem sint horum generum singula Plato multis locis, & Archytas libro de vero bono, & beato declarauit. ψυχᾶς μὲν φρόνασις, ἀνδρεία, δικαιοσύνα, σωφροσύνα, σώματος δὲ κάλλος, ὑγίεια, εὐεξία, εὐαισθησία. τὰ δὲ ἐκτὸς, πλοῦτος καὶ δόξα, καὶ τιμὰ, καὶ εὐγένεια. *Animæ quidem prudentia fortitudo: iustitia temperātia: corporis autem pulchritudo, sanitas, robur, boni sensus: externa, opes gloriæ, honorabilitas.* Quæ omnia Aristoteles non tam Ethicis aut Politicis libris quam primo Rethorico vsurpauit. cum autem Aristotelis ait,

## DE FOELICITATE.

*ταῦτα πάντα ὑπάρχειν τοῖς μακαρίοις. Omnia hæc habent fœlices.* Archytæ dogma fuit, qui ita felicitatem definijt. φανερὸν ὦν ὅτι οὐδὲν ἕτερον ἐντὶ εὐδαιμονία, ἀλλ' ἢ χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ. *Clarum itaque quod nihil aliud est felicitas quàm vsus virtutis in bona fortuna.* Hinc & Hippodamas Thurius. ποτὶ μὲν τὸ γενέσθαι ἀγαθὸς, τᾶς ἀρετᾶς, ποτὶ δὲ τὸ γενέσθαι εὐδαίμων, τᾶς εὐτυχίας. *Vt quidem fiat bonus virtute, vt verò fiat felix, bona fortuna.* Scil. indiget homo, & quod Aristoteles. καὶ τὸ ζῆν εὐδαιμόνως, εἴτε ἐν τῷ χαίρειν ἐστὶν, εἴτ' ἐν ἀρετῇ τοῖς ἀνθρώποις, εἴτ' ἐν ἀμφοῖν. *Ac beatè viuere, seu in voluptate est, seu in virtute hominibus, seu in vtroque.* Argumentum tractatum toto Philebo Platonis est, fueratque Diogenis Pythagorei. ἁδίστα γὰρ, ἃ μετ' ἀρετᾶς ἀπόλαυσις τᾶς εὐτυχίας. *Iucundissima enim cum virtute fruitio bona fortuna* Et quod Aristoteles concludit. ὅτι μὲν οὖν ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσον περ ἀρετῆς, καὶ φρονήσεως, καὶ τοῦ πράττειν κατὰ ταύτας. *Quod verò cuique felicitatis tantùm contingit, quantum virtutis & prudentiæ, & actionis secundum has.* Hippodami fuerat sententia alijs verbis eadem. τῶν ζώων τὰ μὲν ἐστὶ δεκτικὰ τᾶς εὐδαιμονίας, τὰ δ' ἀδεκτα, καὶ δεκτικὰ μὲν ὅσα λόγον ἔχει. ἁ γὰρ εὐδαιμονία, οὐκ ἄνευθεν ἀρετᾶς. ἁ δ' ἀρετὰ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι πρώτῳ. *Animaliū alia sunt susceptiua felicitatis, alia nō susceptiua, & susceptiua quidē quæcunque rationē habēt felicitas enim non sine virtute, virtus aūt generatur in eo quod rationē habet primo.* Et Archytas. καὶ θεῷ μὲν εὐδαιμοσύνα καὶ βίος ἄριστος, τῷ δ' ἀνθρώπῳ, ἐξ ἐπιστάμας καὶ ἀρετᾶς, καὶ τρίτον εὐτυχίας συματῶ μενᾶ παραγίνεται. *Et Deo quidē felicitas & vita optima, homini verò ex sciētia, & virtute, & tertio bona fortuna conflata, accedit.* Quanquā quæ Aristoteles subiunxit. ἐπεὶ δὲ τὴν εὐτυχίαν τῆς εὐδαιμονίας διὰ ταῦτα ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι· τῶν μὲν γὰρ ἐκτὸς ἀγαθῶν τῆς ψυχῆς, αἴτιον ταὐτόματον καὶ ἡ τύχη. *Cum etiā bonā fortunā, ab felicitate ob hæc necesse est alienam esse,*

Felicitatis definitio.

*esse, bonorum enim quae extra animam sunt, causa est casus, & fortuna.* Videntur ab Archyta dissentire, attamen & Archytas illa declarans, ait: εὐτυχίαν δὲ τὴν παρὰ τὸν λόγον τῶν ἀγαθῶν παρουσίαν, καὶ μὴ δι' αὐτὸν λεγομέναν. *Bonam fortunam eam, quae praeter rationem est bonorum praesentium, nec ob eam factam,* easdem distinxit, & praeterea his. ἐπεὶ οὖν ἃ μὲν ἀρετὰ, καὶ ἐπιστήμα ἐφ' ἁμῖν, ἁ δ' εὐτυχία οὐκ ἐφ' ἁμῖν ἐν δὲ θεωρίαις καὶ πράξεσι τῶν καλῶν, συνεχώρησε τὸ εὐδαιμονεῖν. *Cum ergo virtus & scientia in nostra est potestate, bona verò fortuna nequaquam, & in contemplationibus, atque actionibus honestarum rerum concessit felicem esse.* Quod autem Aristoteles subiunxit, καὶ πόλιν εὐδαίμονα τὴν ἀρίστην εἶναι καὶ πράττουσαν καλῶς. *Et ciuitatem beatam esse eam, quae optima sit, & agat honestè,* & quae sequuntur vsque quo concludat, ὅτι βίος μὲν ἄριστος, καὶ χωρὶς ἑκάστῳ, καὶ κοινῇ ταῖς πόλεσιν, ὁ μετ' ἀρετῆς κεχορηγημένος ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε μετέχειν τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων. *Quod vita optima & separata cuique, & cõmuniter ciuitatibus, ea sit quae est cum virtute tantũ opibus instructa, vt particeps sit actionum secundum virtutem.* Platonis fuit doctrina omnibus ferè de repub libris inculcata, fuit etiam Hippodami. διόπερ οὐ μόνον μαθεῖν δεῖ τὰν ἀρετὰν, ἀλλὰ καὶ κτήσασθαι αὐτὰν, καὶ χρήσασθαι αὐτᾷ, ἢ ἐς ἀσφάλειαν, ἢ ἐς συναύξασιν, ἢ τὸ μέγιστον ἐς ἐπανόρθωσιν οἴκων καὶ πολίων. *Quare non solum discere oportet virtutem, sed & acquirere ipsam, & vti ipsa, vel ad securitatem vel ad accrementum, vel quod maximum est, ad correctionem domorum & ciuitatum.* Deinde. εὐδαιμονία δὲ καὶ ἀρετὰ καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ ἐν πλέοσι, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ καὶ ἐν τῷ παντί. *Felicitas verò & virtus est in vno, & in pluribus, & in toto, & vniuerso.* Quam rem Aristoteles capite etiam 2 persequitur, in quo etiam quaesitum est, vtra vita praestantior, contemplatiua, an actiua? eamque quaestionẽ ab alijs motã docet, reliquum caput consumitur contra eos legum latores, qui in eum finem Remp. instituerunt. ὅπως ἄρχῃ καὶ δεσπόζῃ τῶν πλησίων, καὶ βουλομένων, καὶ μὴ βουλομένων. *Vt imperet, ac dominetur vicinis, & volentibus, & nolentibus.* Argumentum tractatum anteà à Platone toto primo legum. 3 deinde capite Aristoteles ab alijs motas quaestiones prosequitur, easdem ferè cum prioribus, de vitarum praestantia. An eadem sit felicitas vnius vici & totius ciuitatis. capite 4. hypothesim tractat, de magnitudine, ac paruitate ciuitatis, an eę cõsistant in multitudine ciuiũ, & quãta haec sit oporteat: affirmatque potius quàm ad numerum populi, ad vires ipsius respiciendum esse. Sed si ad numerum respiciendum sit, non ad cuiuslibet generis multitudinem, vt seruorũ, aduenarum, inquilinorũ, sed ad eos qui ciuitatis partes sunt, & ex quibus constat ciuitas proprijs partibus. ἀλλ' ὅσοι πόλεως εἰσὶ μέρος, καὶ ἐξ ὧν συνίσταται πόλις οἰκείων μορίων. Qui autem hi sint cap. 10 declarat. γεωργοὶ μὲν γὰρ καὶ τεχνῖται καὶ πᾶν τὸ θητικὸν, ἀναγκαῖον ὑπάρχειν ταῖς πόλεσι, μέρη δὲ τῆς πόλεως τό τε ὁπλιτικὸν, καὶ βουλευτικόν. *Agricultores quidẽ, & artifices, & omne ministerium necesse est inesse ciuitatibus: partes verò ciuitatis propugnatores sunt, & consiliarij.* Hos autem ait capite 4. ἀναγκαῖον γνωρίζειν ἀλλήλους ποῖοί τινες εἰσὶ τοὺς πολίτας. *Necesse est cognoscere se ad inuicem, quales vtique sint, ipsos ciues.* πρὸς δὲ τὸ κρίνειν περὶ τῶν δικαίων καὶ πρὸς τὸ τὰς ἀρχὰς διανέμειν κατ' ἀξίαν. *Et ad iudicandũ de iustis, & ad magistratus eligendum secundum dignitatem.* Haec omnia ex legum Platonis lib. 5. sunt desumpta. ibi enim longa oratione numerũ ciuium ad duo respiciens statuit, vt potens sit se ipsam ciuitas defendere, & amicis opem ferre. Hi autem inter se. φιλοφρονῶνταί τε ἀλλήλους μετὰ θυσιῶν, καὶ οἰκειῶνται καὶ γνωρίζωσιν. οὗ μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν ἢ γνωρίμους αὐτοὺς εἶναι: ὅπου γὰρ μή φῶς ἀλλήλοις ἐστὶν ἀλλήλων ἐν τοῖς τρόποις, ἀλλὰ σκότος, οὔτ' ἂν τιμῆς τῆς ἀξίας οὔτ' ἀρχῶν, οὔτε δίκης ποτέ τις ἂν τῆς προσηκούσης ὀρθῶς τυγχάνοι. *Beneuoli sunt inter sese cũ sacrificijs & domestici fiant, & agnoscant, quo maius nullum ciuitati bonum quàm notos ipsos sibi ipsis esse. vbi enim non lumen morum inter se inuicem sed tenebrae sunt, neque honorem condignum, nec magistratum, nec ius cõueniens quis vnquã rectè adipiscetur.* A ciuium verò numero excludit agricultores, artifices, baiulos, mercatores, & cauponas, ciuesque solos propugnatores, ac cõsultores longa oratione, tum 2. tũ etiã 4 Reip autumat. Quod autẽ Aristoteles capite 7. ait. φανερὸν τοίνυν ὅτι δεῖ διανοητικούς τε εἶναι καὶ θυμοειδεῖς τὴν φύσιν, τοὺς μέλλοντας εὐαγώγους ἔσεσθαι τῷ νομοθέτῃ πρὸς τὴν ἀρετήν. *Clarũ ergo quod oportet ingeniosos atque animosos natura eos qui ad virtutem facilè à legislatore ducendi sunt.* Manifestè sumptũ est ex 2. Reipub. φιλόσοφος δὴ καὶ θυμοειδὴς, καὶ ταχὺς καὶ ἰσχυρὸς ἡμῖν τὴν φύσιν ἔσται ὁ μέλλων καλὸς, καὶ ἀγαθὸς ἔσεσθαι φύλαξ πόλεως. *Amator sapientiae sanè, & animosus, & celer, & validus nobis natura erit is, qui bonus futurus est ciuitatis custos.* Sed quae Aristoteles hîc reprehendit, posteà

diſcutientur. Quæ autem capitibus.8.9.& 10.Ariſtoteles recenſet,neceſſaria ciuitati, ac partibus eius,ſunt omnia collecta tum ex repub.tum ex legibus Platonis, nec nõ moribus Aegyptiorum,Cretenſium,& Italorum. Quæ autem capite 5.Ariſtoteles de ſitu orbis ac regione dixerat,& capite 11.repetit. Vt regio ſit παντοφόρος. ſibi. εὐέξοδος, hoſtibus, δυσέμβολος *ferax omnium fructuũ,exitu facilis,aggreſſu difficilis*. Vrbs autem ſita ita ſit.vt commodè ad mare,& ad regionem iaceat, aquis, fontibusque abundantem,ſi id minus ſit,acceptabula imbrium ſunt exædificanda. Hoc totum ex Platone tranſcriptum eſt. Nam legum libro 6.miliaria 10 propè mare eam collocat vt ſit ea regio. εὐλίμενος, πάμφορος, οὐδενὸς ἐπιδεής. *Portuoſa,ferax omnium rerum, nullius indiga*,& libro 6. δύσβατα ἢ δὴ πάντα ποιεῖν τοῖς ἐχθροῖς. *Inuia verò omnia facere hoſtibus*,& de aquis: πηγαῖα ὕδατα *fontales aquæ*,& quæ ſequuntur. καὶ τῶν ἐκ Διὸς ὑδάτων. *& ab Ioue aquarum*. Quæ & capite 10.a.de Turribus,propugnaculis,templis, vijs diſſeruit Ariſtoteles,eadem omnia eodem legum 6. Plato & copioſius,& diſtinctius proſequitur, quæ huc omnia afferre ſuperuacaneum fuerit: Sed quæ de mœnibus Ariſtoteles ſtatuit contra Lacedæmoniorum, quorum vrbs mœnibus carebat & Platonis,qui id laudat,ſententiã ſunt prolata. Cap. poſtcà 13. Ait ſcopum ciuitatis optimè inſtitutæ eſſe ipſam felicitatem, hanc autem eſſe, ἐνέργειαν καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείαν. *Actionem & vſum virtutis perfectum*. Quam definitionem ex Archytæ libris ipſius verbis anteà retulimus. Hunc autem ciuitatis finem Plato quoque delinearat Relpub.lib. 4. οἶμαι ἡμῖν τὴν πόλιν, εἴπερ ὀρθῶς γε ᾤκισται, τελέως ἀγαθὴν εἶναι. *Exiſtimo nobis ciuitatem,ſi modò rectè conſtituta eſt, perfectè bonam eſſe*. Quod autem addit Ariſtoteles vt ciues omnes hac vniuerſa ciuitatis felicitate fruantur, oportere eos quoque felices eſſe, atque ideò virtutibus ornatos:proinde conſiderandum. πῶς ἀνὴρ γίνεται σπουδαῖος. *quomodo vir fiat bonus* oſtenditque. ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίνονται διὰ τριῶν. τὰ τρία δὲ ταῦτά ἐστι φύσις ἔθος, λόγος. *Sed vt boni,ac probi fiant,tribus, Tria autem hæc ſunt: Natura, Mos, Oratio.* Tria hæc apud Platonem 2.Reip.ſunt pluribus verbis,de Natura. ἆρ' οὖν καὶ φύσεως ἐπιτηδείας εἰς αὐτὸ τὸ ἐπιτήδευμα; *An ergo & natura idonea ad hoc inſtitutum?* &. ἡμέτερον δὴ ἔργον ἂν εἴη ὡς ἔοικεν εἴπερ οἷοί τ' ἐσμέν, ἐκλέξασθαι τίνες τε καὶ ποῖαι φύσεις ἐπιτήδειαι εἰς πόλεως φυλακήν. *Noſtrum ſanè munus fuerit vt apparet,modò potes ſimus, eligere quæ, & quales natura idoneæ ſint ad ciuitatis cuſtodiam*. Has autem naturas dixerat καὶ αὖ τέχνης τε καὶ ἐπιμελείας μεγίστης δεόμενον. *Ac rurſus arte & cura maximè indigent*. Hoc autem fuerit. ἔθος. *Mos aſſuefactio*. De ſermone verò. μουσικῆς δ' εἶπον τίθης λόγους ἢ οὔ; ἔγωγε. λόγων δὲ διττὸν εἶδος, τὸ μὲν ἀληθές, ψεῦδος δ' ἕτερον; ναί. παιδευτέον δ' ἐν ἀμφοτέροις. πρότερον δ' ἐν τοῖς ψεύδεσιν. *Muſices autem ſermones ponis,vel ne? ego ſanè. ſermonum autem duplicem ſpeciem,hanc quidem veram.falſam alteram? Næ erudiẽdi verò in vtroq; at prius in falſis*. & Hippodamus naturã præſupponens in ijs quæ ſupra attulimus, τῶν ζώων τὰ μὲν ἐστὶ δεκτικὰ τᾶς εὐδαιμονίας. τὰ δὲ ἄδεκτα. *Animalium quædam ſunt ſuſceptibilia felicitatis quædam nequaquàm*. Tria alia addit. φαμὶ δ' ἔγωγε τρισὶν τούτοις συναρμόζεσθαι τὰν πολιτικὰν κοινωνίαν, λόγοις, ἐπιτηδεύμασιν ἐθῶν, νόμοις. καὶ διὰ τριῶν τούτων παιδεύεσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ σπουδαιότερον γίνεσθαι *Aio ego tribus his concordari ciuilem communionem,ſermonibus, ſtudijs morum, legibus, & per hæc tria erudiri hominem & meliorem fieri*. Quorum duo priora Ariſtoteles deſumpſit, leges verò ſpecies videtur ſermonum eſſe, vt omnino tria remaneant, Natura, ſermones, mores. Quod verò capite 14. ait, Omnem ciuitatem conſtare ex imperantibus & ſubditis, ἐξ ἀρχόντων, καὶ ἀρχομένων. atq; ob id. ἀκολουθεῖν δεήσει καὶ τὴν παιδείαν κατὰ τὴν διαίρεσιν ταύτην. *Conſequi oporteat etiam educationem ſecundum diuiſionẽ hanc*. Præterquam quod Platonis & Xenophonis pluribus verbis eadem hæc diſcuſſa ſunt Hippodamo eidem diſtinctiſſimè & breuiſſimè. & vberius dictum fuerat καὶ τὸ μὲν βουλευτικὸν ἄριστον εἶμεν, τὸ δὲ βάναυσον χείριστον, τὸ δ' ἐπίκουρον μέσον. καὶ τὸ μὲν βουλευτικὸν ἄρχειν, τὸ δὲ βάναυσον ἄρχεσθαι, τὸ δ' ἐπίκουρον καὶ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. *Et conſultorium optimum quidem eſſe, miniſteriale verò peius, propugnatorium verò medium. & conſultorium imperare, miniſteriale ſubijci, propugnatorium tum imperare, tum ſubijci*. Inſtituit autem hos tres ordines tribus illis, ſermonibus, moribus, legibus, ποτί τε τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, καὶ τὸ δίκαιον. *Ad honeſtum, ad vtile, ad iuſtum.*

## DE ANIMA.

Diuiſio animæ quam ibidem Ariſtoteles affert in duas partes, quarum altera rationem

tionem per se habeat, altera per se quidem non habeat, sed rationi obtemperare possit, communis est diuisio à Platone multis locis, sed in Republica latissimè explicata. & à Pythagoreis, Meropo, Theage, alijs, allata & quod Aristoteles. ἀεὶ γὰρ τὸ χεῖρον, τοῦ βελτίονός ἐστιν ἕνεκεν: *Semper namq́; quod deterius est, melioris est gratia* Theagis fuerat. συντέτακται γὰρ τὸ χεῖρον, ἕνεκα τοῦ βελτίονος. *Ordinatum enim est deterius, gratia melioris.* In hac ipsa animę partitione. Capitis verò 15. fine Aristoteles instituit corporis curam necesse esse priorem, quàm animæ, deinde appetitus, hanc quidem mentis gratia, corporis verò, gratia animæ, oportere enim à principió legum latorem prospicere, vt præstantissima corpora gignantur, atque ideo procurare, quando & quales oporteat inter se matrimonio iungi.

## DE FILIIS.

IDEM Plato longa oratione fine, Politici, & legum 7. prosecutus est. Aetates quoque mariti, & vxoris, vt Aristoteles capite 16. describit, ita Plato Reip. 5. & legum 7. easdem vult esse, & multa alia in eandem sententiam. De Educatione verò puerorū quæ capite 17. tradit, ad animū spectare in sermone, & fabulis, prorsus Platonica sunt. πάντα γὰρ δεῖ τὰ τοιαῦτα προοδοποιεῖν πρὸς τὰς ὕστερον διατριβάς, διὸ τὰς παιδιὰς εἶναι δεῖ τὰς πολλὰς μιμήσεις τῶν ὕστερον σπουδαζομένων. *Omnia enim hæc peruia oportet facere ad posteriores actiones, quare lusus plerosq́; esse oportet imitationes, eorū, quæ postea seriò agēda sunt,* ait Aristoteles. Plato autem legum. 1. λέγω δή, καί φημι, τὸν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἄνδρα μέλλοντα ἔσεσθαι, τοῦτο αὐτὸ ἐκ παίδων εὐθὺς μελετᾶν δεῖν παίζοντά τε καὶ σπουδάζοντα ἐν τοῖς τοῦ πράγματος ἑκάστοις προσήκουσι. *Dico sanè atque affirmo, eum qui ad quamuis rem bonus vir futurus est, eam ipsam rem à puero statim exercere oportere, tum iocando, tum seriò in ijs singulis quæ rei illi competunt.* & quæ in hanc sententiam sequūtur, sed ex 3. Reip. ἢ οὐκ ᾔσθησαι ὅτι αἱ μιμήσεις, ἐὰν ἐκ νέων πόρρω διατελέσωσιν, εἰς ἔθη τε καὶ φύσιν καθίστανται, καὶ κατὰ σῶμα, καὶ φωνάς, καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν. *An nō sentis quod imitationes si iam inde à pueris fiāt, in mores ac naturam vertuntur, & in corpore, & in vocibus, & in anima cogitatione.* Quo loco hæc etiam sunt. τὰ δὲ ἀνελεύθερα μήτε ποιεῖν μήτε δεινοὺς εἶναι μιμήσασθαι, μηδὲ ἄλλο μηδὲν τῶν αἰσχρῶν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς μιμήσεως τοῦ εἶναι ἀπολαύσωσι. *Illiberalia verò nec facere, nec potis esse imitari, neq́; aliud quicquam turpium, ne fortè ex imitatione tales euadant.* Hunc locum Aristoteles sic in suā rem vertit. εὔλογον οὖν ἀπελαύνειν ἀπὸ τῶν ἀκουσμάτων, καὶ τῶν ὁραμάτων τῶν ἀνελευθέρων, καὶ τηλικούτους ὄντας. ὅλως μὲν οὖν αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ ἄλλο τι, δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν, ἐκ τοῦ γὰρ εὐχερῶς λέγειν ὁτιοῦν τῶν αἰσχρῶν, γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν σύνεγγυς. *Rationi ergo est consonum arcere ab auditionibus, et spectaculis illiberalibus, maximè in ea ætate constitutos* (de pueris loquitur) *& omnino turpiloquium ex ciuitate, vt quid vis aliud tale oportet legū latorem exterminare, ex facilitate enim quiduis turpe dicēdi, fit etiam vt perinde faciamus.* Quare Iambus & Comœdijs pueros audire vetat prorsus vt in rep. Plato. Quod aūt initio libri 8. ait. ὅτι μὲν οὖν τῷ νομοθέτῃ μάλιστα πραγματευτέον περὶ τὴν τῶν νέων παιδείαν, οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε. *Quòd sanè legum latori maximè laborandum est de iuuenum educatione, nemo dubitauerit.* Ante eū Diotogenes Pythagoreus dixerat. τᾶς οὖν ἀρχᾶ πολιτείας ἁπάσας, νέων τροφά. *Quod nā Principium reip. cuiuscunq́;? Iuuenum educatio.* Sic Plato, quod suprà attulimus, pueros per lusum ad virtutē assuefaciendos docuerat. Quod Aristoteles statuit. καὶ τὴν παιδείαν μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι πάντων, καὶ ταύτης τὴν ἐπιμέλειαν εἶναι κοινὴν καὶ μὴ κατ᾽ ἰδίαν. *Atq́; educationem vnam & eandem necesse est esse omnium, & huius curam esse publicam & non priuatā,* Plato longa disputatione & in Repub. & in legibus est prosecutus. Quod autem capite 3 āit. Quatuor esse quæ doceri soleant, literas, gymnasticam, Musicen, & Picturam, ex vsu Græciæ communi, ex Pythagoreorum præceptionibus, ex Platone, ab Aegyptijs est desumptum, apud quos hunc fuisse antiquissimum morem pueros instituendi, Plato. 2. legū testatur. ἐν Αἰγύπτῳ δὴ πῶς τὸ τοιοῦτον φῂς νομοθετεῖσθαι; ΑΘ. θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι. πάλαι γάρ τι ποτὲ ὡς ἔοικεν ἐγνώσθη παρ᾽ αὐτοῖς οὗτος ὁ λόγος, ὃν τὰ νῦν λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι καλὰ μὲν σχήματα καλὰ τε μέλη δεῖ μεταχειρίζεσθαι ταῖς συνηθείαις τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι νέους. *In Aegypto verò quomodo ais hoc lege statuisse? ATH. mirabile est auditu. Iam enim olim vt apparet notus fuit illis iste sermo, quem nos in præsentia dicimus, quod pulchras quidem figuras, & pulchras cantiones oportet vsu exercere ciuitatum iuuenes.* Quod & Aristoteles fatetur esse, scilicet antiquā hanc institutionem capite eodem. ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων ἔχομεν τινὰ μαρτυρίαν, ἐκ τῶν καταβεβλημέ-

in manū sumemus, in quo verba illa memoriæ mādāda sunt. δόξει δ' ἂν παντὸς εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρῶσαι τὰ καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ, καὶ ὁ χρόνος τῶν τοιούτων εὑρετὴς ἢ συνεργὸς ἀγαθὸς εἶναι. *Videatur forte cuiuslibet hominis esse progredi & distinguere ea, quæ benè sunt delineata, ac tempus talium repertor, vel coadiutor bonus esse.* Et mox subdit, παντὸς γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον. *Cuiusuis enim hominis est addere quod deest.* Videntur enim hæc verba ex propria animi conscientia profecta, qui sciret, omnium se Pythagoreorum ac Platonis morum doctrinam in suos libros transtulisse, nec sibi difficilis operæ fuisse. προαγαγεῖν, καὶ διαρθρῶσαι *progredi & distinguere* τὰ καλῶς ab illis benè περιγραφέντα *delineata*. & προσθεῖναι *addere* siquid forte ἐλλεῖπον in illorum dogmatibus deerat, itaque quod ait, quædam per se experti, quædam propter aliud, quædam per se & propter aliud. Archytæ doctrina fuerat libro de viro bono & beato. &c.

EXPETENDA.

ἃ μὲν αὐτὰ ἐστὶ δι' αὐτὰ αἱρετὰ οὐ μὰν δι' ἕτερον, ἃ δὲ δι' ἕτερον, οὐ μὰν δι' αὐτά. ἓν ὦν καὶ τρίτον τὶ εἶδος ἄπειρον ἀγαθῶν ὃ καὶ δι' αὐτὸ αἱρετὸν ἐστὶ καὶ δι' ἕτερον. *Quædā sanè ipsa sunt per seipsa expetenda, non autem propter aliud, quædā verò propter aliud, non autem per se, est ergo tertia species alia bonorū, quæ & per se ipsa est expetenda & ob aliud.* Quæ singillatim declarando prius illud genus felicitatem ipsam esse docet, & quæ sequuntur pulcherrimū sunt totius Nicomachiæ, & Peripateticæ Ethices fundamentum. Quod verò Nicomachia aiunt *felicitatem optimum esse* τὴν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον εἶναι, Inde pendet quòd per seipsam solùm, non per aliud expetendam esse Archytas docuerat, & Hippodamus eandem sententiam aliis verbis comprehenderat. ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, τελειότης ἐστὶ βίω ἀνθρωπίνω *Felicitas enim perfectio est vita humana*. Et Euryphamus quoque ἁ γὰρ εὐδαιμονία τελειότας καὶ συμπλάρωσις ἐστὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν. *Felicitas enim perfectio & complementum est humanorum bonorum.* Et quod Nicomachia, τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν, *Humanum bonum animæ operatio fit secundū virtutem.* Hippodamus ita dixerat. ὁ δὲ βίος ὁ ἀνθρώπινος σύστημα τῶν πράξιων, ἁ δ' εὐδαιμονία συμπεραίνουσα τὰς πράξεις. *Vita humana coagmentatio operationum, felicitas autem perficit actiones.* Et quod illa addant. ἔτι δ' ἐν βίῳ τελείῳ: *adhuc in vita perfecta.* Euryphamus. τέλειος δὲ κατὰ τὸν βίον αἴκα εὐδαίμων γίνηται *Perfectus verò secūdū vitā, quādo felex euadit.* Nicomachia. ἕκαστον δ' εὖ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἀποτελεῖται: *Singula verò bene secundū propriā virtutem efficiūtur.* Euryphamus. ἁ γὰρ ἑκάστω ἀρετά, ἀκρότας καὶ τελειότας ἐστὶ τᾶς ἑκάστω φύσιος. *Cuiuscunque enim virtus summitas & perfectio est, cuiuscunq; natura.* Et Hippodamus. ἁ γὰρ ἀρετά, τᾶς ἑκάστω φύσιος, καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας ἐστί. *Virtus enim cuiuscunque naturæ & summitas & perfectio est.* Capite autē 8. veterum philosophorum testimonia vocant ad comprobanda quæ dicta sunt. καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς. *Et ex his quæ de ipsa dicuntur.* Deinde bonorum triplex genus, ex quibus quæ animæ bona sunt, maximè bona esse, actionesq; animæ in ipsa poni. quòd rectè dicatur, confirmant testimonio veterum. κατά γε ταύτην τὴν δόξαν παλαιὰν οὖσαν καὶ ὁμολογουμένην ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων. *Secundum hanc sanè opinionem, quæ antiqua est, & confessa à Philosophantibus.* Pythagoreis, id est his ipsis antiquis, qui & triplicia illa bona distinxerant, vti superiori quodam loco attigimus, & bonæ animæ præstantissima bona esse asseruerunt. Namque Archytas loco citato. τὸ μὲν γὰρ αὐτῶ περὶ ψυχάν ἐστι, τὸ δὲ σῶμα, τὸ δ' ἐκτός *Ipsius namq; aliud circa animam, aliud circa corpus, aliud exterius secus.* Quid nā autem horum præstantissimum paulo post ita. κρέσσων δὲ ψυχὰ σώματος, φανερὸν ὅτι καὶ τὰ τᾶς ψυχᾶς ἀγαθά, δι' αὐτὰ ἀγαπέομες, ἀλλ' οὐ διὰ τὰ ἀποβαίνοντα ἀπ' αὐτῶν. *Præstantior verò anima corpore, clarum quòd etiam animæ bona per se ipsa amamus, sed non ob ea quæ ab ipsis proueniunt.* Quod verò Nicomachia inquiant. διαφέρει δ' ἴσως οὐ μικρὸν, ἐν κτήσει, ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν. *Differt verò fortè non parum in possessione, an in vsu optimum existimare.* Archytinum est libro de motū disciplina. οὐ γὰρ ἁ κτᾶσις τᾶς ἀρετᾶς, εὐδαιμονία ἦν, ἀλλ' ὁ χρᾶσις. *Non possessio virtutis felicitas, sed vsus.* Quod ab Hippodamo etiam dictum fuerat. διόπερ οὐ μόνον μαθεῖν δεῖ τὰν ἀρετάν, ἀλλὰ καὶ κτήσασθαι αὐτάν, καὶ χρήσασθαι αὐτᾷ. *Quare non solùm discere oportet virtutem, sed acquirere eam & vti ea.* Et mox. οὐ γὰρ μόνον τὴν κτᾶσιν ἔχειν δεῖ τῶν καλῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν χρῆσιν. *Non enim solùm possessionem habere oportet honestarum rerum sed & vsum.* Et quod fine capitis illa. ὅθεν εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὰν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ, ἔνιοι δὲ τὴν ἀρετήν *Vnde in id conferūt quidā bonā fortunā & Felicitatē, quidā verò*

*tia mediocritas enim est & cohibitio quadam voluptatum corporis,totius verò animæ iusti cia.* Hanc sanè virtutum diuisionem omnes Pythagoreorum,Plato,Platonicorumq; nec non Zeno,Stoicorumque scholæ sunt & secutæ,& amplexatæ. Aristoteles autē non indicata causa,& Nicomachus, & Eudemus respuerunt,aliasq; virtutes attulerunt quas tamen nullo ordine ab animæ potentijs pendentes nobis tradiderunt. 2.libri 1.capite docemur,virtutem agendo Iterandoq; sæpius acquiri, legum latorū ea fuit institutio. οἱ γὰρ νομοθέται τὰς πολίτας ἐθίζοντες ποιοῦσιν ἀγαθούς. *Legum enim latores ciues assuefacientes,efficiunt bonos.* Et quod fine eius ait. μικρὸν οὖν διαφέρει,τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. *Non parum ergo differt hoc vel illo modo statim à pueris assuefieri.sed quàm plurimum,potius verò totum id est.* Cliniæ Pythagorei fuit præceptū. διδάσκειν οὖν δεῖ τὰς νέους ἐξ ἀρχᾶς. *Docere ergo oportet iuuenes ab initio.* Et Diogenes. τίς οὖν ἀρχὰ πολιτείας ἁπάσας; νέων τροφά. *Quod nā ergo principiū, reipub.omnis.Iuuenum educatio.*

DE VIRTVTE.

SECVNDO & 6.capitibus docetur defectu,& excessu virtutes aboleri,fieri verò & esse in mediocritate Pythagoreorū doctrina fuerat.Sic enim Theages. τῶ δὲ μὴ δέοντος εἴδεα δύο,τὸ μὲν ὑπερβολά,τὸ δ' ἔλλειψις,καὶ ἁ μὲν ὑπερβολὰ τὸ πλέον τῶ δέοντος ἐστὶ,ἁ δ' ἔλλειψις τὸ ἔλαττον.ἁ δ' ἀρετὰ ἕξις τίς ἐστὶ τῶ δέοντος.διόπερ καὶ ἀκρότας,καὶ μεσότας ὀρθή ἐστι. *Eius quod non oportet species dua,hac quidem excessus,illa defectus,& excessus sanè est plus,quàm oportet, defectus verò minus.Virtus autem habitus quidē est eius quod oportet,quare & summitas,& mediocritas recti est.* Et quę ca. 6.explicārut his. πρὸς ἡμᾶς δὲ ὃ μήτε πλεονάζει μήτε ἐλλείπει τῶ δέοντος. *Ad nos verò quod neq; excedit,neq; deficit à recto.* Et postea. διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τὶ ἦν εἶναι λέγοντα,μεσότης ἐστὶν ἀρετή,κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ ἀκρότης. *Quare secundum quidem essentiam & rationē quod quid erat esse dicentem mediocritas est virtus , secundum verò optimum & bonum,summitas.* Theages in hunc modum explicauerat μεσότατες μὲν ὅτι ἐκτὸς τᾶς ὑπερβολᾶς,καὶ τᾶς ἐλλείψιος πίπτοντι.ἀκρότατες δ' ὅτι προσθέσιος,οὐδ' ἀφαιρέσιος δέονται. *Mediocritates quidem quod extra excessum & defectum cadunt,summitates verò quoniam neq; additione, neq; detractione indigent.* Id verò quod initio capitis eiusdē,dictū est,virtus cuiusq;, & id quod eam habet,bonum efficit,& opus eius bene reddit, veluti oculi virtus, & bonum oculum facit, & bonam visionem, & equi virtus & equum bonum & opus eius bonum:sic & virtus hominis & bonum hominem facit,& opus hominis bonū totum est Meropi. ἀρετὰ ἐστὶ ἀνθρώπω,τελειότας φύσεως ἀνθρωπω.ἕκαστον γὰρ τῶν ἐόντων, τέλειον καὶ ἄκρον γίνεται κατὰ τὴν οἰκείαν τᾶς ἀρετᾶς φύσιν. *Virtus hominis est, perfectio natura hominis,singula enim entium,perfecta & summa fiunt secundum propriam virtutis naturam.* Quæ explicans eadem exempla & equi & oculi,& pręterea aurium & pedum apponit.Sic etiam Hippodamus. ἁ γὰρ ἀρετὰ ἑκάστω φύσιος, καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας ἐστί. ἁ μὲν τῶ ὀφθαλμῶ, τῶ ὀφθαλμῶ φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας : ἁ δὲ τῶ ἀνθρώπω τᾶς τῶ ἀνθρώπω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας . *Virtus enim cuiusque natura & sanitas & perfectio est . Oculi quidem virtus , oculi natura & summitas , & perfectio,hominis verò virtus hominis natura & summitas & perfectio.* Virtutem verò circa passiones & actiones versari capitibus.5.& 6. & alibi,& præcipuè circa voluptatem & dolorem capite 3.quod asseritur. Theagis fuerat. ἁ τῶ ἤθεος ἀρετὰ περὶ πάθεα. τῶν δὲ παθέων ἁδονὰ καὶ λύπα ὑπέρτατα. *Cum virtus moris circa passiones, passionum autem voluptas & dolor suprema.* Quæ verò satis prolixè libri 3. initio de electione, quæ sit ad virtutem comparandam necessaria,eadem Pythagorei docuerant: anteà Meropus. ἀνάγκα ἀρετὰν πᾶσαν,τρία ταῦτα ἔχειν,λόγον,καὶ δύναμιν καὶ προαίρεσιν,λόγον μὲν ᾧ κρίνει,καὶ θεωρεῖ.δύναμιν δὲ ᾧ κατέχει καὶ κρατεῖ.προαίρεσιν δ' ᾧ στέργει καὶ ἀγαπᾷ. τὸ μὲν οὖν κρίνειν καὶ θεωρὲν , ἐστὶ τῶ διανοητικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς.τὸ δ' ἀντέχειν καὶ κρατὲν,τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς,τὸ δὲ στέργειν καὶ ἀγαπᾶν ἐστὶ τῶν ἀμφοτέρων , σύνεστακε γὰρ προαίρεσις ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος. *Necesse virtutem omnem tria hac habere,rationem, & potentiam. & electionem. rationē quidē qua iudicat, & contemplatur ,potentiā verò qua resistit & pollet: electionē aūt qua diligit & amat.Iudicare ergo & contēplari est dianoetica partis anima,resistere verò ac pollere irrationalis partis anima:diligere verò,& amare,ambarū est.Constat.n. electio ex ratiōe & appetitu.* Theag. quoq;,ἀρχαὶ τᾶς συμπάσας ἀρετᾶς τρεῖς,γνῶσις,καὶ δύναμις καὶ προαίρεσις καὶ ἐστὶ,ἁ μὲν γνῶσις ᾳ θεωρῶμες καὶ κρίνομες τὰ πράγματα,ἁ δὲ δύναμις οἷον ἀλκά τις τῶ σκάνεος ᾳ ὑφιστάμεθα καὶ ἐμμένομες τοῖς πράγμασιν.ἁ δὲ προαίρεσις οἷον χεῖρες ψυχᾶς αἷς ὁρμῶμες,καὶ ἀντιλαζύμεθα τῶν πραγμάτων. *Principia vniuersa virtutis tria,cognitio,& pote-* *Electiō ex quib: conet.*

*Cognitio quid.*
*Potentia quid.*

*tia, & electio: & est quidem cognitio qua speculamur, & iudicamus res, potentia verò veluti robur quoddã corporis, qua sustinemus, & immanemus rebus. Electio verò veluti manus animæ quædam quibus ferimus, & apprehendimus res.* Quæ verò hoc libro & tribus sequentibus sunt comprehensa, virtutum singularum sunt explicationes vitiorumq; quæ quanquam scitè & copiosè sint tractata, non tamen ostenditur quomodo ab animæ potentijs singulæ profluant, à quibus necesse esse eas profluere, & numero pares esse Meropus prædixerat. τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀρετῶν ἁπασᾶν, ἐκ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς κατίδοις κάκας. *Multitudinem virtutum omnium ex partibus animæ perspexeris quiuis.* Quod & vltimo primi libri capite in animæ diuisione fuerat animaduersum. Non tamen quisquam adhuc ex tot millibus Peripateticorum opere est demonstrare aggressus, quomodo a tribus illis animæ potentijs eo capite constitutis, 11. virtutes quæ deinceps explicantur, pronascantur aut quo inter se naturæ ordine cohæreant, vel inquisierit, an re vera 11. tantùm nec plures, nec pauciores humanæ sint virtutes. Nec verò magis Platonicorum quisquam, etsi apud Platonem Socraticum Xenophontem, alios, nominentur, ad id se opus accinxit. Quo in campo si quis nostratiũ aut posterorum philosophorum rectè insudauerit, magnam gloriam meritò est adepturus. Iustitiæ quoque tractatus quo totus liber 5 absumitur, à Platone totis Reip. libris, & multis alijs locis est comprehensus, & Simon Socraticus duos libros de Iusto conscripserat referente Laertio, sicuti etiam de fortitudine & is & Simmias & alijs virtutibus scripserunt, neque intacta fuerunt ea, quæ libro 6. traduntur, de mente, sapientia, scientia, arte, atque prudentia. Hi enim ipsi Simmias & Simon, & Crito de scientia, atq; arte, & philosophia, Pythagorea mulier Perictione de sapientia, omnes Pythagorei, Plato, de iusto ac prudentia disseruerunt. . Libri 7. initio tria illa quæ circa mores fugienda docentur κακία, ἀκρασία, θηριότης, *malitia, incontinentia feritas,* ex Pythagoreorum itidem scriptis sunt translata. Theages enim. φαῦλοι μὲν γὰρ ἄνθρωποι γίνονται, ἢ διὰ κακίαν ἢ διὰ ἀκρατείαν, ἢ διὰ θηριότητα. *Mali enim homines euadunt, vel ob malitiam, vel ob incontinentiam, vel ob feritatem.* Nec verò hæc tantum distinguere satis habuit, sed adiecit, & quæ obiecta essent, quæ homines appetẽdo tales euadant, eaque esse harum, voluptatem, & ambitionem. ἁ μὲν γὰρ ἀλλαλοις, ἢ διὰ κέρδος, ἢ δι' ἁδοναὶ, ἢ διὰ φιλοτιμίας, & in quibus animæ partibus ea reperiantur, prima in rationali, secunda in concupiscibili, tertia in irascibili, & quæ ibi sequuntur pulcherrima scientiæ methodo comprehensa, quæ omnia in Nicomachijs sunt omissa In quibus longissima est continentiæ, incontinentiæ, temperantiæ, mollitiei disputatio, quam Theages breuissimè & dilucidissimè explicauit. καὶ ὅκκα μὲν ὁ λογισμὸς ἐπικρατῇ τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς, τόκα δὲ γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια. καρτερία μὲν ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν πόνων, ἐγκράτεια δὲ ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν ἁδέων. ὅκκα δὲ τὰ ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ἐπικρατέει τῶ λογισμῶ, τόκα δὲ γίνεται μαλακία τε καὶ ἀκράτεια. μαλακία μὲν ἐν τῷ φεύγεν τὼς πόνως, ἀκράτεια δὲ ἐν τῷ νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἁδέων *Et quando ratio superat irrationales partes animæ tunc fit tolerantia & continentia: tolerantia quidem in sufferentia laborum. continentia verò in sufferentia voluptatum. quando autem irrationales partes animæ superant rationem, tunc fit mollities & incontinentia: mollities quidem in fuga laborum, incontinentia autem in eo quod à voluptate superamur.* Subdit postea. αἱ δὲ τοιαῦται διαθέσιες τᾶς ψυχᾶς, ἡμιτελέες μὲν ἀρεταὶ, ἡμιτελέες δὲ κακίαι τύγχανοντι. *Tales autem dispositiones animæ semiperfectæ virtutes, semiperfectaq; vitia sunt.* Quod in Nicomachijs est similiter dictum. Octauo autem & 9. libris longissima oratione de amicitia disputatur: de qua & Plato Lysidẽ, & Simmias de amico librum conscripserant. Et libri primi initio testatum est, alios de hac tractasse his verbis: διαμφισβητεῖται δὲ περὶ αὐτῆς οὐκ ὀλίγα. οἱ μὲν γὰρ ὁμοιότητά τινα τιθέασιν αὐτήν. *Dubitabantur autem de ipsa non pauca, hi enim similitudinem quandam ponunt ipsam.* Et quæ sequuntur, sed nulla res æquè est à Pythagoreis celebrata, atque ipsa amicitia, de qua sicuti de alijs rebus & natura & humanis omnibus scripserunt, ita est credendũ de præcipua apud eos re, non minus eos monimenta edidisse, quæ si extarent, multa, quæ in his Nicomachijs admiramur, ab illis excerpta, sicuti hactenus de alijs vidimus, recognosceremus. Decimo libro priore aliquot capitum parte de voluptate agitur, de qua tum Eudoxum, tum Platonem tractasse ibidem testatum est. Reliqua de felicitate quædam sunt repetita, de qua satis antea collatum est. De mente verò diuinissima hominis parte, longè præstantius Plato, Pythagorei, auctor Aegyptiæ

Theo-

Theologiæ, Mercurius, Zoroaster definierunt, quoq; modo ea felicitate fruatur. Quod & sapiens maximè felix sit, quod cap. 8. traditur, de sapientū opinione est allatū Solonis, Anaxagoræ, aliorū, quos his verbis notauit συμφωνεῖν δὴ τοῖς λόγοις ἐοίκασιν αἱ τῶν σοφῶν δόξαι. *Consonare verè rationibus, videtur sapientū opiniones.* De notitia quoq; & acquisitione, atq; vsu virtutis ex Pythagoreis superius attulimus, quæ vltimo capiti respondeant.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM.

## TOMI II LIBER VIII.

*Qui parerga continet.*

HActenus quæ ad integras scientias pertinēt, magnis, Hercules, labōribus cōquisita in 7. antecedentes libros cōiecimus. Nec equidem ideo nobis persuademus, cuncta, quę Aristoteles ex antiquorum philosophorū libris transcripserit nos collegisse. nam neq; illorum scripta integra extant, nec in fragmentis quæ circūferuntur, nihil nos reliquisse, quod huc nō cōtulerimus, arbitramur. Quis enim tam exactā diligentiam sibi promiserit. Puto nos multa in illis nō vidisse; multo plura in Platone prætermisisse, quę viri copiosioris & diligentioris alicuius postea operi supersint. Nunc pauca, ne nos ad alia, nō infimi generis properantes, multa retineāt, subijciemus, quæ superioribus colligēdis in parergo obseruauimus, perinde ac ipse Aristoteles inter integra dogmata mutuandum dicteria quædam ac breues illorum sententias aduerterit, atque in sua scripta sparsim interieccerit. Rem itaq; ingrediamur, ac principio de principijs.

### PRINCIPIA.

Habet Aristoteles calce Elenchorū principij cuiusq; rei magnas laudes. μέγιστον γὰρ ἴσως ἀρχὴ παντὸς ὥσπερ λέγεται, διὸ καὶ χαλεπώτατον. ὅσῳ γὰρ κράτιστον τῇ δυνάμει, τοσούτῳ μικρότατον τῷ μεγέθει χαλεπώτατόν ἐστιν ὀφθῆναι. ταύτης δ' εὑρημένης ῥᾷον τὸ προσθεῖναι καὶ συναύξειν τὸ λοιπόν ἐστιν. *Maximū enim fortè principium cuiusq; vti dicitur, atq; ideo difficillimū, quāto enim valentissimū est potestate, tanto cū paruū sit mole, difficilius est vt conspiciatur, hoc verò inuēto facilius est addere & augere quod reliquū est.* Plato in Cratylo ita hæc dixerat Δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος, παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι καὶ τὴν σκέψιν ὅτι ὀρθῶς εἴ τι μὴ ὑπόκειται, ἐκείνης ἐξετασθείσης ἱκανῶς τὰ λοιπὰ φαίνεσθαι ἐκείνῃ ἑπόμενα. *Oportet sanè de principio cuiusq; rei, omni viro plurimā ratiocinationē esse, ac inspectionē, an rectè, an minus suppositū sit illo discusso sufficiēter reliqua apparēt illi cōsequētia.* Ante quæ verba scripserat hæc alia: ἐνίοτε τοῦ πρώτου σμικροῦ καὶ ἀδήλου ψευδοῦς γενομένου, τὰ λοιπὰ πάμπολλα ἤδη ὄντα ἑπόμενα ὁμολογεῖν ἀλλήλοις. *Quandoq; primo paruo atque obscuro falso existente, reliqua, quę quā plurima sunt, cōsequentia, concordant inuicē.* Quæ Aristoteles 1. physico, cap. 2. & 3. ita expressit: ἀλλ' ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος τ' ἄλλα συμβαίνει. *Sed vno absurdo dato, alia accidunt.* Habet Plato cōmendationes principiorum tū in Phædro tū etiā legū lib 6. prolixiores. tū has etiā 2. Reip. οὐκοῦν οἶσθα ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον. *Nonne scis, quòd principiū cuiusq; rei maximū est?* Et in Timæo. μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν. *Maximū verò cuiusq; rei incipere secūdū naturā principiū.* Polybius aūt, Aristotele quidā iunior (vt hoc obiter interponā) lib. 5. de principio magnificētius sentit, θαρρῶν γὰρ ἄν τις εἴποι, οὐχ ἥμισυ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦ παντὸς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τέλος διατείνειν. πῶς γὰρ ἄρξασθαί τινος καλῶς οἷόν τε μὴ προπεριλαβόντα τῷ νῷ τὴν συντέλειαν τῆς ἐπιβολῆς, μηδὲ γινώσκοντα ποῦ καὶ πρὸς τί, καὶ τίνος χάριν ἐπιβάλλεται τοῦτο ποιεῖν. *Audacter enim dixerit quispiā. nō dimidiū, principiū esse totius, sed etiā ad finē pertingere. quo enim modo incipere rem aliquam bene possibile est eum, qui mente initiū cū perfectione non comprehendat? neque cognoscat vbi & ad quid, & cuius gratia aggreditur hoc facere?* Et alia quæ sequūtur, cū hoc fine. διόπερ οὐχ ὡς ἕως τοῦ μέσου νομίζοντα διατείνειν τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἕως τοῦ τέλους πλείστην περὶ ταύτας ποιητέον σπουδὴν, καὶ τοὺς λέγοντας καὶ τοὺς ἀκούοντας περὶ τῶν ὅλων. *Quare non veluti vsq; ad mediū putāt pertingere principia, sed vsq; ad finē, plurimā circa hæc habendam curam & dicentes & audientes de vniuersis.* Fortè ad loca illa &

Platonis & Aristotelis alludens, sed & quod Aristoteles 3. analytico, & sępe alibi principia demonstrationum ac scientiarum, nota sui natura esse debere asserit, Platonis est documentum in Sophista, in exemplo syllabarum ac literarum: ὡς μὲν ἄρ' αὐτοὶ ἔμπειροι ἐσμὲν στοιχείων καὶ συλλαβῶν, εἰ δεῖ ἀπὸ τούτων συμμαίρεσθαι καὶ εἰς τὰ ἄλλα πολὺ τὸ τῶν στοιχείων γένος ἐναργέστερον τε τὴν γνῶσιν ἔχειν φήσομεν καὶ κυριωτέραν τῆς συλλαβῆς, πρὸς τὸ λαβεῖν τελέως ἕκαστον μάθημα. καὶ ἐάν τις φῇ συλλαβὴν μὲν γνωστὸν, ἄγνωστον δὲ πεφυκέναι στοιχεῖον ἑκόντα ἢ ἄκοντα παίζειν ἡγησόμεθα αὐτόν. *Sicuti enim ipsi periti sumus elementorũ ac syllabarum, si ab his oporteat testari etiam in alijs multum elementorum genus, euidentiorẽ cognitionem habere dicemus, & praestantiorem syllaba, ad accipiendam perfectè vnamquãque disciplinam. Et si quis dixerit syllabam esse notam, ignotum verò natura esse elementũ, volentem aut nolentem iocari arbitrabimur ipsum?* Ex quibus posteà infert: ὅτι τῶν πρώτων οὐκ εἴη λόγος, ἐξ ὧν τὰ ἄλλα σύγκειται. *Quòd primorum ex quibus alia componuntur nõ sit ratio.* Ex qua scilicet illæ probentur. Aristoteles autem capite 7. analytici eiusdem. φανερὸν καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τὰς ἑκάστου ἰδίας ἀρχὰς ἀποδεῖξαι. *Clarum etiam quòd cuiusq; rei propria principia non possumus demõstrare.* Illud quoq; quod est 1. physico cap. 2. sicuti enim Geometræ non amplius sermo est aduersus destruentem principia, vnde fluxit fortè illud, contra negantes principia nõn est disputandũ: Platonis est in Phædone, vbi de suppositionibus loquens ita ferè concludit: ἅμα δ' οὐκ ἂν φύροιο ὥσπερ οἱ ἀντιλογικοὶ περί τε τῆς ἀρχῆς διαλεγόμενος, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνης ὡρμημένων εἴπερ βούλοιό τι τῶν ὄντων εὑρεῖν. *Simul verò, neq; cõfunderetis, veluti contradictores de principio disputans, & ijs quæ ex illo manãt, si velles aliquid entiũ inuenire:* Sic etiã 6. Reip. post quædã de Geometrarũ ac Arithmeticorũ suppositionib. infert. ταῦτα μὲν ὡς εἰδότες ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτὰς οὐδένα λόγον, οὔτ' αὑτοῖς οὔτ' ἄλλοις, ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν διδόναι ὡς παντὶ φανερῶν. ἐκ τούτων δ' ἀρχόμενοι τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο, οὗ ἂν ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσιν. *Hæc veluti scientes facientes suppositiones, ipsi nullã rationem, nec sibi, nec alijs, volunt de ipsis reddere, vti omnibus manifestũ est. Ex his verò incipientes, reliqua iã prosequẽtes desinũt cõcorditer in id cuius inspectionẽ cœperint.* Quod Aristoteles eodem analytico cap. 8. est cõplexus vbi inter alia hæc etiã habet; ὅτι δ' ἐστὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ἀναγκη λαμβάνειν, τὰ δ' ἄλλα δεικνύναι. *Quod sint principia, oportet sumere, alia verò demõstrare.* Eadem Speusippi de suppositione sententia est, qui libello definitiõnũ eã definit. ὑπόθεσις, ἀρχὴ ἀναπόδεικτος. *Suppositio principium indemõstrabile.* Et quod Aristoteles principia intellectu cognosci ait. νῷ τοὺς ὅρους γνώσκομεν. *Quo terminos cognoscimus,* Speusippus ita dixerat, νόησις ἀρχὴ ἐπιστήμης, *intelligentia, principiũ scientia.* Sed vocem ὅρον, terminũ eodẽ planè significatu, Plato idẽ 9. legũ vsurpauit. ἔστι δ' οὐ πάντων ὡς ἔοικεν τῶν ὄντων ὅρος ὅρῳ προσμιγνύς. *Est verò non omnium, vt videtur, entium terminus termino permiscibilis,* Et quæ deinceps sequuntur.

## DEFINITIO.

Quod verò Aristoteles 3. analytico, ca. 7. ait, definitionẽ esse demõstrationis principiũ & lib. 4. ca. 14. definitionẽ esse principiũ omniũ idq; opere exequitur multis locis, præceptũ Platonis fuerat, tã sæpe omnib. dialogis inculcatũ, vt videatur nihil magis cordi habuisse docere, quàm vt definitio omnẽ aliã de quaq; re speculationẽ antecedere deberet. Sic Phædro. ἵνα ἕκαστον ὁριζόμενος δῆλον ποιῇ περὶ οὗ ἂν ἀεὶ διδάσκειν ἐθέλῃ. *Vt singula definiens clarũ faciat de qua re semper docere velit.* Et Lachete præter alia multa, τοῦτο τοίνυν πρῶτον ἐπιχειρήσωμεν εἰπεῖν ἀνδρεία τί ποτ' ἐστίν. *Hoc ergo primũ nitamur, dicere fortitudo quid nã est.* Sic Euthyphrone quid pietas, sic Menone, quid virtus sic 4. Reip. quid iustitia, sic alijs multis definitionẽ, & quærẽdam ante omnia docet, & ipse quærit. Quod Aristoteles quoq; cõfirmat, Socratem scilicet cõsueuisse, definitionẽ quærere, vt inde syllogismũ eliceret. Sic enim 5. Sapiẽtiæ. ἐκεῖνος δ' εὐλόγως τὸ τί ἐστιν ἐζήτει, συλλογίζεσθαι γὰρ ἐζήτει, ἀρχὴ δὲ συλλογισμῶν, τὸ τί ἐστιν. *Ille ratione recta, quod quid est quærebat, syllogizare enim quærebat, principium autem syllogismorum quod quid est.*

## DIVISIO.

Definitionẽ aũt ex Platonis præcepto diuisio sequitur. τὸ δ' ἕτερον εἶδος τί λέγεις ὦ Σώκρατες, τὸ πάλιν κατ' εἴδη δύνασθαι διατέμνειν κατ' ἄρθρα ᾗ πέφυκε. *Aliã verò speciem quã nã dicis ô Socrates? Eã quæ rursus species possit secare per mẽbra pro vt natura fert.* ait in Phædro. Aristoteles aũt 4. analytico cap. 14. Sic expressit. χρὴ δ' ὅταν ὅλον τι πραγματεύηταί τις, διελεῖν τὸ γένος εἰς τὰ ἄτομα τῷ εἴδει τὰ πρῶτα. *Oportet quãdo totũ aliquid opere aggreditur quispiam diuidere genus in prima indiuidua specie.*

CON-

## CONTRARIA.

QVOD itidem Aristoteles tot locis inculcat, contrariorum eandem esse disciplinam Platonis est in Phædone. οὐδὲν ἄλλο σκοπεῖν προσήκειν ἀνθρώπῳ, καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἀλλ᾽ ἢ τὸ ἄριστον καὶ τὸ βέλτιστον. ἀναγκαῖον δ᾽ εἶναι τὸν αὐτὸν τοῦτον, καὶ τὸ χεῖρον εἰδέναι τὴν αὐτὴν γὰρ εἶναι ἐπιστήμην περὶ τῶν αὐτῶν. *Nihil aliud spectare oportere hominẽ, & de hoc & de alijs, nisi optimum & præstantissimum, necesse vero esse hunc ipsum & deterius nosse, eandem enim esse scientiam ipsorum.*

## NOMINA.

LIBRO periherminias scribitur nomina & verba esse, κατὰ συνθήκην, *ex cõposito.* Ea res quæstione inter veteres versata fuerat. Et à Platone toto Cratylo disceptata, in quo Hermogenes in hanc sententiam sæpe loquitur. οὐ δύναμαι πεισθῆναι ὡς ἄλλη τις ἐστὶν ὀρθότης ὀνόματος, ἢ συνθήκη καὶ ὁμολογία. *Non possum persuaderi quòd alia sit rectitudo nominis, quàm pactum & conuentio.* Eius autem sententiæ fuisse, Proclus commentarijs in eum dialogum testatur, eiusque rationes adducit, & eas etiam quæ cõtratiam sententiam adstruunt, nomina esse natura, cuius Pythagoram authorem fuisse testatur. Illud etiam, nomina esse Symbola, τῶν τῆς ψυχῆς παθημάτων, *animæ passionum.* Plato 2 Reip. τί γε ἐν τοῖς λόγοις, μίμημά τι τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ παθήματος. *Quod est in sermonibus, imitatio quadam est eius quæ est in anima passionu.* Quod autem symboliũ Aristoteles dixit ὁμοίωμα similitudinẽ etiam vocauit καὶ ὧν ταῦτα ὁμοιώματα, πράγματα ἤδη ταὐτά. *Et quorum hæ similitudines, res iam eadem.* Et opposuit sese huic Platonico. οὐ καλῶς ἔτι ἔχει λέγειν, τὴν ὁμοιότητα, δήλωμα εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἔθος. *Non bene iam sese habet, dicere similitudinem expressionem esse, sed vsum,* rationem eius rei reddit. ἐκεῖνο γὰρ τὸ ἔθος, ὡς ἔοικε, καὶ ὁμοίῳ καὶ ἀνομοίῳ δηλοῖ. *Ille enim vsus vt apparet, & simili & dissimili manifestat.* itidẽ aliud. ἐπειδὴ δή γε δηλοῖ καὶ τὰ ὅμοια καὶ τὰ ἀνόμοια γράμματα ἔθους τε καὶ συνθήκης τυχόντα. *Quandoquidem manifestant & similes & dissimiles literæ vsum & pactum adeptæ.* Opposuit quoque sese Platoni hac alia in re, quòd Plato dicat ὄνομα δὴ ἄρα διδασκαλικόν ἐστιν ὄργανον καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας. *Nomen sanè, docens est instrumentum, & iudicans essentiam.* Aristoteles autem instrumentum esse negat capite 4. ἔστι δὲ λόγος μὲν ἅπας σημαντικὸς οὐχ ὡς ὄργανον δέ, ἀλλ᾽ ὥσπερ εἴρηται κατὰ συνθήκην. *Est quidẽ sermo omnis significatiuus, non vt organum, sed vt dictum est, ex composito.* Sed de oppositionibus, atque alijs omnibus, sequenti Tomo, copiose disceptabitur. Illud quoque quod ait Aristoteles, sermonem ex nomine & verbo fieri, verbumque actionem significare Platonis est in Sophista. οὐκ οὖν ἐξ ὀνομάτων μὲν μόνων συνεχῶς λεγομένων οὐκ ἔστι ποτὲ λόγος, οὐδ᾽ αὖ ῥημάτων χωρὶς ὀνομάτων λεχθέντων. *Non ergo ex nominibus solis continuè prolatis est sermo, neque rursus verbis sine nominibus prolatis.* Et ante paululum. τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὂν δήλωμα, ῥῆμα που λέγομεν. *Illam quæ est de actionibus declaratio, verbum dicimus.* De nomine itidem. τὸ δέ γ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐκεῖνα πράττουσι σημεῖον τῆς φωνῆς ἐπιτεθὲν ὄνομα. *In ijs ergo, qui ea ipsa agunt, signum positum vocis, nomen est.* Tum verò quod Aristoteles ait sæpe, alia per se dici, alia ad aliud, ex eodem est Sophista. ἀλλ᾽ οἶμαί σε συγχωρεῖν, τῶν ὄντων, τὰ μὲν αὐτὰ καθ᾽ αὑτά, τὰ δὲ πρὸς ἄλλα ἀεὶ λέγεσθαι. *Sed puto te concedere entium, alia quidem ipsa per se ipsa, alia autem ad alia semper dici.* Et quòd Aristoteles 1. Analytico capite 8. scripsit. οὐ γὰρ πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἡ ἀπόδειξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἐπεὶ οὐδὲ συλλογισμός, ἀεὶ γὰρ ἔστιν ἐνστῆναι πρὸς τὸν ἔξω λόγον. ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω λόγον οὐκ ἀεί. *Non enim ad exteriorem sermonem demonstratio est, sed ad eum qui est in anima, quãdoquidem neque syllogismus. Semper enim est instare ad exteriorem sermonem, sed ad interiorem non semper.* Sententia fuerat Platonis in primo Alcibiade. τοῦτ᾽ ἄρ᾽ ἦν ὃ καὶ ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν, ὅτι Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ διαλέγεται, λόγῳ χρώμενος, οὐ πρὸς τὸ σὸν πρόσωπον ὡς ἔοικεν ἀλλά, πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην ποιούμενος τοὺς λόγους. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἡ ψυχή. *Hoc sane erat quod paulo antè diximus, quòd Socrates Alcibiadem alloquitur sermone vtens; non ad tuam faciem, vt videtur, sed ad Alcibiadem, hoc autem est anima.* Tale etiam quippiam est in Theæteto. ἀτὰρ ὡς ἔοικεν ὑπὸ ἀποκρίνῃ ὅτι ἐστὶν Εὐριπίδειον τι συμβήσεται ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος. *Sed vt videtur quãdo respõdet quod est, Eurypidium quid accidit, lingua n. nobis irrefutabilis erit, mẽs verò non irrefutabilis* Et quod Topico 1. & Rhetorico 1. frequens est, λόγον δοῦναι καὶ δέξασθαι, *rationẽ reddere & recipere,* ex eodem est Theæteto. ἰδίᾳ αὖ ἰδίᾳ λόγον δεῖν δοῦναί τε καὶ δέξασθαι περὶ ὧν ψέγουσι. *Quòd priuatim rationem oporteat reddere & recipere de ijs quæ vitupe-*

*tant.* Et Politico. διὸ δεῖ μελετᾶν λόγον ἑκάστου δυνατὸν εἶναι δοῦναι καὶ δέξασθαι. *Quare oportet meditari rationem posse de vnoquoq; reddere & recipere.* Item quod analytico 4. docet copiose, ex differentijs genus venari, est ex eodem Politico. δεῖ ὁπόταν μὲν τὴν τῶν πολλῶν τις πρότερον αἴσθηται κοινωνίαν, μὴ προαφίστασθαι πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ τὰς διαφορὰς ἴδῃ πάσας, ὁπόσαιπερ ἐν εἴδεσι κεῖνται. τὰς δ' αὖ παντοδαπὰς ἀνομοιότητας, ὅταν ἐν πλήθεσιν ὀφθῶσι, μὴ δυνατὸν εἶναι δυσωπούμενον παύεσθαι, πρὶν ἂν σύμπαντα τὰ οἰκεῖα ἐντὸς μιᾶς ὁμοιότητος ἕρξας γένους τινὸς οὐσίᾳ περιβάληται. *Oportet, quando quis multorum senserit communionē non desistere priusquam in ea omnes perspiciat differentias, quotcunq; in speciebus iacent, rursus omnifariam dissimilitudines, quando in multitudinibus conspecta fuerint, non posse agrè perspicientem cessare, antequam omnia propria intra vnam similitudinem coercens generis alicuius substantia circumuallet.* Propositionum quoque contradicentium exemplum sumpsit Aristoteles ex Parmenide: τίς αὖ εἴη αὕτη ἡ ὑπόθεσις, εἰ ἓν μὴ ἔστι; ἆρα τι διαφέρει τῆσδε, εἰ μὴ ἓν μὴ ἔστι. διαφέρει μέν τοι. διαφέρει μόνον, ἢ καὶ πᾶν τοὐναντίον ἐστὶν εἰπεῖν εἰ μὴ ἓν μὴ ἔστι τοῦ ἓν μὴ ἔστι. *Quae nam fuerit hac suppositio, si vnum non est? num quid differt ab hac? Si non vnum non est? Differt sanè. Differt tantum, vel etiam totum contrarium est dicere? Si non vnum, non est: ab hoc vnum non est.* Illa quoque 3 analytici capite 20. vniuersale esse in singularibus ὅτι εἰ τὸ μὲν καθόλου μή ἐστί τι παρὰ τὰ καθέκαστα. *Praeterea si vniversale non est quid praeter singularia.* In Symposio fuerat Platonis. καὶ εἰ δεῖ διώκειν τὸ ἐπ' εἴδει καλόν, πολλὴ ἄνοια μὴ οὐχ ἕν τι καὶ ταὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς σώμασι κάλλος. *Atq; si oportet sequi, quod in forma est pulchrum, multa amentia est vnum atq; idem nō putare eam quae in omnibus corporibus est pulchritudinem.* Et illud 1. analytici capite 33. δεῖ γὰρ πᾶν τὸ ἀληθὲς αὐτὸ ἑαυτῷ ὁμολογούμενον εἶναι πάντῃ. *Oportet enim omne verū ipsum sibi ipsi concordans esse prorsus.* Plato in Alcibiade 1. ita. οὐκ ἂν τοὺς εἰδότας ὁμολογεῖν τ' ἀλλήλοις, καὶ μὴ διαφέρεσθαι. *Nonne scientes concordare sibi inuicem & non dissentire?* oportet scilicet. Et postea. ἱκανόν τί σοι τεκμήριον, ὅτι οὐκ ἐπίστανται, οὐδὲ κεκρήγυοι διδάσκαλοί εἰσι τούτων ἐπειδὴ οὐδὲν ὁμολογοῦσιν ἑαυτοῖς περὶ αὐτῶν. *Sufficiens vero tibi signum sit, quòd nesciant, neq; idonei doctores sunt horum, quando nihil concordāt sibi in ijs.* Illud prorsus est, quod Aristoteli vsurpatur, signnm scientis esse posse docere, & illud in Phaedone. ἀνὴρ ἐπιστάμενος, περὶ ὧν ἐπίσταται, ἔχοι ἂν δοῦναι λόγον ἢ οὔ; *Vir sciens de ijs quae scit habet ne reddere rationē vel ne?* Solertiam ἀγχίνοιαν vltimo capite 3. analytici Aristoteles definit quod sit, εὐστοχία τις ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου. *Bona assecutio medij in tempore nō praemeditato.* Plato autem in Charmide descripserat in hunc modum ἡ δ' ἀγχίνοια, οὐχὶ ὀξύτης τίς ἐστι τῆς ψυχῆς. *Solertia nonne acuties quaedam est animae?* Differre ab opinione scientiam docuit ille 3. analytici capite 26. τὸ δ' ἐπιστητὸν καὶ ἐπιστήμη τοῦ δοξαστοῦ καὶ δόξης *Scibile & scientia, ab opinabili & opinione.* Declarans deinde, ἡ δὲ δόξα ἀβέβαιον, ὥστε λείπεται δόξαν εἶναι περὶ τὸ ἀληθὲς μὲν ἢ τὸ ψεῦδος, ἐνδεχόμενον δὲ καὶ ἄλλως ἔχειν. *Opinio verò infirma, itaq; relinquitur opinionem esse circa verum quidē vel falsum, possibile tamē etiam aliter habere.* τοῦ δ' ἀναγκαίου ἐπιστήμην. *Necessarij autem scientiam.* Platonica differentia est in Menone, & Reip. libris 5.6.7. & alijs locis non paucis sed & Elenchum ex nominis ambiguitate quod capite. 6. Elenchi 1. Aristoteles tractat, Plato in Euthydemo, contra Prodici sententiam multis verbis tractauit. Ignorantiam etiam illam duplicem, quā ex 3. analytici capitib. 14.15. Peripatetici celebrant. negationis & prauae dispositionis, Plato anteà in Sophista tradiderat. ἀγνοίας γοῦν μέγα τί μοι δοκῶ καὶ χαλεπὸν ἀφωρισμένον ὁρᾶν εἶδος, πᾶσι τοῖς ἄλλοις αὐτῆς ἀντίσταθμον μέρεσι. ποῖον δή; τὸ μὴ κατειδότα τι, δοκεῖν εἰδέναι. *Ignorantia sanè magnam quandam mihi videor & difficilem terminatam cōspicere speciem, quae omnibus alijs eius equiualet partibus. Qualem nam? Nescientem aliquid, videri scire.* Cum alteram negationis fusius paulo suprà docuisset. Sed & quaestiones illae quatuor, quae sunt initio 4. analytici, si est. quid est, &c. in Gorgia sunt omnia diffusa. Atqne hactenus logica parerga sunto, quanquam fortè lōge pauciora, quàm colligi possent. Quae autem in libris, quos Metaphysicos, adulterino & falso nomine nuncupant, scripsit, aliunde sumpta, sunto haec alia non multa. Prooemium Aristoteles totum ferè videtur ex Hippocratis libro praeceptorū transcripsisse. Sic enim hic vir. ὁ γὰρ λογισμὸς μνήμη τίς ἐστι συνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. ἐφαντασιώθη γὰρ ἐναργέως. ἡ δ' αἴσθησις προπαθὴς καὶ ἀναπομπὸς ἐοῦσα, εἰς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων. ἡ δὲ παραδεξαμένη πολλάκις, οἷς, ὅτι, ὁποίως, ταῦτα τηρήσασα, καὶ ἐς ἑωυτὴν καταθεμένη, ἐμνημόνευσε. *Ratiocinatio namq;* (pro arte sumit) *memoria quaedam est compo-*

*Ex libris Metaphysicis.*

situa

stiua eorum, quæ per sensum accepta sunt, imaginata enim sunt clarè. Sensus verò ante passus & nuncius existens ad dianoeam subiectorum, hæc verò accipiens sæpe, quibus, quando, quomodo, hæc conseruans & in se ipsam reponens, recordatur. Mox deinde. ἡ δὲ διάνοια παρ' αὐτῆς λαβοῦσα ὡς πρῶτον, ὕστερον εἰς ἀλήθειαν ἤγαγεν. Dianoea verò à se accipiens, sicut prædixi, postea in veritatem duxit. Plato autem in Phædone adiecit. ὁ δ' ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ τὰς αἰσθήσεις παρέχων, τοῦ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν καὶ ὀσφραίνεσθαι. ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα. ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν κατὰ ταῦτα γίνεσθαι ἐπιστήμην. Cerebrum verò est, quod sensus præbet, audiendi, videndi, & odorandi, ex his verò fit memoria & opinio: ex memoria verò & opinione assumpta quiete, secundum hæc fieri scientiam. Idem autem valet hic, opinio, & experiētia, postea verò in Gorgia reliqua addidit: ἀλόγως δὲ παντάπασιν ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν διαριθμησαμένη τριβῇ καὶ ἐμπειρίᾳ, μνήμην μόνον σωζομένη τοῦ εἰωθότος γίγνεσθαι. Irrationabiliter prorsus, vt verbo dicam, nihil dinumerans studium & experientia, memoria solùm seruata eius quod solet fieri. Quam experientia dixerat paulo antè non esse artem, dum de coquinaria loqueretur. οὐ μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι ἀλλ' ἐμπειρία. Non mihi videtur ars esse, sed experientia. Quomodo autem opinio quietem accipiat in Menone docet. ὥστε οὐ πολλοῦ ἄξιαί εἰσιν ἕως ἄν τις αὐτὰς δήσῃ αἰτίας λογισμῷ. Itaque non multi facienda sunt, quousque aliquis eas vinciat causæ ratiocinio. Et mox. ἐπειδὰν δὲ δεθῶσι πρῶτον μὲν ἐπιστῆμαι γίγνονται, ἔπειτα μόνιμοι. καὶ διὰ ταῦτα δὴ τιμιώτερον ἐπιστήμη, ὀρθῆς δόξης ἐστί· καὶ διαφέρει δεσμῷ ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης. Postquam verò ligatæ fuerint, primum quidem scientiæ fiunt, deinde stabiles atque ideo honorabilior scientia recta opinione est, & differt vinculo scientia à recta opinione. Quo vinculo sanè, & quietē primo nanciscuntur, & posteà stabiles fiunt, quod illud est quod quiescere dixerat: Sed in Gorgia artem quoque causam nouisse, non aliter quàm scientiam, asserit. ἡ δὲ ἰατρική λέγων ὅτι ἡ μὲν τούτου οὗ θεραπεύει καὶ τὴν φύσιν ἔσκεπται καὶ τὴν αἰτίαν ὧν πράττει. Medicina verò dicens, quod hæc quidem eius quod curat, & naturā contemplatur, & causam eorum quæ agit. Ex quibus omnibus Aristoteles collegit ea quæ proœmio sapientiæ contexuit. nam ex sensibus memoriam fieri refert, ex memoria experientiam, & ex experientia scientiam & artem. ἀποβαίνει δ' ἐπιστήμη καὶ τέχνη διὰ τῆς ἐμπειρίας. Prouenit scientia & ars per experientiam. hoc ipsum à Polo Rhetore desumens. ἡ γὰρ ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὡς φησὶ Πῶλος, ὀρθῶς λέγων, ἡ δ' ἀπειρία τύχην. Namque experientia artem fecit, inquit Polus, rectè inquiens, in experientia verò fortunam. Artemque præstantiorem fortuna, non ita multis interiectis pronunciat τοῦτο δ' ὅτι οἱ μὲν αἰτίαν ἴσασιν, οἱ δ' οὔ. Hoc autem, quia hi quidem causam sciunt, hi verò non: quam sententiam etiam fine vltimi analytici sequutus est, & alibi. Visum quoque præstātissimum sensuum esse, quia maximè ad sciendum conferat Platonis in Timæo fuerat anteà. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν. ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων, οὐδεὶς ἄν ποτ' ἐρρήθη, μήτ' ἄστρα μήτ' ἥλιον, μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων, νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι, μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι, μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν χρόνου δ' ἔννοιαν, περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν, ἐξ ὧν ἐποριςάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν, οὔτ' ἦλθεν, οὔτ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. Visio sanè ex mea sententia, causa maxima vtilitatis facta est nobis, quia cum præsentes sermones de vniuerso dicātur, nullus sanè dictus esset ijs qui neque astra neque solem, neque cælum vidissent. nunc autem dies & nox visa, & menses, & annorum circuitus, machinati sunt numerum, & temporis notionem, & de vniuersa natura inquisitionem dederunt, ex quibus acquisiuimus philosophiæ genus, quo maius bonum, nec venit, nec veniet vnquam mortali generi largitū à Dijs. Eiusdem libri 2. capite Aristoteles habet ob admirationem homines cœpisse philosophari. Id ante Plato in Theæteto. μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν, οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη. Nam philosophi maximè hæc passio est, admirari non enim aliud principium philosophiæ quàm hoc. Illud quoque seu Aristotelis, seu Pasicratis Rhodij libello, qui minus a. inscribitur. ὀρθῶς δ' ἔχει καὶ τὸ καλεῖσθαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρητικήν. Rectè habet etiam philosophiam vocare, scientiam veritatis cōtemplatricem. tum mox. οὐκ ἴσμεν δὲ τὸ ἀληθὲς ἄνευ τῆς αἰτίας. Nescimus autem verum absque causa. Platonis vtraque sunt, alterum in Phædone, sub persona philosophorū. οὐ μήποτε κτησόμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν, φαμὲν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθές. Ne fortè nō assequamur sufficienter quod appetimus, dicimus autem id esse ipsum verum. Eadem sententia est Reip. 5. τούτους οὖν πάντας καὶ ἄλλους τοιούτων τινῶν μαθηματικοὺς, καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων

φιλοσόφους φήσομεν; οὐδαμῶς εἶπον. ἀλλ' ὁμοίους φιλοσόφοις, τοὺς δ' ἀληθινοὺς ἔφη τίνας λέγεις· τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγώ φιλοθεάμονας. *Hosce ergo cunctos, & alios talium quorundam mathematicos, & eos qui artifices sunt philosophos dicemus? nullo modo inquam, sed similes philosophis, veros verò, inquit, quosnam dicis? Eos qui veritatem inquàm ego, amant contemplari.* Alterum in eodem Phædone, dum lōgo sermone incessit Anaxagoram. ὑπερήφανος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι, εἰδέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου. *Sublimis enim mihi visus est, scire causas singulorum.* Idem Menone, & alijs locis multis. Veritatem quoque eodem Phædone ait debere philosophum præ cæteris omnibus amare, ὑμεῖς μέν τοι, ἂν ἐμοὶ πείθησθε σμικρὸν φροντίζοντες Σωκράτους, τῆς δὲ ἀληθείας πολὺ μᾶλλον. *Vos sanè, si mihi credatis, parum cogitantes de Socrate, de veritate verò multo magis.* Et 10. Reip. ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ. *At non præ veritate honorandus vir est.* Ex quibus locis manifestò desumptum est illud 1. Nicomachiorum capite 6. δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας, ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. *Videatur autē melius esse, & oportere pro salute veritatis propria quoque interimere præsertim cum philosophi simus, ambo namque cum sint amica, pium est præferre veritatem.* Sed & illud itidē Pasicratis, ὡς δ' ἕκαστον ἔχει τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας. *Vt vnumquodque habet esse, ita & veritatis.* in Theæteto est. οἷόν τε οὖν ἀληθείας τυχεῖν, ᾧ μηδ' οὐσίας; *Possibile ne est veritatis aliquid assequi, qui nō & substātiæ?* ᾧ τι φαμὲν οὐ μέτεστιν ἀληθείας ἅψασθαι, οὐδὲ γὰρ οὐσίας. *Cui dicimus, non conceditur veritatē attingere, neque enim substantiæ.* Et 9. Reip. εἰ δ' ἀληθείας ἧττον καὶ οὐσίας. *Si veritatis, minusque substantiæ.* Quod verò Aristoteles, Sapientiæ 1. capite 2. asserit, Dei scientiam esse honorabilissimam & certissimam, ille prius in Parmenide dixerat, his verbis. οὐκ ἂν ἄλλον μᾶλλον ἢ θεὸν φαίης ἔχειν τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην. *Non alium magis, quàm Deum dixeris habere exactissimam scientiam.* Et illud quoque 1. de Ente capite 2 docet vnum & ens esse idem. καὶ οὐδὲν ἕτερον τὸ ἓν παρὰ τὸ ὄν. *Et nihil aliud vnum præterquam ens.* Et ὅσαπερ τοῦ ἑνὸς εἴδη, τοσαῦτα καὶ τοῦ ὄντος. *Quotcunque vnius species, totidem & entis.* In Parmenide est. οὔτε γὰρ τὸ ὂν τοῦ ἑνὸς ἀπολείπεται, οὔτε τὸ ἓν τοῦ ὄντος ἀλλ' ἐξισοῦσθον δύο ὄντε ἀεὶ παρὰ πάντα. *Neque enim ens ab vno deseritur, neque vnū ab ente, sed æquata sunt duo existētia semper, apud omnia.* Sed & Dei descriptio quæ est 4. Sapientiæ capite 7. Dicimus, Deū esse animal æternum, optimum, est in Euthydemo aliqua ex parte, οὐκ οὖν ἔφη καὶ ζῷα εἰσὶν οὗτοι οἱ θεοί. *Non ne* inquit, *etiam animalia sunt isti Dij?* Nam quòd Deus æternus sit atque optimus, apud Platonem, superuacaneum est loca afferre. Sed integrior est apud Speusippum. θεὸς, ζῷον ἀθάνατον, αὐτάρκες πρὸς εὐδαιμονίαν. *Deus animal immortale, ad felicitatem sufficiens.*

## CONTRARIA.

CONTRARIA nō esse in eodē subiecto simul, tā celebre apud Aristotelem & Peripateticos oēs, in Gorgia est. ἀλλ' οὖν εἴπερ ἐναντία ἐστὶ ταῦτα ἀλλήλοις, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὥσπερ περὶ ὑγιείας ἔχει καὶ νόσου. οὐ γὰρ ἅμα δήπου ὑγιαίνει τε καὶ νοσεῖ ὁ ἄνθρωπος, οὐδ' ἅμα ἀπαλλάττεται ὑγιείας τε καὶ νόσου. *Sed si cōtraria hæc sūt ad inuicē, necesse est ipsa se habere, sicuti habet sanitas & morbus, non enim simul sanè, sanus est & æger homo, neque simul liberatur, à sanitate, & ab ægritudine.* Modò quæ ad rem naturalē pertinent prosequamur, atque hoc in primis, quod totius Aristotelicæ physiologiæ principium fuit & fundamentum. Contrarium fieri è contrario, est in Phædone prolixè disputatum. ἆρ' οὖν οὕτω γίγνεται ἅπαντα, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία. *Num ita fiunt omnia, non aliunde, quā ex contrarijs contraria?* Et paulo post: ἱκανῶς οὖν ἔφη ἔχομεν τοῦτο, ὅτι πάντα οὕτω γίγνεται ἐξ ἐναντίων τὰ ἐναντία πράγματα. *Sufficienter, inquit, habemus hoc, quod omnia ita fiunt ex contrarijs, contrariæ res.* Famigeratum illud vnum vni esse contrarium, in Protagora est. οὐκ οὖν ἦν δ' ἐγὼ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν ἐναντίων ἓν μόνον ἐστὶν ἐναντίον, καὶ οὐ πολλά. *Non ne ergo inquam ego, vnicuique contrariorum vnum solum est contrarium, & non multa?* Et post. ἓν δ' ἑνὶ μόνον ἐναντίον εἶναι. *Vnū verò vni solū esse contrarium.* Dogma quoque illud 1. de elementis 3. ἔστω δὴ τὸ στοιχεῖον τῶν σωμάτων, εἰς ὃ τὰ ἄλλα σώματα διαιρεῖται ἐνυπάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ. *Esto sanè elementum corporum, in quod alia corpora diuiduntur, inexistens potentia vel actu.* Et in Phædone. ἆρ' οὖν τῷ μὲν συντεθέντι τε καὶ συνθέτῳ ὄντι φύσει προσήκει τοῦτο πάσχειν, διαιρεθῆναι ταύτῃ ᾗπερ συνετέθη. *Non ne componenti & composito existenti natura conuenit hoc pati, diuidi hac, qua compositum fuit?* Libro 2. de animalium ortu, capite 3. λείπεται δὴ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον. *Relinquitur ergo mē-*

tem

*tem solam de foris superuenire, & solam esse diuinam.* Scriptum id est in Cratylo in hæc verba. ἡ δ᾽ αὖ εἰς τὸ ἄνω ὄψις καλῶς ἔχει τοῦτο τὸ ὄνομα καλεῖσθαι οὐρανία, ὁρῶσα τὰ ἄνω. ὅθεν δὴ καὶ φασίν, ὦ Ἑρμόγενες, τὸν καθαρὸν νοῦν παραγίνεσθαι οἱ μετεωρολόγοι. *Rursus visio sursum, bene habet nomē hoc vt vocetur* (vrania) *cælestis* (horosa) *aspiciēs* (ano) *sursum, vnde sanè quoque dicunt, ô Hermogenes, purā mētē descēdere, meteorologi.* De passiuo intellectu Aristoteles libro de Anima 3. capite 4. habet: δεῖ δ᾽ οὕτως ὥσπερ ἐν γραμματείῳ ᾧ μηδὲν ὑπάρχει ἐντελεχείᾳ γεγραμμένον, ὅπερ συμβαίνει ἐπὶ τοῦ νοῦ. *Oportet autem ita, sicuti in tabella cui nihil inest actu scriptum, quod quidem accidit in mente.* Ex Theæteto est delumptum, quamuis mutato nomine, ἐκμαγεῖον in γραμματεῖον. Vtrumq; enim significat tabellam seu abacum cereum, in quo iis temporibus scribebatur. θὲς δή μοι λόγου ἕνεκα ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἓν κήρινον ἐκμαγεῖον. *Ponas sanè mihi, sermonis gratia in animabus nostris, vnam ceream tabellam.* Et mox καὶ εἰς τοῦτο ὅ τι ἂν βουληθῶμεν μνημονεῦσαι ὧν ἂν ἴδωμεν ἢ ἀκούσωμεν, ἢ αὐτοὶ ἐννοήσωμεν ὑπέχοντας αὐτὸ ταῖς αἰσθήσεσι καὶ ἐννοίαις ἀποτυποῦσθαι, ὥσπερ δακτυλίων σημεῖα ἐνσημαινομένους. *Atq; in hanc quidquid voluerimus meminisse, eorum quæ viderimus, vel audierimus, vel ipsi cogitauerimus, subdentem ipsas sensibus & cogitationibus, vt imprimantur, tanquam annulorum signa insculpentes.* Quem locum Aristoteles, etiam libro de Memoria vsurpauit. δῆλον γὰρ ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτον τὸ γιγνόμενον διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ μορίῳ τοῦ σώματος τῷ ἔχοντι αὐτήν, οἷον ζωγράφημά τι τὸ πάθος, οὗ φαμὲν τὴν ἕξιν εἶναι μνήμην. ἡ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται οἷον τύπον τινὰ τοῦ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις. *Manifestum sanè quod oportet cogitare tale quiddam quod fit per sensum in anima, & parte corporis habente ipsum, veluti picturam quandam, hanc passionem, cuius dicimus habitum esse memoriam. Is enim motus qui fit, imprimit veluti figuram quandam sensationis veluti sigillantes annulis.* Quæ loca si conferantur cum antecedentibus, & sequentibus, eadem prorsus sententiis & verbis multis conspicientur, quanquā Aristoteles sensationum tantum memoriā fieri, non etiam cogitationum, vt Plato superioribus verbis dicat. Vtra autem sententia verior sit, non est difficile cognoscere. Quod autem Aristoteles sensum hic motum appellauit, idem in Philebo fecerat Plato eadem de re sermonem habens. τὴν δ᾽ αὖ τὴν κίνησιν ὀνομάζων αἴσθησιν. *Hunc rursus motum, nominans sensum.* De causa agente Aristoteles 2. physico & aliis multis locis agit, Plato in Sophista, Philebo, Hippia maiore egerat. Vterque prolixè, ea otiose huc nō afferam. Si quis minutatim dispicere velit, loca consulat. Quod verò 3. de Motu, ille lōga disputatione cœlū esse primū mobile causamq; aliorum motuum asseruit, id Plato paucis in Politico ostenderat. αὐτὸ δ᾽ ἑαυτὸ στρέφειν ἀεὶ σχεδὸν οὐδενὶ δυνατὸν πλὴν τῷ τῶν κινουμένων πάντων ἡγουμένῳ. *Ipsum verò seipsum voluere semper, ferè nulli est possibile, præter quam ei quod motorum omnium est dux.* Et illud etiam quod super medio moueatur. Aristotelis dogma Platonicum fuerat in Parmenide. οὐκοῦν κύκλῳ φερόμενον ἐπὶ μέσου βεβηκέναι ἀνάγκη; *Nonne ergo, circulo motum super medio incedere est necesse?* Cœlum verò eodem statu semper mansisse Aristoteles docuit, idem Ocellus Lucanus ante ea, τὸ δ᾽ ὅλον καὶ τὸ πᾶν οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον, οὔτε γὰρ γενόμενον αὐτὸ εἴδομεν οὔτε μὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον, καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρον ποτὲ ἢ μεῖον γενόμενον, ἀλλ᾽ ἀεὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ καὶ ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτῷ. *Totum verò & vniuersum nullum nobis ex se præbet indicium tale, neq; enim genitū ipsum vidimus, neq; in melius aut mutatum, neque peius vnquā vel minus factum, sed semper secundum idem & eodem modo, permanet & æquale, & simile ipsum sibi.* Quæ pauca verba Ocelli Aristoteles longa disputatione, & multis locis est prosecutus, vti à se fabricatum dogma videretur. Non minus aliud illud, extra cœlum nihil esse, quod Ocelli item est. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν. *Extra nāq; vniuersum nihil.* Cuius est etiam. οὐ γὰρ ἐστὶν ἐπανακάμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν. *Non enim est regressio illis ad priorem ætatem.* Aristoteles verò integrum dogma hinc fabrefecit, non esse regressum à priuatione ad habitum, quod capite oppositorum, & alibi adstruxit. Itidem ea, quæ fine 1. Meteori prolixè disputat de mutationibus terrarum ac maris, ac fluminum ab Ocello, argumentum est mutuatus capite 3. φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ μέρη τῆς γῆς, ὁτὲ μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης θαλάσσης ἕτερον μέρος, ὁτὲ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς ἀραιουμένης καὶ διισταμένης ὑπὸ πνευμάτων καὶ ὑδάτων κρύβδην ἐπιφερομένων. παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως, οὔτε γέγονεν οὔτ᾽ ἔσται ποτέ. *Corruptiones verò & mutationes violentæ fiunt in partibus terræ, quando-*

*quæ fundente se maris altera parte. quandoque autem terra dilatante se ac extendente à ventis & aquis occultè superuenientibus. Sed omni modo corruptio & natus circa terram, neque facta est, neque vnquam fiet.* Et quod initio eiusdem 1. Meteori de superiorum corporum cum inferioribus connexione est ex Damippo Pythagoreo. ἄλλως γὰρ οὐκ ἐδύνατο σώζεσθαι τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν μὴ συναρμογὰν ἔχοντος τῶ γενατῶ ποτὶ τὸ θεῖον καὶ τῶ ἀεὶ παθέος, ποτὶ τὸ ἀεικίνατον. *Aliter namque non poterat seruari totum ac vniuersum nō habente connexionem generabili ad diuinum, Et semper passibile ad semper mobile.* Illud quoque: totum esse natura prius partibus, Hippodami Thurij fuerat in libro de felicitate: τῷ τ' ἀκολουθεῖ διὰ τὸ τᾷ φύσει πρᾶτον ἦμεν τὸ ὅλον τῶ μέρεος, ἀλλ' οὐ τὸ μέρος τῶ ὅλω. *Hoc sequitur, quia natura prius est totum parte, & non pars toto.* Infinitū autem esse sine principio & fine sępe docuit Aristoteles. at id ex Parmenide decerpsit: ἄπειρον ἄρα τὸ ἕν, εἰ μήτε ἀρχὴν, μήτε τελευτὴν ἔχει. *Infinitum ergo est vnum, si neque principium neque finem habet.* Generationem & corruptionem Aristoteles 1. de Motu capite 1. ita

*Corruptionis definitio.* definit. διὸ καὶ ἡ φθορὰ εἰς τὸ μὴ ὂν, μεταβολή ἐστιν. *Quare corruptio in non ens, mutatio est.* Et mox. καὶ ἡ γένεσις εἰς ὄν. *Et generatio in ens.* Plato autem eodem Parmenide. τὸ δὲ γίνεσθαι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι μή τι ἄλλο ᾖ, ἢ τὸ μὲν εἰς οὐσίαν μεταβαίνειν, τὸ δ' ἀπολλύναι οὐσίαν. *Gigni vero & corrūpi, ne quid aliud fuerit, quam illud quidem in substantiam transire, hoc autem amittere substantiam.* Hasce eodem loco, docet Aristoteles, non esse motus, sed μεταβολὰς, *mutationes.* Idem quoque Plato ibidem. καὶ μεταβολὴν ἐκ τοῦ εἶναι ἐπὶ τὸ μὴ εἶναι ἔχει. *Et mutationem abesse & non esse habens.* Quæ verò tam operoso labore Aristoteles vltimo capite 1. de cœlo, adstruxit, ea quæ genita sunt, necessariò corrumpi, Plato docuerat breuiter 8. Reip. ἀλλ' ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστι. *Sed super genito omni corruptio est.* Spermatis definitio quod sit περίττωμα τροφῆς *superabundantia nu-*

*Spermatis definitio.* *trimēti,* Pythagoræ fuisse tradunt Plutarchus atq; Aetius. ita. ἀφρὸν τοῦ χρηστοτάτου αἵματος τὸ σπέρμα, περίττωμα τροφῆς. *Spumam vtilissimi sanguinis semen superabundantia nutrimēti.* Sequantur modo ea quę in ciuili philosophia ab alijs carptim est mutuatus, ac primo id quod 1. politico capite 3. disputat, esse aliquos natura seruos, eos scilicet ὅσων δ' ἐστὶν ἔργον ἡ τοῦ σώματος χρῆσις καὶ τοῦτ' ἐστὶ ἀπ' αὐτῶν βέλτιστον. οὗτοι μέν εἰσι φύσει δοῦλοι. *Quorumcunq; opus est, corporis vsus, & hoc est ab illis optimum, isti quidem sunt natura serui.* Ex 2. Reip est, ἔτι δή τινες ὡς ἐγῷμαι εἰσὶ καὶ ἄλλοι διάκονοι, οἳ ἂν τὰ μὲν τῆς διανοίας μὴ πάνυ ἀξιοκοινώνητοι ὦσι τὴν τοῦ σώματος ἰσχὺν ἱκανὴν ἐπὶ τοὺς πόνους ἔχωσιν: οἱ δὴ πωλοῦντες τὴν τῆς ἰσχύος χρείαν, τὴν τιμὴν ταύτην μισθὸν καλοῦντες κέκληνται, ὡς ἐγῷμαι, μισθωτοί. *Præterea sane quidam, vt ego puto sunt & alij ministri qui mente quidem non sunt digni vt communicent cum alijs, & corporis robur sufficiens habeant ad labores, qui quidem vēdentes corporis vsum, honorem hunc precium vocantes, vocantur, vt ego quidē puto, mercenarij.* Nam quod ait, eos non esse cum ciuibus in communionē asciscendos, quia mente nequaquam, sed corpore valeant, idem est ferè ac si diceret, eos seruos esse ciuium, & illud Aristotelis libri 3. capite 3 ἀλλὰ μὴν ἐπαινεῖταί γε τὸ δύνασθαι ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι καὶ πολίτου δοκίμου ἡ ἀρετὴ εἶναι τὸ δύνασθαι ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι καλῶς. *Sed enim laudatur posse imperium exercere & imperium pati, & ciuis probi virtus esse posse imperare & parere.* Plato dixerat 1. legum. οὐ γὰρ ταύτην ἡγουμένων ὡς ἔοικεν εἶναι παιδείαν ποιοῦσαν ἐπιθυμητήν τε καὶ ἐραστὴν τοῦ πολίτην γενέσθαι τέλεον, ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἐπιστάμενον μετὰ δίκης. *Non enim hac putantium, vt apparet esse educationem, quæ facit desideratorem, & amatorem, vt ciuis fiat perfectus, imperare, & imperio parere scientem cum iustitia.* Quod itidē statim in initio Nicomachiorū dicitur, omnia aliquod bonum appetere in Gorgia est. ἕνεκα γὰρ τοῦ τῶν ἀγαθῶν ἅπαντα ἡμῖν ἔδοξε πρακτέον εἶναι. *Gratia namque alicuius bonorū omnia nobis visum est agenda esse.* Et mox. τέλος εἶναι ἁπασῶν τῶν πράξεων τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐκείνου ἕνεκα δεῖν πάντα τ' ἄλλα πράττεσθαι. *Finem esse omnium actionum, bonū: & illius gratia oportere omnia alia agi.* Cum dicit (omnia) includit sanè, & artes, & methodos & actiones, & electiones quas ille singillatim recensuit, Idem in Hipparcho est. βούλεσθαι τ' ἀγαθὰ ἅπαντας καὶ ἀεί. *Velle bona omnes & semper.* Et quod eodem Nicomachio capite 3. ait. ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς, ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. *Quisque iudicat bene ea quæ cognoscit & eorum est bonus iudex.* Et in Platonis Lachete. ἐπιστήμῃ γὰρ οἶμαι δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ' οὐ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κρίνεσθαι. *Scientia namque puto oportere iudicari, sed non turba, id quod benè iudicatum esse debet.* Et quod apud Aristotelem triplex est bonorum genus, animæ, corporis, & externorum, est ante in Gorgia in Rep. in legi-

bus,

bus, alibi, & apud Pythagoreos multos. Corporis virtutes Aristoteles primo Rhetorico docet esse, magnitudinem, pulchritudinem, robur, potentiam agonisticam. eadem ferè sunt 1. legum, & alibi sępe. Rhetorico 2. capite 3. dicit senes esse auaros, idem apud Platonem est Reip. libro 8. ὅταν δὲ πρεσβύτερος γίγνηται μᾶλλον ἀεὶ ἀσπάζοιτο ἂν τὸ μετέχειν τῆς φιλοχρημάτου φύσεως. *Quando senior fiat, magis semper amet participare naturam amatricem pecuniæ.* Et quod ibi capite 10. Aristoteles. εἴπερ ἐστὶν ὁ φθόνος λύπη τις, ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν περὶ τοὺς ὁμοίους, μὴ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλὰ δι' ἐκείνους. *Si quidem est inuidia dolor quidam de prosperitate apparente eorum quæ dicuntur bona circa similes. non vt aliquid sibi sed propter illos.* Est in Philebo à contrario. τὸ τοίνυν δὴ ῥηθὲν ὄνομα φθόνου, πότερα λύπην τινὰ ψυχῆς θήσεις, ἤ πῶς; οὕτω. ἀλλὰ μὴν ὁ φθονῶν γε ἐπὶ κακοῖς τοῖς τῶν πέλας ἡδόμενος ἀναφανήσεται. *Dictum ergo nomen inuidiæ, nunquid dolorem quendam animæ pones, vel quo modo? ita Sed enim inuidens, de malis vicinorum gaudens apparebit.* Capite 6. pudorem definit ille. ἔστω δὴ αἰσχύνη λύπη τις καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν. *Esto sanè pudor, dolor quidam & conturbatio circa ea* Pudoris definitio. *mala, quæ ad infamiam videtur referri.* Id est in Euthyphrone. ἐπεὶ ἔστιν ὅστις αἰδούμενός τι πρᾶγμα καὶ αἰσχυνόμενος οὐ πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας; *Cum sit aliquis, quem pudeat aliqua de re, & verecundetur, nonne timet & veretur simul opinionē sceleris?* Et de timore Aristoteles ἔστω δὴ φόβος λύπη τις καὶ ταραχὴ, ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ, ἢ φθαρτικοῦ, ἢ λυπηροῦ. *Esto sanè timor dolor quidam & conturbatio, ex apparē tia futuri mali vel corruptiui, vel molesti:* est in Lachete. δέος γὰρ εἶναι προσδοκίαν μέλλοντος κακοῦ. *Pauorem namque esse, expectationem futuri mali.* Distinctio quoque auditorum Rhetorico 1. capite 3. facta ἀνάγκη δὲ τὸν ἀκροατὴν, ἢ θεωρὸν εἶναι ἢ κριτήν. *Necesse verò auditorem, vel spectatorem esse vel iudicem,* in Theæteto est. οὔτε γὰρ θεατὴς οὔτε δικαστής. *neque enim spectator, neq; iudex.* Et distinctio illa quoq; artiū facientium & vtentiū quæ est in Nicomachio 1. est prius apud Platonem 10. Reip. vna adiecta. περὶ ἕκαστον ταύτας τινὰς τρεῖς τέχνας εἶναι, χρησομένην, ποιήσουσαν, μιμησομένην. *Circa vnumquodq; hasce tres artes esse, vsuram, facturam, imitaturam.* Et quod est primo politico, mulieris alia esse munia, alia viri, est Phintyos Pythagoreæ mulieris. ἐγὼ δὲ τὰ μὲν τινὰ νομίζω ἀνδρὸς εἶμεν ἴδια, τὰ δὲ γυναικὸς, τὰ δὲ κοινὰ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. τὰ δὲ μᾶλλον ἀνδρὸς ἢ γυναικός. τὰ δὲ μᾶλλον γυναικὸς ἢ ἀνδρός. *Ego verò existimo, quædam viri esse propria, quædā mulieris, quædam autem communia viri & mulieris, quædam magis viri quam mulieris, alia potius mulieris quàm viri.* Et quod 7. politico hortatur iuuenes à principio esse instituendos ad ea, quæ posteà in Repub. ab eis erunt agenda: Cliniæ Pythagorei est, cū maiore pietate. διδάσκειν οὖν δεῖ τοὺς νέους ἐξ ἀρχᾶς, τάν τε θεῶν τιμὰν, καὶ τὰν τῶν νόμων. *Docere ergo oportet iuuenes à principio Deorum honorem & legum.* Illud quoq; quod minore 1. Ethico capite 12. tradit, electionem esse actionis principium ex actionis assuetudine, ἐκ τοῦ ἐθίζεσθαι, denominari ἦθος *morem.* Pythagoreorum est nonnullorum, sed Theagis maximè. τὸ γὰρ ἀξίωμα τῶ ἤθεος ἁ προαίρεσις, ἁ ἐν τοῖς καλοῖς σημαίνει. *Dignitatem moris electio in honestis significat.* Quod itidem 1. Rhetorico, capite 9. docet virtutem esse potentiā acquisitiuam bonorum, & conseruatricem, & benefactricem: eiusdem Theagis est. φύσει γὰρ ἁ μὲν ἀρετὰ ἀγαθοποιὸς, ἁ δὲ κακία, κακοποιὸς καὶ βλαπτικά. *Natura enim virtus benefica, vitium verò maleficum & nociuum.* Et illud 7. politici capite 14. ἀεὶ γὰρ τὸ χεῖρον, τοῦ βελτίονος ἐστὶν ἕνεκεν. *Semper enim peius, melioris est causa.* Theagis idem est. συντέτακται γὰρ τὸ χέρειον ἕνεκα τῶ βελτίονος. *Ordinatum enim est peius gratia melioris.* Dogma quoque de prodigalitate, & auaritia eiusdem Theagis est. ἁ μὲν γὰρ ἀσωτία ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν δαπάνῃ χρημάτων. ἁ δ' ἀνελευθερία ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. *Nam prodigalitas excessus decentis est in sumptu pecuniarum: auaritia verò defectus eiusdem.* Idem de fortitudine quoque & contrarijs ei vitijs. ἁ μὲν γὰρ θρασύτας ἐστὶ ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν ὑπομονᾷ δεινῶν, ἁ δὲ δειλία ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. *Audacia namq; est excessus decentis, in substinentia terribilium: timiditas verò defectus eiusdem.* Damippi verò. τὸ μὲν γὰρ ἄρχειν ἴδιον τῶ κρέσσονος, τὸ δ' ἄρχεσθαι ῥᾷον τῶ χέρηνος. *Imperare quidem proprium est melioris, imperio autem parere facilius est peiori.* Quam rem & Plato & Aristoteles vsurparunt. Eiusdem Damippi est χρήζει γὰρ ὁ βίος τυγχάνειν καὶ ἀνέσιος καὶ ἐπιτάσιος, καὶ σκυθρωπότατος, καὶ διαχύσιος. *Indiget enim vita Sortiri & remissionem & intensionem, & mærorem & hylaritatem* quod vltimo politico Aristoteles de musica loquens tradidit. Illud quoq; politici 7. capite 13. ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίγνονται διὰ τριῶν, τὰ τρία δὲ ταῦτά ἐστι

φύσις, ἔθος, λόγος. *Sed enim boni ac probi fiunt per tria, tria verò hæc sunt, natura, mos, ratio*, Hippodami est, nisi quòd loco naturæ, legem reposuit λόγοις, ἐπιτηδεύμασιν ἠθῶν, νόμοις. *Sermonibus, curis morum, legibus*. Non omittam quoque quod Topicis est traditum, loqui discēdum esse à populo: Platonis etiam fuisse, in 1. namq; Alcibiade ita scriptū est. τούτου μὲν (τοῦ ἑλληνίζειν) ἀγαθοὶ διδάσκαλοι οἱ πολλοί *Huius quidē (scilicet græcè loquendi) boni doctores sunt, vulgus*. Adijciam etiam quod proprio loco exciderat. Aristotelem libro de memoria docere reminiscentiam fieri, διὸ καὶ τὸ ἐφεξῆς θηρεύομεν ἀπὸ τοῦ νῦν, ἢ ἄλλου τινός, ἢ ἀφ' ὁμοίου, ἢ ἐναντίου, ἢ τοῦ σύνεγγυς. *Ideo & quod deinceps est, venamur à nunc, vel alio aliquo, vel à simili, vel à cōtrario, vel propinquo*. Plato idem ferè dixerat in Phædone, ἆρ' οὖν οὐ κατὰ πάντα ταῦτα συμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι, τὴν μὲν ἀφ' ὁμοίων, τὴν δὲ καὶ ἀπ' ἀνομοίων. *Nonne secundum hæc omnia accidit, reminiscentiam esse, aliam quidem à similibus, aliam verò etiam à dissimilibus.*

Atque hæc, præsenti labore iam defatigatis, ac pertæsis, & ad præstantiora properantibus satis sunto.

Finis Secundi Tomi.



# FRANCISCI Patritij

## DISCVSSIONVM Peripateticarum

## TOMVS Tertius.

ARISTOTELIS ET VETERVM
Philoſophorum Diſcordiam
continens.





BASILEAE

AD PERNEAM LECYTHVM
MD XXCL

# AD TARQVINIAM MOLZIAM, DIAM Mulierem.

*Cui dono lepidum, nouum libellum,*
*Docto Graiorum pumice expolitum?*
*Tarquinia tibi. Namque tu solebas*
*Sophorum nimium amare chartas.*





CVI enim omnium hominum laudabilius lucubrationes meas donarem, quàm tibi, viraginum omnium, quot sunt, quot fuerunt, quotque alios erunt in annos, doctissimæ? Non tu vti aliæ solent, summis labris libros attigisti. Tu non modo Hetruscam politissimam linguam sed Latinam, sed Græcam, optimè calles. Tu in hac non modo historicos atque oratores, sed & philosophos, sed & Platonem ipsum, Iouis eloquium æmulantem, Sed & poetas quoslibet, sed & Pindarum, sine hæsitatione vlla, & legis & intelligis. Hanc tu, quod omnium hominum admirationem vincat, in Platone, tribus mensibus me prælegente edidicisti. Tu in Latina omnium generum carmina pangis, in Hetrusca poemata condis, quàm salita, Iupiter, atque arguta? Tu logicas omnes spinas demetisti. Tu moralem philosophiam, Plutarchicam, Aristotelicam, Platonicamq; ebibisti. Tu magnos profectus in Physiologia fecisti. Tu Theologiam catholicam, toto pectore hausisti. Quid Musicen omnis generis referam? In qua te omnis, non modo Musicorum, sed & Musarum chorus & admiratur, & stupet. Te ne virorum quidem vllus in musica præstantissimorum, non modo non superat, sed nec adæquat. Cum ad hendecachordum canis, cum acutam grauemque eodem vtramq; tempore, alteram ad lyram pulsas, alteram cantas, Gratiæ te omnes ornant, circunstant, stupescuntque. Quas vtinam possem ita exprimere, vt qui hæc legeret, te audire putaret. Sed Dij boni, quæ eloquentia? quæ argutiæ? qui sales? quæ iucunditas in conuersando? quæ humanitas? quæ vrbanitas? Longè merito iudiciosissimus Benedictus Manzolius ciuis tuus, & Episcopus Regiensis te, non solùm patri tuo Camillo viro eloquentissimo, sed etiam auo tuo, viro vsquequaque magno Francisco Mario Molziæ audet præferre. His tot tantisque ingenij ornamentis comites sese addiderunt,

nobilitas generis, pulchritudo eximia, mores animi insignes: pudicitia singularis, elegantes, ac docti viri quique non ciues tantùm tui, sed quotquot Italia, quotquot Europa protulit, Mutinam visunt, vt te Mutinæ visant, vt mirentur, vt colant, cerebrum Iouis penè supremi alteram Mineruam. Quanti te Serenissimus Alphonsus Atestinus II. princeps noster? Quanti te Principes mulieres Lucretia, atq; Leonora, sorores eius, faciunt? Quanti Ferraria? Quanti Italia? Quanti Roma? & in Roma vna, vniuersus Christianorum orbis? Sed proh dolor, postquam maritus tuus Paulus Porrinus, virorum optimus ad superos migrauit: Musas omnes ac Gratias, luctu ac tenebris obduxisti. Artemisiam alteram te factam dolemus. Fuit quidem ille tibi maritus incomparabilis. Sed & tu vxor illi incomparabilis & admiranda. Da locum prudentiæ, ac fortitudini tuæ, da finem lachrymis. Hilari vultu atque animo Tertium hunc discussionum mearum Tomum quem gratitudinis tuorum in me meritorum ergò, tibi do, dono, ac dico, accipe. Ostendent tibi, quibus in rebus Aristoteles, vir penè summus voluerit à præceptore Platone, atque à vetustioribus philosophis præcipuè discordare. Idque, quàm æquo, quamque iniquo iure fecerit intelliges. Si quid inde, aut fructus, aut oblectationis cœperis, mirum in modum meiuueris.

DISCVS-

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM.

## TOMI III LIBER I.

### *DISCORDIA ARISTOTELIS CVM QVAtuor veteribus Theologis.*

ONCORDIAM Aristotelis cum veteribus philosophis in omni philosophiæ parte, antecedentis Tomi libris 8. prosecuti sumus, vti nobis persuademus non negligentissimè. Præsenti verò libris 7. alijs discordiam eiusdem cum ijsdem, eodem certè labore vtinam eodem etiam effectu, prosequi in animo est. Quam enim discordiam ostensurum me sperem inter virum hunc, ac præceptorem Platonem? quos Porphyrius septem libris, quos Simplicius, Boethius, Picus, Vimercatus viri magni concordes esse omnino & asseuerarunt, & etiā perscripserūt, aut in mente perscribere habuerunt? Quorum nullius tamen scripta ad posteros peruenerunt. Quibus si fortuna pepercisset, vtraque ea donasset, aut eos concordes esse constaret apertè, aut labore hoc aut errore, me liberassent. Sum enim in hac sententia, hosce viros, vel non potuisse promissis stare, vel Aristotelem aliud cogitasse, aliud scripsisse, aut me nunquam quicquam vlla in re intellexisse. Potuisse quidem illos & summa ingenij vi, & summa doctrina, quibus excelluerunt, eandem hanc, quam nos hac ingenij exilitate ac ruditate, longè melius, vberius, clarius, ornatius concordiam præstare: sed nullam discordiam inter eos duos philosophos maximos fuisse, nulla in re. Aristotelē à Platone dissentire voluisse, id verò eos præstare non potuisse arbitror. Quibus enim argumentis aut collationibus id effici posse credām, si videam Aristotelem, non tam dogmata sua explicare, quàm philosophorum veterum omnium dogmata profligare in proposito habuisse? Qui eos, à quibus dogmatum suorum omnium latices hausisset, acerrimo quodam odio prosecutus esse videatur? Quos plusquam CCL. locis nominatim carpsit? sine nomine verò plusquam mille? Antiquiores, suique temporis philosophos atque alios authores nobiles, reprehendit plusquam XLVI. præter eos quos Rhetoricis ac poeticis libris refellit. Thaleta, Anaximandrum, Anaximenem, Anaxagoram, Hermotinum, Diogenem, Xenophanem, Parmenidem, Zenonem, Melissum, Empedoclem, Heraclitum, Leucippum, Democritum, Protagoram, Gorgiam, Leophanem, Antiphontem, Xuthum, Paronem, Lycophronem, Alcmæonem, Hippasum, Hipponem, Critiam, Syennesim, Polybum, Hippocratem Chium, Eudoxum, Aristippum, Epicharmum, Cratylum, Eurytum Speusippum, Homerum, Hesiodum, Euripidem, Sophoclem, Isocratem, Herodorum, Herodotum, Ctesiam Pythagoram, integrasque sectas: Pythagoreos, Antisthenios, Megaricos, Socratem, & plusquam alium quemquam, Platonem, præceptorem, quem LX. & fortè amplius locis nominatim est insectatus: Sic enim placuit homini isti, omnium vti Aelianus tradidit irrisori immeritò vexare venerabilem illum senem cuius doctrinæ vberrimis lactibus impinguatus fuerat, è schola eijcere, & procacibus scriptis, in omnē æternitatem damnare. Primi apud Græcos, Xenophanes ac Parmenides aliorum opiniones refutare sunt aggressi. Plato Sophistas omnes, philosophum neminem, præter duos Anaxagoram atque Heraclitum arguit. Aristoteles (in hoc quoque aduersarius Platoni) Philosophos omnes, Sophistam neminem præter duos Pro-

tagoram ac Gorgiam, non solum arguit, sed iurgijs etiam acerrimis incessit. Balbutientem enim Empedoclis atque omnium antiquorum philosophiam appellat. Xenophanem & Melissum ἀγροικοτέρους agrestiores vocat. Parmenidem oculatiorem tanquam alij cæci fuerint, nominat. παιδικάς, pueriles illorum opiniones nuncupat. Anaxagoram & alios, λίαν ἁπλῶς καὶ ἀσκέπτως: nimis simpliciter & inconsideratè pronunciasse pronunciat. Sæpissimè εὐήθεις, ἀρχαίους, ἀρχαιοτέρους, stolidos, simplices, deliros dicit, ignorantiam ἄγροικον crassam illis obijcit, denique etiam furiosos fuisse asserit. ταῦτα δ' οἶοις διὰ μανίαν οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν. Hæc quibusdam ob furorem nihil videntur differre. In tantum licentiæ illum in tantos viros, certè vel odium, vel nimia sui persuasio euexit. Archelai Atheniensis, nescio qua de causa nomini pepercit. Hippocratis Coi (cuius doctrinæ commentaria tantum sui libri sunt, vt author est Galenus) nomen contieuit. Xenocratis condiscipuli quidem, sed hostis sui, à quo de subsellijs Platonicæ scholæ fuerat deturbatus, nusquam meminit (nam Topicos vbi eius est facta mentio, de numero Aristotelicorum librorum iam pridem eiecimus) fortè quòd timeret seuerissimi illius viri authoritatem, (qui illi etiam aliquot annos superuixit) vereturque ne sibi æqua lance rependeretur, quod iam Cephisodotus, Isocratis auditor, quatuor libris fecerat. At Ocelli, à quo multa etiam ipsis verbis dogmata transcripserat, Theagis, Meropi, Hippodami, Perictiones, Euryphami, Callicratidæ, nulla ab eo mentio facta, nullæ gratiæ redditæ, nulla nominatione dignos censuit. Si quid illi antiquiores in homœomerijs, atomis, alijs in philosophiam deliquerant, arguendi fortè fuerant nulla mordacitate, sed philosophica & modestia, & ingenuitate, semel fortè ac paucis verbis, non autem 35. locis Anaxagoram, 15. Parmenidem, 50. Empedoclem, 40. Democritum, 30. Pythagoreosque, 6c. Platonem. Indicanda potius eorum errata, quàm plusquam dimidia suorum librorum parte, integris non semel voluminibus insectandi, ita vt si quis, ex eius omni philosophia antiquorum reprehensiones demat, quod illi Epicurum obiecisse scribit Laertius, longè minima eorum voluminum pars, fit remansura. At esto, maximis in rebus illi errauerant, insectandi acerbissimè fuerant, infantia, balbuties, stoliditas, ignorantia, insania illis obijcienda. At cur Ocello Theagi Meropo, Archytæ, Hippocrati, aliquid gratiarum agendum non fuit? Cur fassus non est philosophico animo, veritatis amore, ea quæ ab illis mutuabatur. Sed nolim, dum veterum alijs gratias habendas prædico, alios excuso, in Aristotelem videri inuehi, ne quod in eo non magnopere laudo, in me alij accusent. Nisi ea opinione ducerer. Aristotelicos libros ferè omnes tumultuario quodam opere, ab eo conscriptos, nec satis à se ante obitum reuisos, aut castigatos, castigandosque relictos Theophrasto, acri veherer in eum odio. Sed quia ita credam, inconstantiam tot illarum redargutionum excuso. Satis enim mihi persuadeo virum ingenij acutissimi, iudicijque acris si suos libros reuisisset: & reprehensiones, tot & tantas modestiores fecisset, & inconstantiam earum emendasset. Si antiquorum ab eo reprehensorum scripta vel omnia, vel plura saltem quàm habemus, extarent, apertissima fortè res hæc esset. Sed ex ijs pauculis fragmentis, quæ illorum & nostra non minus fortuna iniqua nobis reliqua fecit, atque ex ijs quæ posteriorum scriptorum relatu habemus, ac ex ipsiusmet Aristotelis testimonijs aliquot ostendemus, quibus in rebus veteres iniquè, atque extra rem ab eo sunt vexati. Sed id planissimum faciemus in Platoni obiectis. Eius enim scripta ferè omnia extant. In quibus pertractandis, manifestò constabit quatenus à veteribus, ac præceptore Platone, voluerit maximus vir hic discors esse. Sed vt hæc commodius fieri queant, repetenda nobis est breuiter origo scientiarum. Constat apud Philonem ac Iosephum, & apud alios non paucos Græcos nobiles authores post diluuium inter Chaldæos, à Zoroastre (siue is Cham fuerit siue Chami filius vel nepos) sapientiam vel primo cultam vel renouatam. A Chaldæis Abrahamus qui ex Zoroastri cognatione fuisse videtur (vt primo Thesauri nostri libro latius ostendimus), in Aegyptum esse translatam. Ex Aegypto postea à quatuor præcipuè viris transfretatam. Orpheo Lebethrio, Thalete Milesio, Pythagora Samio, Democrito Abderita.

Ab

Ab Orpheo Theologia vniuersa, à Thalete Mathematica, à Democrito physica, à Pythagora, et tres hæ, et præterea ethica. Hæc communis est sententia. Huic traditioni obstent duo grauissima testimonia. Primum est Asclepij, Hermetis Trismegisti auditoris qui illos omnes temporibus superat, et cum Mose antiquitate certat Is Græcos Sapientiam suis temporibus tractasse affirmat. Sic enim scribit libello suo ad Ammonem regem. Ἕλληνες γὰρ ὦ βασιλεῦ λόγους ἔχουσι κενοὺς ἀποδείξεων, ἐνεργητικοὺς δὲ, καὶ αὕτη ἐστὶν Ἑλλήνων φιλοσοφία λόγων ψόφος. *Græci ô rex sermones habent inanes demonstrationum efficaces tamen. Et hæc est Græcorum philosophia sermonum strepitus.* Fuit autem præceptor huius Trimegistus, iisdem cum Mose temporibus siquidem vt est in Chronico Eusebij, Moses nascitur anno 2374. mundi, moritur autem anno 2492. Thatus autem Trismegisti filius floret circa annum 2476. annis scilicet sexdecim ante Mosis obitum. Quod si verum est, constat iam tum apud Græcos doctrinas ac philosophiam agitatas. Secundum testimonium est Philonis, libro de vita Mosis 1. narrat enim ibi, ad Mosem instituendum doctores et Aegyptios et Græcos, magnis præmijs à Regis filia quæ eum susceperat, accersitos. Διδάσκαλοι δ' εὐθὺς ἀλλαχόθεν ἄλλοι παρῆσαν, οἱ μὲν ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων, καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον νομῶν αὐτοκέλευστοι, οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς μεταπεμφθέντες. *Doctores verò statim aliunde alij adfuerunt. Siquidem à vicinis regionibus ac Aegypti præfecturis iussi, illi verò è Græcia magnis muneribus accersiti.* Ante Mosem autem natum celebres fuerant Græci Prometheus atque Atlas fratres, ac fortè alij circa annos mundi 2334. hic quidem Astrologus insignis, ille naturæ rerum peritus. Hi autem aliquot seculis Orpheum Leberhrium sine dubio præcesserunt, quippe qui Oeagri filius fuerit. Oeager autem quintus fuit in Atlandis stirpe, fuitque Orpheus Lini discipulus, Linus autem hic κοσμογονίαν scripsit. Erant ergo celebres in Græcia doctrinæ ante Orphei in Aegyptum profectionem, ante Hermetem etiam, quin imo et ante Mosem. Sed ad rem nostram. Orpheus fortè Aegyptiacam Theologiam, non alias scientias in Græciam transtulit, ideoque à Græcia omni, à Pythagoreis, à Platonicis, Theologus est appellatus. Eam Theologiam constat fuisse multis ab eo fabulis obuolutam. Cum sciamus ex Olympiodoro Platonico eum, omnes Deos ex vno ouo produxisse. Ex quo primus exierit Phanes, deinde Nox, dein reliqui. Quod tamen Ouum, celebre fuerat ante apud Zoroastrum, qui ex eo 24. Deos excluserat, vt author est Plutarchus in Osiride. Theologiam illam per fabulas tradendi morem, à Zoroastre inceptum: ab Agyptijs acceptum, ab Orpheo receptum. Post Orpheum multi alij apud Græcos sunt prosecuti: ex quorum numero soli nobis supersunt, Hesiodus atque Homerus. Hunc autem morem, cur Zoroastres instituerit, cur Aegyptij ac Græci in vsu habuerint, non aliunde puto prouenisse, quàm Noe ipsius sine sani præcepto ac more. Qui si Beroso fides non est abroganda, ex Arca egressus scientias omnes scriptis commendauit, hæc scripta Chaldæis atque Armenijs, sacerdotibus solis, non etiam alijs custodienda atque tractanda reliquit. Quod etiam fecit postea in Aegyptum, deinde in Italiam transuectus, apud Oscos atque Hetruscos. Cham eius filius prius in Chaldæa et Perside moratus, in Aegyptum colonias duxit, vbique eundem paternum morem et instituit et seruauit, ne scilicet in vulgus scientiæ promulgarentur. Ischam seu filius eius Zoroastres est appellatus. Huius sectatores, Chaldæorum, ac Persarum Magi, et Aegyptij sacerdotes fuere, omnes hi doctrinas suas vel nulli ex plebe communicarunt, in arcanisque seruarunt, vel si quid scriptis mandarunt, ea ænigmatum speciem præ se tulerunt. Inde est in eloquijs eiusdem Zoroastri, δίζεο ψυχῆς ὀχετόν, *Quære animæ riuum* μηδὲ κάτω νεύσῃς. *Deorsum ne inclina.* Et talia alia ænigmatica Sic apud Trismegistum Poemandri apparitio, et illa mūdi genitura, talis sermo sacer, talis crater, talis clauis, talis pupilla seu virgo mūdi: inde in Monodia hoc eius præceptū. μηδενὶ ὦ τέκνον ἐκφαίνων τῆς παλιγγενεσίας τὴν παράδοσιν. *Nemini ô fili aperias regenerationis traditionem.* Hunc morem Moses est secutus, cum legum libros solis sacerdotibus, et aperuit et custodiendos commendauit, cum omnia eius scripta figuris.

ac velaminibus adumbrauit, vnde Cabala illa secretissima orta. Hunc eundem morem Prophetæ omnes sanctissimi obseruarunt: non nisi sub figuris ac ænigmatibus sunt locuti. Hinc ergo fabulæ Orphei ortæ sunt, ænigmata, figuræ. hinc initio poematis sui, profanos ab intelligentia arcet. φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι πάντες. *Loquar quibus fas est fores claudite profani omnes.* Hunc secreti morem Plato in Phædone intelligit cum ait, ὁ μὲν οὖν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διιδεῖν. *Is namque qui in arcanis dicitur sermo, quòd in custodia sumus nos homines, nec licet se ipsum ex ea se soluere nec aufugere, magnus quidam mihi videtur, nec facilis ad cognoscēdum.* Fabulas Orphicas, Homerus, atque Hesiodus reliquique Theologi sunt imitati, nec non poetæ alij innumeri minorum gentium. Quod Platonis atque Aristotelis ipsius multis testimonijs comprobatur. Ille enim in 2. Alcibiade scribit. ἐστὶ δὲ φύσει ποιητικὴ ἡ σύμπασα αἰνιγματώδης καὶ οὐ τοῦ προστυχόντος ἀνδρὸς γνωρίσαι. *Est verò sui natura poetica vniuersa ænigmatica, nec cuiusuis hominis est eam cognoscere.* Et 1. Reip. ἠνίξατο ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ ὡς ἔοικεν ὁ Σιμωνίδης, ποιητικῶς τὸ δίκαιον ὃ εἴη. *Aenigmaticè ergo dixit, inquam ego, vt videtur, Simonides ac Poetico more iustum quid esset.* Et libro 2. οὓς Ἡσίοδός τε πάντων καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. οὗτοι γάρ που μύθους τοῖς ἀνθρώποις ψευδεῖς συντιθέντες ἔλεγόν τε καὶ λέγουσι. *Quos Hesiodus & Homerus nobis dixerunt & alij poetæ, isti enim fabulas hominibus falsas componentes dixerunt & dicunt.* Et posteà. καὶ θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. ὁ γὰρ νέος, οὐχ οἷός τε κρίνειν ὅτι τε ὑπόνοια καὶ ὃ μή. *Et Deorum pugnas, quas Homerus finxit, non recipiendas in ciuitatem, nec in allegorijs fictas, nec sine allegorijs. Adolescens enim non potis est iudicare, quid nam allegoria, & quid non.* Aristoteles quoque libri 4. Sapientiæ capite 8. scribit. παραδέδοται δὲ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον, ὅτι θεοί τέ εἰσιν οὗτοι, καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσῆκται πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν. καὶ πρὸς τὴν πρὸς τοὺς νόμους καὶ συμφέρον χρῆσιν. ἀνθρωποειδεῖς τε γὰρ τούτους, καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ὁμοίους τισὶ λέγουσι καὶ τούτοις ἕτερα ἀκόλουθα, καὶ παραπλήσια τοῖς εἰρημένοις. ὧν εἴ τις χωρίσας αὐτὸ λάβοι μόνον τὸ πρῶτον, ὅτι θεοὺς ᾤοντο τὰς πρώτας οὐσίας εἶναι, θείως ἂν εἰρῆσθαι νομίσειε. *Traditum est à veteribus ac priscis in fabulæ figura relictum posterioribus, quod Dij sint hi, & quòd diuinum continet vniuersam naturam, reliqua verò fabulosè iam adiecerunt ad persuasionem vulgi, & ad legum ac vtilitatis vsum. Homines enim figuris eos, & animalium quorundam similes dicunt, & his alia consequentia & affinia dictis, à quibus si quis separans, primum illud solum accipiat, quòd Deos putarent primas essentias esse, diuinè dictum esse existimabit.* Et 1. Meteoro capite 9. hæc alia habet: ὥσπερ ἠνίττοντο τὸν ὠκεανὸν οἱ πρότερον, τάχ' ἂν τοῦτον τὸν ποταμὸν, τὸν κύκλῳ ῥέοντα περὶ τὴν γῆν *Quare, siquidem sub ænigmate dicebant Oceanum priores, fortè hunc ipsum fluuium qui circulo fluit circa terram.* Et libro de animalium motu capite 3. οἱ δὲ μυθικοὶ τὸν ἄτλαντα ποιοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς ἔχοντα τοὺς πόδας δόξαιεν ἂν ὑπὸ διανοίας εἰρηκέναι τὸν μῦθον, ὡς τοῦτον ὥσπερ διάμετρον ὄντα καὶ στρέφοντα τὸν οὐρανὸν περὶ τοὺς πόλους. *Fabulatores autem Atlantem fingentes super terram habentem pedes, videantur sub allegoria dixisse fabulam, hunc veluti diametrum esse & vertere cœlum circa polos.* Eandem rem fine libri de Mundo amplissimè confirmat, vbi Dei poetica nomina mysticè exponit. Parcarumque fabulam, & Orphei carmina talia fuisse testatur. Chrysippus etiam inter Stoicos celeberrimus, in hunc modum multa poetarum figmenta excepit, vt symbolicè dicerentur, referente id, & approbante etiam Galeno 3. de placitis Hippocratis & Platonis. Inualuit itaque ex his initijs & accretionibus mos apud Sapientes Græcos omnes, vt si quis eorum aliquid scribere vellet, secretiorem aliquam viam excogitaret. Sic Thales, omnia fieri ex aqua. Anaximander ex infinito. Anaximenes, ex infinito & aere, fieri dixerunt. Anaxagoras Chaos & Homæomerias, & mentem formatricem adinuenit. Empedocles litem, amicitiam, Sphæram. Leucippus & Democritus atomos, Heraclitus ignem. Xenophanes vnum, finitum vel infinitum, Sphæricum. Parmenides vnum immobile, eo figmento, ἵπποι μὲ φέρουσιν. *Equi me ferunt.* Et Nympha Hypsipyle quæ

eum

eum instruit, quæ in reliquijs suorum carminum legitur. Eiusdem cum Zoroastri eloquijs sunt rationis, Pythagorea symbola & numeri, & figuræ mathematicæ, quæ elementa constituunt, eiusdem animæ ex numeris ac harmonijs compositio. Ad arcana occultanda, adhibitus est etiam locutionis modus, carmine metaphorisque explicatus, vel si soluta oratio esset periodi breues, & concisæ, & obscuræ, quales Heracliti (ob quas Scotinus est appellatus) Democriti, Ocelli, Timæi atque aliorum, Hippocratis quoque fuisse conspiciuntur. Primus, viuo adhuc Pythagora eius arcana Hipparchus reuelauit, eamque ob rem è schola est eiectus, in cuiusque locum immobilis columna erecta, quod Clemens tradit, secuti deindesunt illum fortè post obitum Pythagoræ in rebus naturæ aperiendis. Ocellus in Politicis, Metopus, Theages, reliqui. Theologiæ arcana non ista statim sunt profanata, quando etiam Plato ad Dionysium scribens, in ænigmate sibi loquendum esse ait. Perdurauit hic mos aliqua ex parte, in Aristotelis, Epicuri, ac Stoicorum scholis: qui doctrinas quasdam omnibus sine delectu, alias selectis tantum discipulis proponebant. Mos igitur occultandarum scientiarum à Noe deriuatus omnem antiquitus regionem peruagauit. Deinde CCCC ab hinc annis renouatus quibusdam in Sapientiæ partibus est, nam quod olim Aegyptij Chymistæ, & Arabes Alchimistæ factitarunt, Raymundus Lullius renouauit, quem Chymici omnes nostrates sunt secuti, & in medica re Theophrastus Paracelsus. Sub ænigmate enim & loquuntur & scribunt. Aristoteles autem loco omnis alterius velamenti obscuritatem verborum, clausulatum, sententiarum, argumentationum, methodorū, elegit, eisque ita vsus est, vt occasionem dederit Themistio viro magno, fautori ac sectatori suo, affirmandi, eum ita scriptis suis obscuritatem inspersisse, vt sepia cum sese piscatoribus occultare vult, atramentum aspergit. Et Simplicius Prolegomenis in prædicamenta clarè scripsit. οὐ μὴν οὐδὲ μύθοις, οὐδὲ συμβολικοῖς αἰνίγμασιν ὡς τῶν πρὸ αὐτοῦ τινὲς, Ἀριστοτέλης ἐχρήσατο, ἀλλ' ἀντὶ παντὸς ἄλλου παραπετάσματος τὴν ἀσάφειαν προετίμησεν. *Nec verò fabulis, nec symbolicis ænigmatibus, vt ante eum quidam Aristoteles est vsus sed loco omnis alius velamenti, obscuritatem elegit.* At cur, nulla antiqui moris, nulla tam magnorum virorum (à quibus philosophiam omnem suam haurire non est dedignatus) sapientiæ habita ratione, eos omnes acerbissimè carpsit? illorum arcana profusa oratione reserauit? illorum inuenta maxima ex parte sua fecit? Hoc superioris tomi libris planissimè plenissimeque ostendimus, hocce ac sequentibus ostendemus, quando ab eis discrepare voluit, eum nullo iure, nullo merito, nulla ratione aut causa eos vexasse. Id autem faciemus, non cunctas eius vexationes recensendo, sed illas duntaxat quarum testimonia, vel ex ipso Aristotele eruere vel ex eorundem philosophorum scriptis, vel authorum aliorum magnorum, relationibus colligere poterimus.

Initium autem huius discussionis esto, quatuor virorum maximorum, Xenophanis, Parmenidis, Zenonis ac Melissi vexatio. Hi enim ante Aristotelicas obiectiones in magno nomine fuerant. Post Aristotelis irrisiones ludibrio Peripateticis omnibus fuere, Theologiam tractantes, idem ferè alius post alium tradiderant de Deo. Xenophanes quidem, vnum esse, *τὸ πᾶν vniuersum esse* non finitum non infinitum, non motum, non quiescens. Idque Theophrastum Aristoteli charissimum discipulum retulisse scriptis, Simplicius eiusdem Aristotelis amicus, ac interpres, refert 1. physico, com. 2. *Vnum autem principium, siue vnum ens, & vniuersum, neque finitum, neque infinitum, neque motum, neque quiescens, Xenophanem Colophonium Parmenidis præceptorem statuisse, Theophrastus refert, qui dum mentionem de hac opinione facit, eius sententiam potius ad alias enarrationes atque historias, quam ad naturalem spectare fatetur. Nam hoc vnum & vniuersum, omneque,* *Xenophanis defensio.*

*Deum*

*Deum esse Xenophanes dixit, quem vnum esse ostendit, ijs scilicet rationibus quas ibi subnectit.* Id autem esse verum, ipse quoque Aristoteles confitetur 1. Sapientiæ cap. 5. ἀλλ' εἰς τὸν ὅλον οὐρανὸν ἀποβλέψας τὸ ἓν εἶναί φησι τὸν θεόν. *Sed in vniuersum cœlum respiciens vnum esse ait ipsum Deum.* Attamen, non quòd hoc dogma Aristoteles non probaret, (id enim ipse & amplectitur, & magnis molibus adstruit) sed quia simul cum Melisso, sibi ἀγροικότερος *agrestior* visus est, non potuit sibi temperare, quin integro libello eum insectaretur, in quo hæc illi attribuit. Si quid est, æternum est: si æternum infinitum, si infinitum vnum: si vnum, simile. Rursus, si æternum, & ἄπειρον, & simile; & immobile hoc vnum. Si immobile, non transfigurari positu, nec alterari forma, nec misceri alij. Quæ cum stabilisset rationibus ibi adductis concludens ait. Etiamsi sensui multa alia appareant, ratione tamen nec multa esse, ipsum ens, sed æternum & infinitum, & vndequaque simile sibi ipsi. Hæc summa Xenophanis sententiæ ab eo ibi recensitæ. Quæ sanè longè alia est ab ea, quam Theophrastus ex professo libro ad hoc edito, vt antiquiorum dogmata narraret) retulit superius. Sed esto Aristotelis verior relatio, à quo eam sumpserit Nicolaus Damascenus, dixeritque de Xenophane πρῶτος ἑνίσας, *primus vnum afferens*: at enim Deum esse, hoc vnum fatetur. Quid ergo opus fuit, ita excipere, quasi vniuersum hoc, cum partibus suis, vnum esse diceret æternum, infinitum, simile, sibi immobile, non mutari, non alterari? Atque contra hæc omnia, longa disputatione extra scopum illius viri, extra mentem, præter rem ipsam vires ingenij veluti ostentare? Non videtur decoris philosophici fuisse, veritatis amatorem virum, vti gloriatur, longè ab omni veritate, veritatem ipsam cauillationibus vellicare. Opponit in eo sese, rationi Xenophaneæ, quæ fuerat: Si quid est, æternum est, hæc prima thesis, ratio εἴπερ μὴ ἐνδέχεται γενέσθαι μηδὲν ἐκ μηδενός. *Si quidem non potest generari quicquam ex nihilo.* Vellicat autem eam in hunc modum: δεῖ ἀνάγκη ἀγένητα πάντα εἶναι, ἢ οὐδὲν κωλύει γεγονέναι ἕτερα ἐξ ἑτέρων. *An necesse est ingenita esse omnia? vel nihil prohibet fieri alia ex alijs?* Prohibet quidem in eo vno Deo, de quo Xenophanes loquebatur, quem Aristoteles agnouit vnum, prohibet etiam in vniuerso, quod Aristoteles vnum contendit: prohibet in vna eius parte, cœlo: prohibet in multis eius partibus æternis, cœlis, astris: prohibet in multis eius generationem patientibus partibus, aere, aqua, terra. Non prohibet in horum paucis, minimis, pusillis mundi partibus. Non fuerunt hæ non multæ pusillæ, in Dei maximi comparationem vocandæ. Nouerat Xenophanes ex Aristotelis confessione. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα κατὰ τὴν αἴσθησιν φαντάζεσθαι ἅπασαν, λόγον δ' ὅτι ἀναιρεῖ τὰ αὐτὰ γίνεσθαι. *Multa etenim alia secundum omnem sensum apparere, rationemque non destruit, hæc generari.* Non hæc multa dixerat esse vnum illud, non asserebat hæc multa non generari. Cur ergo Deus ille vnus, tantis ac tot machinis oppugnatur? Si illa multa sensibus apparentia Xenophanes dixisset, vnum esse, non generari esse æterna, omnis Aristotelica reprehensio locum haberet, sed cum hoc ille non dicat, illudque vnum sit Deus, locum non habent obiectiones. Quid prohibet multa generari ac corrumpi ex ente, semper in ens? Quid prohibet, ex alijs corpora generari, & corrumpi rursus? Quid prohibet ingenitum existens, habere terminum, & principium? καὶ εἶναι περαινόμενα πρὸς ἄλληλα, ἀΐδια ὄντα; *Et terminari ad inuicem, æterna existentia?* vt corpora scilicet cœlestia & elementalia? Quid prohibet totum quidem ingenitum esse, & infinitum, ea verò quæ in ipso generantur, terminati principio & fine generationis? & ἔπειτα εἰ καὶ ὡς αὐτὸς λέγει ἕν ἐστι, καὶ τοῦτο σῶμα ἔχει, ἀλλ' ἑαυτοῦ μέρη. Quandoquidem si vt ipse ait. *vnum est & hoc habet corpus, alia eius partes.* Quis dubitat de corporeo vniuerso hoc verum esse? At Xenophanes de vno loquebatur incorporeo, cuius nullæ sunt partes, nec similes, nec dissimiles. Non erat ergo inferendum, *Adhuc si æternum & infinitum est, quomodo fuerit vnum corpus existens?*

Neque

Neq; addendum, *Si verò nec corpus nec latitudinem, nec longitudinem habens τῶ ἰσομ: quo modo infinitum erit?* Nam ille Deus sine principio, sine fine cùm sit, Aristotelica infiniti definitione est infinitus. Neque illud ad rem facit: *Adhuc existens vnum nihil absurdum fuerit, si non sit vndique simile.* Si enim est aqua totum vel ignis, vel quid vis aliud tale, nihil verat plura dicere, illius entis vnius, partes. Neque oportuit ea adferre, quæ ad modum corporum pertinent, & transformationem, & alterationem: quando nullum de rebus talibus Xenophanes habuit sermonem, quando Deo vnitatem, æternitatem, infinitatem, immobilitatem, impassibilitatem, vt ipsemet postea Aristoteles adstruxit, attribueret. Ocij nimiū videtur ei fuisse, cùm talia comminisceretur, & scriberet, negotij minimum ad philosophicam veritatem, atque ingenuitatem, quam tantopere amare est professus, vt sua etiam pro veritatis salute destruere fuerit paratus. Sed id verbis dixit, opere autem ipso Xenophanis veritatem falsis criminationibus obruere est conatus. Sententia & dogmatibus cùm idem sentiret, verbis atque argutationibus dissentire videri voluit, idque præter omnem necessitatem. Neque enim rationi ingenuæ persuadent satis Philoponus ac Simplicius, eius hac in re non tam expositores, quàm excusatores, dum aiunt: Aristotelem, apparentia in dictis antiquorum rantùm, non res ipsas, non dogmata, refellere voluisse: quia videret aliquos persuasos entia omnia, vnam rem esse. Si id ita est, ocio nimio Aristoteles fruebatur, cum tam cæca ingenia misertus, ne periculum in tali opinione subirent, sui nominis periculo opem tulit. Sed si id verum non est, quid aliud videtur dicendum, quàm vel in eos viros, vel in veritatem odio id eum fecisse? odium sanè in eos prodit agrestitas, balbuties, pueriltas, simplicitas, inconsideratio, stoliditas, ignorantia, insania, illis passim obtrectata, veritatis obscurandæ studium: aperit hæc Xenophanis dogmatum de Deo, præterius fasque omne, detorta ac falsa criminatio. Prodent idem studium manifestò, quæ in Zenonem Parmenidem, Melissum Theologos sunt obiecta. Rem ipsam resumamus. Xenophanis auditor fuit Parmenides, huius vero Melissus ac Zeno. Sed quia Aristoteles hunc, post Xenophanem insectatur. Parmenidem ac Melissum vnà ferè semper coniungit. Zenonis crimina prius discutiamus.

AC primò, dogmata sua sicuti ab Aristotele sunt exposita recenseamus: *Si quid est, impossibile est generari.* τοῦτο λέγων ἐπὶ τοῦ θεοῦ: *hoc dicens de Deo.* Theologiam ergo hîc tractat Zeno. Deus ergo ingenitus, ait Zeno. Si ingenitus, & æternus. Rursus: Deus κράτιστον ἁπάντων, *potentissimus omnium.* Si potentissimus, etiam vnus Si enim duo, pluresúe, non esset omnium potentissimus. Duo enim illi pares essent. proprietas enim hæc (potentissimum omnium esse) Dei est. Si pares Dii duo, non sunt ambo omnium potentissimi. Si alter potentior, iam debilior ille Deus non est: vnus ergo est Deus. Si vnus vndequaque sibi similis, videt etiam & audit, & reliquos sensus πάντῃ, *omniquaque* habet. Si sibi vndique similis, Sphæricus est: nam Sphæra vndique sibi similis, & idem sibi. Et cum æternus, & Sphæricus sit, nec infinitus, nec finitus est: ratio, quia cum nec principium nec medium, nec finem, habeat, infinitus non est. Si autem plura esset, finitus esset, at vnus est, ergo non finitus. τὸ δὴ τοιοῦτον ὄν, ἓν ὄν, τὸν θεὸν εἶναι λέγει οὔτε κινεῖσθαι, οὔτε ἀκίνητον εἶναι. *Tale sanè ens, vnum existens Deum esse dicit, neque moueri, neque immobile esse.* Immobile enim non ens est, moueri autem ea quæ vno plura sunt. & concludens hanc disputationem Aristoteles ait: κατὰ πάντα δ' οὕτως ἔχειν τὸν θεόν, ἀΐδιόν τε καὶ ἕνα, ὅμοιόν δὲ καὶ σφαιροειδῆ ὄντα, οὔτε ἄπειρον, οὔτε πεπερασμένον. οὔτε ἠρεμεῖν, οὔτε κινητὸν εἶναι. *Per omnia verò ita habere Deum, æternum & vnum similem & Sphæricum, nec infinitum, nec finitum, nec quiescere, nec immobilem esse.* Quo in loco, mendum esse puto in voce ἠρεμεῖν, nam contraponitur immobili, debetque legi κινητόν. nec est mirum id hoc loco esse, cùm hi libelli cum tertio cōtra Gorgiam corruptissimi sint. Antè hanc sententiam Theophrastus Xenophani adscripserat, sed esto etiam Zenonis. Aristoteles omnia hæc capita refellit, cùm tamen ipse quoque Deum vnum & æternum esse contendat. Sed refellit, quia, vt de corpore aliquo hæc dicta essent interpretatur. exprimit id fine istius redargutionis, Zenoni attribuens. αὐτὸς γὰρ σῶμα λέγει εἶναι τὸν θεόν. εἴτε δὲ τὸ πᾶν, εἴτε ὅτι δή ποτε αὐτὸς λέγων. Ipso

Zenonis defensio.

*enim corpus dicit esse Deum, siue hoc vniuersum siue quiduis aliud ipse ait.* Non quidem Zeno id apertè dicit, sed Aristoteles assumit vt consequens Sphærico esse, ait namque, ἀσώματ☉ γὰρ ὢν πῶς ἂν σφαιροειδὴς εἴη. *Incorporeus cùm sit, quomodo, Sphæricus fuerit?* Mirum cur etiam ouum Orphicum non susceperit confringendum, ex quo Dij prodierant. Aristoteles ipse duplicem nouit cognitionem intellectus, rectam & in se reuolutam, illam cùm intellectus alia intelligit, hanc cum seipsum: hanc ipsam sapientes Aegyptij ac Hebræi Sphæræ assimilarunt, totam in medio rotæ, hunc mundum Sphæricum in intellectuali Sphærico esse dicentes. Et Parmenides, quem Aristoteles affert, dixerat de Deo ipso, πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ. *Vndiq; conternata Sphæra similis mole.* Similem dixit moli, non molem esse. Similitudo autem hæc in eo est, quòd Dei intellectio à se incipiens in seipsam definit, non aliter quam Sphæræ cœlestis motum Aristoteles ipse docuerat in id desinere vnde moueri cœperat, idem & principium & finem esse, ideoque æternum facit. Nulla ergo necessitate induxit Aristoteles, quia Deus Sphæricus esset à Zenone dictus, cum esse etiam corpus. Itaque corruit omnis te- dargutio ista, atque ideo subuertuntur, quæcunque contra motum, quietem, finitatem, infinitatem, contra corpoream Sphæricitatem direxit, nec non quæ contra generationem vel ex simili, vel ex non simili, vel ente, vel non ente factum est, ab eo disputatum. Deum autem videre, audire, reliquos sensus habere, nihil aliud est quàm metaphoricè expressa Dei intelligentia, quæ ab eius essentia nihil differat. Quam rem etiam Aristoteles asseruit, ὥστε ταυτὸ νοῦς καὶ νοητόν. *Itaque idem intellectus & intellectio.* inquit 4. Sapientiæ capite 7. Quod si est reuera, & Aristoteles id rectè docuit, cur in Zenone idem, quamuis sub metaphora sensuum non fert? & quod ipse similitudine cerusæ, cuius quæque pars vt totum, alba est, infert, κατὰ πᾶν τε ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ κρατεῖν λεγόμενος ὅτι ἅπαν ὃ ἂν ἦς αὐτῷ λαμβάνει μέρος τὴν ἴσην ποιότητα. *Et ibi quod dicitur vndique videre, audire, & posse quòd omnis eius pars, quãcunq; quislec ipiat idẽ patiatur:* id est videat, audiat, hoc est, intelligat, intelligat autem seipsum, talis autem intellectio est circulo assimilata. Cur ergo Aristoteles ait? οὐδὲ τὸν θεὸν ἀνάγκη διὰ τοῦτο εἶναι σφαιροειδῆ. *Neque Deum necesse est esse Sphæricum,* si se ipsum intelligit? Id autem fit Sphæræ assimilatum? Quæ verò à Zenone dicta sunt, infinitum, & finitum, mobile, & immobile, eadem locutionis forma dicta sunt ab Aristotele 3. de anima capite 6. hæc ὁμοίως καὶ ὁ χρόνος διαιρετὸς, καὶ ἀδιαίρετος τῷ μήκει. *Similiter tempus diuisibile & indiuisibile longitudine:* alio atq; alio videlicet sensu. Non aliter ergo contra Zenonis Deum sese exercuit Aristoteles quàm contra Deum Xenophanis, ab eoque non aliter dissentire voluit, neque aliter etiã canilla dissoluuntur. Modo Parmenidem ab Aristotele, simul cum Melisso suo exercendos producamus.

## PARMENIDIS MELISSIQVE DEFENSIO.

De his Simplicius & Philoponus ex Theophrasti testimonio ita ferunt. *Item si immobile, aut infinitum, vt Melissus Samius, vel finitum, vt Parmenides Eleata dicere videtur: qui de naturali elemento non loquuntur, sed de illo quòd verè est.* De quo idem ferè cum Xenophane & Zenone sensit: scilicet, vt Philoponus docet. τὸ ὂν ἀνάρχον ἐστὶ, τὸ ὂν ἓν ἐστὶ, τὸ ὂν ἄπειρον ἐστὶ, τὸ ὂν ἀκίνητον ἐστὶ. *Ens sine principio est, ens vnum est, ens infinitum est, ens immobile est:* De Deo nempe sermonem habens. Quòd Theophrastus, & Philoponus, & Simplicius affirmant. Quam rem etiam Aristoteles ipse videtur agnouisse, ideoque primo sapientiæ dixisse: ἐς μὲν οὖν τὴν νῦν σκέψιν τῶν αἰτιῶν, οὐδαμῶς συναρμόττει περὶ αὐτῶν ὁ λόγος. *In præsentem sanè contemplationem causarum, nullo modo conuenit de ipsis sermo.* Quia scilicet illi Theologica tractarunt, ipse verò physica principia tunc discutiebat quare ἀφετέον πρὸς τὴν νῦν ζήτησιν, *ommittendi ad præsentem quæstionem.* Quin imò etiam 1. physico. τὸ μὲν οὖν εἰ ἓν καὶ ἀκίνητον τὸ ὂν σκοπεῖν, οὐ περὶ φύσεώς ἐστι σκοπεῖν. *Vtrum vnum & immobile sit ens contemplari, non est de natura contemplari.* Quare cũ eorum contẽplatio de vno & immobili ente esset, nõ erant in physicorũ principiorũ examen vocandi.

Ar

At non ſibi temperat Ariſtoteles,etiam ſi cognoſceret eos, *περὶ φύσεως μὲν οὐ, de natura quidem nequaquam* agere,vocat in ius quoniam,*φυσικὰς δ᾽ ἀπορίας συμβαίνει λέγειν αὐτοῖς.Naturales dubitationes accidit ipſos dicere.* Id verò,verum nequaquam eſt. Dicebant ipſi ens eſſe ſine principio, vnum,infinitum,immobile. Hic nec ſubiecta res,neque ei rei hæc attributa,naturalia ſunt,neque vlla naturalis dubitatio poterat recta ratione cadere.cadebat ea ratione qua Zenoni imputauerat, Deũ corpus eſſe aſſeuerare,at hic,quia *ἀκίνητον,immobile* ens dicebant,in quæſtionẽ inuiti, nolentesq; trahũtur,nõ enim iſta immobilitas,naturalis res eſt,nec dubitatio quæ de ea poſſet haberi, naturalis eſſet. Quare violentia maxima huc trahuntur.At non decuit,veritatis amatorem philoſophum,non vera,non legitima de cauſa,viros Theologos,in phyſicas quæſtiones implicare.Deinde illi de ente loquebantur:Ariſtoteles eos, ad principia trahit.Aliud ens eſt,aliud, (ni fallor) principium eſt.Atq; ita bis de genere in genus tranſilit,de genere Theologico,ad genus phyſicũ:de entis genere,ad genus principij.Parmenides ſanè,vnum ens eſſe dicebat, at non itidem dicebat vnum eſſe principium.Sed principia duo, Ariſtotele ipſo teſte, ſtatuebat.Id eſt 5.cap 1.phyſici. *καὶ γὰρ Παρμενίδης,ψυχρὸν καὶ θερμὸν ἀρχὰς ποιεῖ. Etenim Parmenides frigidum & calidũ principia facit.* Id Sapientiæ 5.declarat. *καὶ τὸ ἓν μὲν κατὰ λόγον,πλείω δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν ὑπολαμβάνων εἶναι δύο τὰς ἀρχὰς τίθησι πάλιν,θερμὸν καὶ ψυχρὸν, οἷον πῦρ καὶ γῆν λέγων.Vnum quidem ſecundum rationem , plura verò ſecundum ſenſum exiſtimans eſſe, duo principia ponit rurſus,calidum & frigidum,veluti ignem & terram dicens.* Quod ſi verum eſt Parmenidem poſuiſſe, & Ariſtotelem cognouiſſe, cur duobus longis capitibus vexatur?veluti qui omnia entia,vnum eſſe aſſereret?qui terram, qui frigidũ, qui calidum, qui ignem,dicit , non vnam ſanè rem,ſed quatuor dicit:& qui 1.de elementis capite 1.dixit,*οὐδὲν γὰρ οὔτε γίνεσθαί φασιν,οὔτε φθείρεσθαι τῶν ὄντων. Nihil regenerari dicunt,nec corrumpi entium.* Nouit eos entia plura nouiſſe , fuiſſe autem hos Parmenidem & Meliſſum ſtatim ſubdit . Qui ergo plura entia aſſerit, prædicat, non rectè refellitur,quod omnia,vnum eſſe dicat . Præterea *εἰ καὶ τ᾽ ἄλλα λέγουσι καλῶς, ἀλλ᾽ οὐ φυσικῶς γε δεῖ νομίζειν λέγειν· τὸ γὰρ εἶναι ἄττα τῶν ὄντων ἀγένητα καὶ ὅλως ἀκίνητα μᾶλλόν ἐστιν ἑτέρας καὶ προτέρας,ἢ τῆς φυσικῆς ἐπισκέψεως. Etiamſi alia dicãt rectè,ſed non phyſicè oportet eos exiſtimare dicere. eſſe enim quadam entiũ ingenita & omnino immobilia magis eſt alterius & prioris,& nõ phyſicæ ſpeculationis.* Si ergo hîc fatetur,alia rectè eos dicere,cur 1.phyſico obijcitur Meliſſo,ſermonem eius eſſe *φορτικὸν,arrogantem*? Et Parmenidi quòd *τοῦτο οὔπω ἑώρα.hoc nondum videbat.*quid nã? *τὸ εἶναι ἕτερον τῷ λευκῷ καὶ ᾧ ὑπάρχει. Eſſe aliud,albo,& aliud id cui ineſt.* Quaſi id eſſet ſecretum ſecretorum,& is qui viderat,vnum,principium,immobile,ſupremum, omnium rerum,à ſenſuum cognitione remotiſſimum. Is idem non poſſet videre quæ præ oculis verſantur,albũ,& albo ſubiectum corpus,atque Parmenidia mens hac in re pateretur defectum quam 3. de Anima capite 4.aſſerit. *ὅταν τι νοήσῃ σφόδρα νοητὸν,οὐχ ἧττον νοεῖ τὰ ὑποδεέστερα,ἀλλὰ καὶ μᾶλλον. Quando aliquid excellens intelligibile intelligit,non minus intelligit inferiora, verum etiam magis.* Nequiret album videre,& corpus in quo eſſet,duas res eſſe inter ſe differentes,ob idque putauit ſtultè , omnia entia vnum ens eſſe.Cum tamen cognouiſſet,quod Ariſtoteles libro 2.de generatione,capite 3.ſcribit. *οἱ δ᾽ εὐθὺς δύο ποιοῦντες , ὥσπερ Παρμενίδης πῦρ καὶ γῆν,τὰ μεταξὺ μίγματα ποιοῦσι τούτων,οἷον ἀέρα καὶ ὕδωρ. Alij ſtatim duo facientes,ſicut Parmenides, ignem & terram,intermedia mixtiones faciunt horum,veluti aerem & aquam* Quiq; (vt eſt libro 2. de Partibus animalium cap. 2.)aſſereret,aquatilia animalia,terreſtribus eſſe calidiora: & exanguia, præditis ſanguine , & fœminas maribus & mulieres viris calidiores : magna duorum capitum contentione, tanquam cæcus, ac omni & ſenſu,& mente vacuus oppugnatur. Sed nimirum id eſt,quod à principio diximus,Ariſtotelem ſuos libros , primo quodam ingenij ardore(quod omnibus ſcriptoribus accidit)conſcripſiſſe,non tamen(morte præuentus)recognouiſſe.Qui libri ſi ab eo recogniti fuiſſent,nõ dubito,quin omnes (Quæ maior ſcriptorum ſuorum pars eſt)in veteres calumnias,ſuſtuliſſet. aliasque contradictiones,quibus paſsim ſcatent,emendaſſet. Nec verò illud eſt prætereundũ minimè verum eſſe Parmenidem,duo principia,calidum & frigidum,ſeu(vti Ariſtoteles interpretatur) ignem & terram ſtatuiſſe.Sed flammam & noctem,ſeu lucem & tenebras. Quod ſuis carminibus,quibuſdã,quæ ſuperfuerunt,clarè proditur.ait enim.

τῇ μὲν φλογὸς αἰθέριον πῦρ
ἤπιον ἂν μέγ' ἀραιὸν ἐλαφρὸν ἑαυτὸ πάντοθε τωυτὸν
τῷ δ' ἑτέρῳ μὴ τωυτὸν, ἀτὰρ κακεῖνο κατ' αὐτὸ
Ἀντία νυκτάδα.

*Huic quidem flamma atheria ignis*
*Blandus valdè, rarus, leuis, sed vndequaque idem*
*Alteri verò non idem, sed & illud per se,*
*Contraria nox.* Et posteà
Αὐτὰρ ἐπεὶ πάντα φάος καὶ νὺξ ὀνόμασται
*Sed cum, omnia lux & nox nominantur.* Et
Πᾶν πλέον ἐστὶν ὁμοῦ φάεος καὶ νυκτὸς ἀφάντου.
*Vniuersum, plenum est simul luce, & nocte inuisibili.*

Vniuersum ergo, idem elementa & cœlum, plena esse luce & tenebris, non autem terra & igne, quæ in cœlum maximam orbis partem non ascendunt. nam etiam si ignem nominauerit, qualem ignem intelligeret, expressit voce illa, (æthereus) ea autem est stellarum lux. falso igitur, sunt illi ab Aristotele imputata, calor & frigus, terra & ignis. procul etiam à veritate asseruit, Parmenidem & Melissum rerum generationem negasse. Ipse enim idem Aristoteles 1. sapientiæ cap. 4. attestatur contrarium: οἷον καὶ Παρμενίδης· καὶ γὰρ οὗτος κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν. *Sicuti etiam Parmenides. iste enim instituens vniuersi generationem*, Si vniuersi generationem instituit, quanam ratione accusari potest, rerum generationem sustulisse? sed alterum accusationis cap. 1. physico fuit? Parmenidis ac Melissi rationis fuisse ἀσυλλογίστους nō conclusisse syllogisticè. Sanè si eorum scripta extarent integra, id etiam peruideremus. sed duo nobis sufficiant, ad hanc obiectionem temperandam. Alterum, quod Phyloponus ait, non Melissum, sed alios quosdam tentasse quatuor illa sua, ens esse absque principio, vnum, infinitum, immobile, in syllogismum conferre, ac forte non potuerunt. Alterum ambos excusati quando Zeno Parmenidis discipulus, & Melissi condiscipulus Dialecticam primus inuenit, nec forte fuerat adhuc inuenta, quando illorum scripta sunt publicata. atque ideo non potuerunt syllogismo cōcludere, Quid si non syllogismo, sed alia argumentationis forma conclusissent? an ob id, & falsum id dogma ab Aristotele fuerat reprehendēdum. quod ipse maximè omnium postea comprobauit, ac confirmauit; sed forsan syllogismo etiam concluserunt, sed fortè ita est ab Aristotele exceptum, vt est exceptum dogma. cauillis scilicet & falsis criminationibus. Nam quod de Parmenide est ostensum, eum vnū ens, omnia entia, non dixisse, de Melisso quoque Philoponus refert. ὁ γὰρ μέλισσος, ἐν τοῖς πρὸς ἀλήθειαν, ἓν εἶναι λέγων τὸ ὂν ἐν τοῖς πρὸς δόξαν δύο φησὶν εἶναι τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων πῦρ καὶ ὕδωρ διὰ τῶν ἄκρων περιλαμβάνων καὶ τὰ μέσα. ὡς δὴ ἐν τούτοις μὲν περὶ τῶν φυσικῶν διαλεγόμενος, ἃ καὶ δοξαστὰ καλοῦσιν. ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἀλήθειαν περὶ τῶν νοητῶν. *Melissus enim in scriptis ad veritatem, vnum ens esse dicens, in scriptis ad opinionem duo dicit esse principia entium, ignem & aquam, per extrema comprehendens etiam media, vt sanè in his quidem de physicis loquens, quæ & opinabilia vocant, in scriptis verò ad veritatem de intelligibilibus.* Clarè hic non vnum tantum ens, sed etiam duo, & inter duo alia media, & entia plura nominat. Quare non fuit vir magnus, tanquam fatuus quispiam aut cæcus, qui plura non videret, cauillis insectandus. Hęc de Xenophane, de Zenone, de Parmenide, deque Melisso, eximijs Theologis, egregijs physiologis, cauilloso nimium, ac falsò accusatis, satis sunto.

DIS-

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM.

## TOMI III LIBER II.

### *ARISTOTELIS CVM TRIBVS Physiologis dissensio.*



AD eos accedamus, qui quanquàm Theologi etiam fuerint, sunt tanquàm physici ab Aristotele multo pluribus in locis, ac multo plures vexati: Thaleta, Diogenem & reliquos omittam, quod ipse patum operæ in eos consumat. inter omnes, tres eligam, quos Acrius quàm alios lacerauit, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum. Quorum, quanquàm Empedoclem aliquando collaudet, aliquando vti testem tantùm adducat, attamen pluribus criminationibus, quã cæteros cũctos, excepto præceptore Platone, accusat. Itaque eum 1. physico, laudat quòd principia finita posuerit 1. Sapientiæ: ait eum de principijs balbutire. 2. Physico, quòd casum in rebus naturæ amittat, reprehendit: eundem tamen casum, ibidẽ ipsemet admittit. sed ad grauiora 1. de generatione. ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν ἔοικεν ἐναντία λέγειν, καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα, καὶ πρὸς αὑτὸν αὐτός. ἅμα μὲν γὰρ οὔ φησιν ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεσθαι τῶν στοιχείων οὐδέν, ἀλλὰ τ' ἄλλα πάντα ἐκ τούτων. ἅμα δ' ὅταν συναγάγῃ εἰς ἓν τὴν ἅπασαν φύσιν πλὴν τοῦ νείκους ἐκ τοῦ ἑνὸς γίγνεσθαι πάλιν ἕκαστον. *Empedocles sanè videtur cõtraria dicere, & apparentibus, & sibi ipsi: simul enim dicit alterum ex altero non fieri elementorum vllum. sed alia omnia ex his. & simul cũ collegerit in vnum vniuersam naturam præterquã litem, ex vno generari rursus vnumquodque.* Hæc obiectio minimè vera est. generat enim Empedocles elementa alterum ex altero. hæc enim sua sunt:

ἡ δὲ χθὼν τούτοισιν ἴση συνέκυρσε μάλιστα
Ηφαίστῳ τ' ὄμβρῳ τε καὶ αἰθέρι παμφανόωντι
κύπριδος ὁρμηθεῖσα τελείοις ἐν λιμένεσσιν.
*Terra autem his æqualis insinuauit se maximè*
*Vulcano, & Imbri, & ætheri omnia collustranti*
*Veneris incitata libidine perfectis in pratis.* Et clarius.
καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα, καὶ αὔξεται ἐν μέρει αἴσης.
αὐτὰ γὰρ ἐστί γε ταυτὰ δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνονται ἄνθρωποί τε καὶ ἄλλων ἔθνεα θηρῶν.
*Et corrumpuntur in se inuicem & augentur in parte fati:*
*Ipsa enim eadem sunt, per se inuicem verò currentia*
*Gignuntur homines, & aliorum populi animorum.*

Qua re, nihil apertius dici potuit. Non ergo Empedocles sibi, & rebus contradicit: tota ergo ruit eius capitis incusatio: & ea etiam tota, quæ totis .2. libri capitibus 6. & 7. est instituta. cognouit enim Empedocles elementorum in se inuicem generationem: non quidem apparentem, vt 1. de Elementis illi adscribitur, sed veram: Ac si eius scripta omnia superessent, videremus forte ab eo, motum elementis naturalem assignatum. quod Aristoteles ibidem negat. appareretque an vera illi obijciuntur, de graui ac leui. sed ea quæ aliquo modo possumus persequamur. 1. de Anima cap. 2. scribit.

ὅσοι δ' ἐπὶ τὸ γινώσκειν, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ὄντων, οὗτοι δὴ λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς, οἱ μὲν πλείους ποιοῦντες τὰς ἀρχάς, οἱ δὲ μίαν ταύτην. ὥσπερ ἐμπεδοκλῆς μὲν ἐκ τῶν στοιχείων πάντων, εἶναι δ' ἕκαστον ψυχὴν τούτων, οὕτως λέγων.

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον
στοργῇ δὲ στοργήν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.
*Terra quidem terram cernimus, aqua verò aquam*
*Aethere verò æthera diuum, sed igne ignem exitiosum.*

*Amore verò amorem, odiumq́; odio luctuoso.*

Imputatque ideo illi, quòd animam ex elementis constituat, quod nos quoque ex suis principijs concedemus. at non ex his corporeis elementis eam ab eo constitui concedemus: sed in corporeis, intelligibilibusque elementis: talia enim eum constituisse Simplicius est author, longa illa 1. physico, de veterũ dogmatibus digressione in hunc scribens modum. *Cæterùm & Empedocles cum de intellectuali mundo & sensibili dissereret, & illum huius exemplar archetypũ poneret, ne in vtroq́; hac quatuor principia, & elementa, ignem, aerem, aquam terram, & effectrices causas odium et amicitiam statuit:* Ex his igitur intelligibilibus elementis animam componere Empedoclem dicimus. illaque intellectuali eius terra, aqua, æthere, igne, terram hanc corpoream, aquam, aerem, ignẽ, cognoscere affirmamus. principium enim dicit Empedoclem dixisse animam esse: at horum corporeorum illa incorporea principia esse Empedocles dixit, cum intellectualem mundum, huius exemplar archetypum poneret, Talis ergo hęc est Aristotelis obiecto in Empedoclem, quales fuerunt illæ in quatuor Theologos. Similis ferè est ea altera libro 3. capite 3. καὶ οἵγε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταυτὸν εἶναι φασίν, ὥσπερ καὶ ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε. πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι. καὶ ἐν ἄλλοις: ὅθεν σφίσιν αἰεὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται. *Antiqui sanè sapere & sentire idem esse dicunt, sicut & Empedocles dixit. Ad præsent enim consilium augetur hominibus. Et alibi. Vnde illis semper sapere alia repræsentat.* Nulla hic sensus mentio. consilium & sapere sensum nõ dicit, & ad res præsentes semper aliud atque aliud pro prudentia variat. Qualis ergo est hìc Aristotelis interpretatio? longè alia ab ea quæ eorum carminum 1. de Ente capite 5. ab eo exponitur. καὶ γὰρ ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν. πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι. καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει. ὅσσον ἀλλοῖοι μετέφυν τόσον ἄρ σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται. *Etenim Empedocles, mutantes habitum mutare etiam prudentiam dicit. Ad præsens enim consilium augetur hominibus, & in alijs dicit, Quantum alijs dixi, tantum illis semper & sapere alia repræsentat.* Hæc legitima interpretatio eiusdem Aristotelis, illegitimam illam priorem esse arguit, & multo magis idem arguunt hæc alia Empedoclis carmina à Sexto Empirico allata. οὕτως οὐδ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐπακουστὰ οὔτε νόῳ περιληπτά. *Sic nec visibilia hac hominibus. nec audibilia, nec mẽte perceptibilia.* Vbi clarè sensus à mẽte distinguũtur. Nec verò rectiꝰ his, cõtortũ aliud illud crimẽ 1. de generat. cap. 8. ἀλλ' ὥσπερ ἐμπεδοκλῆς καὶ τῶν ἄλλων τινές φασι πάσχειν διὰ τῶν πόρων, οὕτως πᾶσαν ἀλλοίωσιν, καὶ πᾶν τὸ πάσχειν τοῦτον γίνεσθαι τὸν τρόπον, διὰ τοῦ κενοῦ γινομένης τῆς διαλύσεως καὶ τῆς φθορᾶς. *Verũ quẽadmodũ Empedocles & aliorũ quidã dicũt, pati p poros, sic omnẽ alterationẽ & omne pati ad hũc fieri modũ, per vacuũ facta resolutione, ac corruptione.* Non est enim rationi consentaneũ, Empedoclẽ qui vacuũ omnino negat, (testante Aristotele codẽ ex illius carmine, οὐδέν τι τοῦ παντὸς κενὸν πέλει) per vacuũ fieri alterationem affirmare. Atque ita hæc etiam cauillatio, nullius esse momenti apparet. Falsa quoque est alia illa primo de sensu capite 4. ἀνάγκη δ' ἢ ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὰ γένη τῶν χυμῶν ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα, καθάπερ ἐμπεδοκλῆς φησίν. *Necesse verò est, aut in seipsa aquam habere genera saporum insensibilia, sicut Empedocles dicit.* Et mox de agente causa. οἷον εἴ τὸ θερμὸν καὶ τὸν ἥλιον φαίη τις τοῦτον ὡς μὲν ἐμπεδοκλῆς λέγει, λίαν εὐθεώρητον τὸ ψεῦδος. *Veluti si quis calidum, & solem dicat horum, vt quidem Empedocles inquit, nimis conspicua est falsitas:* Neutrum horum Empedoclem dixisse authores sunt Aetius & Plutarchus. Ille in philosophica historia Empedoclis de saporibus opinionem sic recenset, capite, quomodo plantæ crescant: τὰς διαφορὰς τῶν χυμῶν παραλλαγὰς εἶναι τῆς πολυμερείας, καὶ τῶν φυτῶν διαφόρων ἑλκόντων τὰς ἀπὸ τῶν τρεφόντων ὁμοιομερείας. ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων, οὐ γὰρ αἱ διαφοραὶ τούτων ποιοῦσι τὸν οἶνον διαλλάττοντα ἀλλὰ τὸ τρέφοντος ἐδάφους. *Differentias saporũ commutationes esse multarũ partium & plantis differentibus, trahentibus similares partes à nutrientibus, sicuti in vitibus. nõ enim harum differentia faciunt vinum varium, sed nutrientis soli.* Talis etiam est Plutarchi locus, nisi quod corruptior legitur, quem ex collatione cum Aetij loco restituere licebit. In neutro tamen vlla est aut saporum in aqua latitantia, aut Solis & caloris mentio. Quibus authoribus, ratio suadet magis credendum esse, quòd ex professo veterum philosophorum dogmata recensenda sumpserunt, quàm Aristoteli, qui sibi id oneris, vti vidimus videbimusq́;, desumpsit, vti eos cauillis, ac detortis interpretationi-

tionibus vexaret. Refellitur à Plutarcho, illud quoque crimen, quod est 2. de ortu animalium capite 10. vbi de causis sterilitatis mularum agens, sic scribit: Ἐμπεδοκλῆς δ᾽ αἰτιᾶται τὸ μῖγμα τῶν σπερμάτων γίνεσθαι πυκνὸν ἐκ μαλακῆς τῆς γονῆς οὔσης ἑκατέρας. *Empedocles verò causam dicit, miscellam seminum fieri densam, ex molli vtraque genitura existente.* Longè aliam ille causam affert. libri 5. cap. 14. ἐμπεδοκλῆς διὰ τὴν σμικρότητα καὶ ταπεινότητα, καὶ στενότητα τῆς μήτρας καταστραμμένως προσπεφυκυίας τῇ γαστρί, μήτε τοῦ σπέρματος εὐθυπορῶντος εἰς αὐτήν, μήτε εἰ καὶ φθάσειεν αὐτῆς ἐκδεχομένης. *Empedocles ob paruitatem & depressionem, & angustiã vteri inuersè ventri adnati, nec semine rectà ingrediente in ipsum, neque etiam si perueniret, ipso suscipiente.* Ex quibus profectò totũ illud toto cap. extensum crimẽ tollitur. Quod verò est lib. 4. cap. 1 nõ ab alijs, sed ab ipsomet Aristotele tollitur, antequã eius cap. disputationẽ cõcludat. καθάπερ ἐμπεδοκλῆς τὰ μὲν γὰρ εἰς θερμὴν ἐλθόντα τὴν ὑστέραν ἄρρενα γίνεσθαι, τὰ δ᾽ εἰς ψυχρὰν θήλεα. *Sicut Empedocles, quæ n. in calidã matricem venerint, masculã g. g. i: quæ aũt in frigidã, fœminas* Et mox. τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐμπεδοκλῆς ῥαθυμότερον ὑπείληφεν, οἰόμενος θερμότητι καὶ ψυχρότητι διαφέρειν μόνον. *Hoc enim reuera Empedocles segnius apprehẽdit, existimãs frigiditate & caliditate differre tantum.* Quod etiam hic improbat, procedente tamen disputatione, largitur aliquid, sic scribens: τὸ μὲν οὖν θερμότητα καὶ ψυχρότητα αἴτιον οἴεσθαι τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος, καὶ τὸ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν δεξιῶν γίνεσθαι, ἢ τῶν ἀριστερῶν, ἔχει τινὰ λόγον. *Caliditatẽ sanè & frigiditatem causam existimare maris & fœmina, & secretionem à dextris fieri vel sinistris, habet aliquam rationem.* Tandem versus finem post instrumentorũ quorundam suppositiones, cum Empedocle in eandem venit ipse sententiam. ὑποκειμένων δ᾽ ὑποκειμένων ἴσως ἂν ἤδη μᾶλλον εἴη φανερὸν δι᾽ ἣν αἰτίαν γίνεται τὸ μὲν θῆλυ τὸ δ᾽ ἄρρεν. ὅταν γὰρ μὴ κρατῇ ἡ ἀρχή, μήτε δύνηται πέψαι δι᾽ ἔνδειαν θερμότητος, μὴ δ᾽ ἀγάγῃ εἰς τὸ ἴδιον εἶδος τὸ αὑτοῦ, ἀλλὰ ταύτῃ ἡττηθῇ, ἀνάγκη εἰς τοὐναντίον μεταβάλλειν. ἐναντίον δὲ καὶ τῷ ἄρρενι τὸ θῆλυ. *His suppositis fortè magis fuerit manifestum, quam ob causam gignitur, hoc quidem fœmina, hoc verò masculum. Quando enim non superet principium, & nequeat coquere ob defectum caliditatis, nec perduxerit in propriam ipsius formam, sed hac vincatur, necesse est in contrarium mutare, contrarium autem etiam mari est fœmina.* Quæ cum ab eo dicantur, quid aliud est dicere quàm marem & fœminam, ob maiorem & minorem calorem gigni, minor autem maioris respectu rationem frigiditatis habet. Cur verò tantus philosophorum Deus in metaphorarum etiam friuolam reprehensionem descendit, eiusdem libri capite 8. ἐμπεδοκλῆς δ᾽ οὐκ ὀρθῶς ὑπελάμβανεν, ἢ οὐκ εὖ μετήνεγκεν ποιήσας ὡς τὸ γάλα μηνὸς ἐν ὀγδοάτου δεκάτῃ πύον ἔπλετο λευκόν. σαπρότης γὰρ καὶ πέψις ἐναντία, τὸ δὲ πύον σαπρότης ἐστί, τὸ δὲ γάλα τῶν πεπεμμένων. *Empedocles non rectè putauit vel non benè transtulit canẽs. Mensis in octaui, decima pus exitit album. Putredo enim, & concoctio contraria, pus autem putredo est, lac verò concoctorum.* At libro de clementorum actione Aristoteles πέψει *concoctioni*, non *putred:nem* σαπρότητα, *sed cruditatẽ* ὠμότητα contrariam fecit. πέπανσις γὰρ ἐστὶ πέψις τις, *Maturatio est concoctio quadam.* Et postcà. ὠμότης δ᾽ ἐστὶ τὸ ἐναντίον. *Cruditas verò est contrarium.* De metaphora autem capite 22. poetices ita scribit. τὸ γὰρ εὖ μεταφέρειν τὸ ὅμοιον θεωρεῖν ἐστί. *Benè enim trãsferre, simile videre est.* An non pus colore & consistentia lacti ferè simile est? & medici pus, concoctam putredinem vocant. Cur ergo Empedocles recta metaphora non est vsus, si hæc similia in concoctione, consistentia, colore sunt? Hæ sunt Empedoclis criminationes omnes, ad quas diluendas adferre aliquid potuimus, reliquas missas fecimus, quia nec Empedoclis, cuius paucula superuixerunt fragmẽta, nec aliorum authorum testimonijs vti quiuimus. Anaxagoram nunc in discussionem vocemus. Cui Aristoteles tria huic vltimo Empedocleo crimina similia obijcit, initio 1. de generatione. τὴν οἰκείαν φωνὴν ἠγνόησε. *Propriam vocẽ ignorauit*, generationis scilicet. Et libro de Ente 8. capite 6. quòd nescierit loco nominis μικρότητι *paruitate*, vti nomine ὀλιγότητι, *paucitate*, vt oportebat. Et 1. de cœlo cap. 3 Ἀναξαγόρας δὲ καταχρῆται τῷ ὀνόματι τούτῳ οὐ καλῶς, ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ πυρός. *Anaxagoras abusus est nomine hoc non bene, nominat enim atherem pro igne.* Attamen quod hic vituperat, 1. meteoro cap. 3. laudat. ὁ γὰρ λεγόμενος αἰθὴρ παλαιὰν εἴληφε τὴν προσηγορίαν, ἣν Ἀναξαγόρας μὲν τῷ πυρὶ ταὐτὸν ἡγήσασθαί μοι δοκεῖ σημαίνειν. τά τε γὰρ ἄνω πλήρη πυρὸς εἶναι κἀκεῖνος τὴν ἐκεῖ δύναμιν αἰθέρα καλεῖν ἐνόμισε. τοῦτο μὲν ὀρθῶς νομίσας. *Is enim qui appellatur ather, antiquam accepit appellationem, quam Anaxagoras sanè igni idem putasse mihi videtur*

Anaxagora defensio.

*significare, supera enim plena ignis esse, ipseque eam quæ ibi est potentiam ætherem vocare putauit*: hoc quidem rectè decernens, hic ergo laudat quod ibi vituperauerat. Sed cum hic dicatur, eum ignem & ætherem idem putasse, cur ibi dicit abusum eo nomine, æthera pro igne sumēs? Hæc sanè testantur quoque non fuisse hæc ab Aristotele recognita Cum ipsemet 1. de Elementis cap. 3. scripserit, τὸ γὰρ πῦρ καὶ τὸν αἰθέρα προσηγόρευε ταὐτό. *Ignem & æthera appellat idem.* quia idem esse putauit, vt Plutarchus 1. libro cap 13 placitorum est attestatus. τὸν περικείμενον αἰθέρα πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν. *Circumfusum æthera igneum esse secundum essentiam.* Sed 1. Physico cap. 4 maioribus in rebus eum exagitat, quod scilicet dixerit, omnia in omnibus esse. At quis putet dixisse eum carnem esse in lapide? aut elephantum in formica? Sed Aristotelica sententia nonne idem concludetur? Materia eius prima nonne omnia est potentia? eaque potentia, omnes formæ eruuntur? Eadem potentia ad omnia est in parte materiæ, quæ in tota materia, ex tota materiæ potentia omnes formæ extrahuntur, omnes etiam extrahentur ex potentia materiæ partis. Ita ex mei corporis materia, & elephas & formica, & ignis & glacies, & omnes deniq; etiā contrarissimæ formæ eruentur. Quo nihil ridiculosius videri potest. At si tamen verum est, in Aristotelis philosophia, cur ab Aristotele in Anaxagoræ philosophia verum quoque suum irridetur? Inuehitur in homœomerias Anaxagoreas, suas sanctas habet. Quid enim aliud quàm ipse quoque ex homœomerijs vniuersum constituit? Anaxagoreisq; secretionibus ac vocibus etiam vtitur 4. libro de elementorum actionibus, cap. 10 λέγω δ' ὁμοιομερῆ, οἷον τά τε μεταλλευόμενα, χρυσὸν, χαλκὸν, ἄργυρον, καττίτερον, σίδηρον, λίθον, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, καὶ ὅσα ἐκ τούτων γίγνεται ἐκκρινόμενα, καὶ τὰ ἐν τοῖς ζῴοις καὶ φυτοῖς, οἷον σάρκες καὶ ὀστᾶ. *Dico autem homœomerea, veluti metalla, aurum, æs, argentum stannum, ferrum, lapidem, & alia talia, & quæcunque ex his fiunt per secretionem & ea quæ in animalibus & plantis, & carnes, & ossa.* At Anaxagoras quoque fuerat vsus, vt ipse eo cap. his nominibus, ἐκκεκριμένον, *secretum*, & carnis, οἷον ἐκ σαρκὸς ὕδωρ ἐκκεκριμένον. *Vt ex carne, aqua secreta.* Idem ergo dogma vtriusque, & Aristoteles ex talibus vniuersum constituit cap 12. eiusdem libri, in his verbis. ἐκ μὲν γὰρ τῶν στοιχείων τὰ ὁμοιομερῆ, ἐκ τούτων δ' ὡς ὕλης, τὰ ὅλα ἔργα τῆς φύσεως. *Ex elementis quidem homœomerea, ex his verò, vt ex materia, vniuersa opera naturæ.* Non est ergo iure Anaxagoras ab Aristotele eiusdem dogmatis consorte, constructore, reprehensus. Sed tertio loco idem vir ab eodem viro carpitur. οὐκ ὀρθῶς δ' οὐδὲ τὴν γένεσιν λαμβάνει ἐκ τῶν ὁμοειδῶν. *Non rectè verò generationem accipit ex eisdem formis.* At ipse hoc quoque dogma, vt prius, arripit, 1. de Generatione ca. 5. γίνεται μὲν οὖν ἁπλῶς ἕτερον ἐξ ἑτέρου, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις διώρισται, καὶ ὑπό τινος δ' ἐντελεχείᾳ ὄντος, ἢ ὁμοειδοῦς, ἢ ὁμογενοῦς, οἷον πῦρ ὑπὸ πυρὸς ἢ ἄνθρωπος ὑπὸ ἀνθρώπου: *Generatur quidem simpliciter aliud ex alio, vt in alijs est determinatū, & ab aliquo actu existente vel eiusdem speciei, vel eiusdem generis, vt ignis ab igne, & homo ab homine.* Quæ prorsus est & Anaxagorea, & Aristotelea doctrina, ab Aristotele tamen in Anaxagora reprehēsa, in se laudata. Quarto loco, mentem illam opificem ab Anaxagora vt alibi ait per machinam in Scenam inductam, tanquam fatuam obiurgat ὡς ἄπορος τὰ ἀδύνατα ζητῶν ὁ νοῦς. *Itaque absurda, impossibilia quærens mens.* Cui menti tamen veluti huius iurgij pœnitentia ductus 1. de Anima, multa præclarissima adscribit. πλὴν ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθησι μάλιστα πάντων. μόνον γοῦν φησὶν αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι καὶ ἀμιγῆ καὶ καθαρόν. *Præterquam principium mentem ponit maximè omnium, solam enim ait ipsam entium simplicem esse, & immixtam & puram.* Quod dogma ipse etiam est amplexus libro 3. de Anima cap. 4. ἀνάγκη ἄρα, ἐπεὶ πάντα νοεῖ, ἀμιγῆ εἶναι, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῇ. *Necesse est ergo, quia omnia intelligit, immixtam esse, vt ait Anaxagoras, vt imperet.* Et posteà εἰ ὁ νοῦς ἁπλοῦν ἐστι καὶ ἀπαθὲς, καὶ μηδενὶ μηδὲν ἔχει κοινὸν, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας. *Si mens simplex est, & impassibilis, & nulli quicquā habet commune, vt ait Anaxagoras.* Hanc igitur talem & tam præstantem mentem velutι fatuam ab eo qui eā laudat atq; amplexatur, irrisam, quis ferat æqua mente? Nec minus excandescat philosophicus animus ob eam calumniā quæ est 3 physico cap. 5. Ἀναξαγόρας δ' ἀτόπως λέγει περὶ τῆς τοῦ ἀπείρου μονῆς· στηρίζειν γὰρ αὐτὸ αὑτό φησι τὸ ἄπειρον. τοῦτο δ' ὅτι ἐν αὑτῷ· ἄλλο γὰρ οὐδὲν περιέχει, ὡς ὅπου ἄν τι ᾖ, πεφυκὸς ἐνταῦθα εἶναι. τοῦτο δ' οὐκ ἀληθές. *Anaxagoras verò absurdè dicit de infiniti mansione: stabilire enim ipsum seipsum, ait, infinitū, hoc verò quia in seipso, aliud enim nihil ambit vt vbi quid forte fuerit*

natum

*natum, ibi esse, hoc autem non est verum.* Eadem iniuria est hæc, cum iniurijs Xenophanis, Parmenidis, Zenonis, Melissi. Hoc enim infinitum mens opifex illa est Anaxagoræ, de qua scribit Simplicius: ὁ νοῦς δ' ἐστὶν ἄπειρον, καὶ αὐτοκρατὲς, καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ἐστι. *Mens verò est infinitum, & per se potēs, & miscetur nulli rei sed sola ipsa in se ipsa est.* Si mens hoc infinitum est, cur Anaxagoras, ἀτόπως *absurdè* dicere induscitur? Et cur à philosopho dicitur, τοῦτο δ' οὐκ ἀληθές? *hoc nō est verū*: quod tamē maximè omniū verū est? Sed si nihil cū vlla re habet cōmune mēs ista infinita, cur cū physico infinito cōturbatur? eiusq; loco nobis inculcatur, præter ius fasq; omne. Democritus accedat. quid illi Aristoteles opponat audiamus. 1. physico cap. 2. & 3. physico cap. 4. & 1. de Elementis cap. 4. alibi etiam ait, Democritū infinita principia rerum naturæ statuisse. Attamen inuenimus locum apud Aristotelem quo narrat, vnum principium ab eo positum fuisse. corpus scilicet quoddam cōmune id est 3. physici iam dicto cap. 4. in quo scribit, mox post illa infinita principia. Δημόκριτος δ' οὐδὲν ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεσθαι τῶν πρώτων φησίν, ἀλλ' ὅμως αὐτό τὸ κοινὸν σῶμα ἁπάντων ἐστὶν ἀρχή, μεγέθει κατὰ τὰ μόρια καὶ σχήματι διαφέρον. *Democritus verò nullū primorū aliud ex alio fieri dicit, sed nihilominus ipsum commune corpus omniū est principium rerum, magnitudine per partes & figura differens.* An hoc, Aristotelicum quoque dogma est? materiam vniuersam ἄποιον *inqualificatum* corpus, esse omnium principium rerum, quæ inter se magnitudine & figura differentes, vniuersum constituunt? atomique illi Democritici quid aliud sunt, quàm formæ rerum sui natura indiuisibiles ac insecabiles, in materia prius latitantes, deinde materiam externè exornantes? At is Democritus, qui ab Aristotele obiurgatur, quòd infinita principia statuerit, quodque vnum commune corpus vt ipse fecerat, principium omnium rerum esse dixerit 1 physico cap. 5. laudatur. quia ipse quoq; vt cæteri omnes physici duo contraria principia posuerit. καὶ Δημόκριτος τὸ στερεὸν καὶ κενόν, ὧν τὸ μὲν ὡς ὂν τὸ δ' ὡς οὐκ ὂν εἶναί φησι. *Et Democritus solidum & vacuū, quorum aliud quidem vt ens, aliud vt non ens esse dicit.* Ita ex hac tam varia Democriticorū principiorum recēsione, quid nam reuera Democritus, an infinita an vnum an duo contraria principia constituerit, statuere nequeamus. At illud quod est, 1. de elementis cap. 4. de Leucippo & Democrito, φασὶ γὰρ εἶναι τὰ πρῶτα μεγέθη, πλήθει μὲν ἄπειρα μεγέθει δ' ἀδιαίρετα. καὶ οὔτ' ἐξ ἑνὸς πολλὰ γίνεσθαι οὔτ' ἐκ πολλῶν ἕν. ἀλλὰ τῇ τούτων συμπλοκῇ καὶ περιπλέξει πάντα γεννᾶσθαι. *Dicunt enim esse primas magnitudines, multitudine quidem infinitas, magnitudine verò indiuisibiles, & nec ex vno multum fieri, nec ex multis vnum, sed horum complexione, & circumplexu omnia gigni.* Contrarium prorsus est illi, quod est capite 7. sequenti. οἱ μὲν οὖν περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Δημόκριτον λανθάνουσιν αὐτοὶ ἑαυτοὺς, οὐ γένεσιν ἐξ ἀλλήλων ποιοῦντες ἀλλὰ φαινομένην γένεσιν, ἐνυπάρχον γὰρ ἕκαστον ἐκκρίνεσθαί φασιν, ὥσπερ ἐξ ἀγγείου τῆς γενέσεως οὔσης. *Empedocles & Democritus latent ipsi seipsos, generationem non ex entibus ad inuicem facientes sed apparentem generationem. Inexistens enim vnum quodque, secerni aiunt tanquam ex vase generatio sit.* Contraria enim proculdubiò sunt, complexio. & circumplexus, secretioni Libro de sensu cap. 2. Δημόκριτος δ' ὅτι μὲν ὕδωρ εἶναι φησὶ λέγει καλῶς, ὅτι δ' οἴεται τὸ ὁρᾶν εἶναι τὴν ἔμφασιν, οὐ καλῶς. *Democritus verè quòd quidem aquam esse dicat, bene dicit quòd verò putet visionem esse emphasim, non bene.* At Theophrastus libro de sensu nuper impresso, quanquàm præceptorem Aristotelem imitatus, veterum non paucorum dogmate eo confutat: non tamen eandem Democriti opinionem affert. ait autem: ὁρᾶν μὲν οὖν ποιεῖ τῇ ἐμφάσει, ταύτην δ' ἰδίως λέγει· τὴν γὰρ ἔμφασιν οὐκ εὐθὺς ἐν τῇ κόρῃ γίνεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀέρα τὸν μεταξὺ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὁρωμένου τυποῦσθαι. *Videre quidem facit emphasi, hanc verò propriè dicit. Emphasin enim non statim in pupilla fieri, sed aerem intermedium visus & rei visa figurari.* Longè autem aliud est dicere emphasim esse visionem, & visionem fieri emphasi. illud enim identitatem notat, hoc diuersitatem actus, & proximi obiecti. qualis est emphasis hæc theophrastica. contra quam multis verbis inuehi videtur, vel potius contra Typosim figurationem in aere factam. cum tamen nihil aliud eam essa Democritus voluerit, quàm speciem illam, non Aristotelicam (nihil enim Aristoteles de ea) sed Alexandream. testes pro Democrito sunt Plutarchus atque Aetius vnanimiter ita scribentes; Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, κατὰ εἰδώλων εἰσκρίσεις ᾤοντο τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν. *Democritus, Epicurus, per idolorum ingressus putarunt visiuum euenire.* Idola autem hæc non aliud sonant, quàm species

Democriti defensio.

illas, quæ per medium diaphanum in oculos incurrere ab Alexandro cōtenduntur. sed quod Aristoteles subdit: ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ ἐπελθεῖν αὐτῷ ἀπορῆσαι διὰ τί ὀφθαλμὸς ὁρᾷ μόνον, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἐν οἷς ἐμφαίνεται τὰ εἴδωλα. *Absurdum etiam quod illi non venerit in mentem dubitare, cur oculus videt solus, aliorum verò nullum in qua apparent idola.* irrisorem potius arguit quàm philosophum. quod cap. 4. ait, Δημόκριτος δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων ὅσοι λέγουσι περὶ αἰσθήσεως, ἀτοπώτατόν τι ποιοῦσι, πάντα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιοῦσι. *Democritus, & plurimi physiologorum, quicunque loquantur de sensu, absurdissimum quiddam faciūt. omnia enim sensibilia tactilia faciunt.* Id nequaquam discipulus eius fatetur Theophrastus. qui eo quem diximus libello ex professo, antiquorum, Parmenidis, Empedoclis, Heracliti, Anaxagoræ, Alcmæonis, Clidemi (huius nusquam Aristoteles meminit) Diogenis, Democriti, Platonis opiniones de sensibus recensendas sumens, nihil tale vel de his omnibus, vel de Democrito, scripsit: At etiam si scripsisset, si verum id esset, eos eius sententiæ fuisse, an error hic esset? de tactus obiectis, de saporibus, Aristoteles fatetur, tactu sentiri. Quid odores, soni? nonne aerem ijs affectum, vel commotum tangere sensorium necesse est, si sensatio sequi debeat? Quid illa species visibilis, nonne in omni eo aere, qui interiacet ab obiecto vsque ad oculum; inque illa eius aeris superficie, quæ pupillam tangit; fitque visio per aeris specie affecti contactum? nisi vel vacuum inter eam superficiem, & pupillam admittamus, vel speciem, non in toto eo aere esse? talem omnium sensum contactum, si antiqui, & Democritus putarunt, curculpandi fuerunt, cum rem dixerint quàm Aristoteles fatetur? Aristotelici docent? natura contendit? Hæc tribus physiologis celeberrimis obiecta ab Aristotele crimina theologica partim, partim naturalia sunt, quibus vel ex Aristotele ipso, vel illorum fragmentis, vel aliorum authorum testimonijs dissoluere potuimus. Quæ verò a nobis non sunt in discussionum vocata, ea sunt quæ & Aristotelis, & ipsorum phylosophorum, vel aliorum scriptorum testimonijs caruerunt. Quæ tamen omnia, vti ex discussis atque ex discutiendis post hac, nobis persuadere possumus, eadem lance Aristotelem perpendisse, rationi videtur consentaneum.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI III LIBER III.

### *ARISTOTELICAE CONTRA PYTHAGOREOS obiectiones, earumque solutiones.*



PYTHAGOREOS nomine hoc, nō vno in loco Aristoteles est persecutus, eas persecutiones, quotquot poterimus, perpendemus, vt cognoscatur, an æquiori in hosce viros animo, quàm in præcedentes 7. philosophos magnos fuerit: ac quantum ab his quoque voluerit discrepare. Rem ergo aggrediamur, Singulis ferè annis in Italicis Peripateticorum scholis, quæstio de sex cœli distantijs, quæ est apud Aristotelem libro de cœlo 2. magnis ingeniorum contentionibus agitatur. Nemo tamen quòd quidem ipse audiuerim, aut cuius scripta legerim, id quod in ea quæstione est, animaduertit. Habet Aristoteles eo libro cap. 2. hæc verba: Διὸ καὶ τῶν Πυθαγορείων ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι δύο μόνας ταύτας ἀρχὰς ἔλεγον, τὸ δεξιὸν, καὶ τὸ ἀριστερὸν, τὰς δὲ τέτταρας παρέλιπον, οὐδὲν ἧττον κυρίας οὔσας. *Ideo Pythagoreos quis admiretur, quod duo sola hæc principia dixerint. dextrum & sinistrum, quatuor verò reliquerunt, cum nō sint minus principalia.* Quatuor autem hæc principia, eos non reliquisse, ipsemet sub finē capitis einsdem attestatur, his verbis: ἢ ὡς οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσι. ἐκεῖνοι γὰρ ἡμᾶς, ἄνω τε ποιοῦσι καὶ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει, τοὺς δ' ἐκεῖ κάτω, καὶ ἐν τῷ ἀριστερῷ. *Vel sicut Pythagorei aiunt:*

*illi*

*lli enim nos sursum faciunt & in dextra parte, eos verò qui ibi sunt, deorsum & in sinistra.* Si ergo Pythagorei ponunt sursum & deorsum, duo de quatuor quæ dicebantur ab eis relicta, qua veritate accusantur, quatuor eos omisisse? Imò verò sex oēs positiones & agnouerunt, & docuerūt, ipsomet Aristotele teste. Sic attestante Simplicio commentario ad hunc locum hisce verbis: τὸ γὰρ δεξιὸν καὶ ἄνω καὶ ἔμπροσθεν ἀγαθὸν ἐκάλουν, τὸ δὲ ἀριστερὸν καὶ κάτω καὶ ὄπισθεν κακὸν προσηγόρευον ὡς αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ συλλογῇ τῶν τοῖς Πυθαγορείοις ἀρεσκόντων διηγήσατο. *Dextrum enim, & sursum & ante, bonum vocabant sinistrum verò, & deorsum & retrò, malum appellabant. Sicuti ipsemet Aristoteles in collectione eorum quæ Pythagoreis placebant, narrauit.* Sex ergo cœli positiones nouerant Pythagorei. id Aristoteles cognouit, ac scriptis suis est attestatus, attamen sic eos accusare libuit, quòd de sex quatuor omitterent, cur id, philosophus veritatis amans, contra veritatem? Excusat eum Simplicius solita excusatione, quod scilicet, non dogmata ipsa, sed apparentiam in eorum verbis redarguat. Huic excusationi libro præcedente est à nobis occursum.

HARMONIA.

Capite deinde 9. accusatur corporibus cœlestibus harmonia tributa, omnes interpretes excipiunt, ea contra Pythagoreos dici, inter quos etiam hic idem Simplicius, attamen versus commentarij finem inquit, ἢ οὐκ οἶδα τινάς, οὐ γὰρ διαῤῥήδην ἐνταῦθα περὶ τῶν Πυθαγορείων φησί. *Vel nescio quos, neq; enim nominatim hic de Pythagoreis dicit.* Quare cum ij nomine non adducantur, nos quoque hunc locum præteribimus. Est eodem libro cap. 13. satis longa redargutio Pythagoreorum de terræ, atque antichthonos situ ac motu. Quam Simplicius idem Aristotelis amator atq; excusator perpetuus. non legitimè ab Aristotele exceptam confitetur. ait enim commentario 47. καὶ οὕτω μὲν αὐτὸς τὰ τῶν Πυθαγορείων ἐξέλαβεν. οἱ δὲ γνησιώτερον, αὐτῶν μετασχόντες. &c. *Et sic sanè ipse Pythagorea excepit, qui verò ingenuè magis ab ipsis recipiunt.* Symbolum hic agnoscere eos scribit, de illius more scholæ. τὸ μὲν πῦρ ἐν τῷ μέσῳ φασὶ τὴν δημιουργικὴν δύναμιν ἐκ τοῦ μέσου ὅλην τὴν γῆν τρέφουσαν, καὶ τὸ ψυχόμενον αὐτῆς ἀνεγείρουσαν. διὸ οἱ μὲν Ζηνὸς πύργον αὐτὸ καλοῦσιν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς διηγήσατο. οἱ δὲ Διὸς φυλακὴν, ὡς ἐν τούτοις, οἱ δὲ Διὸς θρόνον, ὡς ἄλλοι φασίν. ἄστρον δὲ τὴν γῆν ἔλεγον, ὡς ὄργανον καὶ αὐτὴν χρόνου. *Ignem quidem in medio aiunt, opificem potentiam è medio, totam terram nutrientē & frigidum eius excitans. Quare alij Iouis turrim, ipsum vocant, sicut ipse in Pythagoricis exposuit, alij Iouis custodiam vt in his, alij Iouis thronum, vt alij referunt. Astrum verò terram dicebant, veluti instrumentum & ipsam temporis.* Symbolicè ergo, mysticè, allegoricè ipso etiam bis teste, hæc à Pythagoreis dicebantur. cur ergo accusantur præter veritatem, à philosopho veracis nomen profitente? cur argutiolis insectantur? Sed non libenter ab his desistit, aliud cauillum in eosdem nectit 1. de elemētis cap. 1. ἔνιοι γὰρ τὴν φύσιν ἐξ ἀριθμῶν συνιστᾶσιν, ὥσπερ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινές. *Quidam enim naturam ex numeris constituunt: veluti aliqui Pythagoreorum.* Sed quoniam in numeros incidimus, ac omnes posthac recensendæ à nobis sunt obiectiones, quæ numeros habent, operæ precium non minimum esse arbitror, præfari huic rei quædam, ex quibus pateat, quid sibi Pythagorei cum his numeris voluerint. Id enim magnos quoque viros, torquere solitum esse, non est obscurum. Multosque se potius omnes, Peripateticos ab hinc CCCC annis esse persuasos, tam stolidos philosophos Pythagoreos fuisse, vt reuera putarent rerum naturas, numeris hisce phantasticis, quibus numeramus, constare. Id persuasi sunt, ex tam multis obiectionibus, quibus Aristoteles in eos inuehitur: nihil aliud sibi aut cogitandum aut quærēdum existimantes, quàm quæ Aristoteles, quacunque ratione scripsisset. At postquàm viri huius cuspis tam graue vulnus Pythagoreis inflixit non aliunde mihi medela illis quærenda est, quàm vt eodem cuspide, sicuti olim Telepho illi accidit, conualescant. Non afferam igitur huc, cuiusquam vel Pythagoreæ vel alterius sectæ, aut scholæ philosophos. *Pythagorei numeri declarantur.* Aristotelem ipsummet adhibebo, atque amantissimos illius admiratores. Illud præfabor, Pythagoram, Aegyptios, ac Chaldæos, à quibus doctrinas suas hauserat, vti antecedente libro tetigimus, imitatum, velamentis quibusdam scientias texisse, ne, si inuulgarentur, passim cuiuis de plebe segni ac nequā homini innotescerēt. Velamēta hæc duplicis generis fuere. Ea scilicet quæ Plutarchus, ac Iamblichus nobiles authores Symbola appellare, quale illud, Gladio ignem ne fodito, vulgari via ne ince-

dito,& consimilia:Tum mathemata;atq; hæc triplicia, numeri, figuræ, harmoniæ. His non aliter Pythagoras vsus est,quàm Orpheus fabulis,Aegyptij Hieroglyphicis. Plus dicam Pythagoræ hæc fuisse,loco secreti cuiusdam ac figurati sermonis,eadem vi ac ratione,qua libro Perihermenias,voces esse animæ passionum symbola dicuntur.Et literæ eorum,quæ in voce sunt,sic numeri,figuræ,harmoniæ symbola cogitationum Pythagoræ fuerunt.Id verum esse ostendam,omittam Nicomachi,ac Anatolij Theologumena numerorum:Plutarchi,Iamblichi,Syriani, Procli, aliorumq; maximorum philosophorum vel intercisas,vel continuatas enarrationes.Aristotelem ipsum in manus sumam,is nobis quæ quærimus aperiet. Ac primo loco,locus vltimo loco, ab eo reprehensus id manifestum facit , non quidem mathematico, sed priore illo symbolico sermonis genere. Cum mundi medium testatur à Pythagoreis Iouis custodiam fuisse appellatum. τὸ δὲ μέσον εἶναι πάντων ἡ Διὸς φυλακὴν ὀνομάζουσι.Nec non Διὸς πύργον,*Iouis Turrim*,quod Simplicius ex Aristotelica Pythagoreorum placitorum collectione attulit. Qua loquendi ratione,cum inter sese differerent.si Iouis turrim dixisset quis,alij statim medium intelligebant vniuersi. Ita cum colorem dicerent , superficiem intelligebant, ita Aristotele exponente libro de sensu cap.3 καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὴν ἐπιφάνειαν χροιὰν ἐκάλουν. Et 2.Nicomachio cap.6. τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου,ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον,τὸ δ᾽ ἀγαθὸν,τοῦ πεπερασμένου.:*Malum enim infiniti vt Pythagorei assimilabant,bonum verò finiti.*Id autem positum est ab eis in illa Syzygia,quæ commentarijs in 3.de Natura affertur à Themistio,à Philopono,à Simplicio ex Aristotelis alijs scriptis,Et ab Aegeo Alexandro in primùm de Sapientia, Bonum,Impar,Finis,Vnum,Dextrum,Lux,Mas,Quiescens,Rectum,Quadratum.Et his contraria,Malum.Par,Infinitum,Multitudo,Sinistrum , Tenebræ,Fœmina, Motus, Curuum,Quadrangelum. Sed illustris hac de re est locus 1.Sapientiæ ca.5.quem totum,quia maximè ad rem faciat,huc transcribam. ἐν δὲ τούτοις καὶ πρὸ τούτων οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι τῶν μαθημάτων ἁψάμενοι πρῶτοι,ταῦτα προήγαγον,καὶ ἐντραφέντες ἐν αὐτοῖς, τὰς τούτων ἀρχὰς,τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν εἶναι πάντων.ἐπεὶ δὲ τούτων οἱ ἀριθμοὶ φύσει πρῶτοι, ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι καὶ γιγνομένοις μᾶλλον ἢ πυρὶ καὶ γῇ καὶ ὕδατι,ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος, δικαιοσύνη.τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ,καὶ νοῦς.ἕτερον δὲ καιρὸς,καὶ τῶν ἄλλων ὡς εἰπεῖν ἕκαστον ὁμοίως ἔτι δὲ καὶ τῶν ἁρμονικῶν ἐν ἀριθμοῖς ὁρῶντες καὶ τὰ πάθη καὶ τοὺς λόγους . ἐπεὶ δὴ τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἀριθμοῖς ἐφαίνετο τὴν φύσιν ἀφωμοιῶσθαι πᾶσιν,οἱ δ᾽ ἀριθμοὶ πάσης τῆς φύσεως πρῶτοι τὰ τῶν ἀριθμῶν στοιχεῖα τῶν ὄντων στοιχεῖα πάντων εἶναι ὑπέλαβον.καὶ ὅσα εἶχον καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν,ἁρμονίαν εἶναι,καὶ ἀριθμῶν ὁμολογούμενα δεικνύναι,ἔν τε τοῖς ἀριθμοῖς καὶ ταῖς ἁρμονίαις πρὸς τὰ τοῦ οὐρανοῦ πάθη,καὶ μέρη,καὶ πρὸς τὴν ὅλην διακόσμησιν ταῦτα συνάγοντες,ἐφήρμοττον . κἂν εἴ τί που διέλειπον,προσεγλίχοντο τοῦ συνηρμοσμένην πᾶσαν αὐτοῖς εἶναι τὴν πραγματείαν.λέγω δ᾽ οἷον, ἐπειδὴ τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ καὶ πᾶσαν περιειληφέναι τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν,καὶ τὰ φερόμενα κατὰ τὸν οὐρανὸν,δέκα μὲν εἶναι φασὶν,ὄντων δ᾽ ἐννέα μόνον τῶν φανερῶν.διὰ τοῦτο δεκάτην τὴν ἀντίχθονα ποιοῦσι.διώρισται δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἀκριβέστερον.*In his verò,& ante hos,ij qui Pythagorei vocantur, mathemata tractantes,primum hac prouehebant,& innutriti in ijs,horum principia , entium principia existimarunt esse omnium. Et cum horum numeri sint natura primi , in numeris videbantur conspicere similitudines multas entium & genitorum, magis, quàm in igne & terra,& aqua,quia talis hæc numerorum passio,iustitia. & hæc talis anima , & mens,aliud verò occasio,& aliorum,vt verbo dicam,vnumquodque similiter. Adhuc etiã harmonicorum videntes in numeris & passiones & rationes. Quandoquidem alia quidem numeris omnibus videbantur naturam similem habere,numeri verò vniuersa natura primi numerorum elementa entium omnium elementa esse putarunt . Et quæcunque habebant & vniuersum cælũ,harmoniã esse , & numerorũ conformia demonstrare in numeris & harmonijs ad cæli passiones & partes,& ad vniuersi conformationem colligentes hæc accommodabant.Et si qua in re alicubi deficiebant, multum gliscebant vt consonum sibi totũ opus esset.Dico autem,veluti,cum perfecta decas esse videatur,& omnem numerum , naturam comprehendisse , lata quoque in cælo decem esse dixerunt, cum tamen nouem tantum sint apparentia,ac propterea decimam antichthona faciunt:determinatum verò à nobis in alijs est de his exactius.* Ex quo loco multa habemus,sed illud præcipuum quod demonsttare assumpsetamus.Pythagoreos scilicet numerorum similirudines ( ὁμοιώματα vocat ipse)rebus accommodasse,ita vt aliam similitudinem, iustitiam, aliam

animam,

animam, aliam mentem, aliam occasionem. Quam rem ipsam iterum capite 7. confirmat, his verbis: *ἀριθμὸν δ' ἄλλον μηδένα εἶναι παρὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐξ οὗ συνέστηκεν ὁ κόσμος. ὅταν γὰρ ἐν τῷδι μὲν τῷ μέρει δόξα καὶ καιρὸς αὐτοῖς ᾖ, μικρὸν δ' ἄνωθεν ἢ κάτωθεν ἀδικία καὶ διάκρισις, ἢ μίξις.* *Numerum quidem alium nullum esse prater eum ex quo constat mundus. Quando enim in hac parte opinio, & occasio ipsis fuerit, parum verò superius vel inferius iniustitia & secretio, vel mixtio.* In quibus, eadē ratione videntur aliū atq; aliū numerum, ex similitudine vocasse, opinionem, occasionem, iniustitiam, secretionē, & mixtionem. Et libro. 5. cap. 4. *οἱ δὲ πυθαγόρειοι πρότερον περὶ τινων ὀλίγων ὧν τοὺς λόγους εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆπτον, οἷον τί ἐστι καιρὸς, ἢ τὸ δίκαιον, ἢ γάμος.* *Pythagorei antea de quibusdam paucis, quorum rationes in numeros inferebant, veluti quid est occasio, vel iustum vel nuptia.* Ad locum superiorem Aegæus Alexander interpretum vetustissimus, commentaria scribens, ait, iustitiam Pythagoreos vocasse, numerum, quatuor vel nouem, occasionē verò & solem, & Mineruam ipsum septē. Quinq; verò, nuptias. vnum, mentem, & essentiam. Duo, opinionem, motum, impositionem, ob eas causas, quas ibi satis prolixè recenset. Et Philoponus in ijs commentarijs quos in Metaphysicos omnes scripsit, quos nos ex Cypro nobiscum attulimus, ad hunc locum ita scribit: *συμβολικῶς γὰρ οἱ Πυθαγόρειοι ἀριθμοὺς τὰ φυσικὰ εἴδη ἔλεγον. καὶ τούτους ἀρχὴν οὐχ ὑλικὴν, ἀλλ' ὁριστικὴν, ὅτι καὶ ὁ ἀριθμὸς ὁρίζει τὰ ἀριθμούμενα. ἔλεγον οὖν τὸ. Ε. δικαιοσύνην. ὡς μέσον τοῦ. Ι. καὶ τοῦ Α. τὸν δὲ. Ζ. καιρὸν. διὰ τοὺς. Ζ. σχηματισμοὺς τῆς σελήνης. τὴν δὲ μονάδα νοῦν ὡς ἀμερῆ. τὴν δὲ δυάδα ψυχὴν ἐπεὶ ἔνθεν, τῇ. τὸν δὲ Γ δόξαν. ἐπεὶ οὐχ ὥρισται, ἀλλὰ πρώτη ἐστὶν ἀδιαίρετος καὶ ἀβέβαιος, τὸν δὲ. Δ. τὸ ἁπλῶς σῶμα. τὸν δ' Ε. τὸ φυσικόν. τὸν δὲ. ς. τὸ ἔμψυχον σῶμα. διὰ γὰρ Γ. πρώτου περιττοῦ τῆς ψυχῆς, ἐκ δὲ τοῦ τοῦ σώματος. τὸν δὲ. Ι. κόσμον, ἐπεὶ δεκτικὸν τὸν μὲν τῶν ἀριθμῶν, τὸν δὲ τοῦ παντὸς σώματος. διὸ καὶ δέκα ἔλεγον τὰς σφαίρας, τῇ ἀπλανεῖ καὶ ταῖς ἑπτὰ τῶν πλανωμένων καὶ τῇ γῇ συνείροντες καὶ τὴν ἀντίχθονα.* *Symbolicè. n. Pythagorei dicebat, numerus naturales formas: & hos principiū nō materiale, sed definitiuū. quia etiā numerus terminat numerata. dicebant, ergo ipsum. 5. iustitiā. veluti mediū inter. 10. & 1. ipsum verò 7 occasionem seu tempus, ob septem luna figurationes. vnitatem verò mentem, vt impartibilem, dualitatem autem animam, quia hinc. illuc. ipsum verò. 3. opinionem. quia non fit terminata, sed primus est indiuisibilis & inconstans. ipsum verò. 4. corpus simpliciter. ipsum 5. physicum corpus. ipsum. 6 animatum corpus, quia per. 3. primo impari, animam, & pari corpore. ipsum autem. 10. mundum, quia susceptiuus, ille quidem numerorum, hic verò omnis corporis. Quare decem etiam dicebant sphæras, inerrabili, & septem errantibus & terra addentes antichthona.* Quæ expositio, quanquam diuersa sit ab Alexandrea, quadantenus, idem accidisse Pythagoricis his mathematis putandum est, quod Aegyptiorum hieroglyphicis. Quibus ob diuersas animalium vel plantarum proprietates, varias etiam rerum aliarum naturas significabant. Nec sunt vituperandi si mathematis *ἐντραφέντες innutriti*, ea prouexerūt: Quandoquidem vt Philoponus est author 1. analytico, Aristoteles laudatur, quia mathematum studiosissimus, ab eis nomina *ὅρος, σχῆματος, termini & figura*, partium propositionis, & syllogismi symbola fecit. Quibus addere licet. abecedaria illa terminorum symbola, à Geometris sumpta, quibus totam argumentandi artem, non minus, quàm Pythagorei, numeris, reliquisque symbolis alias scientias, obscurissimam reddidit. eodem fortè cum Pythagoreis studio, ne cuiuis de plebe innotescerent. Quod quidem ad votum est consecutus. Illud verò minimè verum esse existimo, quod Aristoteles asserit allato iam loco. *τὰς τούτων ἀρχὰς, τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν πάντων εἶναι.* *Horum* (numerorum) *principia, entium principia esse omnium existimarunt*. Et iterum *τὰ τῶν ἀριθμῶν στοιχεῖα, τῶν ὄντων στοιχεῖα πάντων εἶναι ὑπέλαβον'. Numerorum elementa entium elementa omniū esse putarunt.* Non enim putarunt, phantasticos numeros, esse rerum principia, & si quos numeros entium principia putarunt, alios quàm hosce, quibus numeramus, putarunt, ij verò sunt quos ibidem ait idem Aristoteles. *οἱ δ' ἀριθμοὶ πάσης τῆς φύσεως πρῶτοι. Numeri verò vniuersa natura primi.* Cuiusmodi est tetractys illa quam æternæ naturæ fontē appellarunt. *Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως. Ita per eum qui nostra anima dedit tetractyn fontem æterna natura.* Agnouerunt tales numeros atque eos sunt venerati Aristotelis amici Philoponus & Simplicius. Ille enim commentarijs in 1. de Anima cōm. 68. multa præclara de his numeris scribit. Quæ quia nimium prolixa sunt, vt huc transcribantur omnia, per

summa capita percurram. *Ἀριθμοὺς μὲν οὖν ἐκάλουν τὰ εἴδη. Numeros sanè vocabant formas.* Tum quia materiam interminatam terminant, vt numeri terminant numerata, tum quia formæ ab vna omnium principe forma proueniunt, sicuti numeri ab vnitate. Sed hi non sunt ij numeri, qui primi natura vniuersi ab Aristotele loco iam allato, dicebantur, sunt numeri secundarij, vel potius tertij, aut etiam quarti. Primi illi sunt, quos principia harum formarum Philoponus ibi subnectit. *ἀρχὰς δὲ τῶν εἰδῶν τούτων ἔλεγον τὴν μονάδα, καὶ δυάδα καὶ τριάδα καὶ τετράδα. Principia verò formarum harũ rum dicebant vnitatem, dualitatem trinitatem quaternitatem.* quæ simul decadem cõstituunt. *Δέκα δ' εἶναι ἔλεγε τὰς τετραδικὰς ταύτας ἀρχὰς καὶ κοινῶς ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι καὶ ἰδίᾳ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς, καὶ ἐν τοῖς φυσικοῖς, καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς. Decẽ dicebat esse quaternaria hæc principia, & communiter in entibus omnibus. & propriè, & in intelligibilibus, & in naturalibus, & in sensibilibus.* Dein quo pacto communiter principia essent exponit. *κοινῶς μὲν ἐπὶ πάντων μονὰς μὲν τὰ νοητά. Communiter quidem in omnibus, vnitas quidem intelligibilia, quia impartibilis sit eorum non solum essentia, sed etiam actio, in statu ac immobilitate sic. Dualitas autem Scientia & scibilia, quia scientia sit transitus à terminato ad terminatũ. Trinitas autem, naturalia vniuersalia, & opinabilia circa quæ opinio versatur. Vt enim naturalia, manentia quidem formis, contrarietatibus tamen hac & illac alterantur: ita opinio excitatur quidem à quopiam. non tamen terminatè fertur, sed hoc & illo modo, vt & falsa & vera esse possit. Quaternitas autem in sensibilibus singulis est: punctum vt vnitas: linea vt dualitas: superficies vt trinitas: corpus vt quaternitas. Hæc cõmuniter in omnibus entibus: Propriè verò in quoque entiu genere, alio hoc modo quaternaria ista principia sunt. Scilicet in intelligibilium entium genere, naturalium, sensibilium. In intelligibili prima vnitas, dualitas, trinitas, quaternitas, Idea cuiusque rei est, vt αὐτοζῷον per se animalis: atque hæc Idea principium aliorum animalium est, quæ per descensus proportionem ab eo procedunt, cælestium, naturalium, sensibilium. In quibus omnibus sint quaternaria hæc principia, à primis abscedentia prout longius à primis proportionaliter descendunt. Ideo in anima quoque, quæ hæc omnia cognoscit, esse quaterna hæc principia sui discessus modo, esseque in ea vnitatem, ipsam mentem, quæ cum sit impartibilis simplici intuitu cognoscit intelligibilia. Dualitas verò in anima est dianœa. hæc enim est quæ habet, vnde, quo, via quadam certa transiens à propositionibus ad conclusionẽ. Trinitas verò est opinio, quia hæc excitata ad aliquid cognoscẽdum dubitat, veluti duplex illi via occurrat, an hanc vel illam ingrediatur, ac vtrum affirmatio potius sit vera vel negatio. Quaternitas autem est, sensus & phantasia corporea cognitiones, corpori per quaternitatem significato correspondentes.* Eadem fermè à Simplicio Aristotelis itidem amico referuntur, nisi quod loco triũ generum entium, quatuor non in latum sed in profundum statuisse Pythagoreos affirmat genera. *νοητά, ἐπιστητά, δοξαστά, αἰσθητά Intelligibilia, scibilia, opinabilia sensibilia.* Per q̃ omnia, à supremo ad infimũ permeare asserebãt hæc eadẽ quaternaria formarum principia. Quæ omnia commentarijs suis in metaphysicos, (quibus hodie caremus) à se clarius fuisse exposita testatur. Illud addens ad confirmationem eorũ quæ superius contendebamus, Pythagoreos numeris, secretò, ac symbolicè vsos fuisse *οἱ δ' ἄνδρες τὰς λεωφόρους ἐκτρεπόμενοι καὶ ἐν ἀπορρήτοις, μόνοις τοῖς ἀξίοις παραδιδόντες τὴν φιλοσοφίαν πρὸς τοὺς ἄλλους διὰ τῶν μαθηματικῶν αὐτὴν ἐνεδείκνυντο ὀνομάτων. Viri illi, vulgares vias euitantes & in secretis tradentes, solis dignis philosophiam, alijs per mathematica eam ostendebant nomina.* Hac de causa superius admonuerat *οὐ γὰρ δεῖ τῇ Ἀριστοτελικῇ ἐπερείδεσθαι ἱστορίᾳ διὰ τὸ ὡς ἐπίπαν μόνον ἐκτίθεσθαι τὸ φαινόμενον. Non enim oportet Aristotelica historia inniti, quia omnino solum apparens exponit.* Ac negat vnquam quẽquã Pythagoreorum de anima sensisse, quod ex ramentis, quæ per aerem volitent, esset composita. Ita cum amicus eius, excusator perpetuus, aliquando etiam palàm mendacij coarguit. Necessario fuerunt hæc omnia præmittenda vt ex eorum cognitione, ac collatione dignosceretur, an ea quæ locis quos afferemus. Aristoteles Pythagoreis obijcit, iure, an iniuria faciat. Quorum primum illud esto, quod est quæstione de infinito 3. physico. *οἱ μὲν ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων καθ' αὑτό, οὐχ ὡς συμβεβηκός τινι ἑτέρῳ, ἀλλ' ὡς οὐσίαν αὐτὸ ὂν τὸ ἄπειρον. πλὴν οἱ μὲν Πυθαγόρειοι ἐν τοῖς αἰσθητοῖς, οὐ γὰρ χωριστὸν ποιοῦσι τὸν ἀριθμόν. Hi quidem vt Pythagorei & Plato per se non vt accidens cuiquã alteri, sed vt substantia ipsum existat infinitum. Præterquàm quòd Pythagorei in sensibilibus, non enim separabilem faciunt numerum.* Primum, hoc falsum est, eos non separabi-

lem

lem facere numerum. Sed in ſenſibilibus ponere. Ponebāt enim in intelligibilibus numerum, is procul dubio ſeparatus erat. in ſcibilibus etiam, atque opinabilibus, antequam in ſenſibilibus, ſicuti amici ſui duo nobis tradiderunt. Deinde, an idem eſt numerus & infinitum? Infinitum quidē dicebant numerum parē, vt ipſe ait, *καὶ οἱ μὲν τὸ ἄπειρον εἶναι τὸ ἄρτιον.* Non autem omnem numerum. Deinde cum infinitum id eſt, parem numerum dicebāt, ſubſtantiam per ſe eſſe, ſymbolicè, vti Philoponus hîc atteſtatur, dicebant, nec poterat recta illatione induci eos infinitum in ſenſibilibus ponere. Tota ergo cauillatio ſoluitur. Soluitur etiam alia illa 1. de elementis, cap. 1. *ἔνιοι γὰρ τὴν φύσιν ἐξ ἀριθμῶν συνιστᾶσιν, ὥσπερ τῶν Πυθαγορείων τινές. Quidam enim naturam ex numeris conſtituunt vt Pythagoreorum aliqui.* Ariſtoteles formis naturam conſtare ait. Pythagorei, itidem formis, quas vti vidimus, numeros vocabant: & ipſe fatetur 1. de Anima capite 2. *εἴδη δ' ἀριθμοὶ οὗτοι τῶν πραγμάτων. Forma verò numeri hi ſunt rerū.* Et 1 Sapientiæ, capite 5 ſtatim poſt allatam narrationem ſuperius à nobis. *φαίνονται δὲ καὶ οὗτοι τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι καὶ ὡς ὕλην τοῖς οὖσι. Videntur etiam isti numerum putantes principium eſſe. & vt materiam entibus.* Hoc Philoponus negat cōm. 10. eius, in locum allatum *καὶ τούτους ἀρχὴν οὐχ ὑλικήν*, *Et hos principium non materiale tamen.* Quod confirmatur ex hoc eodem Philopono, & Simplicio locis citatis, nec non ex Ariſtotelis verbis modo poſitis. Formæ numeri hi ſunt rerum. nam ſi formæ ſunt, non etiam materiale principium eſſe poſſunt, & ex his alijs quæ hoc loco ſunt, quibus numeros rerum omnium ſubſtantiam eſſe affirmat. *διὸ καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἁπάντων.* Et capite 6. *οἱ δ' ἀριθμοὺς εἶναί φασιν αὐτὰ τὰ πράγματα. Hi verò numeros eſſe aiunt ipſaſmet res:* Res inquam non ſenſibiles modo & materiatas, ſed formales, ſubſtantialeſq́; & opinabiles & ſcibiles, & intelligibiles. Quę cū tenera viri illi ſtatuerēt, falſo eis obijcitur quod eſt 7. cap. eiuſdem 1. *ὡς ὁμολογοῦντες τοῖς ἄλλοις φυσιολόγοις ὅτι τό γε ὂν, τοῦτ' ἐστὶν, ὅσον αἰσθητόν ἐστι καὶ περιείληφεν ὁ καλούμενος οὐρανός. Veluti conſentientes alijs phyſiologis quòd ens hoc ipſum eſt quod ſenſibile eſt, & comprehendit hoc quod cælum vocatur.* Tria namque illa præter hoc ens genera entis nouerant. Ex qua falſitate atque ex domeſtico illi genti loquendi more, corruunt omnia, quæ fini & infinito ibi opponuntur, & ea præterea, quæ interrogat. Quomodo numerus cauſa ſit eorum, quæ in mundo fiunt, ſi nullus alius ſit numerus ab hoc quo mundus conſtat. Eſt enim alius etiam numerus *ἐν τῷ αὐτοζῴῳ in ipſo animali*, in Idea, vti antea docti ſumus. Ex qua doctrina dubitationes etiam quæ 2 libri Sophiæ capitib. 4. & 5. proponuntur ab Ariſtotele, ſine vlla difficultate diſſoluētur, ꝙ & fecit egregiè Magnus Syrianus. Qui eas quoque & dubitationes & calumnias, quæ duobus vltimis Sapientiæ libris integris nectuntur, iam dudum refutauit & conuulſit. Qui ſanè vir maximus, dum, aggreditur eam mathematum Ariſtotelis diſcuſſionem, palàm ac ingenuè negat, fuiſſe quenquam Pythagoreorum, vel Platonem, qui dicerent, figuras & magnitudines mathematicas in ſenſibilibus eſſe. Scribit autem in hæc verba: *Nam nec Pythagoreorum quiſpiam, nec Plato ipſe, nec aliquis Platonicorum, qui eum ſecuti ſunt, Geometricas figuras & magnitudines in ſenſibilibus locauit.* Falſi ergo conuincit Ariſtotelem qui ſuperiori capite dixerat. *ἀνάγκη δ' εἴπερ ἐστὶ τὰ μαθηματικά, ἢ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναι αὐτὰ καθάπερ λέγουσί τινες. Neceſſe eſt ſi ſint mathematica, vel in ſenſibilibus eſſe ea, ſicuti dicunt quidam.* A nemine enim id dictum Syrianus autumat. Corruunt ergo, quæ ex hac ſuppoſitione inſeruntur illationes omnes. Quod verò ait: *Neque ſeparatas tales naturas eſſe, poſſibile vt ſint.* Dicimus nos ſolui facilè ex tradita hiſtoria placitorum Pythagoricorum. Namque ſunt, corpora, ſuperficies, lineæ, puncta, numeri: in rebus, ſenſibilibus, opinabilibus, ſcibilibus, intelligibilibus. At ſi quærat à me Ariſtoteles, quo id modo ſit, quæram ego quoque ab eo, qua ratione, ipſe 3. de Anima capite 3. laudauerit eos, qui dixerant, animam eſſe locum ſpecierum? ſi reſpondeat, eſſe in anima ſpecies, prout natura animæ capit, eadem reſponſione, tuebor Pythagoreos, eſſe mathemata in ijs rerum generibus, prout natura generum eorum capax eſt, in intelligibili eſſe intelligibiliter, in ſcibili ſcibiliter, in opinabili opinabiliter. Sed audentius Syrianus ad hunc locum ita ſcripſit: *In his profectò, ſuppoſitionē antiquioribus placentem redarguere tentat, ſed nihil dicit aduerſus eam demonſtratiuum. Sed quæ vulgarem fortè hominem & eorum ſententiam non aſſequentem perturbare poſſet.* Deinde etiam hæc alia annectit. *Hanc quidem calumniam penes multam dogmatis inanitatem ope-*

*ratur,& concedit in dianoetica natura,& intellectuali,vniri & diuidi hac mathematica eo cumulo,quem ipse absurdum esse dicit quem tamen non sequi necessariò.Nam vt A.est in syllaba,in dictione,in oratione,eadem,absque vlla coacervatione,ita punctum idem in linea,superficie,corpore esse potest* Sed quoniam,& eruditissimè & acutissimè & verissimè,omnibus cauillis,& vt ipse vocat calumnijs,quæ his libris continentur, quæque quemuis,vel otiosissimum hominem in legendis atque scrutandis defatigaret, Syrianus verè magnus respondit copiosissimè:vt mihi ipsi, & aliorum labori parcam. omittamq; diutiorem operam in redarguendis ijs consumere : & finem huic scriptioni imponam illud, admonens anteà, si quem libido incesserit ea perlegendi, vnico fundamento,omnia ruere & collabi.Id autem est,memoria tenere, quatuor illa discentium entium genera, in quibus & solida,& superficies,& lineæ, & puncta, & vnitates, & numeri, & ideæ etiam omnes suis tamen cuiusque modis reperiuntur. Addam vnam quæ superest physicam Aristotelis obiectionem, quam habet libro de sensu capite 5. ὃ δὲ λέγουσί τινες τῶν Πυθαγορείων, οὐκ ἔστιν εὔλογον. τρέφεσθαι γὰρ φασὶν ἔνια ζῶα ταῖς ὀσμαῖς. πρῶτον γὰρ ὁρῶμεν ὅτι τὴν τροφὴν δεῖ εἶναι σύνθετον. καὶ γὰρ τὰ τρεφόμενα οὐχ ἁπλᾶ ἐστιν. *Quod autem dicunt quidam Pythagoreorum,non est rationabile.nutriri enim dicunt quædam animalia odoribus,primum namque videmus cibum oportere esse compositum. Etenim quæ nutriuntur,non simplicia sunt.* Et rationem hanc augens subdit:ἔτι δὲ οὐδὲ τὸ ὕδωρ ἐθέλει αὐτὸ μόνον ἄμικτον ὂν τρέφειν. σωματῶδες γὰρ τι δεῖ εἶναι τὸ συνιστάμενον.ἔτι πολὺ ἧττον εὔλογον τὸν ἀέρα σωματοῦσθαι. *Praeterea neque aqua ipsa sola incommixta existens,vult nutrire, corporeum enim quid oportet esse id,quod debet constituere. adhuc multo minus rationi consenum est,aerem corporescere.* Negat hic aquam per se solam, non mixtam,nutrire posse.At libro 6.capite 16.anguillas affirmat nutriri aqua Pluuia,καὶ γὰρ ζῶσι καὶ τρέφονται ὀμβρίῳ ὕδατι.Idem confirmat libro 8.capite 2. αἱ μὲν δὴ πλεῖσται τῷ ποτίμῳ ὕδατι. *Plurima sanè potabili aqua.* An verò aqua pluuia mixta est: Et si hæc mixta est,quænam simplex est ? Ait multo minus rationabile esse aerem corporescere.Si scirem quæ animalia Pythagorei odoribus viuere dixissent,conferrem aeris corporescentiam cum aquæ corporescentia, quæ non solum nutrit, humores & carnes creat,sed etiam durissimas crustas circumcrescete facit carnibus piscium eorum, qui affixi manent, hos enim omnes sola aqua potabili nutriri ipse idem scribit,modo allato capite in hæc verba: τῶν μὲν οὖν ὀστρακοδέρμων ζώων τὰ μὲν ἀκινητίζοντα τρέφεται τῷ ποτίμῳ. *Ostraceorum animalium,quæ immobilia sunt, nutriuntur potabili.* hanc esse mari tenuiorem addit:διηθεῖται γὰρ διὰ τῶν πυκνῶν, διὰ τὸ λεπτότερον εἶναι τῆς θαλάττης συμπεττομένης. *Penetrat enim per densa quia tenuior est,mari concoquente.* Si ergò tenuis aqua sola incommixta nutrit,& ita nutrit,vt ex ea corporescant durissimæ ostreæ,cur non & aerem rationabile est ita corporescere in carnem saltem aliquam,qualis est chamęleontis caro,quem multi amici mei,& ego multoties in Cypro cum essem multos dies ac menses viuos habuimus.nec vnquam,etiamsi varias herbas folia,flores,semina, insecta, alia apponeremus, quicquam comedere aduertimus aere nutriri concludebamus,& rorido aere exhilarabantur.Sed Mamico diata auicula Indica, quæ nunquam terram aut solidũ quicquam contingere est à multis & indigenis, & nostratibus curiosis viris visa,carnes tamen,neruos, ossa, rostrum,plumas habet:in aere nasci,in aere viuere ac mori creditur,qua alia re nutriri est existimanda quàm aere? Quod si verum est in Mamicodiata, & in chamęleonte, verum est aerem corporescere.Si aer corporescit,corporescit etiam vapor,qui sedes est odorum,res aere crassior, & compositior,possibilis ergo est Pythagoreorum traditio.Non ergo iure est ab Aristotele reprehensa.

F I N I S.

DISCVS.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM TOMI III LIBER IIII.

## *PLATONICAE DIALECTICES CVM Aristotelica collatio ac discordia.*



SVMPSISSE Aristotelem vniuersæ suæ philosophiæ summa omnia capita à priscis philosophis 8. antecedentis Tomi libris, latè luculenterq;, vt nobis persuademus, demonstratum est. Inter quę multa à Platone præceptore exscripsisse ostendimus, præcedentibus duobus huiusce Tomi libris, quàm falsò in eos, à quibus dogmata non pauca sumpserat, inuectus sit, palàm factum est. Nunc maius nobis opus, maior moles pro Platone superest, ac maior nobis pro eo labor exantlandus est. Quem venerabilem virum discipulus iste multo sæpius, acrius, acerbius, quàm antiquiorum quenquam vexauit, exagitauit, sycophantamque in eum egit, tantum potuit in eo Xenocratis ab illo sibi in schola prælati indignatio, vt non vereretur ea in doctorem suum scriptis mandare, quæ statim lecta, & cum illius scriptis collata manifestæ falsitatis eum coarguere possent. Quod ne se viuo fieret vitans, libros ferè omnes suppressos tenuit: Quia viuerent multi, sancti illius senis, & auditores & amatores, qui possent sycophantias illas & detegere, & etiam conuincere. Post obitum, eius libri, centum & amplius annos latuere, quo spatio temporis & discipuli illi obierant, & successores eorum alia dogmata induxerunt. Sed postquam libri à Tyrannione Grammatico, ab Andronico Rhodio in lucem sunt redditi, inter tot celeberrimos tot admirabiles Platonicos qui natalitia Platonis tū sanctè celebrarent, dogmata illius explanarent, docerent, eueherent, in admiratione haberent. Non parua est admiratione prosequendum, neminem quod sciamus extitisse, qui eius tutelam cōtra Aristotelicas calumnias susciperet. Non defuerunt quidē Plotinus, Porphyrius, Iamblichus, Syrianus, Proclus, obiter inter commentādum aliquid pro Platone interponere; at eam prouinciam apertè qui susciperet, calumnias in auctorem eorum philosophiæ, ab Aristotele confictas, detegeret, ac defensaret, nemo est inuentus. Nos quanquàm nulla in re eminentissimis illis viris cōparandi, audēti satis animo id munus nobis desumpsimus, non aliam ob causam, quàm veritatis studio atque amore. Cuius veritatis præcipuam curam philosophos si modo eo nomine simus digni, decet habere, atque etiam, vt verum fateamur, quoniam iustam quandam indignationem in nobis commouet, tam malignum, tam acre, tam acerbum, persecutioni ac lacerationis studium ingratissimi discipuli, contra sanctissimum senem, deque illo optimè meritum. Idque non solùm arrogans, delusorium, sed etiam falsum apertissimè. Ea falsitas non hac nostra querimonia, sed re ipsa, verborum, sententiarum, calumniarum Aristotelicarum cum Platonicis & verbis & sententijs collatione manifestò apparebit. Quàobrem ipsam rē aggrediamur, atq; ad hanc præclarissimam omnium discussionē nos accingamus. Primo itaque loco dialecticam, vti aliarum omnium scientiarum ducem attingamus, in qua quidem parcior fuit Aristoteles Platonis accusatór, paucioribus enim quàm alibi, locis, eum apertè reprehendit, sed occultè in pluribus ab eo dissentiens, Platonis dialecticam doctrinam, non probat. Id qua fit ratione factum, quandoque in errore versentur nostrates isti Peripatetici, qui putant Platonem, rem logicam seu dialecticam ignorasse, libet hoc libro ostendere. Cuius rei hoc esto initium. Dialecticam vocamus quam Democritus anteà, Peripatetici posteà, ac Stoici omnes logicam appellauerunt. Zeno Eleates, cui inuentionis eius honos est tribuendus, dialecticam quoq; nuncupauit, quo nomine Socrates Euclides Euclideiq; omnes Plato, atque Aristoteles vsi sunt, apud quos etiam antea admonuimus, nusquam lo- *Dialectices nomē*

*Dialectica definitio.*

gices nomen. pro hac,seu arte,seu facultate legi. Dialecticam aũt ac logicam non aliud esse quàm rationis humanæ rectum vsum, ac veluti animæ apud se dialogum ex Platone mox apparebit. Sed paucula quædam præfari liceat ad hanc disquisitionem non parum facientia. Omnis Zoroastri antiquissimi omnium Sapientũ. Chaldæorum, Assyriorum, Persarum, Indorum, omnis Mercurij Aegyptiorumq; omnis Hebraicorum, Essęorum, omnis Græcorum, Orphicorum, Pythagoreorum, Platonicorumque schola animam humanam vtraque temporis parte æternam facit: à patre tamen intellectu in sempiternitate eam processisse, asserit, à quo, pro captu eius formas rerum omnium essentialiter secum asportasse tradit, eas formas descẽsu in corpus obscurari atque obtundi, easdemque sensuum nuncijs, ac reuelatione quadam excitari ad formarum externarum cognitionem: deinde per eas in se ipsam reuolutione ad essentialium formarum recognitionem verti, quę nihil sit aliud quàm reminiscentia quædam: Ideoque scientias nostras. reminiscentias, hoc est, priorum sui ipsorum cognitionum resumptiones esse & credidit, & astruxit. Aristoteles, qui non Platoni solùm, sed veteribus omnibus, quibus potuit dogmatibus sese opposuisse videri voluit, animam humanam non ab intellectu, aut alia superiore essentia, sed vti reliquorum brutorum animas de materiæ sinu videtur eduxisse, præter vnum intellectum, quẽ ait deforis nescio vnde, accedere. Quem intellectum suorũ sectatorum nullus satis potuit explicare, quis nam esset, diuinus ne an humanus, vnicus an multiplicatus. Anque idem sit cum eo quem materialem vocaut, quem nudum omnium formarum actu. potentia omnium capacem, non aliter ac materiam illam, vnde eductus est, asserunt esse. Ideoque nullas illi rerum formas essentialiter ingenitas esse, ac propterea vanas illas scientiarum reminiscentias his in libris logicis, ostendere annixus est. Sed scientias esse recentes ac nouas omnino notitias, quas itidem sensuum ministerio acquirere nos singulares primò, deinde suo opere vniuersales effici docent. Hoc primum ac summum est in Dialectica inter Platonem, atque Aristotelem discrimen. Duæ primæ conformitates, primas notitias à sensibus oriri, scientiam esse effectus cum causæ connexione. Sed hæc posteà etiam clarius. Potentiam eam animæ, quæ à singularibus per sensum acceptis notitijs, vniuersales illas vel reuelaret, vel affingeret, causasque effectibus vel annecteret, vel connecteret, vterque voce eorum linguæ *διάνοιαν dianœam* vocauit, quo nomine nos quoque, quia latinè propriè exprimi non potest, posthac vtemur. Hanc dianœã Plato in Sophista sic descripsit. *οὐκ οὖν διάνοια μὲν καὶ λόγος ταυτὸν· πλὴν ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτὴν διάλογος ἄνευ φωνῆς γιγνόμενος, τοῦτ' αὐτὸ ἡμῖν ἐπωνομάσθη διάνοια. Nonne ergo dianœa & sermo idem? præterquam quòd illa intra animam ad se ipsam dialogus sine voce factus est, hoc ipsum nobis nominatum est dianœa?* Et paulo post. *διάνοια μὲν αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν διάλογος τῆς ψυχῆς. Dianœa quidẽ ipsius ad se ipsam animæ dialogus est.* Qualis antem hic dialogns sit, in Theæteto explanauit de ipsa eius actione loquens. *τὸ δὲ διανοεῖσθαι ἆρ' ὅπερ ἐγὼ καλεῖς; Θεαι. τί καλῶν; Σωκ. λόγον ὃν αὐτὴ πρὸς αὑτὴν ἡ ψυχὴ διεξέρχεται περὶ ὧν ἂν σκοπῇ. ὥς γε μὴ εἰδώς σοι ἀποφαίνομαι. τοῦτο γάρ μοι ἰνδάλλεται διανοουμένη οὐκ ἄλλο τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα καὶ ἀποκρινομένη καὶ φάσκουσα καὶ οὐ φάσκουσα. Dianoesta, hoc est ratiocinari, nunquid, quod ego quoq; vocas. Thea. quid vocas? Socr. Sermonem, quem ipsa ad se ipsam anima peragit, de ys quæ considerat vt nesciens tibi pronunciem, hoc enim mihi apparet ratiocinans non aliud quam loqui, ipsa se ipsam interrogans & respondens, & affirmans, & non affirmans.* Dialogus ergo ritè animæ, interrogatione, ac responsione constans, nec non affirmatione, ac negatione dianœæ operatio est. nomenque Dialecticæ hoc *διαλέγεσθαι* dissertioni dedit. Sic enim in Cratylo docuit. *τὸν δ' ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον, ἄλλο τι σὺ καλεῖς, ἢ διαλεκτικόν. Eum verò qui interrogare & respondere sciat, aliud quid tu vocas, quã dialecticum* Reipub. quoq; 7. de dialectica multa locutus ita cõcludit. *νομοθετήσεις δὴ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα τῆς παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι, ἐξ ἧς ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστημονέστατα οἷοί τ' ἔσονται. Legẽ sanè feres ipsis hanc, maximè disciplinã amplecti, vt interrogare atque respondere scientissimè possint.* Conuenit Aristoteli in hoc cum præceptore, dialecticã in interrogatione, ac responsione versari initio primi Analytici, Dialectic[am] propositionem ad aliarum propositionum, definitionem diffinienti. *διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως: Dialectica verò interroganti quidem, interrogatio contradictionis.*

*Scientia Platonica definitio.*

*Scientia apud Aristotelẽ.*

*Discrimẽ Platonica & Aristot. dialectica.*

*Dianœa descriptio.*

*dictionis.* Id quoque Topica (si modò sua sunt) & primo libro & 8. declarant & alibi passim legitur. Sed hoc erit hac in re discrimen, quod Aristoteles dialecticum ad tria tantũ alligat ac velut vincit (vtamur hisce Topicis pro Aristotelicis, neque enim si vt putamus nos, Eudemi sunt longè ab Aristotelica traditione absunt) πρὸς τὰς γυμνασίας, πρὸς τὰς ἐντεύξεις πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας. *Ad exercitationes ad colloquia, ad philosophicas scientias.* Hæc tria declarans ait. μέθοδον γὰρ ἔχοντες ῥᾷον περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος ἐπιχειρεῖν δυνησόμεθα. πρὸς δὲ τὰς ἐντεύξεις, διότι τὰς τῶν πολλῶν κατηριθμημένοι δόξας, οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων ὁμιλήσομεν πρὸς αὐτούς, μεταβιβάζοντες ὅτι ἂν μὴ καλῶς φαίνωνται λέγειν ἡμῖν. πρὸς δὲ τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας, ὅτι δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι, ῥᾷον ἐν ἑκάστοις κατοψόμεθα τἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος. *Methodum enim habentes facilius de omni proposito argumentari poterimus, Ad colloquia verò, quia enumerantes multorum opiniones, non ex alienis, sed ex proprijs dogmatibus colloquemur cum ipsis, discutientes quidquid non bene videbuntur dicere nobis. Ad philosophia verò scientias, quia potentes ad vtraque dubitare facilius in singulis, conspiciemus & verum & falsum.* Hos sanè duos vltimos vsus, omnibus libris suis Aristoteles in seruit, philosophiæ, Sophiæ, Physicæ, Politicæ in omnibus namque enumerat, pro suo tamen libitu, aliorum opiniones, easque μεταβιβάζει refert, atque in omnibus dubitat prius, deinde quæ sibi videntur, affert. Priorem vsum intellexit, cũ initio libri ait, μέθοδον εὑρεῖν ἀφ᾽ ἧς ἂν δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος ἐξ ἐνδόξων καὶ αὐτοὶ λόγον ὑπέχοντες μηδὲν ἐροῦμεν ὑπεναντίον. *Methodum inuenire, ex qua poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex opinione conceptu & ipsi sermonem sustinentes, nihil dicemus subcontrarium.* Hanc methodum, qua disputaturi ex receptis iam opinionibus. (illud enim ἐνδόξων ita intelligendum est, non vt plerique pro probabilibus) possint disserere ita, vt aduersarium vel superent. vel saltem non superentur, neque contraria iam positis cogantur dicere, exercuerunt quadringentis iam ab hinc annis apud monachos, atque adhuc inter eosdem. nec non in scholis Italicis regnat. Sed nulla ad philosophicas sciẽtias vtilitate, quod tamen eos latet, putantque se eo maximè philosophos esse, quo minimè philosophi sunt, quoniã ab eo more Aristoteles, (seu Eudemus eius auditor) philosophicum morem tertio loco secreuerit. Hosce locos quibus ex dubitatione verum & falsum eliciatur, ex enumeratione alienarũ opinionum, earumque confutatione propriæ sententiæ constituantur: ex disputatione vel aduersarius conuincatur, vel ipse in contrarium non adducatur, Plato non ignorauit, nam 7. Reipub. scriptum est de hoc vsu postremo. οὐ γὰρ που δοκοῦσί γέ σοι ταῦτα δεινοὶ οἱ διαλεκτικοὶ εἶναι; *Non enim videntur tibi, in his efficaces dialecticos esse?* Et mox. ἀλλ᾽ ἤδη εἴ ποτ᾽ μὴ δυνατοί τινες δοῦναί καὶ ἀποδέξασθαι λόγον. *Sed iam dixi, non potentes quidam, dare & recipere sermonem.* De hoc tertio vsu intelligens. Sed clarius in Sophista. καὶ μοὶ δύ᾽ ἔτι τὸν καταφαίνεσθόν τινε, τὸν μὲν δημοσίᾳ τε καὶ μακροῖς λόγοις πρὸς πλήθη δυνατὸν εἰρωνεύεσθαι καθορῶ· τὸν δ᾽ ἰδίᾳ τε καὶ βραχέσι λόγοις ἀναγκάζοντα τὸν προσδιαλεγόμενον ἐναντιολογεῖν αὐτὸν αὑτῷ. *Et mihi duplex apparuit quidam, alius quidem publicè, & longis sermonibus ad multitudinem potentem ironicè loqui perspicio, alium priuatim, & breuibus sermonibus, cogentem suum collocutorẽ, contraria ipsum sibi dicere.* hoc autem fieri interrogationibus non multo post docet. τὸ δ᾽ ἐν ἰδίοις αὖ κατακεκερματισμένον ἐρωτήσεσι πρὸς ἀποκρίσεις μῶν εἰθίσμεθα καλεῖν ἄλλο πλὴν ἀντιλογικόν; *Quod verò in priuatũ & concisis interrogationibus ad responsiones, nũ debemus vocare aliud quàm contradictorium?* Duos autẽ illos vsus opere ipso docuit. nam Euthyphrone, Euthydemo Protagora, Gorgia, primo Reipub. aliorum opiniones & refert & confutat, quod aliqua ex parte & in Phædone & in Theętete facit dũ Anaxagoræ, Parmenidis, ac Melissi sententias quasdam redarguit. Priorem quoque vsum ex dubitatione elicit reliquo Theæteto, Lachete, Charmide, Menone & alijs plerisque. Optimè ergo Plato ante Aristotelem seu Eudemum, tres dialecticæ vsus & cognouit & exercuit longè efficacius, quàm tota sua philosophia Aristoteles. Præter hosce vsus videtur Plato quartum alium perspexisse ad philosophiam pertinẽtẽ, quatenus falsas cõfutãdo opiniones purgationẽ animorũ, velut medicus corporũ exercet. Sic.n. in Menone. καὶ εἰ μὲν γε τῶν σοφιστῶν τις εἴη καὶ ἐριστικῶν τε καὶ ἀγωνιστικῶν ὁ ἐρόμενος, εἴποιμ᾽ ἂν αὐτῷ, ὅτι ἐμοὶ μὲν εἴρηται· εἰ δὲ μὴ ὀρθῶς λέγω, σὸν ἔργον λαμβάνειν λόγον καὶ ἐλέγχειν. *Ac si Sophistarum quispiã fuerit, & Eristicorum. & Agonisticorũ is qui rogat, dixerimus fortè illi, mihi quidem dictum est, quod si non rectè dico, tuũ munus est suscipere*

*sermonem & refellere.* Hunc autem refellendi vsum, vocat in Sophista, animæ medicinam. τοῦτον περὶ ψυχῆς διενοήθησαν ἐκεῖνοι, μὴ πρότερον αὐτὴν ἕξειν τῶν προσφερομένων μαθημάτων ὄνησιν πρὶν ἂν ἐλέγχων τις τὸν ἐλεγχόμενον εἰς αἰσχύνην καταστήσας τὰς τοῖς μαθήμασιν ἐμποδίους δόξας ἐξελὼν καθαρὸν ἀποφήνῃ, καὶ ταῦτα ἡγούμενον ἅπερ οἶδεν εἰδέναι μόνα πλείω δὲ μή. καὶ τὸν ἔλεγχον λεκτέον ὡς ἄρα μεγίστη καὶ κυριωτάτη τῶν καθάρσεων ἐστί. *Hoc idem de anima senserunt illi, non prius ipsam habituram allatarum disciplinarum iuuamen, quàm redarguens quis eum qui redarguitur, in pudorem conyciat, eas, quæ impedimento disciplinis sunt opiniones, eximēs, purgatum reddat, ita vt putet scire ea sola quæ scit, & non plura. Itaq; dicendū est Elenchū esse maximā & perfectissimā purgationū.* Hāc aūt purgationē, medici munus esse in corpore efficere, in anima verò philosophi celebre iā est ex Trismegisto mutuò sumptū. Purgationē falsæ opinionis, διδασκαλικῆς partē, eodē Sophista facit, fieriq; διερωτῶσιν ὧν ἂν *interrogantibus de ijs* id est, per interrogationē. hoc aūt munus dialectici esse clarum est. Dialecticū autem ad philosophū pertinere eodem ita statuit. ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι. *Sed enim dialecticum non alij dabis, vt ego puto, præterquam ei qui sincerè & iustè philosophetur.* Quod ipsum latè postea 7. Reipub. atq; alibi adstruit. At contrario modo Topicorum author hæc distinxit, vt philosophus, & dialecticus longè alij essent, libro 8. ita scribens. ἔστι δὲ φιλοσόφημα μὲν συλλογισμὸς ἀποδεικτικός ἐπιχείρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικός, σόφισμα δὲ συλλογισμὸς ἐριστικός. ἀπόρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικὸς ἀντιφάσεως. *Est autem philosophicus, syllogismus demonstratiuus: Epichirema, syllogismus dialecticus: sophisma, syllogismus Eristicus: Aporema Syllogismus dialecticus contradictionis.* Quartum hoc indicium facit, hosce libros non esse Aristotelicos, quia nullo alio loco omnium suorum librorum huius Aporematis vlla est mentio facta: tum & illud hanc fidem adauget, quod hic distinguit tres illos, philosophum, dialecticum & Eristicum, quos libro de ente primo, capite 2. videtur in idē cum Platone referre. περὶ μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ γένος στρέφεται ἡ σοφιστική, καὶ ἡ διαλεκτικὴ τῇ φιλοσοφίᾳ. *Nam circa idem genus versatur sophistice & dialectice cum philosophia* Hanc autem versari circa entis veram cognitionem paulo superius dixerat. οὕτω καὶ τῷ ὄντι ᾗ ὄν ἐστί τινα ἴδια, καὶ ταῦτ' ἐστὶ περὶ ὧν τοῦ φιλοσόφου ἐπισκέψασθαι τὸ ἀληθές. σημεῖον δέ. οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ τὸ αὐτὸ μὲν ὑποδύονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ. ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ἐστίν οἱ δὲ διαλεκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων, κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ὄν ἐστί. *Ita & enti qua ens, sunt quadā propria, & hæc sunt, circa quæ philosophi munus est contēplari verū. Signū aūt Dialectici nāq; & Sophistæ eandē subeūt figurā cū philosopho, Sophistica. n. solū apparēs sapiētia est, dialectici aūt disserūt de omnib⁹. Cōmune aūt omnib. est ipsum ens.* Itaq; philosophū facit subiecto ab illis duob. differre nihil. Differt tamē à dialectico modo facultatis, quia is sit πειραστικὸς. tentator, à Sophista aūt vitæ electione, quia hic apparentem veritatem sectatur, ille veram veritatem. Plato præter hæc philosopho seu dialectico interrogationem & responsionem tribuit, per quas non solum elenchum illum saluberrimum fieri docuit, sed etiam cotium omnium, tum opinionē, tum scientiam ingenerari animis docuit, multis locis sparsim quæ nos in vnum, ordine quo poterimus optimo, colligemus, & quas methodos nos docuit, ad veri cognitionem aperiemus. Vt ex eorum collatione quid Aristoteles receperit, quid reiecerit, quid ipse adinuenerit, appareat facilius. Speluncam illam initio 7. Reipub. postquam descripsit, animasque nostras huic corpori inclusas, illis speluncæ habitatoribus assimilasset, qui non in rerum ipsarum, sed in apparentium vmbrarum contemplatione versentur. infert hæc verba: τοῦτο δ' ὡς ἔοικεν οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφή, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον. ἣν φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. *Hoc sanè, vt apparet, non Ostraci fuerit reuolutio, sed animæ reductio, ex nocturna quadā die, in verū entis incedētiū reditū quē philosophiā veram dicimus esse.* Philosophia ergò ens cōtēplatur ex Platonis seotentia, quod loco superiore in Aristo. quoq; notauim⁹. Sed entis significatio Platoni, lōge alia est ab Aristotelica Huic ens est, omne id ὃ ἐστί: *quod est*: hoc idem etiā Platoni vno modo in Phædone. οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο ὃ ἐστί. *Quib. adsigillamus hoc, quod est.* alio significatu dixerat hoc idem ens περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ *de ipso pulchro*, & de ipso bono, & iusto, & pio, quib. Ideas intelligit. ens ergo illi idea est. Sic & 7. Reipub eo loco. τὶ ἂν οὖν εἴη ὦ Γλαύκων μάθημα ψυχῆς ὁλκὸν ἀπὸ τοῦ γινομένου ἐπὶ τὸ ὄν, *Quæ nā fuerit ô Glauco disciplina animæ tractiua à*

geni-

*genito ad ens.* Pythagorea atq; Parmenidia & entis & geniti distinctione: sic & sequẽtibus & Timæo, & Parmenides, & Timę' distinxerunt, vt ens dicerent id q̃ semper esset, genitum corpora omnia. At Aristoteles sub entis nomine primi libri de Ente capite 2. substantiam corpoream comprehendit & reliqua illi accidentia, nouem categorijs comprehensa, atque ita Aristoteli, ens est, quod illis genitum, Aristoteli philosophia sua versatur circa hoc ens, Sophia circa essentias separatas. Quæ nequaquam ex eius sententia videntur categorijs comprehendi. Plato nominibus non distinxit, re distinxit. nam Sophiæ, scientiæ, artis, prudentiæ nomina sæpe pro synonymis habuit. Philosophiam ac dialecticam, circa veri entis cognitionem primaria intentione, ac fine versari. Cum autem cognitio circa hæc genita versatur. philodoxiam Reipub. 5. appellat. *μὴ οὖν τι πλημμελήσομεν φιλοδόξους καλοῦντες αὐτοὺς μᾶλλον ἢ φιλοσόφους. Non ergo quicquam aberrauerimus philodoxos vocantes eos magis quàm philosophos.* Et post. *τοὺς αὐτὸ ἄρα ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους φιλοσόφους ἀλλ' οὐ φιλοδόξους κλητέον. Eos ergo qui ipsum vnumquodque ens amplexantur, philosophos, sed non philodoxos vocandum.* Hanc autem distinctionem superius inchoauerat ex entis ac geniti differẽtia, ait enim. *τὸ μὲν παντελῶς ὂν παντελῶς γνωστόν. μὴ ὂν δὲ μηδαμῇ, πάντῃ ἄγνωστον. Id quod prorsus ens, prorsus cognoscibile. nõ ens verò vllo modo prorsus incognoscibile.* Et mox. *εἰ δὲ δή τι οὕτως ἔχει ὡς εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι, οὐ μεταξὺ ἂν κέοιτο; τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος καὶ τοῦ μηδαμῇ ὄντος; μεταξύ. οὐκ οὖν ἐπὶ μὲν τῷ ὄντι γνῶσις ἦν? ἀγνωσία δ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τῷ μὴ ὄντι? ἐπὶ τῷ μεταξὺ δὲ τούτῳ, μεταξύ τι καὶ ζητητέον, ἀγνοίας τε καὶ ἐπιστήμης, εἴ τι τυγχάνει ὂν τοιοῦτον? Πάνυ μὲν οὖν. ἆρ' οὖν λέγομέν τι δόξαν εἶναι; Si verò aliquid ita se habet, vt sit & non sit. nonne intermedium iaceat, inter sincerè ens & nullo modo ens? Intermedium. Nonne ergo de ente cognitio erat? inscitia verò ex necessitate de non ente? in intermedio hoc intermedium quid quærendum est inscitia & scientia, si quid tale existit: omnino. nunquid ergo dicimus esse aliquid opinionem?* Deinde concludens. *νῦν δέ γε πέφανται μεταξὺ τούτοιν, ὃ δὴ καλοῦμεν δόξαν. Nunc verò apparuit intermedium horum. quod sanè vocamus opinionem.* Subiectum itidem eius cognoscibile subnectit. *ηὑρήκαμεν ἄρα ὡς ἔοικεν ὅτι τὰ τῶν πολλῶν πολλὰ νόμιμα, καλοῦ τε πέρι καὶ τῶν ἄλλων μεταξύ που κυλινδεῖται τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ μὴ ὄντος. Inuenimus ergo, vt apparet, quod multorum multa legitima de honesto & alijs intermedio voluitur, entis & non entis.* Et mox. *προωμολογήσαμεν δέ γε εἴ τι τοιοῦτον φανείη, δοξαστὸν αὐτὸ, ἀλλ' οὐ γνωστὸν δεῖν λέγεσθαι. Anteà verò concordes fuimus si quid tale apparuerit, opinabile ipsum & non scibile oportere dici.* Et mox rursus. *τοὺς ἄρα πολλὰ καλὰ θεωμένους, αὐτὸ δὲ τὸ καλὸν μὴ ὁρῶντας, μηδ' ἄλλῳ ἐπ' αὐτὸ ἄγοντι δυναμένους ἕπεσθαι καὶ πολλὰ δίκαια, αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον μὴ καὶ πάντα οὕτω, δοξάζειν φήσομεν ἅπαντα, γιγνώσκειν δ' ὧν δοξάζουσιν οὐδέν. Cernentes ergo multa pulchra, ipsum verò pulchrum non cernentes, neque potentes, alterum ad id ducentem sequi, & multa iusta, ipsum autem iustum nequaquam, & omnia hoc modo opinari dicemus omnia, cognoscere verò ea quæ opinantur, nullum.* Et quoniam hîc multorum mentio fit, significatque hæc singularia, generabilia, aduertendum est, opinionem circa ea versari ex Platonis sententia, ex his autem collectum vniuersale, omnes Peripatetici & sentiunt & docent, scientiæ subiectum esse, putantque quidam recentiores, cum Aristoteles vniuersalia scientiæ subijciat, de Ideis Socraticis intellexisse, nullumque inter Socratem & Aristotelem hac in re discrimen esse scripserunt. Sed longissimo interuallo aberrãt à Scopo, nam ex his locis, qualia sint Socratica entia contraposita, multis ex proximè allatis manifesto cõstat esse. *τὸ παντελῶς ὂν, τὸ εἰλικρινῶς ὄν. Prorsus ens, & sincerè ens,* & quod etiã appellat. *τὰ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ὄντα. Quæ semper secundum eadem, eodem modo sunt entia,* qua forma locutionis, Aristoteles quoque non rarò vsus est, cum de essentijs separatis loqueretur, sed vniuersale Aristotelicum, opere intellectus de singularibus collectum, docet ipse primo de Anima, *ἢ οὐδὲν ἢ ὕστερον Vel nihil vel posterius esse.* Vnde cõsequitur necessariò Aristotelicas scientias vel nihil pro subiecto habere, vel posterius quid: atque ita lõge à Platonica scientia abesse, quam etiam intellectionem opinioni contrapositam agnoscit 7. Reipub. Plato *καὶ δόξαν μὲν περὶ γένεσιν νόησιν δὲ περὶ οὐσίαν Et opinionem quidem circa generationem, intellectionem verò circa essentiam.* Vnde sequitur Platonis opinionem esse Aristotelicam scientiam, quia hæc versetur circa vniuersale collectũ ex singulis genitis. Nec verò videtur scientia Aristotelica sibi constare, quia vniuersale collectum quod scientia dicitur, non recipit eam conditionem, quam scientia

*Scientiæ subiectũ quid.*

*Opinio Platonica Aristotelis sciẽtia.*

attribnit sæpe. ὅτι μὲν ἐπιστήμη καθόλου καὶ δι' ἀναγκαίων, τὸ δ' ἀναγκαῖον οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν. *Quod scietia quidē vniuersalis est & pernecessaria, necessariū verò nō cōtingit aliter habere.* Singularia autē, & vniuersale ex eis collectū, nullā habet necessitatē. Quæ cōditio essentijs abstractis Platonicis magis competit: quia semper eodē se habēt modo, quàm vel generabilibus, quæ vniuersalia non sunt, vel vniuersali collecto, quod necessarium non est, & potest alias aliter se habere, quod manifestè indicat, & diuersitas sententiarum non solùm differentium sectarum, sed eiusdem sectæ philosophorum, qui aliter atque aliter vniuersale hoc ex singularibus colligunt, & idem sæpe vel scientissimus, aliàs aliter colligit, quod mutatio & varietas, & sententiarum & scriptionum arguit. Quæ sanè conditio opinioni conuenit. ἡ γὰρ δόξα ἀβέβαιον *infirma est* ait. & περὶ τὸ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως ἔχειν. *Quòd potest etiā aliter se habere* versatur. De opinione ergo Plato & Aristoteles conueniunt, de scientia non conueniunt. Illi scientia est, entium verorum, sincerorum, semper eodem modo se habentium, necessariorum. Aristoteli vniuersalium ex singularibus fluxibilibus collectorum, non necessariorum, non semper eodem modo se habentium. Atque hæc secunda & maxima est huius, atque illius dialectices differentia, Addamus & tertiam. Aristoteles scientiæ instrumentum demonstrationem facit, Plato definitionem: vter melius, verum hinc colligatur. Qualem Aristoteles demonstrationem descripsit, nullo in genere rerum reperiemus. Non in primis illis entibus separatis, quæ vel nullam habent causam, vel si habent vllam, ea non est per se ita nota, vt demonstrationis principium esse possit. Non in naturalibus, quæ non necessaria entia sunt, sed vt plurimū euenientia, nec vniuersalia, nec per se nota. Non in Mathematicis, quæ vel in anima vel extra etiam ponantur, totis Euclideis, totis Sergæis, Archimedicis, Ptolemaicis, aliorum Mathematicorum libris, ijs quas ipse requirit, conditionibus, nulla reperietur. Minus multo in rebus humanis, quæ nullam secum habent necessitatem. Sequitur ex hisce necessariò, nullam posse construi demonstrationem: atque inde, nullam scientiam, si modo sola demonstratio, vti Peripateticis ferè omnibus placitum est, scientiam constituat. Atque hic erit fructus duorum Analyticorum operosissimo labore nobis traditorum: vt post infinitos labores, post inextricabiles labyrinthos, nullam scientiam nobis comparemus. Plato definitione cuiusque rei scientiā parari multis locis asserit, ad eam inueniendam aptissimum instrumentum diuisionem esse asseuerat. Aristoteles hanc subsannat, multo opere labefactare nititur apertè, vltimo Analytico: illam per insidias eneruat. Apparet quidem ille non paruam de definitione existimationem facere, cum eā vel principium demonstrationis, vel demonstrationem situ differentem, vel demonstrationis conclusionem facit. At cū tam magnificè de ea loquitur nullam scientiam nobis ea parari dicit, quia nulla demonstratio reperiatur, non ex verbis Aristotelis hoc sumimus, sed ex re ipsa, ipso Aristotele, & Platone potiore. Fassus erat 1. Sapientiæ capite vltimo. καί τοι πᾶσα μάθησις διὰ προγινωσκομένων ἢ πάντων, ἢ τινῶν ἐστὶ καὶ ἢ δι' ἀποδείξεως, ἢ δι' ὁρισμῶν. *Quāquam omnis disciplina per præcognita vel omnia vel quædam est, atque vel per demonstrationē vel per definitiones.* Sed disciplinam μάθησιν non scientiam ἐπιστήμην dixit sed per demōstrationem, quæ in rerum natura nō sit, nulla fit scientia, seu disciplina. relinquitur eas ex sua quoque sentētia per definitionem fieri. Non potuit ille quidem, tot locis Platoni verissimis laudibus rectam definitionem concutere, sed inuētum suum, demōstrationem, nomine multam ac celebrem, re nullam, illi prætulit, vt sese præceptori, quo semper studio latus est, hac quoque in re præferret. Sed largiamur Aristoteli & suā demōstrationē reperiri, & maximū eius in scietijs vsum esse: vtra tandē potior? Demonstratio, syllogismus est ἐπιστημονικός. *scire faciens.* scientiā facit, quando per causam inesse ostendit propriam passionē subiecto alicui. Definitio scientiā facit, essentiæ cuiusque rei. Vtra dignitate præstantior, essentia ne an passio, cum illa per se, hæc nō nisi in illa existat? vtra natura prior? Definitio omnibus entibus inseruit: Demōstratio nullis alijs quam passionibus, neque his omnibus, sed proprijs. Definitio paucis verbis vnica affirmatione conficitur, & perficitur. Demonstratio non nisi syllogismo, opera maiore scilicet, & eo nō quolibet, sed qui difficillimis, & inuentu & cognitu propositionibus conficiatur. Si quis tam cæcus fuerit, qui quatuor hisce, definitionem Platoni celebratam Demonstrationi, Aristotelis inuento præferen-

*Dialectica Platonis & Aristotelis differentia.*

*Demonstratio quid.*

præferendam esse non videat? Sed loca Platonis de definitione huc afferamus. In Amatoribus ita habet. τί οὖν ἐγὼ ἔφην, εἰ δοκεῖ σοὶ οἷόν τε εἶναι, εἰδέναι πρᾶγμα ὁτιοῦν εἴτε καλόν, εἴτε αἰσχρόν ἐστιν, ὃ μὴ εἰδείη τις τὴν ἀρχήν, ὅτι ἐστίν. *Quid ergo inquam ego, an videtur tibi posse scire rem quamuis, an pulchra an turpis sit, quã nesciat ab initio quod sit?* Hæc quæstio an sit, deinde quid sit mox. οἶσθα ἄρα ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι ἐστὶ τὸ φιλοσοφεῖν; καὶ μάλα ἔφη. τί οὖν ἐστιν; *Nosti ergo inquam ego, quod est quippiam, philosophari? & maximè inquit. Quid ergo est?* In Lachete verò. εἰ γὰρ μὴ αὐτὸ τοῦτο εἰδείημεν, ὅτι ποτ' ἐστὶν ὄψις ἢ ὅτι ἐστὶν ἀκοὴ σχολῇ γε ἂν σύμβουλοι ἄξιοι λόγου γενόμεθα. *Nisi enim hoc ipsum sciamus, quid nam sit visus, vel quid auditus, frustra sanè consultores pretij alicuius fiemus.* Et postea, ἆρ' οὖν τοῦτό γε ὑπάρχειν δεῖ τὸ εἰδέναι ὅτι ποτ' ἐστὶν ἀρετή; *Nonne ergo, hoc esse oportet, scire quid nã est virtus.* Et. οὐκοῦν ὅ γε ἴσμεν κἂν εἴποιμεν δή που τί ἐστιν. *Nonne quod quidem scimus, dicemus etiam quid est?* Et Menonis initio. ὃ δὲ μὴ οἶδα τί ἐστι, πῶς ἂν ὁποῖόν τι εἰδείην; ἢ δοκεῖ σοι, οἷόν τε εἶναι ὅστις Μένωνα μὴ γινώσκει τὸ παράπαν ὅστις ἐστὶν τοῦτο εἰδέναι, εἴτε καλὸς, εἴτε πλούσιος, εἴτε καὶ γενναῖός ἐστι; *Quod autem nescio, quid est, quomodo quale nam sit cognoscam? An videtur tibi posse esse, qui Menonem non noui prorsus, quis nam sit, hoc scire an pulcher, siue diues, seu generosus est?* Atque hæc tertia illa quarti Analytici quæstio est. In Phædro verò, apertè docuit, antequam ad definitionem descendamus, nominis æquiuocum discernendũ esse, neq; id præcepto solùm, sed opere ipso exequitur, amoris atque furoris definitiones venaturus. Quæ quomodo venemur ita docet. εἰς μίαν τε ἰδέαν συνορῶντα ἄγειν τὰ πολλαχῇ διεσπαρμένα, ἵνα ἕκαστον ὁριζόμενος δῆλον ποιῇ περὶ οὗ ἂν ἀεὶ διδάσκειν ἐθέλῃ, ὥσπερ τὰ νῦν δὴ περὶ ἔρωτος ὃ ἐστιν ὁρισθέν. *In vnam verò Ideam respicientem ducere, ea quæ multis in locis sparsa sunt, vt singula definiens clarum faciat, de quo semper docere velit, sicuti nunc quidem de Amore quid est, definiens.* Quo autem modo definitionẽ assequi queamus, in Menone ostendit, dũ admonet, id in quo multa cõueniunt, seligere, & ex multis, vnum colligere. τὸ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ταὐτόν: *Id quod in omnibus hisce idem est.* Atque ideo definitiones in Phædro συναγωγὰς appellauit, collectiones, sic etiam in Philebo, docuit, quæ in multis sparsa sunt, in vnum colligere δεῖν οὖν ἡμᾶς τούτων οὕτω διακεκοσμημένων ἀεὶ μίαν ἰδέαν περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν, εὑρήσειν γὰρ ἐνοῦσαν. *Oportere ergo nos, his ita exornatis, semper vnam Ideam de omni re, vbique ponentes quærere, inueniemus enim, quia inest.* Qua inuenta diuisionem adhibere docet. ἐὰν οὖν μεταλάβωμεν μετὰ μίαν, δύο, εἴ πως εἰσὶ σκοπεῖν, εἰ δὲ μή, τρεῖς, ἤ τινα ἄλλον ἀριθμόν, καὶ τῶν ἓν ἐκείνων ἕκαστον πάλιν ὡσαύτως μέχρι περ ἂν τὸ κατ' ἀρχὰς ἓν μὴ ὅτι ἓν καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρά ἐστι μόνον ἴδῃ τις, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα. *Quando ergo assecuti fuerimus, post vnam duas, si forte sunt considerare, vel si non, tres, vel quempiam alium numerum, & illorum vtrorum vnumquodque rursus eodem modo, quousque quod à principio, non quod vnum, & multa, & infinita sunt, tantùm sciat quis, sed & quot:* hanc viam à Dijs nobis datã: quod de philosophia alibi vidimus ab eo dictum, hic repetit. θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις, ὥς γε καταφαίνεταί μοι, ποθὲν ἐκ θεῶν ἐρρίφη διά τινος Προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ τινὶ πυρί. *Deorum quidem in homines dona, vt quidem videtur mihi vnde à Dijs fluxerunt, aliquem Prometheum, simul cum lucidißimo igne.* Atque per hæc posteà, οἱ μὲν οὖν θεοί, ὅπερ εἶπον, οὕτως ἡμῖν παρέδοσαν σκοπεῖν καὶ μανθάνειν, καὶ διδάσκειν ἀλλήλους. *Dij ergo vt dixi, ita nobis tradiderũt considerare, & discere, & docere nos ad inuicẽ.* Sed in Politico clarius etiã enucleat hãc ipsam vnius diuisionem. δέον ὅταν μὲν τὴν τῶν πολλῶν τις πρότερον αἴσθηται κοινωνίαν, μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ τὰς διαφορὰς ἴδῃ πάσας, ὁπόσαιπερ ἐν εἴδεσι κεῖνται. τὰς δ' αὖ παντοδαπὰς ἀνομοιότητας, ὅταν ἐν πλήθεσιν ὀφθῶσιν μὴ δυνατὸν εἶναι δυσωπούμενον παύεσθαι πρὶν ἂν σύμπαντα τὰ οἰκεῖα ἐντὸς μιᾶς ὁμοιότητος ἔρξας, γένους τινὸς οὐσίᾳ περιβάληται. *Oportet, quando quis ante multorum senserit communionem non desinere, antequã in ipsa differentias viderit omnes quotcunque in speciebus posita sunt. rursus omnifarias dißimilitudines, quando in multitudinibus conspectæ fuerint, non esse poßibile, etiamsi vix perspiciat desistere, antequam cuncta propria intra vnam similitudinem cohercens, generis alicuius essentia circumuallet.* Et in fine Phædri. πρὶν ἄν τις τό τε ἀληθὲς ἑκάστων εἰδῇ πέρι ὧν λέγει ἢ γράφει, κατ' αὐτό τε πᾶν ὁρίζεσθαι δυνατὸς γένηται, ὁρισάμενός τε πάλιν κατ' εἴδη μέχρι τοῦ ἀτμήτου τέμνειν ἐπιστηθῇ. *Quomodo antequàm quis verum singulorum sciat, de quibus dicit vel scribit per se quidem omne id definire potens fiat, definiens verò rursus per species vsq; ad indiuisibile, diuidere sciuerit.* Has autem actiones Dei opus esse in Timæo asseruit. ὅτι θεὸς μὲν τὰ πολλὰ εἰς ἓν συγκεραννύναι, καὶ πάλιν ἐξ ἑνὸς εἰς πολλὰ διαλύειν

ἱκανὸς ὡς ἐπιστάμενος ἅμα καὶ δυνατός. ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὐδέτερα τούτων ἱκανός. *Quòd quidem Deus multa in vnum contemperare, & rursus ex vno in multa dissoluere sufficiens, vti sciens simul & potens. Hominum verò nullus, neutrum horum sufficiens.* Attamen in Sophista Philosophi & Dialectici id munus esse contendit. καὶ κινδυνεύομεν ζητοῦντες τὸν σοφιστὴν, πρότερον ἀνευρηκέναι τὸν φιλόσοφον. Θεαι. πῶς λέγεις; Ξεν. τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι, καὶ μήτε ταυτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήτε ἕτερον ὂν ταυτὸν, μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι; Θεαι. Ναὶ φήσομεν. Ξεν. οὐκοῦν ὅ γε τοῦτο δυνατὸς δρᾶν μίαν ἰδέαν διὰ πολλῶν ἑνὸς ἑκάστου κειμένου χωρὶς πάντη διατεταμένην ἱκανῶς διαισθάνεται, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς ἔξωθεν περιεχομένας, καὶ μίαν αὖ δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἑνὶ ξυνημμένην, καὶ πολλὰς χωρὶς πάντη διωρισμένας, τοῦτο δ' ἐστὶν ᾗ τε κοινωνεῖν ἕκαστα δύναται καὶ ὅπη μὴ διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι; Θεαι. παντάπασι μὲν οὖν. Ξεν. ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν, οὐκ ἄλλῳ δώσεις ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι. *Et periclitamur, quærentes Sophistam prius reperisse Philosophum. Thea. Quomodo dicis? Hosp. per genera diuidere neq; eandem speciem, aliam præstare, neq; aliam existentem eandem. num dialectica scientia dicemus esse? Thea. Na dicemus. Hosp. nonne ergo potens hoc facere, vnam ideam per multa singulis positis seorsum, vndequaq; extensam sufficienter persentire, & multas alias ab inuicem, ab vna extrinsecùs cõtentas, & vnam rursus per tota multa in vno coniunctam, & multas seorsum vndequaq; determinatas: hoc verò est, qua communicare singula potest. & qua non, discernere per genera scire. Thea. Omnino. Hosp. Sed enim dialecticã non aliy quidem tribues vt ego puto, præterquàm sincerè & iustè philosophanti.* Talem autem philosophum describit paulo post, ὁ δὲ φιλόσοφος, τῇ τοῦ ὄντος ἀεὶ διὰ λογισμῶν προσκείμενος ἰδέᾳ, διὰ τὸ λαμπρὸν αὖ τῆς χώρας, οὐδαμῶς εὐπετὴς ὀφθῆναι. τὰ γὰρ τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς ὄμματα καρτερεῖν πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶντα, ἀδύνατα. *Philosophus verò entis semper per ratiocinia incumbens Ideæ, ob luciditatem regionis, nullo modo facilis est conspectu, multorum enim animæ oculi, sustinere ad diuinum respicientes impotentes sunt.* Talem quoque veram esse Philosophiam, qualem hic philosophum descripsit, ex Repub ostendimus. Definitionem itaque ac diuisionem illam vel præcedentem vel subsequentem verè scientiæ instrumẽta, Plato celebrauit. Aristoteles vt suę illi imaginariæ demonstrationi locum faceret, diuisionem irrisit, primo Analytico cap. 32. ὅτι δ' ἡ διὰ τῶν γενῶν διαίρεσις μικρόν τι μόριόν ἐστι τῆς εἰρημένης μεθόδου ῥᾴδιον ἰδεῖν. ἔστι γὰρ ἡ διαίρεσις, οἷον ἀσθενὴς συλλογισμὸς, ὃ μὲν γὰρ δεῖ δεῖξαι, αἰτεῖται. συλλογίζεται δ' ἀεί τι τῶν ἄνωθεν. πρῶτον δ' αὐτὸ τοῦτο ἐλελήθει τοὺς χρωμένους αὐτῇ πάντας καὶ πείθειν ἐπεχείρουν, ὡς ὄντος δυνατοῦ περὶ οὐσίας ἀπόδειξιν γενέσθαι καὶ τοῦ τί ἐστι; ὥστε οὔτε ὅτι ἐνδέχεται συλλογίσασθαι τὸν διαιρούμενον συνίεσαν, οὔτε ὅτι οὕτως ἐνδέχεται. *Quod verò diuisio per genera parua quadam particula est, dictæ methodi, facile est videre. Est enim diuisio, veluti debilis syllogismus, quod enim oportet ostendere, petit. Syllogizat verò semper aliquid superiorum, primum verò hoc opinionem latuit omnes ea vtentes, & suadere conabantur, tanquam posset fieri de substantia demonstratio, & ipsius quid est. Itaq; neq; quod potest syllogizare diuidens intellexerunt, neque quod hic posset.* Quibus verbis tria reprehendit in re. Quòd diuisio exigua pars syllogisticę methodi sit, quòd debilis syllogismus, quia principiũ petat, & quòd falsò putarunt, posse per diuisionem essentiam demonstrari. Quàm hoc sit à suo proprio sensu detortum, patebit, cum Plato, nec syllogismo eam, nec demonstrationi, aut comparauerit, aut subdiderit. Quare reprehẽsiones hæ futiles & malè tortæ cadũt. At Analytico 4 cap. 5 eadem reprehensione vsus est, quod diuisio non syllogizet. Et præterea quod neque vt inductio demonstret. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ὁδὸς συλλογίζεται. *Sed enim neq; per diuisiones via syllogizat.* ἀλλ' ὥσπερ, οὐδ' ὁ ἐπάγων ἀποδείκνυσι. *sed neq; vt inducens demonstrat.* Quid tum concedet omnia Plato, an fortè ob hoc inutilis est diuisio? nequaquam ait Aristoteles. ἀλλ' ἑτέρον ἄλλον τρόπον γνωρίζειν ποιεῖ. *Sed si alio modo cognoscere facit.* Quia οὐδὲ γὰρ ὁ ἐπάγων ἴσως ἀποδείκνυσιν, ἀλλ' ὅμως δηλοῖ τι. *Neq; enim inducens fortè demonstrat, sed nihilominus ostendit aliquid* Neque hoc solùm, sed eandem vtilitatem cum Platone ipsemet hic reprehensor vltimo hoc libro capite 14. χρὴ δ' ὅταν ὅλον τι πραγματεύηταί τις διελεῖν τὸ γένος εἰς τὰ ἄτομα τῷ εἴδει τὰ πρῶτα. οἷον ἀριθμὸν εἰς τριάδα καὶ δυάδα, εἶτ' οὕτως ἐκείνων ὁρισμοὺς πειρᾶσθαι λαμβάνειν. *Oportet autem quando quid totum tractat aliquis, diuidere genus in indiuisibilia speciè prima, veluti numerum in ternarium, & binarum, atq; ita illorum definitiones tentare sumere.* Et mox. μετὰ δὲ τοῦτο λαμβάνοντα τί τὸ γένος, οἷον πότερον τῶν ποσῶν ἢ τῶν ποιῶν, τὰ

ἴδια

ἴδια πάθη θεωρεῖν διὰ τῶν κοινῶν πρώτων. *Post hoc verò sumentem quid genus, veluti aliquid, quantorum, vel qualium proprias passiones speculari, per communia prima.* Platonico prorsus præcepto, atque vsu. & id ipsum tentare sumere præcipit, quod loco superiore carpserat, quia sumeret. Et initio capitis non aliter venari definitionem docet, quàm ista λῆψει *sumptione.* τὰ δὴ τοιαῦτα ληπτέον μέχρι τούτου, ἕως τοσαῦτα ληφθῇ πρῶτον. *Talia sanè sumenda, usque quò tot assumpta sint primò.* Et capite 16. iubet. πρὸς δὲ τὸ ἔχειν τὰ προβλήματα, ἐκλέγειν δεῖ τάς τε ἀνατομὰς καὶ τὰς διαιρέσεις. οὕτω δ' ἐκλέγειν ὑποτιθέμενον τὸ γένος τὸ κοινὸν ἁπάντων. *Ad habenda verò problemata seligere oportet sectiones, & diuisiones, ita autem seligere, supponentem genus commune omnium.* Nec solùm eadem præcepta dat, sed iisdem etiam vocibus vtitur: ληπτέον, ληφθέντων, assumēdum, assumptis, & quod maius est, causæ cognitionem haberi per diuisionem ipse mox subnectit. δῆλον γὰρ ὅτι ἕξομεν ἤδη λέγειν τὸ διὰ τί ὑπάρχει τὰ ἑπόμενα τοῖς ὑπὸ τὸ κοινόν. *Clarum enim quod habebimus iam dicere, propter quid insunt sequentia ijs quæ sub communi sunt.* Causam autem cum effectu nectere, iam scientia est. per diuisionem ergo Aristotelica sententia, scientiam habemus, contraria priori sententiæ, per quam diuisionem vti asyllogisticam, vti quæ peteret principium, quæ assumeret, non probaret, improbauerat, nunc autem, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ πράγματος ἀγόμενος, *ab ipsa veritate & re ipsa coactus* Vti ipse de antiquis quibusdam dixit, fatetur diuisionem non aliter ac Plato ad definitionem facere, problematibus omnibus, vtilem, & causæ cognitionem adducere eam ab ipso eius improbatore probatur. Definitionem quoque veritate ductus eodem capite 14. Fassus est principium omnis cognitionis esse. τοῖς γὰρ συντιθεμένοις ἐκ τῶν ἀτόμων τὰ συμβαίνοντα, ἐκ τῶν ὁρισμῶν ἔσται δῆλα, διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι πάντων τὸν ὁρισμὸν καὶ τὸ ἁπλοῦν. *Componentibus namque ex singularibus accidentia, ex definitionibus erunt manifesta, quia sit principium omnium definitio, & quod est simplex.* Sed hæc videntur illi inuito veritate cogente ab ore excidisse, quia alioquin sua Dialectica, nihil aliud quàm demonstrationem agit, quia definitio, illi est vel demonstratio, vel principium, vel finis demonstrationis: diuisio verò definitioni ancillatur. De quarta methodo analytica, quanquam eius voce libros inscripserit, nullum verbū: Platonis autem dialectica hanc quoque habet, & alia quædam docet. Nam fine 6. Reipub. duplicē videtur analysin cōstituere ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωμετρίας τε καὶ λογισμοὺς καὶ τὰ τοιαῦτα πραγματευόμενοι, ὑποθέμενοι τό τε περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον, καὶ τὰ σχήματα καὶ γωνιῶν τριττὰ εἴδη, καὶ ἄλλα τούτων ἀδελφὰ καθ' ἑκάστην μέθοδον. ταῦτα μὲν ὡς εἰδότες ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτά, οὐδένα λόγον οὔτε αὐτοῖς οὔτε ἄλλοις ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν διδόναι, ὡς παντὶ φανερῶν· ἐκ τούτων δ' ἀρχόμενοι τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο ἐὰν ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσι. *Quod qui circa Geometrias, & computa, atque talia versantur supponentes par, & impar, & figuras & angulorum triplicem speciem, & alia horum germana in singulis methodis, hæc quidem tanquam scientes facientes hypotheses, nullam rationem iam, neque sibi, neque alijs volunt de ijs reddere vti cuique clarum, ab his autem incipientes reliqua pertractantes desinunt confessè ad hoc, quando ad contemplationem accedunt.* Et anteà dixerat in intelligibili lineæ sectione. ᾗ τὸ μὲν αὐτοῦ τοῖς τότε τμηθεῖσιν ὡς εἰκόσι χρωμένη ψυχὴ ζητεῖν ἀναγκάζεται ἐξ ὑποθέσεων, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν πορευομένη, ἀλλ' ἐπὶ τελευτήν. τὸ δ' αὖ ἕτερον τὸ ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα καὶ ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων, αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη. *Quatenus alia eius pars tūc sectis tanquā imaginib. vtēs anima, quærere cogitur ex hypothesib. nō ad principiū procedēs, sed ad finē. Alia aūt, ea quæ ad principiū nō suppositū, ex suppositione incedēs, & sine imaginib. circa illud, ipsis formis per ipsum, methodū faciēs.* Deinde duplici huic analysi ab hypothesibus ad principiū, ab hypothesib' ad finē subdit. ὑποθέσεσι δ' ἀναγκαζομένην ψυχὴν χρῆσθαι περὶ τὴν ζήτησιν αὐτοῦ, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν ἰοῦσαν, ὡς οὐ δυναμένην τῶν ὑποθέσεων ἀνωτέρω ἐκβαίνειν, εἰκόσι δὲ χρωμένην αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθεῖσιν, καὶ ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα ὡς ἐναργέσι δεδοξασμένοις καὶ τετιμημένοις. *Hypothesib. verò coactā animā vti circa inquisitionē ipsius, nō ad principium incedens, tanquam quæ non possit supra hypotheses euadere, imaginibus verò vtentem ipsis, ijs quæ ab inferioribus assimilantur, & illis ad illa vt euidentibus iam opinatis, & ordinatis* Atq; hęc de Mathematicis analysibus. Sed Dialecticū docet hypothesibus nō vti principijs notis, sed vt verè hypothesibus, quæ sibi inseruiant, veluti gradus ascensionis ad ipsum principium. τὸ τοίνυν ἕτερον μάνθανε τμῆμα τοῦ νοητοῦ, λέγοντά με τοῦτο, οὗ αὐτὸς ὁ λόγος ἅπτεται τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει, τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος, οὐκ ἀρχάς,

ἀλλὰ τῷ ὄντι ὑποθέσεις, οἷον ἐπιβάσεις τε καὶ ὁρμάς, ἵνα μέχρι τοῦ ἀνυποθέτου, ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἰών, ἁψάμενος αὐτῆς, πάλιν αὖ ἐχόμενος τῶν ἐκείνης ἐχομένων, οὕτως ἐπὶ τελευτὴν καταβαίνει αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρώμενος, ἀλλ' εἴδεσιν αὐτοῖς δι' αὐτῶν εἰς αὐτὰ καὶ τελευτᾷ εἰς εἴδη. *Alteram ergo addisce sectionem intelligibilis, dicentem quidem hoc, cuius ipse sermo, attingit disserendi facultate hypotheses faciens, non principia, sed re vera hypotheses veluti gradus, & impetus, vt vsq; ad insuppositum vniuersi principiũ profectus, attingat illud, rursus inhærens ijs, quæ ipsi inhærent ita ad finem descendat, sensibili nullo prorsus vtens, sed formis ipsis, per ipsas, in ipsas, & desinit in formas.* Itaque Dialectica duplicem habet analysin, vt ab hypothesibus ad primum omnium principiũ ascẽdat, deinde ab eo per antiquos ordines descendat. Quarum apud Platonicos sæpe, sed apud Damascium præcipuè illustrissima habemus exempla. Nec verò putãdum est, has analyses duplicem illam Peripateticorum demonstrationem esse. τοῦ ὅτι, καὶ τοῦ διότι, quas vocant, *quia & propter quid.* Quibus asserunt duplicem progressum illis fieri, ab effectibus ad causas, à causis ad effectus: hæ enim simplices duo syllogismi sunt, non autem progressus per plures & causas & effectus, sibi ad inuicem coordinatos ac subalternos. Quorum nullibi locorum Aristoteles vllam fecit mentionem. Auerrois potius vmbram nescio quam huiusce rei vidit, viamque atque ordinem doctrinæ videtur nuncupasse. Sed Plato, non tam ab effectibus priorem progressum fieri dicit, quàm ab hypothesibus, nullo sensibili adhibito, sed ideis ac formis tantùm. Quam rem totam 7. quoq; libro latius explicans inter alia scribit, οὕτω δ' ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρῇ, ἄνευ πασῶν τῶν αἰσθήσεων, διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον ὁρμᾶν, καὶ μὴ ἀποστῇ πρὶν ἂν αὐτὸ, ὃ ἔστιν ἀγαθὸν αὐτῇ νοήσει λάβοι. τότε δὴ ἐπ' αὐτῷ γίνεται τῷ τοῦ νοητοῦ τέλει. *Ita quando quis ipsam differtionem aggrediatur, absq; omnibus sensibus, per sermonem, ad ipsum quid est, vnumquodq; appulerit, & non discedat, antequã ipsum quod est bonum, rursus intellectione accipiat, tunc sanè in ipso est intelligibilis fine.* Hunc autẽ progressum Dialecticam vocat. τί οὖν; οὐ διαλεκτικήν, ταύτην τὴν πορείαν καλεῖς; *Quid ergo, nonne Dialecticam hunc progressum vocas?* Qui progressus sit solutio à vinculis ἡ δέ γε ἦν δ' ἐγὼ λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν, ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὸ φῶς, καὶ ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος. *Hæc inquam ego solutio & à vinculis, & auersio ab vmbris ad imagines, & lucem, & ex subterraneo in solem reditus.* Et mox πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν ἃς διήλθομεν ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν, καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ βελτίστου ἐν ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὖσι θέαν. *Omnis hæc tractatio artium, quas percurrimus hanc habet facultatem, & reductionem optimi in anima ad optimi in entibus contemplationem.* Huiusce dialectices vsus nullam videtur Aristoteles notitiam habuisse. Scripsit Plotinus insignem libellum in hanc sentẽtiam, titulo Dialectices, quæ non est Aristotelis metaphysica via, vt quidam sunt interpretati, Sed vias Dialectices Plato paulò post describit. λέγε οὖν τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμεως, καὶ κατὰ ποῖα δὴ εἴδη διέστηκε καὶ τίνες αὖ ὁδοὶ αὗται γὰρ ἤδη ὡς ἔοικεν αἱ πρὸς αὐτὸ ἄγουσαι εἶεν, οἷ ἀφικομένῳ, ὥσπερ ὁδοῦ ἀνάπαυλα ἂν εἴη καὶ τέλος τῆς πορείας. *Dic ergo quis modus differendi facultatis, & secundùm quas formas distet, & quæ nam viæ? hæ enim iam, vt apparet, fuerint ad illud ducẽtes quò appulsa veluti via requies fuerit, & finis itineris.* Sed hoc tamẽ accidat ἐμπείρῳ ὄντι *iam assueto.* & hanc solam id efficere subdit. τόδε γοῦν ἦν δ' ἐγώ, οὐδεὶς ἡμῖν ἀμφισβητήσει λέγουσιν ὡς αὐτοῦ τε ἑκάστου πέρι ὃ ἔστιν ἕκαστον, ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μέθοδος, ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν. ἀλλ' αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι τέχναι ἢ πρὸς δόξας ἀνθρώπων καὶ ἐπιθυμίας εἰσίν, ἢ πρὸς γενέσεις τε καὶ συνθέσεις, ἢ καὶ πρὸς θεραπείαν τῶν φυομένων τε καὶ συντιθεμένων ἅπασαι τετράφαται. αἱ δὲ λοιπαὶ ἃς τοῦ ὄντος τι ἔφαμεν ἐπιλαμβάνεσθαι γεωμετρίας τε καὶ τὰς ταύτῃ ἑπομένας ὁρῶμεν ὡς ὀνειρώττουσι μὲν περὶ τὸ ὄν, ὕπαρ δ' ἀδύνατον αὐταῖς ἰδεῖν ἕως ἂν ὑποθέσεσι χρώμεναι ταύτας ἀκινήτους ἐῶσι μὴ δυνάμεναι λόγον διδόναι αὐτῶν. ᾧ γὰρ ἀρχὴ μὲν ὃ μὴ οἶδε τελευτὴ δὲ καὶ τὰ μεταξὺ ἐξ οὗ μὴ οἶδε συμπέπλεκται τίς μηχανὴ τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν ποτὲ ἐπιστήμην γενέσθαι, οὐδεμία ἦ δ' ὅς. οὐκοῦν ἦν δ' ἐγὼ ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἵνα βεβαιώσηται καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω συνερίθοις καὶ περιαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις. *Hoc quidẽ inquam ego, nemo nobis d[illegible]entibus dubitet, quod circa vnumquodq; quod est vnumquodque illa alia tentat methodus, rectà via, de omni sumere. Sed omnes aliæ artes vel ad opiniones hominum, & appetitiones sunt, vel ad generationes, & compositiones, vel & ad curationem*

*rationem nascentium & compositorum omnes versantur, reliqua verò, quas dicimus, entis aliquid attingere, Geometriam, & eas, quas hanc sequi videmus, veluti somniant circa ens, supra autem impossibile est ipsis vt videãt, quousq; hypothesibus vtentes, eas immobiles sinant non potentes rationem ipsarum reddere. cui enim principium est, quod nescit, finem verò, & intermedia, ex eo quod ignorat, complicatur, qua nam machina talem confessionem vnquam scientiam fieri? Nulla inquit ille. Non nego, inquam ego Dialectica methodus sola hac graditur, hypotheses tollens, ad ipsum principium ascendit fermè, & re vera in cœno quodam barbarico, animæ oculum sepultum sensum trahit, & reducit sursum adiutricibus, & ductricibus, vtens ijs, quas percurrimus artibus.* Hanc Dialecticam paulò post ait esse. ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκ ἔτι ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι. *Veluti culmen disciplinis Dialectica supra nos iacet, & non quod alia disciplina superius rectè superponatur.* Iam sublimem ergo Plato, nobis dialecticam tradidit, quæ nos via certa ad primum principium, atque veram verorum entium cognitionem duceret. Hunc vsum Aristoteles, eiusque Peripatetici omnes ignorarunt, quorum dialectica vtilis tantum est, ne quis nos in contradictionem adducat, inter disputandum, ad quam vtilitatem solam versa omnis eius exercitatio est. Atq; hinc est quod quadringentis iam annis nedum dialectica, sed philosophia quoque ipsa, nihil aliud fuerit, sitque adhuc in scholis quàm lis & verbosa contentio. Ex quibus, an Aristotelica Dialectica sit Platonicæ conferenda, facilè omnes mente sani, perspicere valent. Quod autem negare videtur scientias reminiscentias animæ esse, secundo Analytico capite 21. & Analy. 3. capite 1. id maximis ex dogmatibus eius eruemus. Nihil enim aliud est scientia quàm notitia & cognitio quædam intellectus, eius partis animæ, vti ipse nos 1. de Anima capite 4. docet, qua *Scientia quid.* cognoscit & sapit. ᾧ γινώσκει τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ. hanc autem partem vocat νοῦν. *mentem* seu intellectum: paulò enim post habet. ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖ τε καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή) οὐδέν ἐστιν ἐνεργείᾳ τῶν ὄντων πρὶν νοεῖν. *Ergo vocatus animæ intellectus (dico autem intellectum, quo intelligit, & existimat anima) nihil est actu rerum antequàm intelligat*, At quomodo id fieri potest, vt aliquid prius agat, quàm sit? actio accidens est, accidens in substantia necessariò est, substantia ergo præcedat actionem necesse est, quomodo ergo nihil est antequàm intelligat? Deinde hic intellectus. ὁ δὲ νοῦς χωριστός *separatus est*, at si separatus, quomodo nihil actu est antequã intelligat? absurda sanè contradictio, & separatus est quidem, quia diuinus vti 2. de Generatione animalium capite 3. λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον *Relinquitur verò intellectum solùm deforis venire, & diuinũ esse solùm.* Qui cũ diuinus sit quomodo nihil est actu? cũ deforis veniat in semẽ, quomodo nihil est actu? Si οὐθὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. *Neq; enim ipsius actioni communicat corporea actio.* Si τὸ δὲ τῆς γονῆς σῶμα ἐν ᾧ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, τὸ μὲν χωριστὸν ὂν σώματος ὅσοις ἐμπεριλαμβάνεται τὸ θεῖον, τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος νοῦς. *Generationis verò corpus in quo simul abit semen animastici principij, hoc quidem separatum existens à corpore, quibuscunq; continetur diuinum, talis autem est is qui vocatur intellectus.* Si inquam intellectus diuinus est, si non communicat actionem suam cum corporis actione, si separatus est à corpore, si deforis venit, si propterea dicitur 1. de Anima capite 4. esse substantia, & non corrumpi. ὁ δὲ νοῦς ἔοικεν ἐγγίνεσθαι, οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι. *Intellectus verò videtur ingenerari, & substantia quædam esse & non corrumpi.* Et rursus. ὁ δὲ νοῦς ἴσως θειότερόν τι καὶ ἀπαθές ἐστιν. *Intellectus verò forsan diuinius quid, & impassibile est.* Neq; obstat quod hîc dubitanter id videntur protulisse, omnia enim hoc libro dubitantur, nullo modo dici potuit eum essentia nihil esse, priusquam in actionem veniret, quomodo enim in actionem veniat, quod nondum est? diuinum locis superioribus eum docuit esse, si diuinus etiam impassibilis, si impassibilis, etiam immortalis, si immortalis & ingenitus, prolixè enim fine primi de cœlo docuit, quod incorruptibile sit & ingenerabile esse. Si ergo immortalis est intellectus, est etiam incorruptibilis, si incorruptibilis, etiam ingenerabilis: si ergo deforis venit, & ingenitus est, præexistit, modò quæratur si æterno tẽpore præexistit, antequàm ad nos descendat, an ignorans est rerum? Si ignorans est, quomodo est intellectus? intellectus enim est quia intelligit, si ignorat non est intellectus, vt ergo intellectus sit, necesse est eum intelligere: si intelligit, aliquid

nimirum intelligit, entia nimirum aut non entia? Entia certè. entia ergo intelligens in nos descendit, & si is ipse est, qui in nobis intelligit, & scit, scientia nostra hęc secunda prioris scientiæ repetitio est, ac reminiscentia. Præterea nos quæ primò cognoscimus, per sensus cognoscimus. vt multis locis præsertim Analyticis docet Aristoteles, ex singulariū autem cognitione vniuersalē colligimus scientiā. Sed vniuersale hoc sciebamus. Sic enim initio 3. Analytici. *περὶ δ' ἐπαχθῆναι ἢ λαβεῖν συλλογισμὸν τρόπον μέν τινα ἴσως φατέον ἐπίστασθαι, τρόπον δ' ἄλλον οὔ. Antequam verò inducatur, aut accipiatur syllogismus, aliquo quidem modo fatendum est scire, alio verò modo non.* Quo autem modo sciatur, inox subdit. *ἀλλὰ δῆλον ὡς ὡδὶ μὲν ἐπίσταται, ὅτι καθόλου ἐπίσταται, ἁπλῶς δ' οὐκ ἐπίσταται. Sed clarū quod hoc modo quidem scit, quia vniuersale scit, simpliciter autē nescit.* Antequàm ergo simpliciter id est particulariter sciamus, scimus vniuersaliter, per quod vniuersale etiā particulare scimus, ita enim 2. Analytico. cap. 21. docet. *τῇ μὲν οὖν καθόλου, θεωροῦμεν τὰ ἐν μέρει. Vniuersali ergo contēplamur ea quæ in parte.* Si ergo vniuersalis scientia in nobis est antequā inductio aut syllogismus fiat, atqi si per vniuersalē scientiam particularem acquirimus, cum nulla alia in nobis sit. Vniuersalē scientiam ab intellectu habemus, qui ęam habens in nos descendit, perque eā cum particularium sciētiam acquiramus, cui iam dubium eam scientiam reminiscentiam esse? non enim est aliud reminiscentia, quàm cognitionis prioris resumptio resumimus ergo quam prius habueramus particularium, atq; simpliciter sciētiam, per vniuersalem scientiam, quæ in intellectu salua remanserat. Ita dogma maximè ab Aristotele impugnatum per dogmata eius redit in lucē atq; integrū manet.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM TOMI III LIBER V.

## *EXCVSSIO EORVM QVAE ARISTOTELES contra Ideas Platonis disputauit.*

VT nihil de Entis aut diuina philosophia ausus est Aristoteles oppugnare eorū, quæ sapientissimè ac diuinè à Platone scripta fuerant. ita contra ideas acerrimè est inuectus, neq; est vlla alia vel sæpius, vel acrius exagitata quæstio, vniuersis ferè Aristotelis libris, quàm Ideæ perpetuo quodam veluti odio exagitatæ sunt. Eaq; exagitatio omnibus Peripateticis ita animos imbuit, vt infamis ac prorsus ridicula idearū doctrina, & videatur, & habeatur. Quod verò iure an iniuria ipsi sibi persuadeant, non paruum operę fuerit precium, hanc totam rem à suis initijs explicare ac perpendere. Itaq; Aristoteles primo Sapientiæ cap 5 narrat. *μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας, ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία. τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. ἐκ νέου τε γὰρ συγγενόμενος πρῶτον κρατύλῳ καὶ ταῖς ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων, καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης. ταῦτα μὲν ὕστερον οὕτως ὑπέλαβε. Σωκράτους δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐδὲν ἐν μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος, καὶ περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος πρώτου τὴν διάνοιαν, ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος, διὰ τὸ ζητῆσαι περὶ τοῦ καθόλου, τοῦτο ὑπέλαβεν, ὡς περὶ ἑτέρων τοὺς ὁρισμοὺς τούτους γινομένους, καὶ οὐ περὶ αἰσθητῶν τινός. ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινός, ἀεί γε μεταβαλλόντων. οὗτος οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα, καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα. κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων, ὁμώνυμα τοῖς εἴδεσιν. τὴν δὲ μέθεξιν τοὔνομα μόνον μετέβαλεν. οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μιμήσει τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν. Πλάτων δὲ μέθεξιν τοὔνομα μεταβαλών, τὴν μέντοι γε μέθεξιν ἢ τὴν μίμησιν, ἥτις ἂν εἴη τῶν εἰδῶν ἀφεῖσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν. Post dictas autem Philosophias Platonis superuenit tractatio in plurimis Pythagorica hac sequens, alia quoque præter Italicorum philosophiam propria habens: à iuuene enim primò congressus Cratylo, & Heracliticis opinionibus tanquam omnibus sensibilibus semper fluentibus, & scientia circa ea non existente, hæc quidem postea existimauit. Socrate verò circa*

*mores*

*mores versante, de vniuersa aũt natura nihil quã in his vniuersale quærente, & in definitionib. primo adhibẽte intellectu illũ amplexus, quia quæreret de vniuersalibus, talẽ putauit tanquã de alijs definitiones factas, & non de sensibilium aliquo. impossibile enim esse communẽ definitionẽ sensibilium alicuius: semper mutatur. Iste quidem talia entium ideas nominauit sensibilia, circa ea quæ præter hæc, & secundũ hæc dici omnia, per participationẽ enim esse plerãq; vniuocorũ æquiuoca speciebus: participationẽ verò nomẽ solũ mutauit: Pythagorei enim imitationem dicunt esse entia numerorũ. Plato verò participationẽ nomen mutans participationẽ tamen vel imitationẽ quæ fuerit specierũ. omiserunt in communi quærere.* Et non multo post τὸ μὲν οὖν τὸ ἓν καὶ τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ πράγματα ποιῆσαι καὶ μὴ ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγὴ διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν. οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς οὐ μετεῖχον. *Vnum quidem, & numeros præter res facere, & non sicut Pythagorei & specierũ introductio propter considerationem quæ in sermonibus facta est, priores enim Dialectica nõ participabant.* Hoc ipsum etiã tradit libro 6. cap. 4. & 9. quæ quidem narratio, vt dicere solet Syrianus, dictorum omnium infelicissimũ mihi videtur & præterea falsissimũ. Nam nec Socrates definibilia sola vniuersalia esse putauit nec Plato, vt nos asserimus idearum excogitator fuit, idque omnino falsum esse affirmam⁹. Fuit enim hæc Pythagoreorum ante Platonẽ doctrina, & ante Pythagoreos, Orphei, & ante Orpheũ, Aegyptiorũ, & ante Aegyptios, Chaldæorũ. Quam rẽ multis eorum testimonijs ostendam. Timęus locrus Pythagoreos libello de mundi anima ac natura statim ab initio. τὰ δὲ σύμπαντα, ἰδέαν ὕλαν αἰσθητόν τε οἷον ἔκγονον τουτέων. *Vniuersa verò ideam materiam, sensibileq́; veluti proles ex his.* Ideamque declarans, καὶ τὸ μὲν ἦμεν ἀγένατόν τε καὶ ἀκίνατον, καὶ μένοντα καὶ τᾶς ταυτῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γινομένων, ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐντί: τοιοῦτον γὰρ τι τὰν ἰδέαν λέγεσθαί τε καὶ νοεῖσθαι. *Et hoc quidem esse ingenitum, & immobile, & manens & naturæ eiusdem, intelligibileq́; & exemplum generatorum quæcunq́; in mutatione sunt, Tale quippiam ideam & dici & intelligi.* Et post materiæ explicationem, δύο ὦν αἵδε ἀρχαὶ ἐντί, ὧν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄρρενός τε καὶ πατρός. *Duo ergò hæc principia sunt, quarum forma rationem habet maris & patris.* Et mox. τρία δ' ὄντα τρισὶ γνωρίζεσθαι, τὰν μὲν ἰδέαν νόῳ κατ' ἐπιστάμαν. *Tria cum sint, tribus cognosci. Ideam quidem intellectu per scientiam.* Deinde. πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι λόγῳ ἦστην ἰδέα τε καὶ ὕλα: *Antequam fieret cælum verbo erant Idea & materia* Clarissima hic ideæ toties fit mentio. Quibus duplicis mendacij Aristoteles conuincitur in verbis superius allatis: alterius, quòd dicat Pythagoreos ideas ignorasse: alterius, q̃ Plato primus eas excogitarit. Nemo enim est in Historia antiquorum sapientum ita parũ versatus, qui ignoret, Timęum Pythagoreum fuisse, & Platoné antiquiorem, sed hoc idearũ commune Pythagoreorum dogma fuit, attestante id Iamblicho, in Pythagoreorum mathematis exponendis, adducit ibi Brotini verba hæc, vnde Brotinus in libro de mẽte, & cogitatu, separans ipsa ab inuicem: hæc inquit, cogitatiua, mẽte minus quippiam est, & cogitabile, intelligibili. Mens enim simplex, & primũ intelligẽs, & intellectũ. huiusmodi aũt est idea quia impartibilis, & simplex, & primũ est aliorũ. Archytæ quoq; testimoniũ adducit, ex libro de mente, & sensu, in quo hæc legebantur. Sed hypotheses & principia, & ascensum facit, donec ad principiũ in quacunq; suppositione carens veniat, neque vtitur vllo sensibili, sed ideis ipsis per se ipsas &c. Quæ omnia videtur Plato transtulisse in 7. Reip. vti præcedente discussione vidimus. Iamblichus verò ibidem subnectit. Alterum intelligibile verè ens est id, circa quod Pythagorei versabantur & circulum intelligibilem & numerum idearum, &c. Syrianus quoque Commẽtarijs quę sola eius tam magni monimenta habemus in libros 6. & 7. sapientiæ Aristotelis hęc ex Pythagoreorum sententia retulit libri 2. commentario. *Diuinus Pythagoras, & omnes qui legitimè illius dogmata purissimis finibus suarũ mentium susceperant multos dicebant esse substantiarum gradus: intelligibilium & intellectualium, cogitabilium, & naturalium, aut omnino vitalium, & corporearum. Nam & rerũ processus, & cõnata processibus ipsis diminutio, quæ ordine quodam diuino perficitur, & vis diuersitatis in generib. entis multitudinẽ cõtinuã pariter & discretã cõstituũt, incorporaliũ & sensibiliũ pereuntiũ substantiarũ. Tres itaq; in latitudine entium gradus esse dicebant, intelligibilem, cogitabilem, sensibilem. Singulis verò ideas esse omniquaque quidem, sed propriè vbique cum existentia proprietate. Et intelligibiles quidem esse apud Deos, & causas eorum quæ consequuntur, effectiuas scilicet & exemplares & finales.*

*Aristotelis mẽdaciũ de Ideis.*

E 2

& alia quæ in hanc ſententiam ſequuntur. Quo grauiſſimo teſtimonio appareat fortè etiam tertium Ariſtotelis mẽdacium, qui refert Pythagoreos, entia eſſe imitationes numerorum dixiſſe. Nulla enim hic Pythagoræ, aut Pythagoreorum legitimorum ſcilicet aut imitatio, aut numerus, & ſi in illorum libris legebãtur, myſticè ad hunc ſenſum erãt verè ac philoſophice nõ pueriliter, non futiliter interpretãda. Sed Idearũ dogma, antiquius Pythagora quoq; ipſo fuit. eſt enim apud Orpheum qui Græcorum. Theologorum ſummus ac princeps fuit Ideę clariſſima memoria, eo loco.

*Ῥείη τοι νοερῶν μακάρων πηγή τε ῥοή τε*
*πάντων γὰρ πρώτη δυνάμει κόλποισιν ἀφράστοις*
*Δεξαμένη γενεὴν ἐπὶ πᾶν προχέει, προχέουσα.*
*Rhea ſanè, intelligibilium beatorum, fonſq; fluxuſq;*
*Omnium enim prima potentia finibus ineffabilibus*
*Susceptrix generationem in omne profundit, currentem.*

Nihil enim aliud hîc ſunt intelligibiles beati, quàm ideæ. Rhea autem nihil aliud, quam materia, quam & primam vocat, & potentia ſuſcipere generationem, ſed apertius in his.

*τύνη δ' ἐσσὶ πατὴρ, καὶ μητέρος ἀγλαὸν εἶδος*
*καὶ τεκέων τέρεν ἄνθος, ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχων*
*καὶ ψυχὴ, καὶ πνεῦμα, καὶ ἁρμονίη, καὶ ἀριθμός.*
*Tu eris pater, & matris ſplendida forma,*
*Et filiorum tenellus flos, in formis forma exiſtens*
*Et anima, & ſpiritus, & harmonia, & numerus.*

Forma enim ideam hic ſignificat, ſicut & Plato, & Ariſtoteles quoq; infinities eam, *εἶδος formã* appellauerunt. ex quo Orphei loco, & harmonia, & numerus Pythagoreorũ, fortè fluxerunt. Sed Ideas Orpheus ab Aegyptijs eſt mutuatus. eſt. n in Mercurij Poemandro ita ſcriptũ. *εἶδες ἐν τῷ νῷ τὸ ἀρχέτυπον εἶδος τὸ προάρχον, τῆς ἀρχῆς τῆς ἀπεράντου. Vidiſti in mente, archetypã formã proprincipem, principij interminati.* Sed fuerat idem dogma Aſſyriorũ ſeu Chaldæorũ. Sic enim Pſellus in eorũ breui Ecthesi. *Ἰδέας δὲ νομίζουσι νῦν μὲν τὰς τοῦ πατρὸς ἐννοίας, νῦν δὲ τοὺς καθόλου λόγους τοὺς ψυχικοὺς, καὶ φυσικοὺς, οὓς δίδωσι μὲν ὁ νοῦς τῇ ψυχῇ, ἡ δὲ ψυχὴ τῇ φύσει. Ideas quidem putant nunc, quidẽ patris conceptiones, nunc verò uniuerſales rationes animaſticas, & naturales. quas quidẽ mens tribuit animæ, anima verò natura,* Eſt etiam in *λογίοις* proloquijs Chaldæorum, quæ Proclus Cõm. in Parmenide affert. *μετὰ δὲ πατρικὰς διανοίας, ψυχὴ ἐγὼ ναίω. Poſt patris conceptiones anima ego habito.* Hæ autem patris conceptiones eædem ſunt cum ijs, quas modo Pſellus expoſuerat. Sed nominatim in his. *Νοῦς πατρικὸς ἐρροίζησε νοήσας ἀκμάδι βουλῇ παμμόρφους ἰδέας, πηγῆς δὲ μιᾶς ἀποπτάσαι ἐξέθορον Mens paterna intonuit intelligens ſummo conſilio omniformes ideas, fonte verò uno euolantes proruperũt.* mox deinde:

*κοσμῷ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ*
*Προὔθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον, οὗ κατὰ κόσμον*
*Ἴχνος ἐπειγόμενος, μορφῆς κατὰ κόσμος ἐφάνθη*
*Παντοίαις ἰδέαις.* *Mundo enim Rex multiformi*
*Propoſuit intellectualem Typum incorruptum, quo ſuper mundum*
*Veſtigium inducens, forma ornatus apparuit*
*Omnifariam ideis.* Et
*ἀκμὴ ἀρχεγόνου ἰδέας,*
*Summitas principigenia idea.* Zoroaſtes quoque
*Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν, νοοῦσι καὶ αὐταὶ*
*Βουλαῖς ἀφθέγκτοισι, κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.*
*Intellecta Iynges à patre, intelligunt & ipſa*
*Conſilijs ineffabilibus mota, ita vt intelligant.*

Iynges aũt Gemiſtus ideas interpretatur. Mendacij ergo Ariſtoteles manifeſtò conuincitur, qui Platonẽ Idearũ excogitatorẽ, primũ aſſerit fuiſſe. Nec verò ſatis mirari poſſum virũ, qui principatũ in philoſophia tam anxiè affectauerit, in tam manifeſtos incidiſſe errores, neq; id ignorantiæ eius rei cõmiſiſſe exiſtimẽ. nam vt detur eũ Aſſyrio.

Assyriorum Aegyptiorumq; dogmata ignorasse, certè Orphica, quorum mentio est ab eo lib. de Sapientia 7. habita, & Pythagoreorum libri eū non latuerunt, nec vllo modo ab eo non lectos existimandum est. Quarti quoque mendacij conuincitur, quo ad ideæ nomē, si illud, προσηγόρευσε ideas appellauit, pro nomine quoq; reperto accipiatur. Nam, & apud Hippocratē lib. de hominis natura ideæ nomen legitur. καὶ τοῦτο ἓν ἐὸν μεταλλάσσειν τὴν ἰδέαν καὶ τὴν δύναμιν. *Atq; hoc vnum existēs, mutare ideā & potentiam.* Et mox, ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων. *Itaq; multa ideæ morborum.* Et Polybius cuius libros Aristoteles ipse citat lib. de Semine, εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ, αἷμα, χολή, ὕδωρ καὶ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ἰδέας ἔχει συμφυέας ὁ ἄνθρωπος. *Sunt verò quatuor ideæ humidi, sanguis, bilis, aqua & plegma: tot enim ideas habet connatas homo.* quib⁹ locis ideæ nomen species ferè significat, quo significatu ipse quoq; est vsus primo de Cœlo cap. 7. ἀνάγκη καὶ τὰς ἰδέας τῶν ἁπλῶν σωμάτων εἶναι πεπερασμένας. *Necesse & ideas simplicium corporum esse terminatas*, & alibi. Itaq; nec nominis idearum, nec rei Plato excogitator fuit. Nunc oppugnationes idearum singillatim percenseamus. Eiusdem primi sapientiæ libri capite 7. ita refert Aristoteles. ἐν δὲ τῷ Φαίδωνι οὕτω λέγομεν ὡς καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ γίνεσθαι αἴτια τὰ εἴδη ἐστί. *In Phedone quidem ita dicitur, tanquā & ipsius esse, & fieri, causæ formæ sint.* Hæc sanè Platonicæ sententiæ, quod postea videbim⁹ recta est relatio: sed cum sexies in eo dialogo Idearum mentio sit facta, vltimo loco est, φ hic citat, sunt aūt Platonis verba hæc, veluti cōcludētis, ἐπεὶ αὐτῷ ταῦτα συνεχωρήθη καὶ ὡμολογεῖτο εἶναί τι ἕκαστον τῶν εἰδῶν, καὶ τούτων τ' ἄλλα μεταλαμβάνοντα, αὐτῶν τούτων τὴν ἐπωνυμίαν ἴσχειν. *Postquā ipsi hac concessa fuere, & cōfessum fuit esse aliquid singulas formarum, & harum alia participare harum ipsarum nomenclaturā obtinere.* Superius autē dixerat, φαίνεται γάρ μοι, εἴ τί ἐστιν ἄλλο καλὸν πλὴν αὐτὸ τὸ καλόν, οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο καλὸν εἶναι, ἢ διότι μετέχει ἐκείνου τοῦ καλοῦ. *Videtur enim mihi, si quid aliud est pulchrū, præter ipsum pulchrū neq; ob vnū aliud, pulchrum esse quàm quia participat illius pulchri.* Atq; hoc quatenus ad esse. ad fieri verò hæc alia: ὅτι τῷ καλῷ τὰ καλὰ γίνεται καλά. *quia pulchro pulchra fiunt pulchra.* Sed oppugnatio Aristotelis statim subnectitur his verbis, καί τοι τῶν εἰδῶν ὄντων, ὅμως οὐ γίνεται τὰ μετέχοντα, ἂν μὴ ᾖ τὸ κινῆσαν. καὶ πολλὰ γίνεται ἕτερα, οἷον οἰκία καὶ δακτύλιος, ὧν οὔ φαμεν εἴδη εἶναι. ὥστε δῆλον ὅτι ἐνδέχεται καὶ τ' ἄλλα, καὶ εἶναι καὶ γίγνεσθαι, καὶ διὰ τοιαύτας αἰτίας οἵας καὶ τὰ ῥηθέντα νῦν. *Attamen formis existentibus non fiunt participantia nisi fuerit mouens, & multa fiunt, alia veluti domus, annulus, quorum non dicimus formas esse, itaque clarum quod possunt etiam alia & esse, & fieri, etiam ob tales causas ob quales etiam fiunt nunc dicta.* Eadem omnia duobus, aut tribus tātùm verbis additis scribit lib. 6. cap. 5. prima hæc oppositio Non gignuntur participātia ideas, nisi motor adsit. At adest motor ô Aristoteles, aiebāt enim Assyrij ὡς ὁ νοῦς δίδωσι τῇ ψυχῇ, ἡ δὲ ψυχὴ τῇ φύσει. *Quas rationes scilicet mēs tradit animæ, anima verò naturæ.* Natura nōne motrix causa est, ex Aristotelis sententia cum ait, Deus & natura nihil frustrà facit. Dixerūt ergo Assyrij, ideas habere motorem ad rerum generationem. Plato quoque motorē assignauit in Timæo, Deum vniuersi opificem, mixtorum autem nostrarium minorum gentiū quosdam Deos. Pythagorei, vti ex Syriano attulimus, Ideas ipsasmet, & exemplares, & formales, atque etiam efficientes causas esse dixerunt, Timæus ideā maris & patris vicibus fungi dixit Adest ergo, τὸ κινῆσον. nihil ergo obstat γίνεσθαι τὰ μετέχοντα *gigni participantia.* nulla ergo obiectio. Altera futilis prorsus est, domus enim & annuli forma accidentalis est, nec ideo rectè infertur, quia hæ accidentales formæ sine idea fiunt, substantiales quoque formas fieri sine idea posse nullo enim recto syllogismo id concludetur. Esto. concludatur accidentalium formarum ideas esse negat Aristoteles. Plato eodem loco fatetur accidentium formas esse: nam & pulchrum quod in conclusione attulimus accidens est, & magnitudo, & paruitas quas ibi pro exemplis adducit, & alibi æquale, simile, bonum, iustum, & multa eiusdem generis, quæ omnia accidentia sunt. Si dicat Aristoteles, hæc naturalia ac morum accidentia sunt, domus & annulus artificiales sunt, atque sine ideis fiunt, assero hæc quidem traditione sua, sine idea fiunt. Nam libro de Ente 5. capite 7. triplices opifices cōstituit. πᾶσαι δ' εἰσὶν αἱ ποιήσεις, ἢ ἀπὸ τέχνης, ἢ ἀπὸ δυνάμεως, ἢ διανοίας. *Oēs verò factiones sunt, vel ab arte, vel à potentia vel à dianœa.* Declarat mox. ἀπὸ τέχνης δὲ γίνεται, ὧν τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ. *Ab arte sunt, quorū forma est in Anima.* Deinde concludens. ὥστε συμβαίνει τρόπον τινά, ὑγίειαν ἐξ ὑγιείας γίνεσθαι, καὶ τὴν οἰκίαν ἐξ οἰκίας τῆς ἄνευ

*νευ ὕλης, τὴν ἔχουσαν ὕλην, ἡ γὰρ ἰατρική ἐστι καὶ ἡ οἰκοδομικὴ τὸ εἶδος τῆς ὑγιείας καὶ τῆς οἰκίας. λέγω δ' οὐσίαν ἄνευ ὕλης τὸ τί ἦν εἶναι. Itaque accidit quodam modo, sanitatem ex sanitate fieri & domum ex domo, ea quæ sine materia, illa habens materiam. Medicina enim est, & ædificatoria forma sanitatis, & domus. Dico autem substãtiam absq; materia quod quid erat esse.* Nonne hæc sanitas, domus quæ sine materia est, in anima scilicet artificis idea quædam est per participationem, aut imitationem, aut similitudinem, cuius domus, & sanitas materialis fit. Ac sicuti hæc ab illa fit, ita naturæ res ac formæ in materia ingenerantur, per gradus à natura, ab anima, à mente opifice non aliter per varia instrumenta descendens, quàm ab artificis mente domus in lateres ac reliquã materiam medijs varijs organis descẽdit. Sed operępreciũ fuerit pauca de Ideis exponere, quo nobis ad Aristotelicas oppugnationes inseruiant. Fuit ergo ante Aristotelem, Platonis Pythagoreorum, Pythagoræq;, Orphei, Ægyptiorum, ac Chaldæorum commune dogma hoc. *Deum supremum vnum esse.* Eum quinque nominibus appellarunt. *τὸ ἕν, τὸ ἀγαθόν, ἀρχήν, θεόν, πατέρα. Vnum, Bonum, Principium, Deum, Patrem.* Hunc supra omne ens, supra omnem essentiam collocant, ab eo genitum esse primũ ens, primam vitam, primam mentem, hæc tria vnita. *λόγον, νοῦν, ἀρχέτυπον, νοητὸν κόσμον. Verbum, mentem. Archetypum, intelligibilem mundum* nũcupant, in hoc sitas essentialiter esse omnium entium formas quas ideas vocant: ab hoc pendere animã vniuersi: ab hac rursus, naturam vniuersalem, ab hac vniuersum mundum formari, in materia vnà subsistentem, cuius partes cùm duæ sint, cœlestis atque elementaris, eam vniuersæ animæ partem, qua cœlum regitur, animam vocant, qua elementa, naturam. ideas id est formas immateriales, in Archetypo, Assyrij asseruerunt, ab illa archetypa mente tradi animæ, ab anima tradi naturæ, à natura postremo tradi materiæ, in qua formarum varietas appareat, in mente illa, Iynges ideæ, formæ intelligibiles appellantur patris *ἔννοιαι, conceptiones*, in anima *λόγοι, rationes*, in natura semina, in materia formæ. Naturæ instrumenta, quibus materia disponatur ad eas recipiendas, sunt calor, frigus, humiditas, ac siccitas. Animæ verò instrumenta ad naturæ instrumenta commouenda atque excitanda, sunt cœli motus, lumen, tepor, influxus, hæc illorum dogmata. Eadem si quis rectà agat, ex Aristotelis philosophia propè omnia eruet. Id nos, quia maximè ad rem nostram facere videntur, attentemus. Homo generatur ex mulieris coitu cum viro id est Aristoteles attestatus, & eodem 7. capite & alibi multoties *ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ. Homo enim hominem gignet*, est enim verum quod ibidem ait, *τὸ γὰρ γινόμενον ἔχει φύσιν οἷον φυτὸν, ἢ ζῷον, καὶ ὑφ' οὗ ἡ κατὰ τὸ εἶδος λεγομένη φύσις, ἡ ὁμοειδής. Quod enim generatur habet naturam, veluti plãta vel animal. & à quo ea quæ secundum formã dicitur natura eiusdem formæ* scilicet. in omni enim generatione oportet esse *ὁμοειδῆ. eiusdem formæ* genitum cum generante. Sic enim libro quoque primo capite 5. de generatione scripsit, *γίνεται μὲν γὰρ ἁπλῶς ἑτέρου ἐξ ἑτέρου, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις διώρισται, καὶ ὑπό τινος ἐντελεχείᾳ ὄντος ἢ ὁμοειδοῦς, ἢ ὁμογενοῦς, οἷον πῦρ ὑπὸ πυρὸς, ἢ ἄνθρωπος ὑπ' ἀνθρώπου. Generatur ergo simpliciter, aliud ex alio, sicute etiam in alijs determinatum est, & ab aliquo actu existente, vel eiusdem speciei, vel eiusdem generis.* Hoc autẽ *ὁμοειδὲς eiusdem scilicet speciei*, & in alio quàm in genito *αὐτὸ δ' ἐν ἄλλῳ. Ipsa verò in alio* inquit 7. capite Coëat vir cum muliere, proijcitur semen in vterum, mulier concipit, in eo semine vteri calore foto, inest virtus formatiua fœtus, ea virtus natura dicitur, hæc habet in se rationem, qua format cor, cerebrum & hepar principio omnium, vt experientia docuit nos Hippocrates lib. de fœtus natura. Hęc formãtur: primò augescunt, distinguuntur partibus ac locis, vnumquoque suis, sic reliquas procedente tempore, format, auget, ac distinguit partes, idque non ita vt aliud alio tempore formet, sed omnia eodem tempore. Hanc rationem membra omnia formandi, quid prohibet, rationem seminariam vocare, ac naturam? an hæc causa ea omnia operatur, aut potius, quod Aristoteles millies asserit, nihil frustrà facit, ac omnia ad certos, ac terminatos fines dirigit? Si hoc in particulari hac seminis huius natura conspicimus, nonne in omnibus quoque seminibus humanis ea inerit, ex quibus eadem ordine perpetuo euenire videmus, si in humanis, cur nõ & in cæterorum animalium seminibus, ac plantarum omnium, ac omnium deniq; quæ semper eodem modo, vel vt plurimum & generantur, & augentur, & formantur? Propterea quod Philoponus, ac Simplicius Aristotelis amici rationẽ hanc in natura vniuersali agnoscunt, quam si Aristoteles nobis explicasset,

*Natura quid dicitur.*

vt

vt ne verbum quidem de ea fecit, multa sanè eius interpretum ambages sustulisset. Sed & Auerrois formatricem hanc vim, ac rationem 12 metaphy. com. 18. & agnoscit & fatetur. Sanè vis hæc in semine, ab anima eius, qui id semen proiecit, pendet, docente hoc ipsum Aristotele, libro de Animalium generatione 2. cap. 3. πάντων γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει, ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον θερμόν. *Omnium enim in semine inest id quod facit fœcunda semina, quod vocatur calidum.* Hoc autem non sine anima inesse docuerat, libro de Respiratione capite 8. οὐ γὰρ ἡ πέψις, δι' ἧς ἡ τροφὴ γίνεται τοῖς ζῴοις, οὔτ' ἄνευ ψυχῆς, οὔτ' ἄνευ θερμότητός ἐστι· πυρὶ γὰρ ἐργάζεται πάντα. *Neque enim concoctio per quam nutritio fit in animalibus absque anima, & absque caliditate: igne enim efficiuntur omnia.* Et quia caliditatem hâc hoc loco ignem videbatur vocasse, subnectit priori illo loco veluti corrigẽs. τοῦτο δ' οὐ πῦρ οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει, πνεῦμα. *Hoc verò non ignis, neque talis potentia est (combustiua scilicet & destructiua qualis ignis est) sed qui comprehensus est in semine ac in spumoso spiritu.* Spiritus autem hic naturam quandam in se habet, analogam stellarum elemento, sic enim statim infert, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις, ἀνάλογον οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. *Et ea quæ in semine natura, analoga existens Astrorum elemento.* id est cœlo. Qualis autem sit hæc natura, mox declarat cũ ait: ἡ δὲ τοῦ ἡλίου θερμότης καὶ ἡ τῶν ζῴων, οὐ μόνον διὰ τοῦ σπέρματος, ἀλλὰ κἄν τι περίττωμα τύχῃ τῆς φύσεως ὂν ἕτερον, ὅμως ἔχει καὶ τοῦτο ζωτικὴν ἀρχήν. *Solis verò caliditas* (quod prius elementum stellatum dixerat) *& animalium, nõ solùm per semen, sed etiã aliquod excremẽtum fuerit natura aliud, attamẽ habet vt hoc vitale principium.* Quibus verbis animalium calorem, qui idem sit cum cælesti, principium vitæ esse, non solum in semine, & quauis parte principali. sed etiam naturæ excrementis, excrementa q̃, dum in animali sunt vitam habent, quod molę & vermes indicant, At calor ipse cælestis, quem teporem de Pythagoræ sententia animę vniuersalis instrumentum esse diximus, in hæc inferiora instrumenta agendi, non sine anima in singulis animalibus agit. At anima non quacunque (non enim si Plantæ semen in vterum canis inieceris, aut canis, aut Planta formabitur) sed sit anima congener ὁμογενής quod superius dixerat. sint animalia etiamsi speciei diuersæ, hinc muli, hinc infinita mõstra ex variorum seminum calorum spirituum animarum commixtione generari conspiciuntur, & sæpius si animæ sint. ὁμοειδεῖς, quod itidẽ dixerat eiusdem speciei Ea ergo ratio in anima est antequã in spiritu, & in spiritu antequam in calore, in calorẽ anteq̃ in semine, in semine antequã in vtero. At antequã in anima sit. ex antiquorũ quidem sententia, scimus in mente esse, at ex Aristotelico dogmate vbi nam erit? in anima mundana inquam, bone Deus, inquient nostrates Peripatetici, nouum hoc est dogma, mundum animam habere: at boni Peripatetici 2. de Cœlo, nonne mundus animal est Aristotelis doctrina in his verbis, quæ sunt cap. 12. ἀλλ' ἡμεῖς ὡς σωμάτων μόνον αὐτῶν καὶ μονάδων τάξιν μὲν ἐχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν διανοούμεθα. δεῖ δ' ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν πράξεως καὶ ζωῆς. *Sed nos veluti de corporibus solum ipsis, & vnitatũ ordinem quidem habentibus, inanimatis verò penitus cogitamus. Oportet autem tãquam de participantibus actione, & vita existimare.* Actio autẽ & vita, quas non multo post etiam astris singulis tribuit, non sine anima est, & maximus Peripateticorum Alexander prima suarum quæstionum probat, mundum esse animal. Neque enim verò cõsonum est, quod 8 capite eiusdem libri 2. de Cœlo Aristoteles scripsit. οὐδὲν γὰρ ὡς ἔτυχεν ἡ φύσις ποιεῖ, οὐδὲ τῶν μὲν ζῴων φροντίσαι, τῶν δ' οὕτω τιμίων ὑπεριδεῖν. *Nihil enim casu facit natura, neque animalium curam habere, hæc autem ita honorabilia negligere.* Cum enim particulæ nullius precij animatæ sint, cur totum, & maximum excellentissimam animam non habeat? Quomodo autem animam nos ab vniuerso habere possemus, nisi vniuersum animatum esset? at habemus ab eo animam docente Aristotele primo de Partibus capite 1. φαίνεται γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς τεχναστοῖς ἐστὶν ἡ τέχνη, οὕτως ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν ἄλλη τις ἀρχὴ καὶ αἰτία τοιαύτη, ἣν ἔχομεν καθάπερ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐκ τοῦ παντός. διὸ μᾶλλον εἰκὸς τὸν οὐρανὸν γεγενῆσθαι ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας, εἰ γέγονε, καὶ εἶναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν μᾶλλον ἢ τὰ ζῷα τὰ θνητά. *Videtur enim sicuti in artificialibus est ars, ita in ipsis reb. aliud quoddã principiũ, & causa talis, quã habemus, sicuti calidũ & frigidũ ex vniuerso quare magis cõsentaneũ est cœlũ factũ esse à tali causa si factũ est, & esse. propter talẽ causam magis quã animalia mortalia.* Qualis aũt hæc causa sit lib. de Mundo

ca. 4. declarat: λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως πνεῦμα, ἥ τε ἐν τοῖς φυτοῖς τε καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα, ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία περὶ ἧς λέγειν νῦν οὐκ ἀναγκαῖον. *Dicitur verò & aliter spiritus, ea qua in Plantis ac animalibus, & per oĩa penetrãs, animata, & fœcũda substãtia de qua dicere nunc non est necessarium.* Et capite 5. γῆν τε πᾶσαν καὶ θάλασσαν, αἰθέρα τε καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν, διεκόσμησε μία, ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις. *Terrã omnẽ & mare atheraq; & solẽ & lunã & vniuersũ cœlũ exornauit vna q̃ per oĩa penetrat potẽtia.* & nõ multo post. ἐκ τούτου πάντα ἐκπνεῖ τε καὶ ψυχὴν ἴσχει τὰ ζῶα. *Ex hoc oĩa respirãt, & animam obtinent animalia.* Animæ autẽ nostræ pars quædã natura est, dicente id ipsum Aristotele. οὐ γὰρ πᾶσα ψυχὴ φύσις, ἀλλά τι μόριον αὐτῆς ἕν, ἢ καὶ πλείω. *Neque enim omnis anima natura, sed quedam particula ipsius vna vel plures.* Itaque rationes ὁμοειδεῖς eiusdem speciei vt gradatim ascendamus, sunt in semine, sunt in calore seminis, sunt in spiritu. sunt in natura, sunt in anima, omnia penetrante, à qua ψυχὴν ἴσχει τὰ ζῶα *animam habent animalia*, in anima ergo mundana sunt rationes hæ, has rationes quid interest, aut formas aut species, aut ideas vocare? si hac anima mens superior est, eaque à mente pendet, quid prohibet rationes has, aut formas, aut ideas esse in mente superiore affirmare? Atque ita ex Aristotelicis dogmatibus necesse est ideas esse in mente diuina, à quibus per animam vniuersalem, per animas particulares, per naturas, per spiritus, per calores, per semina formæ in materiam ingenerentur. Si sua (vti vidimus) tota hæc est philosophia, cur tantopere misellas istas ideas tanto odio, tantá acerbitate toties vexat, ac persequitur? Nomen non placet? at græcum est, suæ gentis est, nec ideo placet. vocẽtur ergo quouis alio, vocẽtur blitiri, modò res ipsa constet. Sed hisce positis, atque ex sua doctrina clarissimè erutis, oppugnationes discutiamus singillatim. Igitur Sapientiæ primo, capite vltimo, ad reprehensionem eorum quæ ex Phædone adduxerat, subnectit satis longam idearum insectationem, eo quod numeri esse dictæ sint. ἔτι εἴπερ εἰσὶν ἀριθμοὶ τὰ εἴδη, πῶς αἴτιοι ἔσονται; *Præterea siquidem sunt numeri ideæ, quomodo causæ erũt?* Non insistemus in ea discutienda, quia in Platonis libris, ne verbum quidem habemus, ideas esse numeros, si quis dicat hæc à Platone, docta viua voce fuisse, in colloquijs testimonia primo eius assertionis quæremus, deinde, mysticum illis sensum dabimus, quomodo alio etiã loco sequenti libro, ex Heraclidis, atque Estiei testimonijs, qui Platonis discipuli fuerunt, apparebit, si testimonium non afferatur diuinare, nec licet nec libet. Exstant libri 14. Mysticæ theologiæ, sub Aristotelis nomine circumlati, sed quid de his sit sentiendum primo Tomo discussum à nobis est, videntur illi quidem ex Platonicis colloquijs ab auditore eius aliquo collecti, quod clarè libro 6. ca. 1. scriptum est. In his multa & præclara de ideis disputata sunt, de numeris in hãc rem nihil. Quare obiectio hæc ruit, qua ratione ruent etiam omnia illa, quæ duobus vltimis sapientiæ libris, contra ideales numeros disputauit, atque de idealibus vel magnitudinibus, vel figuris, nusquam enim est in Platonis libris quicquam de talibus rebus scriptum. Sub eandem censuram venient illa quoque omnia, quæ duobus hisce nominibus, numerorum, ac magnitudinum contra ideas, si quæ loca in Aristotelicis libris reperientur. Ijs ergo omissis, reliqua prosequamur. Subdit eodem loco, ὅπως δ' ἐκεῖνα τούτων οὐσίαι, διὰ κενῆς λέγομεν. τὸ γὰρ μετέχειν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴπομεν, οὐθέν ἐστιν. οὐδὲ δὴ ὅπερ ταῖς ἐπιστήμαις ὁρῶμεν ὂν αἴτιον, δι' ὃ καὶ πᾶς νοῦς καὶ πᾶσα φύσις ποιεῖ. οὐδὲ ταύτης τῆς αἰτίας ἥν φαμεν εἶναι μίαν τῶν ἀρχῶν οὐθὲν ἅπτεται τὰ εἴδη. *Quòd verò illæ horũ substantiæ sint variè dicimus: participare enim sicuti etiam superius dicebamus nihil est. Nec sanè quod scientijs videmus causam, quare & omnis intellectus, & omnis natura facit: neque huius causæ quam dicimus esse vnum principiorum, quicquam attingunt ideæ.* mox deinde. περὶ δὲ κινήσεως, εἰ μὲν ἔσται ταῦτα κίνησις, δῆλον ὅτι κινήσεται τὰ εἴδη· εἰ δὲ μή, πόθεν ἦλθεν. *De motu verò siquidẽ erunt hæc motus, clarũq; mouebũtur ideæ, si verò nõ quod, vnde venerunt?* A superioribus eius verbis hæc pendent, cum scripsit. οἱ δὲ τὰς ἰδέας αἰτίας τιθέμενοι, πρῶτον μὲν ζητοῦντες τῶνδε τῶν ὄντων λαβεῖν τὰς αἰτίας, ἕτερα τούτοις ἴσα τὸν ἀριθμὸν ἐκόμισαν. *Qui verò ideas causas posuerũt, primo quidẽ quærẽtes horũ initiũ sumere causas alia hisce æqualia numero attulerũt.* Addit. σχεδὸν γὰρ ἴσα ἢ οὐκ ἐλάττω τὰ εἴδη ἐστὶ τούτων περὶ ὧν ζητοῦντες τὰς αἰτίας ἐκ τούτων, ἐπ' ἐκεῖνα προῆλθον. *Ferè. n. pares, vel nõ pauciores ideæ sũt his de quib. q̃rẽtes causas ex his, ad illas pcesserũt.* Ad hæc respõdem⁹, ex suis quoq; dogmatib. suprà expositis sequi, pares numero esse ideas cũ hisce nostratib. speciebus. Id enim

non

non solùm impossibile non est, sed videtur apprimè necessarium. vt enim Socrates & Plato ὁμοειδεῖς *eiusdem speciei* sunt, & inter se, & cum eorum patribus Sophonisco & Aristone. ita semina horum in illis generandis ὁμοειδῆ eiusdem quoque speciei fuerunt. Calores ijs seminibus inclusi, & spiritus in caloribus, & natura in spiritibus. & anima humana ab anima vniuersali dependens, & hæc ab intellectu aut Deo, in quo sit iynx seu forma, seu idea humanæ speciei, qua singuli homines sunt comprehensi. eadem est ratio de alijs omnibus speciebus, quæ totidē sunt numero quot ideæ illæ. Nulla ergo est obiectio hæc, verumque est hæc cum illis eādem habere denominationem, quia & essentiam ab illis participant: vt enim calor in igne essentialiter est, in re verò calefacta per participationem ab igne, ita homo in me est per participationem hominis primi, qui in illis est ac semper est, itaque & esse hæc nostratia & fieri ab illis vti à causa, rectè etiam ex Aristotelicis positionibus superius deductis verum erit, & Aristotelem cū hæc oppugnat & verum, & positiones suas oppugnare apparet. Verum quoque est hæc nostratia æquiuoca esse illis ex sua positione, qua ipse docet libro vltimo de Ente capite etiā vlt. corruptibilia ab incorruptibilibus genere distare, sed nostrates hæ formæ, corruptibiles cum sint, procul dubio ab æternis illis genere distabunt, atque ideo æquiuocè dicentur hac ratione. Neque obstat quod fine eiusdem infert. φανερὸν τοίνυν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται εἶναι εἴδη τοιαῦτα οἷα λέγουσί τινες. ἔσται γὰρ ἄνθρωπος ὁ μὲν φθαρτὸς, ὁ δ᾽ ἄφθαρτος, καίτοι τῷ εἴδει ταὐτὰ λέγεται εἶναι τὰ εἴδη τοῖς τισὶ, καὶ οὐχ ὁμώνυμα. τὰ δὲ γένει ἕτερα, πλέον διέστηκεν ἢ τὰ εἴδη. *Clarum ergo quod non possunt esse ideæ tales, quales dicunt quidam: erit enim homo alius quidem corruptibilis, alius verè incorruptibilis, tametsi specie eadem dicuntur ideæ hisce aliquibus, & non æquiuocè, at genere altera plus distant, quam species*: ideæ enim cum hisce, eiusdem sunt speciei, quatenus ad progressum, non aliter quam causa, cum causato, ac motus cœli æternus cum hisce motibus nostratibus, qui etiam si & alterius sint speciei ab illo vt rectus à circulari & generis etiam alterius, vt alteratio à circulari & hi corruptibiles sunt, circularis æternus, attamen ab illo, vti à causa pendent, quod & libro 3. de Motu, & multis alijs locis disputauit. Quod si ex sua doctrina causata alteratio à circulari duplici genere distat, & ratione prædicamenti diuersi, & ratione corruptibilitatis, non tamen quicquā prohibet ab illa causa sibi æquiuoca eam pendere. Quid ergo prohibebit Socratem ab Idea hominis pendere ratione causati à causa, etiamsi hæc æterna, ille corruptibilis sit in eadem tamen specie? suntque hæc singularia ab illis tanquam multa ab vno, & ad vnum. Quod fieri posse in longè diuersis generibus probauit ipse primo de Ente libro. quatenus ergo ad progressionem causæ in causata, hæc nostratia ad ideas sunt, vt ab vno, & ad vnum: quatenus verò, ad perfectionem æternitatis, & corruptionis, æquiuoca sunt. Nam ipse alicubi ita docet, καθέκαστον γὰρ ὁμώνυμόν τί ἐστι καὶ παρὰ τὰς οὐσίας τῶν ἄλλων ἐστὶν, ἓν ἐπὶ πολλῶν ἐν. *Singulare enim æquiuocum est aliquid, & præter substantias, & aliorum est in multis vnum.* Sic ideæ in æternis vna in multis indiuiduis æquiuocum quoddā est: nullæ ergo sunt obiectiones illæ. Illud verò quod superioribus illis subdit, ἔτι δὲ καθ᾽ οὓς τρόπους δείκνυται ὅτι ἐστὶ τὰ εἴδη, κατ᾽ οὐδένα φαίνεται τούτων. *Præterea verò per quos modos ostenditur quod sunt ideæ, secūdum nullum eorum videtur.* Formas argumentorum videtur improbare, quibus ideæ esse astruebantur. Sed videtur id non contra Platonem, sed contra Speusippum, atq; Xenocratem eius hostes directum, ex his quæ sequuntur, ἔτι δ᾽ οἱ ἀκριβέστεροι τῶν λόγων οἱ μὲν τῶν πρός τι ποιοῦσιν ἰδέας, ὧν οὔ φασιν εἶναι γένος καθ᾽ αὑτό, οἱ δὲ τὸν τρίτον ἄνθρωπον λέγουσιν. *Exactissimè rationum alia eorum quæ ad aliquid faciunt ideas, quorum non aiunt esse genus per se, alia tertium hominem dicunt.* Quorum quia nihil in toto Platonico volumine reperitur, si memoria non fallit, nihil ad ea respondebimus, præsertim cum non ideas tollant, sed rationes earum astructiuas improbent. Manifestè autem non Platonē, sed alios quosdam hoc loco eum carpere, hæc verba subnexa indicant. καὶ πάντα ὅσα τινὲς ἀκολουθήσαντες ταῖς περὶ τῶν ἰδεῶν δόξαις ἠναντιώθησαν ταῖς ἀρχαῖς. *Et omnia quæcunque quidam sequentes opiniones de ideis cōtrariati sunt principijs.* Nam si Platonem ipse agnoscit idearum excogitatorem, non etiam eundem sectatorem dicere potest. Quare non omnia quæ in Aristotelicis libris contra ideas leguntur, cōtra Platonem dicta arbitrati debemus, sed contra alios, qui eius principia secuti, multa de illis disputa-

rũt.ea loca indicabimus. Quæ autem vel nominatim, vel ex cõiectura aduersus Platonem dicta videbuntur,tuebimur. Itaque quod mox subiungit, *ἔτι δὲ κατὰ μὲν τὴν ὑπόληψιν καθ' ἣν εἶναί φαμεν τὰς ἰδέας, οὐ μόνον τῶν οὐσιῶν ἔσαι εἴδη, ἀλλὰ πολλῶν καὶ ἑτέρων, Præterea verò secundũ quidẽ existimationẽ per quã esse ideas dicimus, non solum substantiarum erunt ideæ,sed multorum etiam aliorum.* Esto,quid tamen? sunt enim & magnitudinis,& pulchritudinis,& iustitiæ & aliorum omnium quæ *οὐσίαν essentiam* Platonico,nõ tamẽ substantiã Aristotelico more habẽt, idque nõn solùm pro incõuenienti non habemus,sed apertè asserimus. *καὶ ἄλλα δὲ μυρία συμβαίνει τοιαῦτα. Et alia decem millia accidunt talia.* Quę nam alia decem millia? Nos dicimus omnium essentiarum seu illæ substantiæ sint,seu accidentia, ideas esse, præter quæ, cum nulla alia entia sint,vbi nam 10. illa reperiuntur? Sed aliud addit: *εἰ ἐστὶ μεθεκτὰ εἴδη τῶν οὐσιῶν, ἀναγκαῖον ἰδέας εἶναι μόνον. Si sunt participabiles formæ substantiarum, necesse est ideas esse solũ.* Et quæ ad declarationem infert, *ὥστ' ἔσται οὐσία τὰ εἴδη, ταυτὰ δ' ἐνταῦθα οὐσίαν σημαίνει κἀκεῖ. Itaque erunt substantia Ideæ,eadem verò hic substantiam significant, & ibi.* Id fatemur nos quoquè substantiæ illæ, substantiæ hæ, illæ immortales, cum ijs omnibus conditionibus,vndę immortalitas consequitur: hæ verò mortales cum omnibus alijs,vnde mortalitas: sunt idem progressione,vt pater,filius,nepos. pronepos. *σειρά, cathena* non autem essentia, numero, ac perfectione,& idem sunt hæ cum illis in prædicatione,quod quid est,non autem in quale quid est. Estque *τὸ αὐτὸ εἶδος τῶν ἰδεῶν καὶ τῶν μετεχόντων. Eadem species idearum & participantium,*analoga vti uocant, & *ὅμοιον*,quod Plato asserit. Non tamẽ eo modo *εἴ τις καλοίη ἄνθρωπον τόν τε Καλλίαν καὶ τὸ ξύλον μηδεμίαν κοινωνίαν ἐπιβλέψας αὐτῶν. Si quis vocet hominẽ & Calliã & lignũ,nullam cõmunionem respiciens ipsorum.* Non enim appositè lignum cum Calliã vti æquiuoca confert,cum nulla sit inter ea communio propinqua aut similitudo. Longè aptius initio Categoriarum hominem & pictum hominem. Neque verum est inter ideas , & Calliam nullam esse communionem est enim & speciei & progressionis communio Quod autem subnectit *τί ποτε συμβάλλεται τὰ εἴδη, τοῖς ἀιδίοις τῶν αἰσθητῶν, ἢ τοῖς γινομένοις καὶ τοῖς φθειρομένοις. οὔτε γὰρ κινήσεως οὔτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς ἐστὶν αἴτια αὐτοῖς. Quid nam conferunt formæ æternũ sensibilium,vel ijs quæ generantur & corrumpuntur, neque enim motus,neq; mutationis vllius sunt causa ipsis.* Sensibilia æterna, puto, vocat cœlum & astra,& Elementa: si cœlum factum est ait 2. Physico capite. 6. *ὥστ' εἰ ὅτι μάλιστα τοῦ οὐρανοῦ αἴτιον, τὸ αὐτόματον. ἀνάγκη πρότερον νοῦν αἴτιον καὶ φύσιν εἶναι καὶ ἄλλων πολλῶν,καὶ τοῦδε τοῦ παντός. Itaque si maximè cœli causa,casus, necesse prius mentem causam & naturam esse,& aliorum multorũ, & huiusce vniuersi.* Et primo de partibus capite 1. *διὸ μᾶλλον εἰκὸς τὸν οὐρανὸν γεγενῆσθαι ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας, εἰ γέγονε. καὶ εἶναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν μᾶλλον ἢ τὰ ζῷα τὰ θνητά. Quare magis consentaneum est,cœlum factum esse à tali causa,si factum est,& esse ob talem causam potius quàm animalia mortalia.* Itaq; si cœlũ factum est,inquam, tali causa, natura & mente scilicet vniuersali factum est & seruatur etiam,à causa tali, idque magis est verò simile , quàm vt ab eo facta sint mortalia animalia. At enim hæc ab ideis quæ in ea mente sunt, profecta sunt,cur non etiam cœlum ab ijsdẽ profectum est? profectò est:quia libro de mundo apertè fatetur,quod hic dubiè dixerat,*si factum est*.ibi enim. *καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν διακόσμησεν, ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις. Et vniuersum cœlum exornauit ea quæ per omnia penetrat potentia.* Ergo & esse & actionem motum scilicet ab ipsis,& ab ipsius ideis cœlum & mundus habent,nihili ergo ea obiectio est,subdit, *ἀλλὰ μὴν,οὐδὲ πρὸς τὴν ἐπιστήμην οὐδὲν βοηθεῖ τὴν τῶν ἄλλων,οὐδὲ γὰρ οὐσία ἐκεῖνα τούτων (ἐν τούτοις γὰρ ἂν ἦν) οὐδ' εἰς τὸ εἶναι μὴ ἐνυπάρχοντά γε τοῖς μετέχουσιν Sed enim neque ad scientiam quicquam prosunt aliorum neq; enim substantia illa horum (in his enim inessent) neque ad esse,non inexistentia participatu.* Docuerat Plato in Phædone omnem humanam scientiam reminiscentiam esse, quæ nihil aliud esset,quam post obliuionem , scientiæ resumptio,esseque verum id ita esse,quia in hac vita sciamus quid æquale est: id enim euenire, quia ante hanc vitam idem sciebamus æquale,hoc autem idea ipsa erat,idea ergo obiectũ nostræ tũc cognitionis erat,& nostræ huiusce per reminiscentiam causa est. Aristoteles id carpit hac ratione,quod illæ ideæ non essent horum substantiæ,quasi scientia non per aliud habeatur,quam per substantiam: at contrarium toto 3. Analytico nos docuit scientiam fieri per demonstrationem, hæc autem scire nos facit non substantiam,

aut

aut essentiam, sed passionem propriam suo subiecto per causam inesse, passio hæc accidens est. Accidentis ergo, non substantiæ Aristotelica doctrina est scientia, malè ergo Plato carpitur. Altera pars reprehensionis, quòd ideæ neque ad esse conferant, quia participantibus non insunt? Quasi sit necesse solem, & patrem qui Socrati dāt esse, Socrati in esse, puerilis sanè obiectio. Ideæ enim non formales causæ sunt inferiorum, sed efficientes exemplares, ac finales, ex Platonis, atque priscorum asseueratione. Annectit, οὕτω μὲν γὰρ ἂν ἴσως αἴτια δόξειεν εἶναι ὡς τὸ λευκὸν μεμιγμένον τῷ λευκῷ. *Ita enim fortè causa videantur esse, vt album, mixtum albo.* Hoc autem dixisse inquit Anaxagoram primò, Eudoxum deinde, quæ cum nihil ad Platonem pertineant, non respondemus. Sed ait, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐκ τῶν εἰδῶν ἐστὶ τἆλλα κατ᾽ οὐδένα τρόπον τῶν εἰωθότων λέγεσθαι. *Sed enim nec ex ideis sunt alia secundum vllum modum qui solent dici.* Locus implicitus est. Attamen Alexander Aegæus exponit, modos inquit intelligit eos, qui dicuntur aliquid ex aliquo fieri, vt ex materia, ex forma, ex efficienti, ex partibus, ex imperfecto, ex contrarijs, vel secunda significatione modos, qui dicuntur ab idearum authoribus scilicet, ideas singulis hominibus inesse, vel partē ideæ in vnoquoque, vel vt exemplaria. De illis prioribus dicimus nos, inferiora ex ideis esse, vt ex efficientibus causis, si tamen talis loquendi modus sit in vsu. Vt enim filius, ex patre & sole & natura fit, ita etiam ex idea fit quòd quidem iam ostendimus. De secūdis, priores duo Platonis nō sunt, nihil ergo ad nostrā rē. Terti⁹ ideas esse horū exēplaria Platonis est, quē Aristoteles irridet. τὸ δὲ λέγειν παραδείγματα αὐτὰ εἶναι καὶ μετέχειν αὐτῶν τἆλλα κενολογεῖν ἐστὶ καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς. τί γάρ ἐστι τὸ ἐργαζόμενον πρὸς τὰς ἰδέας ἀποβλέπον; *Dicere verò eas esse exēplaria, & participare eas alia vaniloquētia est, & metaphoras dicere poeticas, quod n. est operās ad ideas respiciens?* Opifex nēpè rerū is est, qui in se ideas habēs in se respiciēs res producit, nō aliter quā suus ille ædificator. s de Ente, formā domus, quā in mēte habet nō oculis sed mēte respiciēs domū in materia producit. Cur ergo hæc vaniloquētia non est, aut poetica, metaphora illa est? An domus producta particeps non est eius formæ, quæ in Architecti mente est? si verbum *μετέχειν participare* non placet Aristoteli, alio vtatur, quo velit, seu metaphora ea sit seu proprium, modò rem nobis exprimat. Quod verò ait, ἐνδέχεται γὰρ καὶ εἶναι καὶ γίγνεσθαι ὅμοιον ὁτιοῦν καὶ μὴ εἰκαζόμενον πρὸς ἐκεῖνο. *Potest enim & esse, & fieri simile quodlibet, etiamsi non formetur ad illud.* Vt filius patri verbi causa, id quia rarò fit, casus potius dici solet, at domus semper similis domui in mente Architecti, ita homo semper similis rationi, formæ ideæ eiusdem speciei. Neque verum est quod infert: ὁμοίως δὲ δῆλον ὅτι κἂν εἰ ἦν ὁ Σωκράτης ἀΐδιος, ἔσται τε πλείω παραδείγματα τοῦ αὐτοῦ ὥστε καὶ εἴδη, οἷον τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον, τὸ δίπουν ἅμα τε καὶ αὐτοάνθρωπος. *Similiter verò clarū quòd etiamsi esset Socrates æternus, erunt & plura exemplaria eiusdem: itaque & idea veluti homo Animal, bipes simul & ipse homo.* Non enim Socrates Aeternus est, neque forma eius in natura seminis paterni æterna, neque hoc Plato vsquam dixit. Quid tum postea? etiam si sint plura eiusdem exemplaria specifica primò, deinde subalterna, postremò generalissima: neque vllum est inconueniens quod infert, ἔτι οὐ μόνον τῶν αἰσθητῶν παραδείγματα τὰ εἴδη, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν, οἷον τὸ γένος ὡς γένος εἰδῶν. *Præterea nō solùm sensibilium exemplaria sunt ideæ, sed etiam ipsarum veluti genus idearum.* Nec interest quicquam si, τὸ αὐτὸ ἔσται παράδειγμα καὶ εἰκών. *Idem erit exemplar, & imago.* Vt subalterna & genus sunt, & species ad superiora atque ad inferiora relata. Imago quidem generis, exemplar autem Socratis. Quòd adijcit, ἔτι δόξειεν ἂν ἀδύνατον εἶναι χωρὶς τὴν οὐσίαν καὶ οὗ ἡ οὐσία. *Præterea videatur impossibile, esse seorsum substantiam & id cuius est substantia.* Hoc quidem verum est, sed quæ sequitur assumptio falsa, ὥστε πῶς ἂν αἱ ἰδέαι οὐσίαι τῶν πραγμάτων οὖσαι, χωρὶς εἶεν. *Itaque quomodo, ideæ substantia rerū existentes seorsum fuerint.* Sunt quidē ideæ p se essentiæ, & veræ essentiæ, sed essentiæ inferiorum non sunt, nisi pater, & sol sint filij essentiæ. Hisce annectit locum ex Phædone repetitum, cui iam respōdimus. Quare quod etiam post ait: ὅπως δ᾽ ἐκεῖναι τούτων οὐσίαι, διὰ κενῆς λέγομεν: *Quod ille horum substantia, vanè dictum est*, vanè obijcitur: non enim id Plato vero sensu vsquam dixit, sequentia, quia repetitio quædam sunt dictorum, ijsdem nostris facilè soluuntur. Nunc quæ Sapientiæ capite. 2. affert, οὐδενὸς ἧττον ἄτοπον τὸ φάναι μὲν εἶναί τινας φύσεις παρὰ τὰς ἐν τῷ οὐρανῷ, ταύτας δὲ τὰς αὐτὰς φάναι τοῖς αἰσθητοῖς πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἀΐδια, τὰ δὲ φθαρτά. *Nullo minus absurdum di-*

*cere quedam esse quasdam naturas prater eas qua in cælo, has autem easdem dicere cum sensibilibus, prater quam quod hac quidem æterna, illa autem corruptibiles.* Falso obijcitur easdem esse ideas cum sensibilibus, nusquam id Plato asseruit: nisi quatenus ὁμοειδεῖς *eiusdem speciei* sunt. Solutio ergo clara est & horum, & sequentium: ὅτι δὲ εἴ τις παρὰ τὰ εἴδη καὶ τὰ αἰσθητὰ τὰ μεταξὺ θήσεται, πολλὰς ἀπορίας ἕξει. *Praterea si quis prater ideas, & sensibilia, inter media ponat, multas dubitationes habebit.* Quid sibi vult illud (ponat). an ita vt extent mathematica media? Tale nihil dixit Plato: nullas medias posuit essentias, & si maximè ponantur, Astrologia μία τούτων. *vna horum* non est, neq; erit, τις οὐρανὸς παρὰ τὸν αἰσθητὸν οὐρανὸν, καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ τ' ἄλλα ὁμοίως τὰ κατὰ τὸν οὐρανόν. *Quoddam Cælum prater sensibile cælum, & Sol, & Luna, & alia qua in cælo.* Nulla enim horũ essentia media est, sed hæ omnes naturales res sunt, & Astrologia cũ naturalia tractet inter mathematicas non iure reponi præcedente Tomo est discussum: sunt cœlum & cælestia in ideis, est & in sensibilibus, nulli medij: quare neq; ἀκίνητον. *immobile*, neque κινούμενον, *motum*, neque talis erit optice, neque harmonice, neque sensus, neque animalia intermedia, nec medicina, nec sanabile, nec geodæsia. Quare cum hæc non sequantur ad Idearum positionem, non est cur eas Aristoteles extimescat. In ijs absurdis quæ consequentur ad positionem mathematum, in sensibilibus quæ exagitat, quia ad Ideas non pertinent, non immorabor, transibo ad ca. 6. libri 5. de Ente, in quo ita est scriptum: εἰ γὰρ τινές εἰσιν οὐσίαι, ὧν ἕτεραι μή εἰσιν οὐσίαι μήτε φύσεις ἕτεραι πρότεραι, οἵας φασὶ τὰς ἰδέας εἶναί τινες, εἰ γὰρ ἔσται ἕτερον αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἀγαθῷ εἶναι καὶ ζῷον, καὶ ζῴῳ εἶναι, καὶ τῷ ὄντι, καὶ τὸ ὂν, ἔσονται ἄλλαι τε οὐσίαι, καὶ ἰδέαι παρὰ τὰς εἰρημένας. *Veluti si aliqua sunt substantia, quorum alia non sunt substantia, neque natura alia priores, quales dicunt ideas esse aliqui, si enim erit aliud ipsum bonum, & bono esse, & animal, & animali esse, & enti, & ens, erunt & alia substantia, & idea prater dictas.* Sunt quidem Ideæ verè substantiæ, atque ita substantiæ, vt nullæ sint aliæ substantiæ veræ nec priores, nec posteriores hæ enim naturales, imagines illarum substantiarũ sunt. illæ vera entia, hæc vmbræ entium. & re vera aliud est, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, αὐτὸ τὸ ζῷον, αὐτὸ τὸ ὄν, *ipsum bonum, ipsum animal, ipsum ens*, ἢ τῷ ἀγαθῷ εἶναι τῷ ζῴῳ εἶναι τῷ ὄντι εἶναι *à bono esse, ab animali esse, ab ente esse.* Si hæc formula definitionem, & essentiam horũ significat, est enim consueta Aristoteli locutio, si ita capiatur aliud sunt, τὸ ἀγαθὸν *bonum*, ab ἀγαθῷ εἶναι, *à bono esse.* illud Idea est, hoc naturalis essentia non tamen sequitur alias ideas, præter illas esse. quæ enim argumenti forma hæc est, aliud est bonum, aliud bono esse, à naturali forma? Ergo aliæ Ideæ præter illas ideas? ergo priores substantiæ illis? Nullam talem totis Analyticis, nos argumentationem docuit, si. τὸ τί ἦν εἶναι, *quod quid erat esse.* illuc admittatur, & bono esse non aliud erit, quam bonum ipsum, neque erunt, ἀπολελυμένα *soluta.* quare absurda quæ deducit nullo modo sequentur. Sed hæc fortè contra alios quàm contra Platonem dicta sunt, non enim Plato vllo in loco boni & bene esse mentionem vllam facit. capite 8. habet φανερὸν ἄρ' ὅτι ἡ τῶν εἰδῶν αἰτία (ὡς εἰώθασί τινες λέγειν) τὰ εἴδη εἰ ἔστιν ἄττα παρὰ τὰ καθέκαστα πρός τε τὰς γενέσεις, καὶ οὐσίας οὐδὲν χρήσιμα. *Clarum itaque quod idearum causa (sicut solent quidam dicere) idea si sunt aliqua prater singularia et ad generationes et substantias nihil vtilia* totum falsum est. Sunt enim necessariæ ea progressione, quam docuimus. Non enim gigneretur forma hominis in materia, nisi præexisteret ea forma in semine, in calore in spiritu, in natura, in anima, in anima vniuersali, in mente opifice. Falsum itaque est, eas non esse vtiles, cum sint necessariæ, neq; illud verum est, quod sequitur, φανερὸν ὅτι οὐδὲν δεῖ ὡς παράδειγμα εἶδος κατασκευάζειν. *Clarũ quod nihil opus est, vt exẽplar, ideã constituere.* Quia nisi hominis exẽplar vel forma, vel ratio in quib. diximus non præexisteret, homo nunquam fieret. Quod etiã cap. 13. scribit: ὅλως δὲ συμβαίνει εἰ ἔστιν οὐσία ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅσα οὕτω λέγεται, μηδὲν τῶν ἐν τῷ λόγῳ εἶναι μηδενὸς οὐσίαν, μήτε χωρὶς ὑπάρχειν αὐτῶν, μήτε ἐν ἄλλῳ. *Omnino verò accidit, si est substãtia homo et quacunque ita dicuntur nihil eorum qua in ratione esse nullius substantiam, neque seorsum existere ipsorum neque in alio.* Ait, vt ego quidem interpretari possum. Si Ideæ sunt, nec genus, nec differentia, nec species, quæ in definitione assumuntur, erunt substantię Cur id? rationem nullam assignat nec assignare potest, quæ enim est consequentia hæc? Ideæ sunt, ergo species substantia non est? Deinde verum est. ὅτι οὐδὲν τῶν καθόλου ὑπαρχόντων οὐσία ἐστί. *Quod nullum vniuersaliter existentium substantia est,*

si

si pro existentium, ὑπαρχόντων, σημαινομένων, vel λεγομένων, *significatorum, vel dictorū*, intelligatur. vt sunt vniuersalia hæc nostratia collecta ex singularibus, quæ aut nihil, aut posteriora sunt, quod si ὑπαρχόντων. Solito significatu pro existentibus intelligatur, falsum est axioma, neque debet, aut potest inferri, ὅτι οὐδὲν σημαίνει τῶν κοινῇ κατηγορουμένων *Quòd nihil significat eorum, quæ communiter prædicantur.* Neq; etiā verū est quod subdit, ἀδύνατον γὰρ οὐσίαν ἐξ οὐσιῶν εἶναι ἐνυπαρχουσῶν οὕτως, ὡς ἐντελεχείᾳ. *Impossibile enim substantiam, ex substantijs esse inexistētibus, ita vt actu.* Compositum enim omne actu substantia est, ex materia & forma actu substantijs constat. Neque ad rem facit, si intelligat actu ideam in materiam descendere, vt compositum cōstituat. Non enim descendit, sed eo modo quo docuimus per gradus progreditur Cap. 14. totum est cōtra ideas, in fine ait, *vt quidam aiunt*, quod potest nō aduersus Platonem esse dictum inquit enim initio. χωριστὰς εἶναι ἅμα, καὶ ἅμα τὸ εἶδος ἐκ τοῦ γένους ποιοῦσι καὶ τῶν διαφορῶν, *Separata esse simul, & simul speciem ex genere faciunt & differentijs.* quod nullibi apud Platonem est, Quare nihil ad ea absurda, quæ inde, & hoc, & ca. 15. deducuntur laboro. Sed cap. 16. ἀλλ' οἱ τὰ εἴδη λέγοντες τῇ μὲν ὀρθῶς λέγουσι χωρίζοντες αὐτά, εἴπερ οὐσίαι εἰσί· τῇ δ' οὐκ ὀρθῶς, ὅτι τὸ ἓν ἐπὶ πολλῶν εἶδος λέγουσιν. *Sed ideas dicentes, hac rectè quidē dicūt separantes eas, siquidē substantia sunt, hac verò nō rectè quia vnā de multis ideam dicunt.* Rationem reddit αἴτιον δ' ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀποδοῦναι τίνες αἱ τοιαῦται οὐσίαι αἱ ἄφθαρτοι, παρὰ τὰς καθ' ἕκαστα, καὶ αἰσθητάς. *Causa verò, quia non habent reddere quidam tales substantias incorruptibiles præter singulares, & sensibiles.* Hoc autem falsissimum est. illas enim verè entia, hæc non entia: illas verè substantias, hæc vmbras substantiarum: illas æternas, simplices, has corruptibiles, compositas autumant. Quomodo ergo nō habent alias, ab his sensibilibus? Quod verò ait. ποιοῦσιν οὖν τὰς αὐτὰς τῷ εἴδει τοῖς φθαρτοῖς. *Faciunt ergò easdē specie corruptibilibus:* quod tam magnū absurdum propterea sequetur, si eas eiusdē speciei prædicatione, Analogicè verò vt multa ab vno dicantur? id enim fatemur. Sed quod infert. ταύτας γὰρ ἴσμεν αὐτοάνθρωπον, καὶ αὐτόϊππον προστιθέντες τοῖς αἰσθητοῖς, τὸ ῥῆμα, τὸ αὐτό. *Has enim scimus ipsomenē, & ipsequū addentes sensibilibus verbū (ipsum)* non vti identitatē prorsus significarent, sed excellentiā illorū ab his, nec sensibilibus verbū ipsum additur, sed illis, vt significet simpliciter verè, per se, incommixtè, essentialiter. Sophismata ergo hæc sunt Aristotelis distorta ac peruersa. Libro sequenti capite 3. quod tantopere tot prioribus locis negauerat ideas esse. in hoc dubitanter negat. ἴσως μὲν οὖν οὐδ' οὐσίαι εἰσί *fortè verò neque substantia sunt, &c.* Et capite 6. τί οὖν ἐστὶ ὁ ποιοῦν τὸν ἄνθρωπον ἓν, καὶ διὰ τί ἓν ἀλλ' οὐ πολλά, οἷον τό τε ζῷον, καὶ τὸ δίπουν, ἄλλως τε καὶ εἰ ἔστιν ὥσπερ φασί τινες, αὐτό τι ζῷον, καὶ αὐτὸ δίπουν. *Quid ergo est quod facit vnum hominem, & cur vnū, & non multa veluti animal & bipes, præsertim, si est, sicuti dicunt quidam, ipsum quid animal & ipsum bipes.* Imo hic homo est multa materia, forma, totum. partes, neque potest vnum ne cogitari quidem nedum nominari, aut definiri, & si vnum est vnione, & vinculo sanguinum, neruorum, musculorum, spirituum vnum est. illud verò ipsanimal verè est vnum, multis cōstans partibus, sed vnū simplici vnitate. Ad ea quæ fine libri 7. habet iam respōdimus. Quæ verò 5. Sapientiæ cap. 4. recenset, eadē prorsus sunt cum his quæ cap. vlt. primi narrauerat, quæ cum ibi versaremur, falsa esse ostendimus. Quæ verò non eadē de ideis & numeris cōmiscet nihil aduersus Platonē, qui in hanc rem ne verbū quidē scripsit, faciunt. Ideoq; sunt nobis omittenda. Restat modò, vt ad ea respondeamus, q̄ Ethicis Nicomachijs lib. 1. cap. 6. disputatū vel è patre vel à filio est. ait ergo. οἱ δὲ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην, οὐκ ἐποίουν ἰδέας ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἔλεγον. διόπερ οὐδὲ τῶν ἀριθμῶν ἰδέαν κατεσκεύαζον. *Qui attulerunt opinionē hanc, non fecerunt ideas, in ijs prius, & posterius dicebant. quare neq; numerorum ideam astruxerunt.* Id nusquam est apud Platonē. neq; etiam apud eū est quod τὸ ἀγαθὸν *bonum sit* in singulis prædicamentū. In quibus etiamsi sit bonū quid est quod infert non esse in his communem aliquā ideam? quasi idem sit idea, & bonum. Hæc verò longissimè inter se distant. Bonū enim ipse deus est. Ideæ sunt prima entia, & si alio significatu bonū per omnia dicatur prædicamenta, nihil habet rei cū idea Neq; sequitur, etiamsi eorum quæ sub vna idea sunt, vnam esse scientiam, vt eorum quæ sub bono sunt scientias esse diuersas. Quod verò dubitare ait quid sibi velint, τὸ αὐτὸ ἕκαστον, εἴπερ ἔν τε τῷ αὐτοανθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν, ὁ τοῦ ἀνθρώπου. *Ipsum singulum siquidem in ipshomine, & homine vna & eadem ratio est homi-*

F

*nis*. Dubitatio futilis, nam si nostratem hominem definias, aies esse animal rationale risibile, mortale, quorum nullum ipsi homini conuenit: falsum ergo eandem esse rationem. Neque verum est, ᾗ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσιν. *Quatenus enim homo nihil different.* Cum nulla essentialia eorum eadem sint, illa incorporea, hæc corporea: illa verè substantia, hæc vmbra. Neque itidem verum est, οὐδὲ τῷ ἀΐδιον εἶναι μᾶλλον ἀγαθὸν ἔσται. *Neque quia æternum est magis, bonum erit.* Docuit enim de Ente cap. vltimo aliud esse genere incorruptibile à corruptibili. Talia autem quoad perfectionem magis, & minus clarè suscipiunt. Nam si ratio Aristotelis vera esset, verum quoque esset, cœlum non esse hisce nostratibus perfectius. Neque exemplum quadrat, μήτε λευκότερον τὸ πολυχρονιώτερον τοῦ ἐφημέρου. *Neque albius, durabilius diali*: namque nullam habet durabile rationem aut proportionem, ad æternum, & durabile, & diali eiusdem generis sunt. Quod verò addit: τὸ φρονεῖν καὶ ὁρᾶν, καὶ ἡδοναί τινες, καὶ τιμαὶ τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν θείη ἄν τις, *Sapere & cernere, & voluptates quadam, & honores bonorum qua per se sunt posuerit aliquis.* Ponat, & verè ponat. at quomodo sequetur, sapere est per se bonum, ergo μάταιον ἔσται τὸ εἶδος *frustra erit idea*, quæ est hæc argumenti forma? aut quæ rationis vis? Deinde quod ait. εἰ δὲ καὶ ταῦτ' ἐστι τῶν καθ' αὑτά, τὸν τἀγαθοῦ λόγον, ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτόν, ἐμφαίνεσθαι δεήσει. *Si verò, & hæc sunt eorum quæ per se boni rationem in omnibus ipsis eandem apparere oportebit.* Cur verò id? quando secundum essentias differentes idearum, & horum diuersæ etiam sint definitiones necesse est. Neq; exemplum quadrat, καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμμυθίῳ τὸν τῆς λευκότητος. *Sicuti in niue, & cerussa rationē albedinis* hæc enim ambo materialia sunt, idea immaterialis, nostra bona materialia. At si id verum est niuis, & cerusæ albedinis eandem esse definitionem, cur contrariam dicit? τιμῆς καὶ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς, ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι, ταύτῃ ᾗ ἀγαθά. *Honoris, & prudentiæ, & voluptatis aliæ & differentes sunt rationes ea quà bona.* Sunt enim quatenus bona eadem definitione comprehensa, ab omnibus enim expetuntur. Nec rectè infertur, οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθὸν κοινὸν κατὰ μίαν ἰδέαν. *Non est ergo bonum commune quid secundum vnam ideam.* Non enim inde sequitur. Præterea falsum quoque est. omnia enim bona siue æquiuoca, siue vniuoca, siue ab vno & ad vnum siue per analogiam, vt ipse enumerat, bona sunt: quia boni illius vnius principia sunt. atque quod ait, si tale bonum sit non esse πρακτόν, οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπῳ *agibile, & acquisibile homini*, si id verum est, cur ergo extra rem in eam discussionem descendit? Postremus videtur locus contra ideas 3. Analytico capite 18. τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω. τερετίσματα γάρ ἐστι. καὶ εἰ ἔστιν οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν. *Ideæ namque valeant, terriculamenta enim sunt, & si sunt, nihil ad sermonem sunt.* Nihil sanè ad illum sermonem faciunt, quo asserebat, quæcūq; substantiā nō significāt, oportere de aliquo subiecto prędicari & non esse aliquod albū quod nihil aliud existēs albū est. nullum enim accidens per se est. Ideæ verò accidētia nec sunt, nec esse Plato dixit, sed maximè substantias. Cur ergo cū de accidentibus loqueretur, non separatis à subiecto ideas induxit, cum ad rem nihil facerent? Causa in promptu est, nimium scilicet contradicendi omnibus quidem, sed præcipuè Platoni, studium. Cur autem terriculamenta, cum maximè, & verè entia ex suis quoq; dogmatibus ostensum sit esse, appellarit, eadem est causa, & ardens in præceptorem odium.

FINIS.

DISCVS.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM TOMI III LIBER VI.

## ARISTOTELICA CONTRA PLATONEM

### Obiecta in Physiologia eorumque dilutiones.

PLVRES in naturę philosophia quàm in diuina Aristoteles contra præceptorem cauillos effinxit eos omnes præsenti libro discutiendos nobis assumpsimus, itaque primo physico, capite 4. Platonem obiurgat, quòd principia naturæ rerum, magnum, ac paruum vti materiam, vnum verò vti formam statuerit. Magnum autem & paruum duo esse infinita, infinitum essentiam per se & principium tertio physico capite 4. asserit Platonem posuisse. Duo etiam illa infinita capite 6. confirmat, carpit id ipsum 4. physico capite 2. libro autem 2. de Generatione, capite 3. innuit, Platonem id quoque in diuisionibus sensisse. Idem clarè repetit primo Sapientiæ capite 6. ὡς μὲν οὖν ὕλην τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν εἶναι ἀρχάς, ὡς δ' οὐσίαν, τὸ ἕν. *Vt quidem materiam, magnum & paruum esse principia: vt autem substantiam, vnum.* Ad hanc primam omnium obiectionem negamus penitus, principia hæc in Platonis libris reperiri vsquam, omnes enim eius libros habemus, præter diuisiones quasdam quarum Aristoteles vti modo diximus. 2. de Generatione capite 3. & fortè primo de partibus capite 2. meminit. at hæ fortè sunt diuisiones ab eo in Sophista ac Politico factæ, in quibus nihil tale de paruo, aut magno reperitur. Meminit idem Aristoteles 4. physico capite 2. ἀγράφων *non scriptorum* quorundam dogmatum. Hæc verò talia fuisse putandum est, quales fuerunt Pythagoreorum sermones, quos mathemata vocabant, iique secreto discipulis quibusdam selectis communicabantur, & quales Plato in Theæteto Protagoram *in secreto* ἀπορρήτῳ meminit solitum esse tradere, & 3. Rhetorico Aristoteles ipse Trasymachum factitasse scribit. Atque hoc alia res erat à libris illis, quos scriptos quidem discipulis prælegebant, non tamen publicarant, vocabantque acroamaticos, acusmaticos, esotericos, sicuti, primi tomi libro 6 abunde ostendimus. Non scripta ergo quædam Plato dogmata in colloquijs secretionibus, discipulis quibusdam tradebat. Id apertè scribit Simplicius ad hunc locum, cuius hæc sunt verba Sed addit, *in sermonibus de bono, quibus Aristoteles, Heraclides, Estiaus, & alij socij Platonis interfuerunt, ac veluti ænigmaticè dicta descripserant.* ea autem Plato nũ scripsit, sed hi eius discipuli, & Philoponus τὰς ἀγράφους τοῦ Πλάτωνος συνουσίας, *non scriptas Platonis collocutiones* affirmat. Quod Aristotelem fecisse in libris de bono idem Simplicius libro de Anima primo testatur his verbis περὶ φιλοσοφίας νῦν λέγει τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ αὐτῷ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συνουσίας ἐν οἷς ἱστορεῖ τάς τε Πυθαγορείους καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας. *De philosophia nunc vocat ea quæ sibi de bono scripta sunt ex Platonis colloquijs, in quibus narrat, Pythagoreas & Platonicas de entibus opiniones.* Idem Philoponus confirmat ad hunc ipsum locum; τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιγραφόμενα περὶ φιλοσοφίας λέγει, ἐν ἐκείνοις γὰρ τὰς ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος ἱστορεῖ ὁ Ἀριστοτέλης. *Quæ de bono inscripta sunt, de philosophia dicit, in illis verò non scriptas collocutiones Platonis recenset Aristoteles?* Sed hoc loco vterque interpres labitur, intelligens hæc quæ de philosophia dicuntur, de Aristotelicis dici, cum de Platonicis intelligenda sint, quod ex continuatione Aristotelicorum verborum apparet, quæ sunt, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ, γινώσκεσθαι γὰρ ὁμοίῳ ὅμοιον, τὰ δὲ πράγματα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας διωρίσθη αὐτὸ μὲν τὸ ζῷον ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους, τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως. *Eodem modo in Timæo, Plato animam ex elementis facit, cognosci enim simili simile, res verò ex principijs esse similiter verò & in ijs quæ de philosophia determinata sunt, ipsum quidem animal ex vnius idea, & prima longitudine, & latitudine, & profunditate. alia verò similiter.* Tota enim hæc cum sequentibus au-

quot sententiæ Platonicæ relatio est. At non solùm interpretes hi hoc loco lapsi sunt, sed etiam superiore nihil firmi afferunt, cum aiunt in non scriptis Platonis dogmatibus dogma fuisse hoc de magno & paruo: nam etiam si Heraclides atque Estiæus id in literas retulerunt, ænigmaticè dicta fuisse, sunt attestati. At si ænigma fuit, fuerat prius Aristoteli ænigmatis sententia aperienda, dein, si cum veritate non staret, reprehendenda. Sed suum morem secutus, nihil aliud pensi habens, quàm vt in alios inueheretur, quoquo modò tantùm inuectus est. Fuit ergo ænigmaticum hoc Platonis, de magno ac paruo dogma, ab Aristotele aperiendum, quod si Plato ipse aperuisset, alia longè sententia latens appareret, quã si iudicasset ipse libris suis inserendam, non ignorasset, puto, eam describere. at nusquam ea hisce qui extant libris reperitur, qui omnes integri sunt, præter Philebum Minoa & Critiam, quibus ea parte, qua trunci sunt, non potuisse hanc sententiam contineri satis ex consequentia à præcedentibus desumpta apparere potest, & sicubi ea tractanda fuisset, in Philebo locus illi aptissimus videtur tribuendus fuisse, vbi multa de fine, & infinito, magis & minus, plus & minus, maius & minus tractantur. nullum tamen de magno & paruo verbum legitur. Hac ergo ratione nulla videtur Aristotelis reprehensio. Sed in ea quoque ita nulla vt est, non videtur ipse sibi constare. Nam 3. Physico. capite 4. ita scribit. Πλάτων δὲ δύο τὰ ἄπειρα τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν. *Plato verò duo infinita magnum & paruum.* Primo autem sapientiæ capite 6. scribit præter ea, quæ cum Pythagoreis communia habuit, Plato, eius proprium dogma. τὸ δ' ἄπειρον ἐκ μεγάλου καὶ μικροῦ, τοῦτ' ἴδιον. *Infinitum & magno & paruo, hoc proprium.* Longè autẽ diuersa, & ferè contraria sententia est, magnum & paruum esse duo infinita: ab hac, ex magno & paruo infinitum esse, veluti compositum. Sed cum ænigmaticè hęc sint à Platone non scripta, sed dicta, vti Heraclides & Estiæus, non minus quàm Aristoteles Platonis auditores, testati sint, quid opus fuit tot locis ea replicare, ac veluti apertum dogma insectari, cum præsertim ea, quæ Plato de naturæ principijs scripsit, apertè scripsit, in Timæo, in quo nulla de magno ac paruo isto, sed multa de materia docuit, de qua & ipse Aristoteles pleraque vsurpauit, vti Tomo antecedente palam est factũ. Secunda calumnia est primo lib. de Elementis capite 2. τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνειν ἀναγκαῖον κἂν εἰ ὥσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται πρὶν γενέσθαι τὸν κόσμον ἐκινεῖτο τὰ στοιχεῖα ἀπάντως, ἀνάγκη γὰρ ἢ βίαιον εἶναι τὴν κίνησιν, ἢ κατὰ φύσιν. εἰ δὲ κατὰ φύσιν ἐκινεῖτο ἀνάγκη κόσμον εἶναι. *Hoc idem accidere necesse est etiam si vt in Timæo scriptum est antequàm mũdus fieret mouebantur elementa inordinatè: necesse enim vel violentum fuisse motum, vel secundum naturam. Si verò secundum naturam mouebantur, necesse mundum fuisse.* In Timæo autem à Platone hæc scripta sunt verba. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. *Volens enim Deus bona quidem omnia, malum autem nullum esse, quatenus posset, ita sanè omne quantum erat visibile assumens, non quietum, sed motum negligenter, ac inordinatè in ordinem id duxit ex inordinatione: putans illud hoc esse omnino melius.* In quibus quidem verbis nulla est elementorum mentio, falsa ergo reprehensiõ, cum in id intendatur, quod à Platone nõ est dictum, longè enim aliud est, totum quod visibile erat, ab elementis, poterat esse chaos illud confusum poterat ignis, aqua, terra, confusa indistincta omnia, hoc primum falsum, secundum deinde, motum visilis huius, non est necesse fuisse vel violentum, vel naturale. Nam non constituto adhuc mũdo, nulla erat natura, ideoque nihil secundum naturam fiebat, quare nec oppositum illi violentum. Ruunt ergo & hæc, & quæ ex hac diuisione sequuntur: tamen illud quoque, ἔτι δὲ πότερον ἐπαπορήσειεν ἄν τις. *Adhuc verò interrogaret aliquis.* Vtrum possibile vel impossibile esset cum inordinatè mouerẽtur, misceri ad inuicem, ita vt inde enascerẽtur: qualia secundum naturam enata videmus vana enim est & interrogatio. & cauillatio hæc, nihil enim tale Plato constituit ex eo motu, aut post eum motum, sed omnia ab opifice essent genita & distincta. Neque locum habet, quod subnectit, inordinatum illud nihil aliud esse, quàm præter naturam. Nulla nanque, vt diximus, adhuc natura erat, ideo præter naturam nihil fiebat: contraria enim simul sunt, vno, existente, & alterum existit, altero non existente, neque alterum existit, nulla ergo obiectio vanusque Aristotelis in ea prosequenda

quenda labor fuit. Ridiculum verò est id, in quo 1. physici capite 9. cum increpat. τὴν γὰρ ἑτέραν παρῆδεν τὴν στέρησιν. *Alterũ enim preterijt scilicet priuationẽ.* Quo nãq; modo entium principium sit id, quod ex sui sententia eodem loco sit, non ens per se? Non ens autem per se quid aliud homini mente compoti sonat quàm quod (nihil) dicimus. ex nihilo autem aliquid fieri, & rerum naturæ, & priscis philosophis omnibus, & suo ipsius dogmati repugnat. Sed ne hoc quidem tam præclarum inuentum Aristotelis est: sed Hippocratis, ex cuius libro de Arte, ipse transcripsit, vti antecedenti Tomo ostendimus. Non minus detorta est illa etiam Platonis reprehensio, quæ est libro 2. de Generatione capite primo. ὡς δ' ἐν τῷ τιμαίῳ γέγραπται, οὐδένα ἔχει διορισμόν. οὐ γὰρ εἴρηκε σαφῶς τὸ πανδεχές, εἰ χωρίζεται τῶν στοιχείων. οὐ δὲ χρῆται οὐδενὶ, φήσας εἶναι ὑποκείμενον τοῖς καλουμένοις στοιχείοις πρότερον οἷον χρυσὸν τοῖς ἔργοις τοῖς χρυσοῖς. καί τοι τοῦτο οὐ καλῶς λέγεται τοῦτον τὸν τρόπον λεγόμενον. ἀλλ' ὧν μὲν ἀλλοίωσις οὕτως ἐστίν. ὧν δὲ γένεσις καὶ φθορὰ ἀδύνατον ἐκεῖνο προσαγορεύεσθαι ἐξ ὧν γέγονε. καί τοι γε φησὶ μακρῷ ἀληθέστατον εἶναι, χρυσὸν λέγειν ἕκαστον εἶναι. ἀλλὰ τῶν στοιχείων ὄντων στερεῶν, μέχρι ἐπιπέδων ποιεῖται τὴν ἀνάλυσιν. ἀδύνατον δὲ τὴν ὕλην τὴν πρώτην τὰ ἐπίπεδα εἶναι. *Sicuti verò in Timæo scriptũ est, nullam habet determinationem: non enim dixit clarè pandeches (omnium susceptiuũ) an separatur ab elementis, neque vtitur vllo, cum dixisset esse subiectum vocatis elementis antea veluti aurum operibus aureis, cum tamen hoc non rectè dicitur. hoc modo dictum sed quorum est alteratio ita est, quorum verò generatio & corruptio impossibile, illa appellare ex quibus genita sunt, cum tamen dicat longè verissimum esse, dicere, aurum vnũ quodque esse: sed elementa cum sint solida, vsque ad superficies facit resolutionem, impossibile autem materiam primam superficies esse.* Hæc autem cum ijs, quæ Plato scripsit initio tractationis de materia conferamus: νῦν δ' ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι. τίνα οὖν δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον. τοιάνδε μάλιστα πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὸ οἷον τιθήνην. *Nunc autem oratio videtur cogere arduam & obscuram speciem tentare sermonibus manifestare. Quam ergo potentiam & naturam ipsum putandũ? Talẽ maximè, omnis esse generationis susceptaculũ veluti nutricẽ,* cur hęc nullã habẽt determinationẽ? aut hęc alia sequẽtia: καὶ δὴ καὶ πῦρ τὸ διὰ παντὸς τοιοῦτον καὶ ἅπαν ὅσαπερ ἂν ἔχῃ γένεσιν. ἐν ᾧ δ' ἐγγιγνόμενα ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπόλλυται μόνον ἐκεῖνο ἂν προσαγορεύειν. τὸ δὲ τοῦτο, καὶ τόδε προσχρωμένους ὀνόματι. *Et sanè vt ignis, id quod semper tale & omne quacunq; habẽt generationẽ: in quo verò ingenerãtur singula ipsorum elucẽt, & rursus inde deperdũtur, solũ illud appellare. Huic verò & hoc vtentes nomine.* sunt quidem hæc vt Aristoteli concedatur nõ satis clarè dicta. At quæ de auri exemplo multo alijs verbis quàm Aristotelis refert, clariora. Sed ipse nõ multò clarius declarauit illud, ἐξ ἧς γίνεται τὰ καλούμενα στοιχεῖα. *Ex qua fiunt vocata elementa.* Nam illud (ex qua) si de materia intelligatur, non vsquequaque verum fuerit elementa ex materia generari, opus enim est, vt elementa fiant, ex materia, & contrarietate. Si verò ex cõtrarietate intelligatur, neq; illud verũ fuerit, cũ op⁹ sit etiã materia. Neq; etiã Arist. clare dixit (sed sẽp cũ cõtrarietate) nullã n. habere videt̃ materia in se cõtrarietatẽ, ex qua elemẽta fiãt. Sed forte clari⁹ Plato ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων ἐστὶ πάντα ὅσα ἐκ τούτων. *Quod vis cõtrariorũ, & oĩa quęcũq; ex his.* Sed cũ Plato dicat, δέχεται δ' ἀεὶ τὰ πάντα. *Suscipit semper oĩa.* Et. ἐκμαγεῖον φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενον τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων, φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. *Et veluti tabella natura cuiq; iacet, motum & transfiguratũ ab ingredientibus, apparet verò propter illa, aliàs aliud,* atq; illud, τὰ δ' εἰσιόντα, καὶ ἐξιόντα ἀεί. *ingredientia & exeuntia semper.* Nonne hæc & determinatè, & etiam clarè scripsit? & quod etiam (ab elementis sit separata) quando (ingredientia & exeuntia) nominat, quando (aliàs aliam videri) scribit? quando in quo ingenerata singula ipsorum apparet? & rursus (inde pereunt) & hæc contraria esse, quoq; docet. τὸ δ' ὁποιονοῦν τι θερμὸν ἢ λευκὸν, ἢ καὶ ὅτι οὖν τῶν ἐναντίων. *Qualecunq; aliquod calidum aut album, aut etiam quodcunque contrariorum.* Nonne eam non solùm ab elementis separatam clarè dicit? Sed ab omnibus etiam rerum formis, quando omnes & ineuntes & exeuntes recipit & amittit? Sed & hoc & clarè & determinatè. πῦρ μὲν ἑκάστοτε αὐτοῦ τὸ πεπυρωμένον μέρος φαίνεσθαι. τὸ δ' ὑγρανθὲν ὕδωρ γῆν δὲ καὶ ἀέρα καθ' ὅσον ἂν μιμήματα τούτων δέχηται. *Ignem quidem vbique eius ignita pars videtur, humefacta verò aqua: terram verò & aerem, in quantum imagines horum receperit.* Neque vera est illa obiectio: οὐ δὲ χρῆται οὐδενὶ, *neque vtitur vllo.* Vtitur enim omnibus & elemen-

tis, vt modo visum est, & compositis etiam vt toto Timæi progressu patet. Vtitur etiam alterius in alterum transitu. κύκλον δ' οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα ὡς φαίνεται τὴν γένεσιν. *Circulum in hunc modum tradentia in se inuicem vt videtur generationem.* Neque etiam illud verum est, quod ait. φήσας εἶναι ὑποκείμενον τοῖς καλουμένοις στοιχείοις, ὥσπερ οἶμαι χρυσὸν τοῖς ἔργοις τοῖς χρυσοῖς. *Dicens esse subiectum vocatis elementis prius, veluti aurū operibus aureis.* Non enim auri exemplum adduxit Plato, vt ostenderet materiam ita subici elementis, vti aurum aureis operibus, sed vt ostenderet materiam, etiamsi diuersis subijciatur formis, eandem esse materiam, sicuti aurum semper aurum est, etiamsi figuras in diuersas transfiguretur, nam hæc sunt eodem loco eius verba εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χρυσοῦ μηδὲν μεταπλάττων παύοιτο, ἕκαστα εἰς ἅπαντα, δεικνύντος δή τινος αὐτῶν ἓν, καὶ ἐρομένου τί ποτ' ἐστί, μακρῷ πρὸς ἀλήθειαν ἀσφαλέστατον εἰπεῖν, ὅτι χρυσός. *Si enim omnes aliquis figuras effingens ex auro, nihil transfigurās cesset singulas in omnes, ostendente sanè aliquo ipsorum vnum, & interrogante quid nam est, longè ad veritatem? securè dixerit, quod aurum:* & paulo pòst, hoc exemplum applicat. αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον. ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται φύσεως. *Eadem sanè ratio etiam de suscipiente omnia corpora natura. idē eā semper appellandū, ex sua enim propria omnino non exit natura.* Quid clarius? Cauillose ergo Aristoteles est interpretatus hoc auri exemplum. Quare & sequentia illa verba vana sunt. *Cum tamen hoc non rectè dicitur, hoc modo dictum. Sed quorum quidem alteratio est.* Ita & quæ sequuntur omnia nunquā enim Plato alterationem ἀλλοίωσιν. eo loco nominat. sed generationem vbique. Attamen cum tot verbis prauè in contrarium sensum detortis Platonem hoc loco arguat, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀγόμενος, *ipsa veritate ductus.* primo de elementis ca. vltimo, hæc eadem Platonis dicta sibi ipsi contradicens, laudat, ita scribens. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ἀειδὲς καὶ ἄμορφον δεῖ τὸ ὑποκείμενον εἶναι (μάλιστα γὰρ ἂν οὕτω δύναιτο μεταρρυθμίζεσθαι, καθάπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται τὸ πανδεχές) οὕτω καὶ τὰ στοιχεῖα δεῖ νομίζειν ὥσπερ ὕλην εἶναι τοῖς συνθέτοις. *Sicuti enim etiam in alijs informe & infiguratum oportet subiectum esse (maximè enim ita posit transfigurari, sicuti in Timæo scriptum est ipsum pandeches) ita & elementa oportet existimare, tanquam materiam esse compositis.* Quòd si auri exemplum in materiæ declaratione à Platone allatum, reprehensione Aristotelica dignum indignè fuit, quia figuras formas scilicet non essentiales, sed accidentales exprimunt, cur non reprehendantur, Aristotelica exempla quoque primo physico capite 7. ad idem hoc propositum adducta? ἀμέλει μετασχηματίσεως, προσθέσεως, ἀφαιρέσεως, συνθέσεως, ἀλλοιώσεως. ἀταξίας, ἀμορφίας, ἀσχημοσύνης *nempe transfigurationis, additionis, ablationis, cōpositionis, alterationis, inordinationis, informitatis, infigurationis?* quæ itidē non tantum essentiales formæ nō sunt, sed ne accidentales quidē cùm omnes sint priuationes. Cur itidem subiectum ac materiam harum æs & lapidem, & ipsummet aurum in Platone reprehensum, pro materiæ declaratione affertur? Sed verba illa vltima. ἀλλὰ τῶν στοιχείων ὄντων στερεῶν μέχρι ἐπιπέδων ποιεῖται τὴν ἀνάλυσιν. ἀδύνατον δὲ τὴν ὕλην τὴν πρώτην τὰ ἐπίπεδα εἶναι. *Sed elementis existentibus solidis vsque ad superficies facit resolutionem: impossibile verò materiam primam superficies esse,* nō minus sunt detorta quàm reliqua omnia. Neq; enim id vult Plato, vt superficies sint prima materia, eam enim descripserat. ἀόρατον εἶδός τι, καὶ ἄμορφον, πανδεχές, *inuisibilem quandam speciem, & informem, omnium susceptiuam.* Quæ passiones, nec Pyramidi, nec trigonis, nec superficiebus alijs conuenire possunt, superficiesque has non materiæ tribuit Plato, sed elementis, non quatenus ipsis materia subijciatur, parsq; illius ignita, ignis sit, & humida, sit aqua, sed quatenus corpora sunt, sic enim post absolutam materiæ tractationem scribit de elementis, πρῶτον μὲν δὴ πῦρ καὶ γῆ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ ὅτι σώματά ἐστι δῆλόν που καὶ παντί, τὸ δὲ τοῦ σώματος εἶδος πᾶν καὶ βάθος ἔχει. τὸ δὲ βάθος αὖ πᾶσα ἀνάγκη τὴν ἐπίπεδον ἐμπεριειληφέναι φύσιν. ἡ δὲ ὀρθὴ τῆς ἐπιπέδου βάσεως ἐκ τριγώνων συνέστηκε τὰ δὲ τρίγωνα ἅπαντα ἐκ δυεῖν ἄρχεται μίαν μὲν ὀρθὴν ἔχοντα τὰς δὲ δύο ὀξείας. *Primum quidem sanè ignis & terra & aqua & aer, quod corpora sunt, manifestum cuique. corporis autem forma omnis, etiam profundum habet: profundū rursus omnino necessarium est, superficialem comprehendisse naturam, recta autem superficialis basis ex trigonis confecta est. trigona verò omnia è duobus initia habent, vnū quidem rectum habentes, & duos acutos &c.* & post pauca. τὴν δὲ πυρὸς ἀρχὴν καὶ τῶν

ἄλλων

ἄλλων σωμάτων ὑποτιθέμεθα, κατὰ τὸν μετ᾽ ἀνάγκης εἰκότα λόγον πορευόμενοι. *Hoc verò ignis principium & aliorum corporum supponimus, secundum consentaneum cum necessitate rationem procedentes*. Nulla hic elementorum in materiam resolutio, nulla superficierum cum materia identitas, sed neque coniunctio. Vana ergo malignaque simul Aristotelica obtrectatio. Sed cum Plato mox subdat· τὰς δὲ τούτων ἀρχὰς ἄνωθεν θεὸς οἶδε, καὶ ἀνδρῶν ὃς ἂν ἐκείνῳ φίλος ᾖ. *Horum verò principia, desuper Deus nouit & hominum is, qui illi amicus fuerit*. illa quoque vanissima reddit, quæ primo de elementis capite primo contra has superficies Aristoteles obiecerat. ἔπειτα δῆλον ὅτι τοῦ αὐτοῦ λόγου ἐστὶ στερεὰ μὲν ἐξ ἐπιπέδων συγκεῖσθαι, ἐπίπεδα δὲ ἐκ γραμμῶν, ταύτας δ᾽ ἐκ στιγμῶν. *Deinde nimirum eiusdem rationis est, solida quidem ex superficiebus composita esse: superficies autem ex lineis, has verò ex punctis*. Id namque in mathematicis fortè verum fuerit, sed in naturæ rebus, Plato, & à quo ipse sumpsit Timæus, non hoc autumant, sed superficies ex trigonis, non ex lineis faciunt: trigonorum autem principia Deo noscenda relinquunt, neque vlla est linearum aut punctorum tota ea satis lõga tractatione mentio, & futilis ergo & vana Aristotelis obiectio, cum hac alia simul eodem capite, ἀλλὰ τὴν μὲν γῆν εἶναι βαρεῖαν, τὸ δὲ πῦρ κοῦφον ἔσται καὶ τῶν ἐπιπέδων, τὸ μὲν βαρὺ, τὸ δὲ κοῦφον. καὶ τῶν γραμμῶν δὴ καὶ τῶν στιγμῶν ὡσαύτως. *Sed eo quòd terra grauis sit, & ignis leuis, erit etiam superficierum alia quidem grauis, alia leuis, & linearum sanè, & punctorũ similiter*. Nulla enim ibi mẽtio linearũ, ex quib[us] superficies cõponantur, nulla pũctorũ, ex quib. lineæ At si maximè etiã ita ille assereret de pũctis ac lineis, nõ tamen necessario hæc aut grauia, aut leuia essẽt, principia tantũ grauiũ, & leuiũ essent, quæ nullo modo easdẽ cũ ijs quæ ex his conficiuntur passiones & proprietates habẽt, & falsa illa sunt. εἰ δὴ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ ἑκατέρου μέρους μηδὲν ἔχοντος βάρος, τὰ ἄμφω ἔχειν βάρος. *Si sanè impossibiliũ est, vtraq; parte nullã habente grauitatẽ, ambo habere grauitatem*. falsum inquã hoc est, & suę philosophiæ maximè cõtrariũ. In qua elemẽta ipsa grauitatem & leuitatem habent, & corpora sunt: & composita ex materia & forma, at materia, at forma partes vtræque componentes, quam nam grauitatem aut leuitatem habent? vbi nos hanc rem docuit? elementa corpora sunt, ex materia & forma constantia. ac vbi nos docuit materiam esse corpus? formam esse corpus? si hæc corpora non sunt, sed incorporeæ vtræque, & elementa ex eis conficiuntur, corpora sunt, ex incorporeis ergo corpora efficiuntur: ex nõ grauibus, ex nõ leuibus, grauia & leuia? falsum ergo est, hoc esse impossibilium. eadem esset ratio, si puncta Plato & lineas, superficierum principia faceret, (quod nos negamus prorsus eum facere) grauia & leuia fieri, Aristotelica doctrina & exemplo fierent, nulla impossibilitate. Sed & illud nõ multo acutiore ingenio aũt acuto iudicio obiectũ est. ἔτι εἰ μὲν πλήθει βαρύτερα τὰ σώματα τῶν ἐπιπέδων ὥσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ διώρισται. *Præterea si multitudine grauiora corpora superficierum sicut in Timæo determinatum est*. Namque primò quidem hæc οὐ σαφῶς εἴρηκεν. duplicem enim ac ambiguum habent sensum possunt enim commodè accipi, vt significent multitudine superficierum grauiora corpora esse. atque etiam multitudine corpora esse grauiora, quàm superficies, itaque in idem vitium cadit manifestè, quod in Platone accusauerat, secundo, falsa quoque sunt. Neutrum enim horum determinauit in Timæo Plato. Habet ille quidem hæc verba de igne agens: ἔτι δ᾽ ἐλαφρότατον, ἐξ ὀλιγίστων ξυνεστὸς τῶν αὐτῶν μερῶν. *Præterea leuissimum ex paucissimis constitutus ijsdem partibus*. Partes autem has, non quasuis superficies intelligit, sed bases tantùm. Sic enim paulo ante dixerat. ταῦτα οὖν δὴ πάντα, τὸ μὲν ἔχον ὀλιγίστας βάσεις εὐκινητότατον ἀνάγκη πεφυκέναι, τμητικώτατόν τε καὶ ὀξύτατον ὂν πάντῃ πάντων, ἔτι δ᾽ ἐλαφρότατον *Hæc ergo omnia. aliud habens paucissimas bases: mobilissimum necesse est natum esse atque secantissimum, acutissimum existens prorsus omniũ, & præterea leuissimũ*. Neque vllum de grauitate, aut superficiebus habet verbum, nec aliud quicquam, quo aut multitudine superficierum corpora grauiora fieri, aut corpora superficieb. grauiora esse, possit quis verè asserere, à Platone fuisse dictum. Multo autem minus illud Plato aut in Timæo aut alibi dixit, quod 2 de Elementis capite 2. illi obiecit discipulus: λέγουσι γὰρ τὸ κουφότερον καὶ βαρύτερον. οἱ μὲν ὥσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ τυγχάνει γεγραμμένον βαρύτερον μὲν τὸ ἐκ πλειόνων τῶν αὐτῶν συνεστῶσι, κουφότερον δὲ τὸ ἐξ ἐλαττόνων ὥσπερ μολύβδου μόλυβδος, ὁ πλείων βαρύτερος καὶ χαλκοῦ χαλκός. *Dicunt enim leuius & grauius, alij quidem, vt in Timæo reperitur scriptum: grauius quidem, id quod ex pluribus ijsdem*

*constitutum, leuius verò id quod ex paucioribus, sicuti plumbum plumbo, id quod plus, grauius, & æs ære.* Neque enim hæc exempla, neque illa verba, aut sententia sunt in Timæo scripta, neque eo loco est vllum de grauitate verbum, nec de leuitate plura, quàm ea, quæ adduximus. Neque verò scio an maiore audacia Aristoteles hæc scripserit, quā patiētia Platonis sectatores falsa hęc tot ac tāta tulerint. Nam de sectatoribus Aristotelis nihil mirū est, eos prōptissimos fuisse ad hæc omnia credenda, quia maior auctoritati apud plerosq; homines, quàm veritati locus est. Huic cognata obiectio illa est, quam habet 3 physico capite 5. τόπου δ' εἴδη καὶ διαφοραὶ τὸ ἄνω καὶ κάτω, καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν καὶ δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν, καὶ ταῦτα οὐ μόνον πρὸς ἡμᾶς καὶ θέσει, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ὅλῳ διώρισται. *Loci verò species differentia sursum, & deorsum, & ante & retrò, & dextrum & sinistrum, & hæc non solùm ad nos, & positione, sed in ipso toto determinata sunt.* contra Platonem etiamsi suppresso nomine scriptum est. Nam Plato ita de hac re scripsit. βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον μετὰ τῆς κάτω φύσεως ἄνω τε λεγομένης ἐξεταζόμενον ἂν δηλωθείη σαφέστατα, φύσει γὰρ δή τινας τόπους δύο εἶναι διειληφότας διχῇ τὸ πᾶν ἐναντίους τὸν μὲν κάτω πρὸς ὃν φέρεται πάνθ' ὅσα τινὰ σώματος ὄγκον ἔχει. τὸν δ' ἄνω ὃν ἀκουσίως ἔρχεται πᾶν οὐκ ὀρθὸν οὐδαμῇ νομίζειν. *Graue verò & leue, cum deorsum natura, & sursum dicta, discussum fortè declarabitur clarissimè. Natura enim quosdam locos duos esse separantes in duo vniuersum contrarios alium deorsum ad quem feruntur omnia quacunque aliquam corporis molem habent. alium sursum ad quem violenter proficiscitur omne, non est rectum existimare.* Quibus in verbis duo sunt Aristotelicæ relationi contraria: alterum, duo hęc loca, natura non esse contraria: alterum, sursum omnia inuita ferri. Sed non est hic locus litem hanc satis arduam pro veritate decernendi, satis nunc sit indicasse Aristotelis obiectionem. Sed vtra verior sententia sit, propria discussione est à nobis discussum. Duobus locis sine vlla obtrectatione refert Platonis sentētias 2. de cœlo, capite 13, & 2. de Generatione capite 5. Sed libro 1. capite 2. obtrectatio est plena mendaciorum. Πλάτων μὲν οὖν περὶ γενέσεως ἐσκέψατο καὶ φθορᾶς ὅπως ὑπάρχει τοῖς πράγμασι. καὶ περὶ γενέσεως οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς τῶν στοιχείων· πῶς δὲ σάρκες καὶ ὀστᾶ, ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων οὐδὲν ἔτι, οὔτε περὶ ἀλλοιώσεως, οὔτε περὶ αὐξήσεως τίνα τρόπον ὑπάρχουσι τοῖς πράγμασιν. ὅλως δὲ παρὰ τὰ ἐπιπολῆς περὶ οὐδενὸς οὐδεὶς ἐπέστησεν, ἔξω Δημοκρίτου. *Plato quidem de Generatione considerauit, & corruptione, vt inest rebus & de Generatione non omni, sed elementorum, quomodo autem carnes & ossa, vel aliud quid talium, nihil. Adhuc neque de alteratione, neque de argumento, quomodo insunt rebus, omnino verò præter superficialia de nullo, nemo scripsit, præter Democritum.* Hæc tot ac tam aperta mendacia nemo melius quàm ipsa Platonis verba huc adscripta redarguent. Non enim de generatione elementorum solum vt illi hic tribuit, sed de mixtione omnis generis tractauit. ac primò lapidum, quod ipse non fecit. πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν πηγνύμενον ὡς δοκοῦμεν λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν. *Primum quidem, quod nunc aquam nominauimus, concretum vt videmur lapides & terram gigni videmus.* Ventorum deinde. τηκόμενον δ' αὖ καὶ διακρινόμενον ταυτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα. *Solutum rursus & discretum hoc ipsum, ventum & aerem* Nubium. καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην. *Et rursus aerem coeuntem & densatum, nubem & caliginem.* Grandinis postea & glaciei. παγὲν δ' οὕτω, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς μάλιστα παθὸν ταῦτα χάλαζα. τὸ δ' ἐπὶ γῆς, κρύσταλλος. τὸ δ' ἧττον ἡμιπαγές τε ὂν ἔτι, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς αὖ χιὼν, τὸ δ' ἐπὶ γῆς ξυμπαγὲν ἐκ δρόσου γενόμενον, πάχνη λέγεται. *Concretū verò ita id quod super terram maximè passum hæc grando, in terra verò crystallum. Quod verò minus, ac semiconcretum existens adhuc, id quod super terram rursus nix, in terra verò concretum, ex rore genitum, pruina dicitur.* Sed non omnia recenseam, quæ in Timæo sequuntur de succorum speciebus. Vino, oleo, pice, gummi, melle, opo, liquore, saxo, petra, nitro, sale nitro, auro, adamante, ære, saporibus, odoribus, coloribus, vocibus est Plato philosophatus, sed quia nominatim Aristoteles exprimit illum de ossibus ac carne non tractasse, vt longè manifestius mendatium appareat, huc afferre libet hæc de osse: τὸ δ' ὀστοῦν συνίστησιν ὧδε γῆν διαττήσας καθαρὰν καὶ λείαν ἐφύρασε καὶ ἔδευσε μυελῷ καὶ μετὰ τοῦτο εἰς πῦρ αὐτὸ ἐντίθησιν. μετ' ἐκεῖνο δ' εἰς ὕδωρ βάπτει, πάλιν δ' εἰς πῦρ, αὖθις δ' εἰς ὕδωρ, μεταφέρων δ' οὕτως πολλάκις εἰς ἑκάτερον ὑπ' ἀμφοῖν ἀπειργάσατο. *Os verò constat, hoc modo terram conterens puram & leuem commiscuit, & humefecit medulla, & post hoc in ignem ipsum imponit, post id in aquam tingit, rursus in ignem, rursus in aquam, transferens verò ita multoties in vtrunque*

*ab vtrisque effecit.* Hæc ossis ab opifice Deo, tanquam ab artifice ferrario fabrefactio. Carnis verò hęc alia. ταύτῃ ἡμῶν διανοηθεὶς ὁ κηροπλάστης, ὕδατι μὲν καὶ πυρὶ καὶ γῇ συμμίξας καὶ συναρμόσας, ἐξ ὀξέος καὶ ἁλμυροῦ ξυνθεὶς ζύμωμα καὶ ὑπομίξας αὐτοῖς, σάρκα ἔγχυμον καὶ μαλακὴν συνέστησε. *Hac meditatus noster effictor, aqua quidem ac igne & terra commiscens & coaptans ex acido & salso, componens fermentationẽ, & submiscens illis carnem humidam, & mollem confecit.* Quod verò Aristoteles addit, (*vel aliorũ aliquid talium*) non aliud opinor intelligit quam generationem partium similarium Platonem non attigisse. At post carnem nerui quoque formationem descripsit. τὴν δὲ τῶν νεύρων φύσιν ἐξ ὀστοῦ καὶ σαρκὸς ἀζύμου κράσεως μίαν ἐξ ἀμφοῖν μέσην δυνάμει συνεκεράσατο, ξανθῷ χρώματι προσχρώμενος. ὅθεν συντονωτέραν μὲν καὶ γλισχροτέραν σαρκῶν, μαλακωτέραν δ᾽ ὀστῶν ὑγροτέραν τε ἐκτήσατο δύναμιν νεῦρα. *Neruorum verò naturam ex osse & carne azima temperatura, vnum ex ambobus mediam potentia contemperauit flauum colorem adhibens. Vnde intensionem & tenaciorem carnibus, molliorem verò ossibus, & humidiorem fabrefecit potentiam neruos.* Similia de venis, medullis, alijsque similaribus partibus pertractauit, non minus etiam de dissimilaribus, capite, cerebro, ore, naso, pectore, corde, pulmone, hepate, liene, aluo, ventre, digitis, vnguibus, capillis est prosecutus. Neque solùm de partibus sed de humoribus quoque, vnde similares primo generantur, sanguine, bile, phlegmate, melancholia, ichore disseruit. Cum autem id sit verissimum, quæ fuit Aristotelis audacia? affirmare Platonem, quo modo carnes, vel ossa, vel aliorum quid taliũ nihil. Sed illa quæ subiunxit, haud veriora sunt. *Praterea neque de alteratione, neque de augmento, quo modo rebus insunt.* Nam de incremento atque eius contrario in eodem Timæo ac etiam de nutritione continuato sermone ad hunc modum scripsit. ὃ καλοῦμεν αἷμα, νομὴν σαρκῶν καὶ ξύμπαντος τοῦ σώματος, ὅθεν ὑδρευόμενα ἕκαστα πληροῖ τὴν τοῦ κενουμένου βάσιν. ὁ δὲ τρόπος τῆς πληρώσεως ἀποχωρήσεώς τε γίγνεται, καθάπερ ἐν τῷ παντὶ παντὸς ἡ φορὰ γέγονεν, ἣν τὸ ξυγγενὲς πᾶν φέρεται πρὸς ἑαυτό. τὰ μὲν γὰρ δὴ πέριξ ὄντα ἐκτὸς ἡμᾶς τήκει τε ἀεὶ καὶ διανέμει πρὸς ἕκαστον εἶδος τὸ ὁμόφυλον ἀποπέμπον. τὰ δ᾽ ἔναιμα αὖ κερματισθέντα ἐντὸς παρ᾽ ἡμῖν καὶ περιειλημμένα ὥσπερ ὑπ᾽ οὐρανοῦ ξυνεστῶτος ἑκάστου τοῦ ζῴου, τὴν τοῦ παντὸς ἀναγκάζεται μιμεῖσθαι φοράν. πρὸς τὸ ξυγγενὲς οὖν φερόμενον ἕκαστον τῶν ἐντὸς μερισθέντων τὸ κενωθὲν τότε πάλιν ἀνεπλήρωσεν. ὅταν μὲν δὴ πλέον τοῦ ἐπιρρέοντος ἀπίῃ, φθίνει πᾶν, ὅταν δ᾽ ἔλαττον, αὐξάνεται. *Quem vocamus sanguinem, pabulum carnium & vniuersi corporis. Vnde irrigata singula adimplet, euacuati sedem. Modus autem impletionis abitionisque fit sicuti in vniuerso cuiusque latio fit, per quam cognatum omne fertur ad se ipsum, circumstantia sanè extrinsecus nobis liquefacit semper, & distribuit ad vnãquamq; speciem cognatum remittens. Exanguia rursus concisa intra nos & comprehensa veluti à cœlo constituto vno quoq; animali, vniuersi cogitur imitari lationem. Ad cognatum ergo cùm feratur vnumquodq; eorum, quę intus diuiduntur, euacuatum, tunc rursus repleuit. Quando ergo plus abit quàm influat tabescit omne: quando verò minus, augetur.* In Phædone quoque eadem de re. καὶ διὰ τί ἄνθρωπος αὐξάνεται. τοῦτο γὰρ ᾤμην πρὸ τοῦ παντὶ δῆλον εἶναι, ὅτι διὰ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν. ἐπειδὰν γὰρ ἐκ τῶν σιτίων ταῖς μὲν σαρξὶ σάρκες προσγένωνται, τοῖς δ᾽ ὀστέοις ὀστᾶ, καὶ οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ αὐτῶν οἰκεῖα ἑκάστοις προσγένηται, τότε δὴ τὸν ὀλίγον ὄγκον ὄντα ὕστερον πολὺν γεγονέναι, καὶ οὕτω γίνεσθαι τὸν σμικρὸν ἄνθρωπον μέγαν. *Et quam ob rem homo augeatur, hoc enim putabam ante hac, cuiq; clarum esse, quod propter edere et bibere, postquàm enim ex cibis, carnibus quidem carnes adgenerentur, ossibus verò ossa et hoc secundum eandem rationem, etiam alijs, ea quæ ipsis propria sunt singulis accedant, tunc quidem molem, quæ pauca est postea multam fieri, atq; ita fieri paruum hominem, magnũ.* Hæc quidẽ ex Phædone allata sunt ad refellendum Aristotelis mendacium, quo asserebat, Platonem de incremento nihil tractasse. Nec minus mendacij conuincitur, cum ait, illum de alteratione non scripsisse, namque in Theætero hæc scripta sunt. ὅταν δ᾽ ᾖ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκῃ δὲ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίγνηται, ἢ ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται, ἆρ᾽ οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως. *Quando fuerit quidem in eodem, senescit autem, vel nigrum ex albo, vel durum ex molli fiat, vel aliam alterationem alteretur, num quid non dignum est, aliam speciẽ docere motionis?* Neque verò quicquam sublimius hoc, Aristoteles de Alteratione docuit capite 4. primo de generatione. ἀλλοίωσις μέν ἐστιν ὅταν ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου αἰσθητοῦ ὄντος, μεταβάλλῃ ἐν τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν, ἢ ἐναντίοις οὖσιν, ἢ μεταξύ. *Alteratio quidem est quando manente subiecto sensibili mutatur in ipsius passionibus, vel contra-*

*rijs, vel intermedijs* Nam quod hîc, (manente subiecto) dixit Plato illis (in eodem) expressit Aristoteles) sensibili (nulla necessitate adiunxit, nullum enim subiectum est, quod sensibile non sit, passiones verò cõtrarias, quas hîc ait Plato exẽplis nigri & albi, duri & mollis, & alia illa alteratione explicuit, & legum 10. eadem de re. τὰς δ' ἀπεργασίας αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν, καὶ διάκρισιν καὶ σύγκρισιν, καὶ ταύταις ἑπομένας θερμότητας. *Secundos opifices rursus assumentes motus corporum ducunt omnia in incrementum & decrementum & secretionem, & concretionem & his consequentes, caliditates* & reliquos. Apertissima ergo sunt hæc Aristotelis mendacia, nec ea potest quisquam excusare, etiam si dicat Aristotelem illud iñ Platone reprehendisse, quod non verè de osse & carnibus tractasset, tum de incremento atque alteratione, hæc enim cautela Aristotelicis verbis non quadrat, in quibus omnino absolutè negat de his à Platone traditum quicquam fuisse. Sed non præterierim, quod Peripatetici omnes mirentur, Aristotelem nullo vsquam 32. qui de animalibus hodie exstant librorum suorum, quanquam infinities de carne, deque ossibus, mentio illi habita sit. docuisse, quomodo, caro aut os generentur, atque ideo constare propterea multo plura Platonem 38. de ossis generatione, verbis ac alijs 23. de carnis confectione docuisse, quàm Aristotelem 32. longissimis libris. Neque verò veriora sunt illa. ὅλως δὲ παρὰ τὰ ἐπιπολῆς περὶ οὐδενὸς οὐδεὶς ἐπέστησεν ἔξω Δημοκρίτου. *Omnino verò præter superficialia, de nullo, vllus institit præter Democritum.* Hippocrátes namque Cous, qui contemporaneus Democrito fuit, vti ex epistolis eorum patet, libellis suis de ossibus, de carnibus, ac primo de Diæta, non solùm de carne & ossibus, sed de omnium tum similarium, tum organicarum partium generatione non superficietenus, sed ex causis ipsis, materiali, formali, efficiente, finali proprijsque cuiusque actionibus affectibusque breuiter quidem, sed ἀκριβέστατα *exactissimè* est locutus. De incremento quoque & decremento eodem de Diæta primo omnia explicauit. Neq; est dicendum (quod fortè Peripatetici nostrates promptissimè facerent, quibus mos est, nõ vt ille contra præceptorem pro veritate, vt ipse falsò gloriatur, sed contra veritatem pro præceptore libentissimè depugnare) Hippocratem Aristoteli ignotum fuisse, Galenus si quidem os illis percelleret, qui asserat Aristotelem omnem suam naturalem philosophiam ab hoc Hippocrate mutuatum fuisse, neque etiam verò simile, eum tam celebrem medicum ignorasse, qui & Syenesios Cyprij medici, & Polybi, qui Hippocratis auditor fuerat, mentionem fecerit. Sed eodem nimirum consilio Aristoteles Hippocratem silentio præterijt, quo Ocellum Lucanum, à quibus duobus, omnem eius physiologiam hauserat, vt tota ea pro suo inuento scilicet haberetur. Sed ad alia non minora mendacia transeam. Habet 4 physico capite 2. Διὸ καὶ Πλάτων τὴν ὕλην καὶ τὴν χώραν ταὐτό φησιν εἶναι ἐν τῷ Τιμαίῳ. τὸ γὰρ μεταληπτικὸν καὶ τὴν χώραν ἓν καὶ ταυτόν. ἄλλον δὲ τρόπον ἐκεῖ λέγων τὸ μεταληπτικὸν, καὶ ἐν τοῖς λεγομένοις ἀγράφοις δόγμασιν. ὅμως τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὸ αὐτὸ ἀπεφήνατο. *Ideo etiam Plato materiam & regionem idem ait esse in Timæo. Susceptiuum nãq; & regionem vnum & idem, alio modo ibi dicens susceptiuum, & in ijs, quæ dicuntur non scripta dogmata, attamen locum & regionem idem pronunciauit.* Falsa sunt hæc omnia. Nam cum Plato, in Timæo de idea locutus esset, & forma ab ea participata: ostendere est aggressus, in quo forma hæc consisteret, idque materiam statuit his verbis: τότε μὲν γὰρ δύο εἴδη διειλόμεθα. νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν δηλωτέον. τὰ μὲν γὰρ δύο ἱκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν. ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθὲν νοητὸν, καὶ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὄν. μίμημα δὲ παραδείγματος δεύτερον, γένεσιν ἔχον καὶ ὁρατὸν, τρίτον δὲ τότε μὲν οὐ διειλόμεθα νομίσαντες τὰ δύο ἕξειν ἱκανῶς. νῦν δ' ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι. τίνα οὖν ἔχον δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὸ, οἷον τιθήνην. *Tunc enim duas species distinximus, nunc verò tertium aliud genus nobis declarandum. Duo enim sufficientia erant, ad ea quæ prius dicta fuerant. Vnum quidem vt exẽpli species suppositum intelligibile, & semper secundum idem existens. imitationem verò exempli secundum generationem habens & visibile. Tertium autem tunc non distinximus. Putantes duo habere sufficienter: nunc verò ratio videtur cogere arduam & obscuram speciem, conari sermonibus manifestare, quam ergo habens potentiam & naturam ipsum, putandum? Talem maximè, omnis esse generationis susceptaculum, veluti nutricem.* Materia ergo

tertia

tertia hæc species est, de qua postquam multa verbis multis disseruisset, addit: τῆς δὲ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. *Omnia verò suscipientis corpora natura* & δέχεται γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα *suscipit enim semper omnia.* Et cum dixisset τὰ δ' εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα *ingredientia & exeuntia.* repetit tria illa genera ἐν δ' οὖν τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τριττά, τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δ' ἐν ᾧ γίγνεται, τὸ δ' ὅθεν ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον. *In præsentia verò oportet genera intelligere triplicia. aliud quod generatur, aliud in quo generatur, aliud vnde assimilatum, nascitur quod fit.* Hic materiam indicauit illis (in quo generatur) qua proprietate mox matri quoq; eam assimilauit τὸ μὲν δεχόμενον μητρί. *susceptiuũ quidem matri*, & μητέρα τε ὑποδοχήν. *& matrem susceptaculum.* Posteà concludens τρίτον δ' αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεὶ φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν τε παρέχον, ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, αὐτὸ τε μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινὶ νόθῳ μόγις πιστόν. *Tertium rursus genus existens regionis semper corruptionem non suscipiens, sedem verò præbens quæcunque generationem habent omnibus, ipsumque cum insensibilitate tactile ratiocinio quodam notho vix credibile.* Clarè hic explicat quid nomine χώρας *regionis* voluerit, cùm dicat, *sedem præbens, quæcunq; generationem habent omnibus.* Quæ autem sunt, quæ generationem habent? formæ nimirum, quas μίμημα παραδείγματος, ἀφομοιούμενον, ἐκγονον, ἐκτύπωμα, ὁμώνυμον, ὅμοιόν τε ἐκείνῳ, δεύτερον, αἰσθητὸν γεννητὸν πεφορημένον, ἀεὶ γιγνόμενον ἔν τινι τόπῳ καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον. *Imitamen exempli assimilatum prognatum, expressum, æquiuocũ, simileq; illi secundum sensibile generabile, dilapsum semper generatum in quodam loco, & rursus inde deperditum.* Materiam ergo χώραν *regionem* appellauit ea significatione, quam expressit per susceptaculum, matrem, sedem, non corporum, sed formarum, generabilium, non aliter sanè, quàm postea Aristoteles. Sed longè aliud dicere est, locum formarum & locum corporum. Neque cauilletur hic quilpiam, compositum generari & corrumpi, non autem formam. Esto enim hoc Aristotelicum dogma, illud Platonicum est. Verum autem verius, alibi dicetur. Intellexisse autem Platonem aliud esse materiam, aliud corporum locũ verba statim sequentia indicant. πρὸς ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες, καί φαμεν, ἀναγκαῖον εἶναί που. *Ad quod & somniamus & dicimus, necesse, esse alicubi*, si ergo materia est τὸ ὂν *alicubi* non sanè ipsa locus fuerit, deinde τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινά. *Vniuersum ergo in aliquo loco, & occupans regionem aliquã*, vniuersum, intelligẽs ipsum sanè cõpositũ ex materia & forma quod sit in aliquo loco, nõ ergo materia locus est. At eadẽ metaphora dicta est hic materia à Platone regio & locus formarũ generabiliũ, quã ab Aristotele, & alijs 3. de Anima cap. 4. τὴν ψυχὴν εἶναι τόπον εἰδῶν *animã esse locũ formarũ.* Malignè ergo & lõge à Platonis mẽte detorta hæc ab Aristotele fuerũt, & falso relata. Falsa quoq; illa sunt primo de Anima ca. 2. relata. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ. *Eodẽ modo in Timæo, Plato animã ex elemẽtis facit.* Non enim eodẽ modo, quo Empedocles, de quo proximè loquebatur, Plato, animam ex aqua, aere, terra, igne facit, nihil enim tale in Timæo scriptum est Neq; animam aut hisce, aut alijs vllis elementis conflat. neque enim ex essentia, eodem altero, motu, statu, quæ in Sophista entium principia atq; elementa esse exposuerat, animã effingit in Timæo. Sed ex *impartibili*, ἀμεροῦς. & *partibili* μεριστοῦ *ex eodẽ*, & altero ταὐτοῦ, θατέρου. vniuersi animam constituit, atque ex eorundem reliquijs, eodem in cratere humanas format. hæc autem, *essentias* οὐσίας non autem elementa aut principia appellat, neq; Simplicius ad eũ Arist. locũ neq; Philoponus Timæi sententiã rectè aut assequũtur, aut interpretãtur. Nõ.n. Plato animã ex illis tãquã elemẽtis, essentia eodẽ, altero, constituit. Sed ex impartibili vti dixi, & *partibili*, eodẽ & altero, essentia, illis admixta, quæ neque principia nec elementa nuncupat. Nec locũ habent vllum verba illa, τὰ δὲ πράγματα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι. *Res verò ex principijs esse* cum ibi Plato nihil de principijs Neque omni cognitioni tribuit. γινώσκεσθαι γὰρ ὁμοίῳ ὅμοιον. *cognosci enim simili simile.* Sed quiddam tale de visu tantùm cum ait: τὸ δ' ἐπιπλεῖστον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ξυμπαγὲς γενόμενον ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπῃπερ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπῖπτον ἔνδοθεν πρὸς ὃ τῶν ἔξω συνέπεσεν. ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν γενόμενον, ὅτου τ' ἂν αὐτό ποτε ἐφάπτηται, καὶ ὃ ἂν ἄλλο ἐκείνου, τούτων τὰς κινήσεις διαδιδὸν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα μέχρι τῆς ψυχῆς αἴσθησιν παρέσχετο ταύτην, ᾗ δὴ ὁρᾶν φαμέν. *Incidens simile ad simile, concretum factum, vnum corpus appropriatum, constituitur, secundum oculorum rectitudinem, quocunque resistat incidens intrinsecus, ad quod extrinsecum incidit similipassum autem*

*tem per similitudinem omne factum, cuiuscunque ipsum attingat, & quod aliud illius, huic motus tradens in omne corpus usque ad animã, sensum prabuit hunc, quo sanè videre dicimus.* Quibus quidẽ verbis, nõ id dicitur simile simili cognosci, sed ignẽ, ex quo oculum factum ait, fluere ab oculo, occurrensque exteriori obiecto, colori nimirũ ὅμοιον πρὸς ὅμοιον συμπαγὲς. *simile ad simile concretũ* fieri. Sed nõ ideo simile simili cognoscitur: non enim ignis, qui similis ob lucem, luci vel colori dicitur, cognoscit, sed τῆς κινήσεως διαδιδὸν μέχρι τῆς ψυχῆς. *motus tradens usq; ad animam*, præbet eũ sensum quo videre dicimus. Peruersè igitur, atq; inuersè est huic loco ab Aristotele obiectum, ex studio consimili fuerit etiam illud, quòd ait proximè in ijs, quæ de philosophia dicuntur, ex vnius Idea, & prima longitudine, latitudine, ac profunditate animal conflasse atque alia simili modo. Nam cũ hi libri non extent, & in his, qui exstãt, nihil tale à Platone scriptum reperiatur, cum iam discussis locis conferendo recta ratione credi potest ac debet, distortum, peruersumque ab Aristotele fuisse hunc quoque Platonis sensum. Illud verò clarè constar, ex his: qui exstãt libris, falsum esse, quod subdit. οἱ μὲν γὰρ ἀριθμοὶ τὰ εἴδη αὐτὰ καὶ ἀρχαὶ τῶν ὄντων ἐλέγοντο. *Numeri namq; ipsa formæ, & principia entium dicebantur.* Omnium enim entium principia scimus Platonem, non numeros, sed *essentiam* οὐσίαν idem, alterum, statum, ac motum, statuisse, atque ideas, & corporum elementalium triangulos, rectangulum, & isoscelem. numeros pro principijs eum posuisse, nullibi reperitur.. Quamobrem totus hic locus prauè fuit detortus. Libro de sensu capite 2. locum hunc eundem carpit. εἰ γὰρ ἦν πῦρ, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησὶ καὶ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται, καὶ συνέβαινε τὸ ὁρᾶν ἐξιόντος, ὥσπερ ἐκ λαμπτῆρος τοῦ φωτὸς, διὰ τί οὐ καὶ ἐν τῷ σκότει ἑώρα ἂν ἡ ὄψις, τὸ δ' ἀποσβέννυσθαι φάναι ἐν τῷ σκότει ἐξιοῦσαν ὥσπερ ὁ Τίμαιος λέγει, κενόν ἐστι παντελῶς. τίς γὰρ ἀπόσβεσις φωτός ἐστι; σβέννυται γὰρ ἢ ἐν ὑγρῷ, ἢ ψυχρῷ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, οἷον δοκεῖ τό τε ἐν τοῖς ἀνθρακώδεσιν εἶναι πῦρ καὶ ἡ φλὸξ ἐν τῷ φωτὶ, οὐδέτερον φαίνεται ὑπάρχον. εἰ δ' ἄρα ὑπάρχει μὲν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἠρέμα λανθάνει ἡμᾶς. ἔδει μεθ' ἡμέραν τε καὶ τῷ ὕδατι ἀποσβέννυσθαι τὸ φῶς, καὶ ἐν τοῖς πάγοις μάλιστα γίνεσθαι σκότος, ἡ γοῦν φλὸξ καὶ τὰ πεπυρωμένα σώματα πάσχει τοῦτο. νῦν δὲ οὐδὲν συμβαίνει τοιοῦτον. *Quandoquidem si ignis esset sicuti Empedocles inquit: & in Timæo scriptum est, & accideret visio exeũte, sicuti ex laterna lumine, cur nõ etiã in tenebris cerneret visio? exstingui aũt, dicere in tenebris exeuntẽ, sicuti Timæus dicit, Vanũ est prorsus. Quæ n. extinctio luminis est? exstinguitur. n. vel in humido vel frigido, calidũ et siccũ, qualis, videtur in anthracibus ignis & flamma, quorum neutrum lumini videtur inesse. Si ergo inest quidẽ sed quia quiete latet nos, oportebat interdiu & aqua extingui lumen, & in frigoribus magnis, maximè fieri tenebras flamma ergo & ignita corpora patiuntur hoc, nunc autem nihil accidit tale.* Obiectio communis est contra Empedoclem & Platonem. Vterque dixerat, visionem fieri igne, id est lumine ex oculis exeunte: lumine, cum aëre tanquam *cognato* συγγενεῖ commixto, visionem fieri. Empedocles vel ex carminibus mox ibi ab eo allatis laternæ exemplum adduxerat, vterque asseuerat in tenebris oculos non cernere. causam attulerat. Plato his verbis: ἀπελθόντος δ' εἰς νύκτα τοῦ ξυγγενοῦς πυρὸς ἀποτέτμηται. πρὸς γὰρ ὅμοιον ἐξιὸν, ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται, συμφυὲς οὐκ ἐστὶ τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. *Abeunte verò in noctem cognato igne desecatur: ad dissimile enim exiens & alteratur ipsum, & existinguitur, connatum non est vicino aeri factum, vtpote ignem non habenti.* An visio per radiorum emissionem ex oculis, aut per specierum intromissionem in oculos fiat, magna quæstio est, magnis multisque ingeniorum viribus vtrinque à Peripateticis, Platonicisque, hisque fauẽtibus Medicis atque perspectiuis diu agitata. Quam etiamsi ex hoc loco nata sit, nõ est tamen in præsentia animus discutere, quia nihil ad rẽ propositam pertineat. Sed obiectionem ab Aristotele factam discutiamus. Negat ignem istum visiuum, id est lumen tenebris extingui, Ignem enim qui calidus & siccus sit, non nisi contrarijs humido ac frigido extingui. Contra metaphoram pugnare Aristoteles videtur: quãdo lumen ignis talis non sit, qualis is, qui calidus & siccus est. Sanè Timæus Locrus libello de Mundi anima, tres ignis species facit, anthraca, flammã, lumen, eas Theophrastus quoque libro de Igne amplectitur. Hippocrates libro primo de Dięta calidum omne, ignem appellat, non aliter ipsemet Aristoteles libro de Respiratione cap. 8. calorẽ naturalem πῦρ *ignẽ* vocat, de nutritione loquẽs πυρὶ γὰρ ἐργάζεται πάντα *igne cõficiuntur oĩa* & ταύτην δ' ἄνευ τοῦ φυσικοῦ πυρὸς, *hanc, aũt sine naturali igne.* Plato

Timæum

Timęū in Timęo secutus, quid mirū si lumē ignē appellauerit? at extinctio à frigido & humido facta, huic tertio igni nō cōpetii, etiā si lumē calidū sit natura. Quid ergo hic tā operosa obiurgatio operatur? Plato verbo ἀποτέμνεται *absciuditur, praciditur*, vsus est, metaphora nimirū, quia propriū nōn est positum, metaphora etiam secunda κατασβέννυται *extinguitur*, analogia qua lumen ignem vocauerat. extinguitur autem hic etiam ignis suo contrario, contrarium eius sunt tenebræ, à quibus præciditur, non exit: quia non est συμφυὲς τῷ πλησίον ἀέρι. *connatum vicino aeri* ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. *vt pote ignem non habenti* ignem, id est lumen. Simile enim exit ad simile. Hoc ex principijs ductum est, quando oculos igne constare docuerat. ἔστι δὲ κατὰ μὲν τὰς ἐκείνου ἀρχὰς εὔλογον οὕτως. *est verò secundum illius principia rationabile ita.* vii 6. Sapientiæ ipse de quibusdam dixit. Ridicula ergo est Aristotelis obiectio hæc, tùm quo ad metaphoram, tùm quo ad rem quoque ipsam Libro de Respiratione capite 5. alia est reprehēsio. ἡ δ' ἐν τῷ Τιμαίῳ γεγραμμένη περίωσις, περὶ τῶν ἄλλων ζῴων οὐδὲν διώρισε τίνα τρόπον αὐτοῖς ἡ τοῦ θερμοῦ γίνεται σωτηρία, πότερον τὸν αὐτὸν, ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν. *Ea verò, quæ in Timæo scripta est obtrusio, de alijs animalibus, nihil determinauit quē ad modum ipsis calidi fiat conseruatio. Vtrum eadem, vel aliam aliquam ob causam.* Multis sanè verbis est hæc à Platone explicata de respiratione sententia. πᾶν ζῶον αὐτοῦ πάντως περὶ τὸ αἷμα καὶ τὰς φλέβας θερμότητα ἔχει οἷον ἐν αὐτῷ πηγήν τινα ἐνοῦσαν πυρός. *Omne animal ipsius prorsus circa sanguinem & venas, caliditatem habet, veluti in ipso fontem quendam inexistentem ignis.* δυοῖν δὲ τοῖν διεξόδοιν οὔσαιν, τῆς μὲν κατὰ τὸ σῶμα ἔξω, τῆς δ' αὖ κατὰ τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας. *Duo autem cum sint exitus, altero per corpus extra, altero per os & nares.* paulo verò antea dixerat. καὶ πᾶν δὴ τοῦτο. τότε μὲν εἰς τὰ ἐγκύρτια συρρεῖν μαλακῶς ἅτε ἀέρα ὄντα ἐποίησε, τότε δ' ἀναρρεῖν μὲν τὰ ἐγκύρτια. τότε δὲ πλέγμα ὡς ὄντος τοῦ σώματος μανοῦ δύεσθαι εἴσω δι' αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἔξω. τὰς δ' ἐντὸς τοῦ πυρὸς ἀκτῖνας διαδεδεμένας ἀκολουθεῖν ἐφ' ἑκάτερα ἰόντος τοῦ ἀέρος. *Et omne hoc, aliud quidem in conuexa confluere molliter vtpote aerem existentem fecit, alias quidem refluere per conuexa, vtpote corpore existente raro, inde intra per ipsum. & rursus extra. radios verò intra ignem succedentes sequi, ad vtramque parte gradiente aere.* Dein. ἐπειδὴ κενὸν οὐδέν ἐστιν εἰς ὃ τῶν φερομένων δύναιτ' ἂν εἰσελθεῖν τι, τὸ τι πνεῦμα φέρεται παρ' ἡμῶν ἔξω τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη παντὶ δῆλον ὡς οὐκ εἰς κενὸν, ἀλλὰ τὸ πλησίον ἐκ τῆς ἕδρας ὠθεῖ. *Quoniam vacuum nihil est, in quod latorum possit ingredi quid, & spiritus feratur à nobis extra, id quod post hoc cuique clarum, quod non in vacuum sed vicinum ex sede pellit.* τὸ δ' ὠθούμενον ἐξελαύνει τὸ πλησίον ἀεὶ καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἀνάγκην πᾶν περιελαυνόμενον εἰς τὴν ἕδραν ὅθεν ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα εἰσιὸν ἐκεῖσε καὶ ἀναπληροῦν αὐτὴν ξυνέπεται τῷ πνεύματι, καὶ τοῦτο ἅμα πᾶν οἷον τροχοῦ περιαγομένου γίνεται, διὰ τὸ κενὸν μηδὲν εἶναι. *Impulsum verò, expellit vicinum semper, & propter hanc necessitatem. omne expulsum, in sedem vnde exit spiritus intrans illuc, & replens ipsam, consequitur spiritum & hoc simul omne, veluti tota circunacta fit. quoniam vacuum nihil sit.* Tandem cōcludens infert. τὸ δὲ τὰ αὐτὰ πάσχον, καὶ τὰ αὐτὰ ἀνταποδιδὸν ἀεὶ κύκλῳ οὕτω σαλευόμενον, ἔνθα καὶ ἔνθα ἀπειργασμένον ὑπ' ἀμφοτέρων τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν γίγνεσθαι παρέχεται. *Eadem verò patiens, & eadē retribuens semper circulo, ita concussum, hinc & hinc effectum ab vtrisque, respirationem & expirationem fieri prabet.*

Nonne modum respirationis in his docuit Plato clatè & apertè, etiamsi metaphoris aliquot sit vsus? & modum quo seruaretur animalium calor, & non pedestrium solùm, sed omnium animalium. id enim significat cum dicit, τὸ θνητὸν ζῶον. πᾶσι τοῖς ζώοις, πᾶν ζῶον. *mortale animal, omne animal omnibus animalibus.* Quare ridiculum est cùm Aristoteles subijcit: εἰ μὲν, μόνον τὸ τῆς ἀναπνοῆς ὑπάρχει τοῖς πεζοῖς, λεκτέον τὴν αἰτίαν τοῦ μόνοις. εἰ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁ δὲ τρόπος ἄλλος, καὶ περὶ τούτου διοριστέον, εἴπερ δυνατὸν ἀναπνεῖν πᾶσιν. *Si enim solis respiratio inest pedestribus, dicenda causa est cur solis? Si verò etiā alijs, modus autem alius, de hoc quoque determinandum. quomodo possint respirare omnia,* Non enim de solis pedestribus Plato locutus est, sed de animalibus omnibns. Quod autem subdit, πλασματώδης ὁ τρόπος τῆς αἰτίας. *fictitius modus causa* quia scilicet, συμβαίνει τοῖς οὕτως οἰομένοις πρότερον τὴν εἰσπνοὴν γίνεσθαι τῆς ἐκπνοῆς. *Accidit ita putantibus, prius inspirationem fieri quàm expirationem.* Id autem absurdum esse quia πλὴν τελευτῶντες ἐκπνέουσι. *morientes expirant.* ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι τὴν ἀρχὴν ἐκπνοήν. *Itaque necesse est esse à principio expirationem.* Nulla autem necessitas cogit facta respiratione iuxta Platonis modum inspirationem priorem fieri expiratione. Imo potius contrarium

necesse est, euenire. Nam cum ignis sedes plena sit, nullam rem admittit: at loco per expirationem facto alius ingreditur aer, eumque replet quod & ipse ait, καὶ ἀναπληρῶν αὐτήν. *& replens ipsam.* Et incipit sanè ab expiratione, πάλιν τὸ τῆς ἀναπνοῆς ἴδωμεν πάθος, αἷς χρώμενον αἰτίαις τοιοῦτον γέγονεν οἷόνπερ τὰ νῦν ἐστιν, ὧδ' ἂν ἐπειδὴ κενὸν οὐδέν ἐστιν εἰς ὃ τῶν φερομένων δύναιτ' ἂν εἰσελθεῖν τι, τὸ πνεῦμα φέρεται παρ' ἡμῶν ἔξω. *Rursus respirationis inspiciamus passionem, quibus vtens causis, talis facta est, qualis nunc est. In hunc modum ergo. Quoniam vacuum nullum est, in quod latorum possit ingredi quippiam, spiritus fertur à nobis extra.* Nam & hæc & quæ sequuntur, clarè indicant, necesse esse prius expirationem, posteà inspirationem fieri. nam etiam rursus. διὸ δὴ τῶν στηθῶν, καὶ τοῦ πνεύμονος ἔξω μεθιέντων τὸ πνεῦμα πάλιν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα ἀέρος εἴσω διὰ μανῶν τῶν σαρκῶν δυομένου καὶ περιελαυνομένου γίνεται πλῆρες. *Quare ex pectore, & pulmone extra exiens spiritus. rursus ab aere, qui circa corpus est, intra per raras carnes intrante, & compulso, fit plenum.* Et iterum. αὖθις δ' ἀποτρεπόμενος ὁ ἀὴρ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἔξω ἰὼν εἴσω τὴν ἀναπνοὴν περιωθεῖ. *Rursus expulsus aer, & per os extra exiens, intra respirationem compellit.* Prior ergo ex Platonis sententia expiratio, inspiratione. Falsa ergo & ridicula Aristotelis obiectio fuit. Illud autem quod addit. ἔτι δὲ τίνος ἕνεκα ταῦτα ὑπάρχει τοῖς ζῴοις (λέγω δὲ τό τε ἀναπνεῖν καὶ τὸ ἐκπνεῖν) οὐδὲν εἰρήκασιν, οἱ τοῦτον τὸν τρόπον λέγοντες. *Praeterea cuius gratia hac insunt animalibus (dico autem inspirare & respirare) nihil dixerunt qui hoc modo dicunt.* Falsum vt superiora omnia est. Hæc enim Platonis verba sunt. πᾶν δὲ δὴ τό τ' ἔργον καὶ τὸ πάθος τοῦτο ἡμῶν τῷ σώματι γέγονεν ἀρδομένῳ καὶ ἀναψυχομένῳ τρέφεσθαι καὶ ζῆν. *Omne autem hoc opus, & passio hac, nostro corpori facta est, humectato & refrigerato, vt nutriatur & viuat.* Quæ sanè verba causam dicunt, inspirationis atque expirationis clarè. Quod verò Aristoteles amplius obijcit. ἔτι δ' ἄτοπον τὸ τὴν μὲν τοῦ θερμοῦ διὰ τοῦ στόματος ἔξοδον καὶ πάλιν εἴσοδον μὴ λανθάνειν ἡμᾶς. *Praeterea absurdum, caloris exitum per os, & rursus ingressum non latere nos.* Ridiculum itidem est, quia Plato nihil prorsus tota ea tractatione de hac latentia aut dixit, aut etiam innuit. Subdit Aristoteles: ἄτοπον δὲ καὶ τὸ τοῦ θερμοῦ τὴν ἀναπνοὴν εἴσοδον εἶναι. φαίνεται γὰρ τοὐναντίον. *Absurdum verò etiam caloris respirationem, ingressum esse, apparet enim contrarium.* At Plato contrarium dixerat. τὸ δὲ περιωσθὲν εἰς τὸ πῦρ ἐμπῖπτον θερμαίνεται. τὸ δ' ἐξιὸν ψύχεται. *Impulsum verò in ignem incidens, calescit, exiens verò refrigescit.* Nam quod ingreditur, cum in caloris sedem incidat, incalescit nimirum. & quod exit, cum ab aere frigidiore excipiatur, refrigeratur, cui dubium? Idem sentit Aristoteles. Sed cum eadem sit Platonis sententia, cur carpitur? Capite 6. subnectit in hæc verba: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τροφῆς γε χάριν ὑποληπτέον γίνεσθαι ὡς τρεφομένου τῷ πνεύματι τοῦ ἐντὸς πυρός. *Sed enim neque nutritionis causa putandum fieri, tanquam nutriatur spiritu interni ignis.* Videtur ex continuatione illa contra Platonem directus sermo. Sed nihil tale scripsit. Plato dixit sanè in eam sententiam, quam 8 capite proximo Aristoteles explicat. at horum nihil. Quare si aduersus Platonem vibratus est hic sermo, falso id factum est, si non contra ipsum, nihil eorum est necesse nos huc afferre. Atque hactenus omnia, quæcunque nominatim ex Timæo loca, sunt ab Aristotele reprehensa, falsò, ac malignè, & contra apertam Platonis sententiam, fuisse reprehensa ostendimus. Locum alterum in Phædone, 2. Meteoro capite 2. carpit: τὸ δ' ἐν τῷ Φαίδωνι γεγραμμένον. περί τε τῶν ποταμῶν καὶ τῆς θαλάττης ἀδύνατόν ἐστιν. *Quod verò in Phadone est scriptum de fluminibus & mari, impossibile est.* Sed hæc cauillatio futilis, ac puerilis est. Fabula enim ea est, non solum de mari, fluminibusque in Tartaro, sed etiam de terra, de inferno, pœnisque inferorum, ipseque met Plato fabulam eam nominat initio ferè eius: εἰ γὰρ δεῖ καὶ μῦθον λέγειν καλὸν καὶ ἄξιον ἀκοῦσαι. *Si enim oportet etiam fabulam narrare pulchram, & dignam auditu.* In fine quoque. διὸ δὴ ἔγωγε καὶ πάλαι μηκύνω τὸν μῦθον. *Ideo sanè ego quoque iamdudum extendo fabulam.* Nec verò huius fabulæ initio, aut fine adiecit, quod in Gorgia addidit λόγον, *sermonem*, vt indicaret non solùm fabulam esse, sed etiam pro sermone verò habendam. Sic enim scripsit: ἄκουε δή φασι, μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ μῦθον ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐγὼ δὲ λόγον, ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λέξω ἃ μέλλω λέγειν. *Audi sanè aiunt valdè pulchrum sermonem, quem tu quidem putabis fabulam, vt ego existimo, ego autem sermonem. Vt verum enim tibi dicam quæ dicturus sum.* Ita in Protagora quoque τοῦτο δή, ὦ Σώκρατες, οὐκέτι μῦθόν σοι ἐρῶ, ἀλλὰ λόγον. *Hac de*

re

*re ô Socrates non iam fabulam tibi dicam, sed sermonem.* Qua sermonis adiectione has à simplici fabula distinxit, qualem eam Olympiodorus in eius loci expositione agnoscit. Atque Platonem, quando mentem legentium mouere vellet, aut rationem, rationibus validis vsum esse, quando autem δόξαν, *opinionem*, exemplis veris: quando phantasiam, fabulis, tum hoc Phædone, tum in Sympoſio, & Protagora & Gorgia. Cùm ergo hæc in Phœdone de mari fluuijsque Platonis aperta ac duplicata confessione, fabula sit, pueriles ac prorsus Aristotele tam graui philosopho indigna reprehensio est. Atq; hi sunt omnes in naturali philosophia Aristotelis in Platonem, & mendaces, & falsi, & futiles cauilli.

*Platonis docendi mos.*

F I N I S.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI III LIBER VII.

### *SOLVTIO EORVM QVAE ARISTOteles in Actiua philosophia Platoni obiecit.*



ACTENVS, non sine magno labore, ac penè nausea prosecuti sumus ea, quæ Aristoteles tum in diuinis, tum in naturæ rebus Platoni obiecit perperam. Modò est propositum persequi ea, quæ in politica philosophia à præceptore tradita discipulus reprehendit, perpendereque quanta vi, rationeque in ea sit inuectus. Itaque 1. politico capite vltimo, scripsit in hunc modum: καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, οὐδ' ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη, καθάπερ ᾤετο Σωκράτης, ἀλλ' ἡ μὲν ἀρχικὴ ἀνδρεία, ἡ δ' ὑπηρετική. ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ τὰς ἄλλας. *Neque eadem temperantia mulieris & viri, nec fortitudo, nec iustitia, sicuti putauit Socrates. Sed hæc principalis fortitudo, illa ministra. Similiter habet etiam de alijs.* Id autem visum est Socrati 5. Reip. hac scilicet ratione, ὡμολογοῦμεν δεῖν κατὰ φύσιν ἕκαστον ἕνα, ἓν τὸ αὑτοῦ πράττειν. *Fatemini oportere vnumquemque natura, vnum quod suum agere.* Et. ἄλλῃ φύσει ἄλλο δεῖν ἐπιτηδεύειν. *Aliam naturam aliud oportere curare.* Ex his intulit, virum, & mulierem eiusdem non alterius esse naturæ: nullaque alia in re inter se differre, quàm quod vir premat, fœmina pariat. Ergo eadem natura cùm sint, eadem doceri debent. Neque verò, non vera est minor propositio, cum sexu tantum mas & fœmina differant, non specie, non corporis forma, non anima, non animæ ratione, iudicio, memoria, non irascentia, θυμῷ, *non concupiscibili vi.* ἐπιθυμίᾳ. Eadem hæc omnia in vtroque sunt, & si fortè maiore aut minore virtute differunt, non tamen ob id variant speciem, idque non natura, sed more atque habitu, ex communi hominum mala educatione contracto. Nam quid est virtus ex Aristotele? mediocritas θυμοῦ, ἐπιθυμίας, τῶν λοιπῶν παθῶν. *irascentiæ, concupiscentiæ, reliquorum affectuum animi,* à recta ratione per actiones inducta. Id ne in viris? an etiam in fœminis? Aristoteles non negat in muliere non posse esse, σωφροσύνην ἀνδρείαν. *temperantiam, fortitudinem,* sed ait, *non est eadem.* οὐχ ἡ αὐτή. Quomodo nō eadem? Topicis traditur triplex idem, genere, specie, numero, virtutes easdem genere, non potest negari; sunt enim animalis virtutes, easdem etiam specie esse, negari non potest. Sunt enim hominis virtutes. Easdem numero esse, negari potest. At hoc modo Socratis atque Aristotelis virtutes fortitudo ac temperantia non sunt eædem. ita nulla prorsus virtus eadem cum altera. Nobis sufficit, easdem specie esse virtutes mulieris ac viri. Sunt enim eiusdem speciei rationis rectæ, ὀρθοῦ λόγου, eiusdem speciei θυμοῦ, *irascentia* eius-

dem specie ἐπιθυμίας *concupiscentiæ*, eorundem specie παθῶν affectuum animæ, per easdem speciei actiones ad eandem specie mediocritatem conducta. Neque verum est in Republica Platonis ἀρχικὴν ἀνδρίαν *principalem fortitudinem* viri, ministram verè ὑπηρετικὴν mulieris, in ea enim Rep. mulieres non ministrant, vt Athenis aut Chalcide sed ἄρχουσι, πολεμοῦσι, φυλάττουσι, *regunt, militant, custodiunt* simul cum viris, non minus quàm viri. Quare ex hoc instituto, ex eadem educatione rectè deduxit Plato, κατὰ τὰς ἐκείνου ἀρχὰς *secundum eius principia*, quia eiusdem naturæ sint mulieres cum viris, eadem educatione educentur, eadem cum viris munera obeãt, ijsdem virtutibus præditas etiam esse. Non est ergo ibi mulieris ministra fortitudo, Falsoque id Platoni à discipulo tribuitur. An verò in natura id est? Rationibus, ex definitione, efficiente, materia, forma, fine virtutum, non apparuit. Fortitudo viri, mediocritas est circa terribilia. Fortitudo mulieris si non est fortitudo, nihil ad rem. Si fortitudo est, mediocritas circa terribilia sit necesse est. Quomodo hæc fortitudo ministrat illi fortitudini? ministrat sanè mulier nostris moribus, institutis, ciuitatibus, domibus viro, aliquibus in rebus, seruat, cibos præparat, telas facit, suit talia alia: at si pugnandum sit, occurrant ambo, intrepidi pugnent, quomodo mulieris fortitudo ministrat viri fortitudini? Non est igitur natura ac per se fortitudo mulieris ὑπηρετική. ministra viri fortitudini, quia accidat mulierem esse alijs in rebus ministram. Eadem dico de temperantia ac reliquis, atque patris ac filij domini ac serui, quatenus homines, sunt, easdem speciei esse virtutes animi, ab eadem enim ratione, in ijsdem passionibus, per easdem actiones ingenerantur. Habere tamen quasdam proprias, quemque ipsorum, quatenus alter dominus, alter seruus, hic vt rectè obediat, ille vt rectè imperet. Vir vt curet rus, negotia, rem paret domui, mulier vt domum curet, cõseruet res illatas, virum colat, pudicitiam seruet, hæc autem non eadem est virtus cum temperantia? Et γυναικὶ κόσμον σιγὴ φέρει. *Mulieri ornatum silentium fert*, verum est, quatenus vxor est, & quatenus ministra. Neque nunc disputo an sit necesse seruum vel artificem habere aliam virtutem, quàm eam qua sit, πρὸς τ' ἀναγκαῖα χρήσιμος, *ad necessaria vtilis*, vt ipse ait. Sed si quatenus homo virtutem habeat eandem specie cum virtute hominis esse. Nec ad Platonem hæc disputatio pertinet, qui seruorum nullam in Repub. instituit educationem, artificum verò, aliorumque, quos necessarios appellat non autem ciues, non admodum multam, vt hic Aristoteles longiusculè digreditur. Et si vera sunt hæc verba, ἀναγκαῖον πρὸς τὴν πολιτείαν βλέποντας παιδεύειν καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας. *Necesse est ad Rempub. respicientes instituere & pueros & mulieres.* Cur Platonem carpit, qui mulieres in sua Repub. ad finem ac formam illius Reipub. format? Finis autem eius Reip. erat Platoni, vt quàm maximè vna esset ciuitas, quod reprehendit Aristoteles. λέγω δὲ τὸ μίαν εἶναι τὴν πόλιν πᾶσαν, ὡς ἄριστον ὅτι μάλιστα, λαμβάνει γὰρ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ὁ Σωκράτης. *Dico verò, vnam esse ciuitatem, totam, vt optimum quam maximè. accipit enim hanc hypothesin Socrates.* Non probat Aristoteles rationem hanc. Quoniam ait ipse. Quod optimum est, seruat ciuitatem. At vnam fieri ciuitatem, nedum eam seruat, vt etiam corrumpat. καί τοι φανερόν ἐστιν, ὡς προϊοῦσα καὶ γινομένη μία μᾶλλον οὐδὲ πόλις ἔσται. *Quamuis manifestum est quòd procedens & facta magis vna, nec ciuitas est.* probat id. πλῆθος γάρ τι τὴν φύσιν ἐστὶν ἡ πόλις. γινομένη δὲ μία μᾶλλον, οἰκία μὲν ἐκ πόλεως, ἄνθρωπος δ' ἐξ οἰκίας ἔσται. *Multitudo enim quædam est secundum naturam, ciuitas, sed facta magis vna domus erit ex ciuitate, & homo ex domo.* Arguta sanè reprehensio, quasi Socrates non velit ciuitatem, esse quandam hominum multitudinem, muneribus distinctam, non vnam corpore, sed mente ac concordia ὁμονοίᾳ *animo vno*. Quod si nolit Aristoteles, suam Rempub. sibi habeat. Putauit autem Socrates, animo vno, vnam debere esse suam ciuitatem. si meum & tuum, ex ea tollerentur, cum nullas alias ob causas in ciuitatibus, dissensiones, lites, seditiones, homicidia, bella ciuilia oriantur, docente id ipsum, ipso Aristotele libro 4. multis verbis. quàm ob opes, honores, vxores, filios, meos ac tuos, sublatis autem his duobus nominibus, tolli etiam illa omnia mala. Concordiam Aristoteles etiam desiderat in felici ciuitate, eam autem parari existimat, si virtutem ciuium animis ingeneret. Nec est tamen contentus ea sola, sed comessationes etiam publicas militum ac magistratuum ordinat, & qui in hosce gradus sunt procedente

dente ætate, assumendi puerorum commessationes, ludos gymnasticos, literarios, musicos, pictoriosque publicos vult esse, vt magis inter sese noscantur, amicitiamque ex ea notione contrahant, ex qua concordia, vnioque ciuitatum consequatur. Hanc eandem vnionem Plato, in sua Republica cupiens, maiorem stabiliorem-que putat futuram, si tuum & meum tollantur ex omnibus rebus. ea sunt opes, honores, vxores, liberi. Talis vnio non perdit ciuitatem, sed conseruat. Et distorta appareт Aristotelis obiectio, qui in id solùm tota reprehensione intentus est, vt ad numerum hominum respiceret. nam & vltima ratio in id spectat, ἔστι δὲ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον φανερὸν, ὅτι τὸ λίαν ἑνοῦν ζητεῖν τὴν πόλιν, οὐκ ἔστιν ἄμεινον. οἰκία μὲν γὰρ αὐταρκέστερον ἑνὸς, πόλις δ' οἰκίας. *Est autem etiam alio modo manifestum quòd quærere nimiùm vnire ciuitatem non est melius, domus enim sufficientior est vno, ciuitas verò domo.* Quæ res non habet rectum Platonis sensum. Quòd verò ait, οὐ γὰρ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων. *Non enim fit ciuitas ex similibus.* Plato quoque id nouit, qui triplex hominum genus constituere ait ciuitatem. τὸ θητικὸν *ministrans* sub quo, agricolas artifices, baiulos, cauponas, mercatores reponit, ἐπικουρικὸν, *iutans*, sub quo pugnatores, φυλακτικὸν *custodiens* sub quo custodes legũ, magistratus, iudices ac sacerdotes. Hos verò duos ordines ciuis nomine dignatur nõ aliter quàm Aristoteles ab eo desumens libro 7. capite 9. γεωργοὶ μὲν γὰρ καὶ τεχνῖται καὶ πᾶν τὸ θητικὸν, ἀναγκαῖον ὑπάρχειν ταῖς πόλεσι, μέρη δὲ τῆς πόλεως, τό τε ὁπλιτικὸν καὶ βουλευτικόν. *Agricolæ verò. & artifices, & omne ministratorium necesse est esse ciuitatibus, partes autẽ ciuitatis bellicum & consultatiuum.* Valde ergò detorta est Aristotelis cauillatio. Sed aliam 2. capite longissimam instituit quæ est à nobis singilatim per capita discutienda. Est igitur prima in nomine, πάντες *omnes* quando ait. ἐὰν πάντες ἅμα λέγωσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ μὴ ἐμόν. *Si omnes simul dixerint, meum, & non meum.* In quo ait, esse æquiuocum, & duplicem esse eius significationem. omnes enim vel singuli singilatim ciues, ὡς ἕκαστος, vel omnes simul, esseque fortè facilius, quod vna sit ciuitas, quando πάντες ὡς ἕκαστος *omnes singuli*. dixerint meum & non meum. ἕκαστος γὰρ υἱὸν ἑαυτοῦ φησὶ τὸν αὐτὸν, καὶ γυναῖκα δὴ τὴν αὐτὴν καὶ περὶ τῆς οὐσίας καὶ περὶ ἑκάστου δὴ τῶν συμβαινόντων ὡσαύτως. *Vnusquisque enim filium suũ dicit eundem, & vxorem sanè eandem, & de substantia, & de quolibet accidentium similiter.* Locus est apud Platonem Reipub. libro 5. in hæc verba: ἔχομεν οὖν τι μεῖζον κακὸν πόλει, ἢ ἐκεῖνο, ὃ ἂν αὐτὴν διασπᾷ καὶ ποιῇ πολλὰς ἀντὶ μιᾶς; ἢ μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ, ὃ ἂν ξυνδῇ τε καὶ ποιῇ μίαν; *Habemus ne maius malum in ciuitate, quàm illud, quod eam distrahit, & facit multas pro vna? vel maius bonum eo, quod eam vincit, & facit vnam?* Et pauló pòst. ἆρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται. ὅταν μὴ ἅμα φθέγγωνται ἐν τῇ πόλει τὰ τοιάδε ῥήματα, τό τε ἐμὸν καὶ οὐκ ἐμόν. καὶ περὶ τοῦ ἀλλοτρίου κατὰ ταυτὰ τοῦτο λέγωσι, τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν. αὕτη ἄριστα διοικεῖται; *Nõne ex hoc tale quid euenit, quãdo nõ simul pronunciãt in ciuitate talia verba, meũ & nõ meum. Et de alieno, secundũ hæc eadẽ hoc dicant meum & non meũ, hæc optimè regitur?* In quibus sanè non est illud. πάντες *omnes*, quòd Aristoteles ait, tãtam afferre ambiguitatem, neque posteà vllo alio in loco, neque scio qua philosophica ingenuitate Platoni id obijciat, quòd ille nusquam dixerit. Quare locum non habet quod ait, ὅτι μὲν τοίνυν παραλογισμός τις ἐστὶ τὸ λέγειν πάντας, φανερόν. *Quod quidem paralogismus quidam est dicere, omnes, clarum.* Neque Plato, ἐν τοῖς λόγοις ἐριστικοὺς ποιεῖ συλλογισμοὺς *in sermonibus eristicos facit syllogismos.* Et falsa sunt quæ sequuntur in hanc sententiã. Sed quod addit, πρὸς δὲ τούτοις ἑτέραν ἔχει βλάβην τὸ λεγόμενον, ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλείστων κοινόν, τῶν γὰρ ἰδίων μάλιστα φροντίζουσι, τῶν δὲ κοινῶν ἧττον ἢ ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. *Ad hæc aliud habet nocumentum id quod dicitur, minima enim cura geritur id quod quam plurimis est commune: propriorum enim curam maximè gerunt, communium verò minus, nisi quantum cuique attinet.* Verum quidem est in hominibus nostris moribus atque institutis educatis, & exemplum optimè quadrat ὥσπερ ἐν ταῖς οἰκετικαῖς διακονίαις οἱ πολλοὶ θεράποντες ἐνίοτε χεῖρον ὑπηρετοῦσι τῶν ἐλαττόνων. γίνονται δ' ἑκάστῳ χίλιοι τῶν πολιτῶν υἱοὶ καὶ οὗτοι οὐχ ὡς ἑκάστου, ἀλλὰ τοῦ τυχόντος ὁ τυχὼν ὁμοίως ἐστὶν υἱός. *Sicuti in ministerijs multi ministri aliquando peius seruiunt, quàm pauci. gignuntur autem cuique ciuium mille filij, Et hi, non vt cuiusque singuli, sed fortuitò hic illius filius similiter est.* Verum non est in Platonis repub. ὥστε πάντες ὁμοίως ὀλιγωροῦσιν, *itaque omnes similiter negligunt.* In qua non solùm nomina, sed opera etiam patres patrum præstabunt, filij filiorum, fratres, fratrum. ait namque Plato: πότερον αὐτοῖς τὰ ὀνόματα μόνον οἰκεῖα νομοθετήσεις ἢ καὶ τὰς πράξεις πάσας κατὰ τὰ ὀνόματα πράττειν, περὶ δὲ τοὺς πατέρας ὅσα νόμος περὶ πατέρας

*αἰδοῦς τε πέρι καὶ κηδεμονίας καὶ τοῦ ὑπήκοον δεῖν εἶναι τῶν γονέων. Nunquid ipsis nomina solum propria lege statuis, vel etiam actiones omnes secundum nomina agere. circa patres verò quæcunque lex de patribus de verecundia ac diligenti cura statuit, & quod obediens sit genitoribus.* In qua ita instituta ciuitate, multorum ministrorum exemplum locum habet. Sed hoc aliud t *οἷον ὅταν πού ἡμῶν δάκτυλος του πληγῇ πᾶσα ἡ κοινωνία ἡ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν τεταμένη, εἰς μίαν σύνταξιν τὴν τοῦ ἄρχοντος ἐν αὐτῇ ᾔσθετό τε καὶ πᾶσα ἅμα ξυνήλγησε μέρους πονήσαντος ὅλη. Veluti quando cum nostrum digitus sit percussus, omnis communio corporis ad animam directa, in vnum ordinem eius partis quæ in eo est princeps, sensit, & tota simul condoluit parte tantum laborante.* Neque in eo quod subdit, *ὅτι οὕτως ἕκαστος ἐμὸς λέγει τὸν εὖ πράττοντα τῶν πολιτῶν ἢ κακῶς, οἷον ἐμός. ἢ τοῦ δεῖνος. Præterea ita quisque ciuium dicit, meus est, eum qui benè agit potius quàm eum qui malè, meus, quã illius cuiusdã* locũ, nõ habet illud *ἢ τοῦ δεῖνος vel illius cuiusdã* nemo. n. dicet, *τοῦ δεῖνος, illius*. Sed oẽs, *meus*, neq; est in verbis totis Platonis, hoc, *τοῦ δεῖνος*, quod illi discipul⁹ affingit vt locũ habeat ei⁹ cauill⁹: sed sunt inter Platonis verba, hæc, *πασῶν ἄρα πόλεων μάλιστα ἐν αὐτῇ ξυμφωνήσουσι, ἑνός τινος ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττοντος, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν τὸ ῥῆμα τι, ὅτι τὸ ἐμὸν εὖ πράττει, ἢ ὅτι τὸ ἐμὸν κακῶς. Omniũ ergo ciuitatũ maximè in ipsa concordabũt, vno aliquo vel bene vel malè agente, quod modo dicebamus verbũ pronunciantes, quod meus bene agit vel quòd meus malè.* Neque est, vti dixi, apud Platonem *τοῦ δεῖνος illius*, cuius insertione, Aristoteles huic loco fucũ fecit. Sed cũ omnes ciues dicant, meus filius bene agit, omnes lætantur. rursus cũ omnes dicant, meus filius malè agit, dolent omnes, atq; ita fit, *τούτου δὲ κοινωνοῦντες οὕτω δὴ λύπης τε καὶ ἡδονῆς μάλιστα κοινωνίαν ἕξουσι. In hoc autẽ communicantes, doloris sanè ac voluptatis maximè communionem habebunt.* atque ita non omnes *ὀλιγωρήσουσι, negligent*, sed omnes *φροντίσουσι curam gerent*, non coactè, sed libẽter, cum ita à tenellis fuerint educati, à progymnastis, præsidibus, legibus, magistratibus, etiam, si opus fuerit, coacti. nec refert. *Ἄδηλον γὰρ ᾧ συνέβη γενέσθαι τέκνον, καὶ σωθῆναι γενόμενον. Obscurum enim cui contigit nasci filium, vel saluũ esse postquã sit genitus.* Neque enim id refert, & vnus præ omnibus vehementer vel doleat vel lætetur, vbi omnes æqualiter, tanquam veri patres & lætentur & doleant, & curam gerant. Quare nullum habet locum dubitatio quæ sequitur: *ἔτι πότερον οὕτω κρεῖττον τὸ ἐμὸν λέγειν ἕκαστον, ἢ μᾶλλον ὡς νῦν ἐν ταῖς πόλεσι λέγουσι. Et vtrum, ita melius est dicere, meum vnumquemq; vel potius vt nunc in ciuitatibus dicunt.* Quis enim dubitat, præstantius atque optabilius esse, plures habere qui paternam curam de se gerant, quã vnum? neq; est *κρεῖττον ἴδιον αὐτῷ υἱὸν εἶναι, ἢ τὸν τρόπον τοῦτον υἱόν. Præstantius est proprium nepotem esse, quàm hoc modo filium*, Nam in quo ista præstantia sit non indicat. Quod autem annectit, non posse esse vt per similitudines quas filij cũ parentibus habent, vt aliqui filios proprios non agnoscant, veluti in Lybiæ aliquibus locis, vbi mulieres sunt cõmunes ex similitudine eos agnoscunt. Sit ita, agnoscant. Quid tum? an ideo sibi eos filios vindicabunt proprios, hoc modo educabunt? aliique ciues nullam eorum curã gerent, nequaquam, sed omnes æquè, ac si suus esset proprius cuiusq;. Et quod ait non facile esse, vitare iniurias, homicidia, pugnas, iurgia, eaque omnia impium esse in patres perpetrare quod eueniet, nisi filij eos agnoscant, vanũ est. Nullæ enim rixæ, nulla iurgia, nulla homicidia poterunt euenire, vbi omnes ciues, sese vti patres, matres, fratres, filios, mutuo amore prosequantur, quod si quid forte tale accidat, *ἀκουσίως, non voluntariè*, id quidem iam impium dici non potest, cum nulla *προαιρέσει electione* factum sit. Quod autem subdit: *τὸ συνεῖναι μόνον ἀφελεῖν τῶν ἐρώντων, τὸ δ' ἐρᾶν μὴ κωλῦσαι. Coire tantum, ab amantibus auferre, amorem autem non prohibere* Variè itidem reprehendit. Nullus enim legislator potest animi affectus prohibere nec efficere quin sese homines ament, cum id natura cogat ideo, *τὸ ἐρᾶν μὴ ἐκώλυσε. amorẽ nõ prohibuit*, sed id vetuit, quod potuit, *ἀτάκτως μὲν μίγνυσθαι ἀλλήλοις, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν ποιεῖν, οὔτε ὅσιον ἐν εὐδαίμονι πόλει, οὔτε ἐάσουσιν οἱ ἄρχοντες. Inordinatè quidẽ misceri inuicẽ, vel quid vis aliud facere, neq; pium est in felici ciuitate, neq; sinent principes.* Sed nuptias sacras facit: *ὅτι γάμους τὸ μετὰ τοῦτο ποιήσομεν ἱεροὺς εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα. Nuptias post hæc faciemus sacras quantũ poterimus maximè*, nec non, *ἑορταί τινες νομοθετητέαι ἔσονται ἐν αἷς συνάξομεν τάς τε νύμφας καὶ τοὺς νυμφίους καὶ θυσίαι καὶ ὕμνοι ποιητέοι. Festi quidam dies lege sanciendi erũt, in quibus congregemus sponsas ac sponsos, & sacrificia, & hymni faciendi, & quæ sequũtur.* Quòd si accidat, *νόθον καὶ ἀνέγγυον καὶ ἀνίερον θήσομεν αὐτὸν παῖ-*

*θαι τῇ πόλει καθιστάναι. Nothũ, ac spurium, & nõ sacrũ ponemus eum puerum ciuitati.* Quibus sanè legibus prohibet ea omnia quæ Aristoteles ait, *πατρὶ πρὸς υἱὸν πάντων εἶναι ἀπρεπέστατον καὶ ἀδελφῷ πρὸς ἀδελφόν. Patri erga filiũ omniũ esse indecentissimũ, & fratri erga fratrẽ.* Neq; verum est quod addit. *τὴν συνουσίαν ἀφελεῖν δι' ἄλλην μὲν αἰτίαν μηδεμίαν, ὡς λίαν δ' ἰσχυρᾶς τῆς ἡδονῆς γινομένης. Coitionẽ abstulisse ob aliã causam nullã, nisi quia vehemens nimiũ esset voluptas.* Nam ob indecentiã id vetuit, vti modo vidimus. Neq; etiam verũ est, *ὅτι ε μὲν πατὴρ ἢ υἱὸς, εἰ δ' ἀδελφοὶ ἀλλήλων μηδὲν οἴεσθαι διαφέρειν. Quod sit pater quidẽ vel filius, vel fratres ad inuicẽ, nihil putasse interesse.* Imò maximi putauit interesse quando prohibens ait Plato *πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων παισὶ, καὶ ταῖς ἄνω μητρὸς, καὶ τὰς γυναῖκας αὖ πλὴν υἱεῖ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν τούτων εἰς τὸ κάτω, καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω. Præter quàm filiæ & matri, & filiarũ filiabus, & quæ superiores matri sunt, & mulieres rursus: præter quã filio, & patri, & ijs qui his sunt & supra & infra.* Qui autẽ hi sint, & quomodo dignoscantur, statim declarat. Falsò ergo ei Aristoteles attribuit, Platonem id nihil interesse putasse. Quod autẽ ait, magis vtile esse, agricolis vxores & filios facere cõmunes, quàm pugnatoribus, quia minus sese amabunt, quod habere oporteat subiectos ad obedientiã: & nõ nouis reb⁹ studere falsum est præsuppositũ, quòd minor sit amor inter cõmunes istos, quẽ amorẽ putat ipse quoq; maximũ bonũ esse ciuitatibus. *φιλίαν τε γὰρ οἰόμεθα μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν ταῖς πόλεσιν οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα στασιάζοιμεν. Amicitiã namq; putamus maximũ bonorũ esse ciuitatibus: ita enim minimè seditiones agitabimus.* Sed putat, cõmunionem eã, nõ modò non facere amicitiã, sed cõtrariũ quoq; efficere, & rationẽ subdit. quia scilicet aquosa quædã *ὑδαρῆς* amicitia gignatũ, *ὡς μικρὸν γλυκὺ, εἰς πολὺ ὕδωρ μιχθὲν ἀναίσθητον ποιεῖ τὴν κρᾶσιν. Vt paucũ dulce in multã aquã cõmixtum, insensibilẽ facit temperaturã.* Pulcherrimũ sanè exemplũ. sed ad rẽ nihil faciens, neque enim in solis est nominibus *οἰκειότης affinitas*, sed in rebus ipsis. dixit enim Plato, *καὶ τὰς πράξεις πάσας κατὰ τὰ ὀνόματα πράττειν. Et actiones omnes secundũ nomina agere*, per educationẽ, per instituta, per præsides, per leges, ita assuefactis ciuibus, alioquin virtutes quas Aristoteles per frequẽtes actiones parari docet, nunquã acquirerentur, nisi educatio ac frequentes actiones etiã ad amicitiã illam cõferrent. Quod autẽ ait, *δύο γάρ ἐστιν ἃ μάλιστα ποιεῖ κήδεσθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ φιλεῖν, τό τε ἴδιον, καὶ τὸ ἀγαπητόν. Duo enim sunt quæ maximè curã ingerũt hominibus & amorẽ, propriũ & amabile.* Verissimũ sanè est. Sed quod additur, est falsum. *ὧν οὐδέτερον οἷόν τε ὑπάρχειν τοῖς οὕτω πολιτευομένοις. Quorũ neutrũ possibile est inesse ijs qui ita habent ciuitatem institutam.* Sed vtrunque habebunt, omnes enim filios vti proprios amplectũntur, qui si rectè instituantur, quomodo etiam non erunt *ἀγαπητοὶ amabiles*? Neque enim multitudo filiorum facit, quin minus sint proprij & minus amentur. Quod verò subdit de translatione filiorum agricolarum. & artificum in custodes: & ex his in illos, nusquã est prius illud à Platone dictum, vt illorũ filij in custodes surrogentur, hoc verò secundũ non nisi ratione pœnæ, si quãdo scilicet in acie ordinẽ quis deserat, vel arma abijciat, vel quid tale aliud faciat, in opificum ac agricultorũ ordinem detrudendũ iubet. quare non sequetur quod inter hos translatos vti ipse interpretatur. *τὰ πάλαι λεχθέντα αἰκίας ἔρωτας, φόνους Iam olim dicta, iniurias, amores, homicidia* oriantur. Itaque tota hæc Aristotelis cauillatio peruersa fuit. & prauè sensus Platonici detorti. Huic non absimilis est ea alia quã 4. cap. texit. Cum dicit, Platonẽ in Repub. pauca determinasse: nihil tamẽ carpit præter quam quòd prætermiserit meminisse, an agricolæ & artifices alicuius sint participes magistratus, armorũ, belli. Falsa est imputatio, nõ fuisse id à Platone determinatũ. Nam si in ciuitatis partẽ nõ sunt vocati, quid oportuit dubitare, an participes sint magistratus? Atq; hacten⁹ de ijs quæ in Repub. Platonis Aristoteles prauè ac falsò reprehendit. Ad libros de Legibus transfert sermonẽ. quorum *τὸ μὲν πλεῖστον μέρος, maximã partẽ* leges tantũ esse dicit. Quid tum? nonne hoc consonè ad inscriptionem? Aliam tradit in his *παιδείαν educationem.* Sanè, quia ciuitatem hanc minus perfectã, ac magis ad hominũ cõmunem vsum accõmodatam. an ideo est reprehensione dignus? Quid autem intelligat in his verbis, *καὶ τὸ τῶν ἔργων τῶν ἀναγκαίων ἀπεχομένους ζῆν Et viuere abstinẽtes ab operibus necessarijs*, ariolo est opus. Collaudat deinde Socratis sermones, quòd excellentiam habuerint. quod cultum. quod nouitatem, quòd indagationem, sed *καλῶς πάντα ἴσως χαλεπόν. Sed bene omnia fortè difficile* Quid tum? id omnibus humanis rebus accidit: id ipsi Aristoteli in antiquorum reprehensionibus, in alijs multis, euenit.

Neque bene carpit. Quinque mille pugnatores cum vxoribus, & seruis ociosos alere, opus esse regione Babylonica. Nam ipsemet posteà libro 7. capite 4. numerum ciuium determinans ait, δῆλον τοίνυν ὡς οὗτός ἐστι πόλεως ὅρος ἄριστος, ἡ μεγίστη τοῦ πλήθους ὑπερβολὴ πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς εὐσύνοπτος. *Clarum itaque quod hic est ciuitatis terminus optimus, maximus multitudinis excessus ad sufficientiam vitæ conspicuus*. In qua maxima multitudine, ac superabundantia videntur plures quam quinque mille pugnatores, cũ ciues solos intelligat, pugnatores scilicet & magistrat⁹. Sic enim fine 9 capitis exprimit. μέρη δὲ τῆς πόλεως τό τε ὁπλιτικὸν καὶ βουλευτικόν. *Partes verò ciuitatis pugnatiuum, & consultatiuum*. Si itaque hæ duæ partes sint illa maxima ciuium superabundantia, an plus quàm quinque millia sunt? si sunt, vel tot, eadem cadit obiectio. ac fortè maior longè in Aristotelem. Sed si hæc maxima superabundantia minor numerus est, quàm quinque mille, cur id non determinauit, is philosophus, qui Platonem audet incusare, quòd pauca determinauerit? cur item regionis magnitudinem non terminauit, quæ posset ociosos itidem suos alere? Sed satis habuit dicere. ὥστε δύνασθαι τοὺς οἰκοῦντας ζῆν σχολάζοντας, ἐλευθερίως ἅμα καὶ σωφρόνως. *Vt possint habitatores viuere ociosos liberaliter simul & temperanter*. Sed quod ait: καλῶς ἔχει προσθεῖναι καὶ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας τόπους *Bene habet addere etiam ad vicinantes locos*. non potuit rectè in Platone reprehendi id enim fecit libro 5. ὄγκος δὴ πλήθους ἱκανὸς οὐκ ἄλλως ὀρθῶς γίγνοιτ' ἂν λεχθεὶς, ἢ πρὸς τὴν γῆν καὶ τὰς τῶν πλησιοχώρων πόλεις. *Moles multitudine sanè sufficiens nõ aliter rectè fiat, dictione, quã respectu ad regionẽ & vicinorũ regionis ciuitates*. Sed quod carpit eũ in opũ diuisione omisisse. ὥστε ζῆν σωφρόνως, *ita vt viuant temperanter*. etiãsi non est expressum, intelligi tamen facile potest à non cauilloso philosopho Cum enim Plato, ciues liberos esse velit, intelligi datur, eos non debere à necessitate ad agricolandum cogi, aut quippiam homine libero indignum exercendum. Carpit deinde, quòd æqualitatem opum fecerit, liberorũ procreationem æqualem omiserit, cum ad hanc opibus maiorem, sequatur etiam opum inæqualitas. Id quidem verum est, quando eam portionem, quæ vni sibi tributa est, in multos filios diuidat. Sed quando filiorum vni relinquat, semper eadem manet, qualia sunt nostris temporibus primigenitorum feuda. Hoc autem Platonem voluisse clarè eius verba testantur: ὅσαι εἰσὶ τὸ νῦν ἡμῖν ἑστίαι διανεμηθεῖσαι τὸν ἀριθμὸν, ταύτας δεῖν ἀεὶ τοσαύτας εἶναι καὶ μήτε τι πλείους γίνεσθαι, μήτε ποτὲ ἐλάττους. *Quot sunt nunc nobis foci distributi numero, hosce oportere semper tot esse neque quicquam plures fieri neque pauciores*. deinde subnectit. ὁ λαχὼν τὸν κλῆρον καταλειπέτω ἀεὶ ταύτης τῆς οἰκήσεως ἕνα μόνον κληρονόμον τῶν ἑαυτοῦ παίδων, ὃν ἂν αὐτῷ μάλιστα ᾖ φίλον. *Qui sortitus est portionem, relinquito semper huiusce domus vnum solum hæredem suorum filiorum, quem maximè ipse voluerit*. Idem de agris etiam præcipit, reliquis verò liberis ita consulat, vt ibi Plato prolixius præcipit. Non ergo recta est Aristotelis reprehensio. Quod deinde accusat omissum esse, quantam debeant magistratus habere substantiam, quid tum? Quantam alij ciues. Neque verum est, quod ait Aristoteles. ἐᾷ καὶ τὴν πᾶσαν οὐσίαν ἐφίησι γίνεσθαι μείζονα μέχρι πενταπλασίας. *Cum etiam omnem substantiam sinit fieri maiorem, vsque ad quincuplicem*. Nam hæc sunt Platonis verba, διπλάσιον ἐᾶσαι τοῦτο κτᾶσθαι καὶ τριπλάσιον, καὶ μέχρι τετραπλασίου, πλείονα δ' ἄν τις κτᾶται. *Duplũ sinet acquirere, & triplum vsque ad quadruplum, plus verò si quis acquisiuerit, iubet ille à ciuitate eam auferri, dijsque attribui*. Nec rectè iterum obijcit Aristoteles. διὰ τί τοῦτ' οὐκ ἂν εἴη ἐπὶ τῆς γῆς, μέχρι τινός. *Cur id non fuerit in iugeribus quadamtenus?* Quia scilicet vult eam diuisionem priorem firmam semper manere, ob causas ab eo allatas, contra quas nihil audet obtrectare. Sed quod reprehendit, duas domos datas, χαλεπὸν δὲ οἰκίας δύο οἰκεῖν, *difficile est duas habitare domos*. id verò ridiculum est. Cum etiam commodissimum sit duas & habere & alternis temporibus habitare. Quod autem accusato. εἰ δ' ὡς ἀρίστην μετὰ τὴν πρώτην πολιτείαν, οὐ καλῶς. *Si vt optimam post primam rempub. non bene*. Simile est prioribus omnibus, non enim Plato rempub. quam libris de Legibus instituit, optimam post primam vult esse. sed eam tertiam facit. Tres enim statuit, fœlicissimam in qua, ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων. *reuera sunt communia omnia amicorum*. quam libris illis 10. formauit. Secundam verò, ἀλλ' ἐχομένους ταύτης τὴν ὅτι μάλιστα τοιαύτην ζητεῖν κατὰ δύναμιν. ἣν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπικεχειρήκαμεν, εἴη τ' ἂν γενομένη ἀθανασίας ἐγγύτατα καὶ ἡ μία δευτέρως. τρίτην δὲ μετὰ ταῦτα ἐὰν θεὸς

ἐθέλῃ

ἐθέλῃ διαπειρασόμεθα *Sed harentes huic, quàm maximè talem quærere quantum possumus ea verò quam nunc aggreßi sumus fuerit immortalitati vicinißima, & quidem secundo, tertiam verò, si Deus voluerit, perficiamus.* Quare non est hæc optima post primam, sed tertia. Quod verò ait, ἐν δὲ τοῖς νόμοις εἴρηται ὡς δέον συγκεῖσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν, ἐκ δημοκρατίας καὶ τυραννίδος. *In legibus verò dictum est, quòd oporteat componere optimam Rempublicam ex Democratia & Tyrannide.* Dicimus nusquam horum librorum id dictum esse, neque ex his mixtam hanc esse Rempublicam sed mediam, non optimam Rempub. Sed βουλευτῶν αἵρεσιν *consiliariorum electionem.* Est enim hic locus libro 6. in hæc verba: ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ἐκλέξαντας ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν τιμημάτων τοὺς ἡμίσεις τούτων ἀποκληρώσαντας δοκιμάσαι. τούτους δ᾽ εἶναι εἰς τὸν ἐνιαυτὸν βουλευτάς, ἡ μὲν αἵρεσις οὕτω γιγνομένη μέσον ἂν ἔχοι μοναρχικῆς καὶ δημοκρατικῆς πολιτείας, ὡς ἀεὶ δεῖ μεσεύειν τὴν πολιτείαν. *Centum & octoginta eligentes ex singulo censu, dimidios horum sorte electos probare, hosque esse anno consiliarios electio ita facta medium habet Monarchica & Democratica Republica. cum semper oporteat mediare Rempub.* Quod verò Aristoteles subdit. ἔπειτα οὐδ᾽ ἔχουσα φαίνεται μοναρχικὸν οὐδέν. *Deinde neque videtur habere monarchicum quicquam.* Verum est quatenus vnus nullum magistratum exercet, præter eum qui puerorum præest institutioni, sed mentem Platonis sequentia hæc declarant. δοῦλοι γὰρ ἂν καὶ δεσπόται οὐκ ἄν ποτε γένοιντο φίλοι. *Serui namque & domini nunquam fient amici.* Atque ideo nullum dominum hæc respub. debet habere. vt in monarchia. neque etiam vt in Democratia, οὐδ᾽ ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγορευόμενοι φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι *in paribus honoribus declarati praui ac boni.* Ita ergo nec monarchicum quid habens nec democraticum media est hæc consiliariorum electio: media inquam per negationem, non autem per copulationem extremarum. Neque etiam illud rectè obijcitur: ἀλλ᾽ ὀλιγαρχικὰ καὶ δημοκρατικά, μᾶλλον δ᾽ ἐγκλίνειν βούλεται πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν. δῆλον δ᾽ ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων καταστάσεως, τὸ μὲν γὰρ ἐξ αἱρετῶν κληρωτούς. *Sed Oligarchica & Democratica, magis verò inclinare vult ad Oligarchiam, clarum verò est ex principum constitutione nam ex electis sortitur eos.* Quod non est verum, sed quod fine capitis ipsemet ait, ἐξ αἱρετῶν αἱρετούς. *ex electis, electos* Neque enim Plato sortem admittit in supremorum magistratuum constitutione, qui sunt apud eum νομοφύλακες, στρατηγοί, φύλαρχοι, ταξίαρχοι. *Legum custodes, belli duces, tribuum principes, ordinum principes.* In consiliarijs autē admittit. Nec quicquā ad rem facit quod ait Aristoteles, eam ad Oligarchiam pendere; nec etiam verum est. non enim ad diuitias solas spectans eos elegit ex maioribus censibus. Sed etiam ad virtutem, vt his verbis. τοὺς πρεσβυτάτους καὶ ἀρίστους εἰς δύναμιν *maximè senes, & quā potest fieri optimos.* Nec hi ad propriū cōmodū administrār, sed ad cōmune totius ciuitatis, quod Aristocratiæ, nō aūt Oligarchię est mun⁹. Quod fine cap. ait esse, ἐπικίνδυνον ἐξ αἱρετῶν αἱρετούς, *periculosum esse ex electis electos facere magistratus,* possibile quidē est, sed si bene educati, & boni viri fuerint, ciues nec malos eligent, nec bonis sese opponent. Et si id tamē fecerint, nō tantū damni affert, quantū sortiri magistrat⁹, cū sors possit, etiā oēs malos cōstituere. Tota ergo illius capitis accusatio & falsa & futilis est. Quod vero sequēti cap. de quintupla bonorū possessione affirmat, πλεῖον δὲ τῆς πενταπλασίας εἶναι τῆς ἐλαχίστης. *Plus quàm quintuplam esse minima,* cuique licere acquirere falsum est. quadruplum enim eum voluisse iam ostendimus. Quod etiam capite vltimo ait, ἡ τε τῶν γυναικῶν καὶ παίδων καὶ τῆς οὐσίας κοινότης καὶ τὰ συσσίτια τῶν γυναικῶν. *Mulierum ac filiorum, & substantia communio, & commessationes mulierū.* Platonis fuisse inuentum, totum falsum est. Nam commessabantur in Sparta ex Lycurgi legibus mulieres, & communes erant quandamtenus quod ex Plutarchi Lycurgo patet, ad cuius Lycurgi instituta, videtur Plato totam suam Rempub. efformasse, vel saltem ex Protagoræ libris, quod Aristoxenus olim tradidit, vt autor est Laertius. Non ergo Plato illius communionis excogitator fuit. Hæc ex libro 3. Politicorum. Libro verò 4. capite 4. Aristoteles accusat Socratem, κομψῶς, οὐχ ἱκανῶς. *Concinnè, sed non sufficienter,* quòd dicat. ὡς τῶν ἀναγκαίων γε χάριν πᾶσαν πόλιν συνεστηκυῖαν, ἀλλ᾽ οὐ τοῦ καλοῦ μᾶλλον. *Tanquam necessariorum gratia, omnem ciuitatem constitutam, sed non magis boni.* Et aliud etiam. τὸ δὲ προπολεμοῦν οὐ πρότερον ἀποδίδωσι μέρος, πρὶν ἢ τῆς χώρας αὐξομένης καὶ τῆς τῶν πλησίον ἁπτομένης εἰς πόλεμον καθιστῶσι. *Sed pugnatricem partem non prius tribuit, quàm regio sit aucta, & vicinis bellum attingentibus;*

*in bellum procedat.* Procedit sanè Plato eo ordine 2. Reipub. Sed cur magis κομψῶς *concinnè*, quàm ἱκανῶς sit dictum, non videtur ad se respexisse, qui quod in alio reprehendit ipse committit, eadem genera ciuium constituens, nec plura ipse aut potuerit aut sciuerit adinuenire. Illud quoque, *sed non potius boni gratia*, cur reprehendat reprehensor, hic idem committens? optimam ciuitatem ipse quoq; necessariorũ gratia fabrefaciens: honesti autẽ nõ prius fecerit mentionẽ quàm fœlicitatis. Tertio cur reprehẽdit si sanæ illi & veræ ὑγιεῖ καὶ ἀληθινῇ ciuitati necessaria vix habenti, nihil aliud cupiẽti, nihil fuerit opus bellatoribus? Quid.n. vicini ab ea rapiẽt, paupertatẽ? Quod, verò cap. 7. cũ enumerasset quinq; Reipub species, sextam ipse πολιτείαν *politiã* vocãs addit, διὰ τὸ μὴ πολλάκις γίνεσθαι λανθάνει τοὺς πειρωμένους ἀριθμεῖν τὰ τῶν πολιτειῶν εἴδη, καὶ χρῶνται ταῖς τέτταρσι μόνον, ὥσπερ Πλάτων ἐν ταῖς πολιτείαις. *Eo quòd non multoties sit latet eos qui tentant numerare Rerumpub species & vtuntur quatuor tãtum, vt Plato in Rebuspub.* falsissimum est id de Platone. Nam libro 8. Reip. quatuor sanè, sed vitiosas enumerat. Sed nouit etiam ἐκείναις ἀνομοίους, *illis dissimiles.* Sunt autem peccantes quatuor, forma Creticæ & Laconicæ, Oligarchia, Democratia, & Tyrannis. Duas deinde nominat, Timocratiam & Aristocratiam. postea libro 9. Regnum præter omnes laudat, atque ἀρίστην *optimam* vocat. Septẽ ergo Plato, non quatuor Reipub. formas constituit, easque nouit optimè numerare etiam in politico: ostenditque copiosè priore loco, quo modo alia in aliam transeat. Quod tamen Aristoteles, 5. libri vltimo capite, carpit multis verbis, quæ omnia discutere non erit paruum operæ precium, ait ergo. ἐν δὲ τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ λέγεται μὲν περὶ τῶν μεταβολῶν ὑπὸ τοῦ Σωκράτους, οὐ μέντοι λέγεται καλῶς. *In Platonis Repub. dicitur quidẽ de transmutationibus à Socrate, non tamen dicitur benè.* Errata addit. τῆς γὰρ ἀρίστης πολιτείας καὶ πρώτης οὔσης, οὐ λέγει τὴν μεταβολὴν ἰδίως. *Optima namque & prima Reipub. non dicit mutationem propriè.* Deinde subnectit, quæ ibi Plato de numeris sub Musarum prosopopœia ænigmate tali profert, vt adhuc à nemine sit plenè intellectum. abieritque ea obscuritas in prouerbium, obscurior Platonico numero. Id ænigma, si vt verba sonant, non fuerit propria eius Reipub mutatio. Sed si quis ænigma aperiat fuerit propria. Sed & propriam affert, nec verum est, τὴν ἰδίως οὐ λέγει. *propriam non dicit.* Sic enim libro 8. non longè ab initio habet: χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω ξυστᾶσαν, ἀλλ' ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν, οὐδ' ἡ τοιαύτη ξύστασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον, ἀλλὰ λυθήσεται. *Difficilo quidem est vt moueatur ciuitas ita constituta. Sed quoniam omnigenito, corruptio sequitur, nec talis constitutio per omne tempus mansura est, sed dissoluetur.* Subdit postea numerum illum, post quem propriam eius mutationem clarissimè exponit: cuius initium mutationis ait esse. ὅταν ἡμῖν οἱ φύλακες συνοικίζωσι νύμφας νυμφίοις παρὰ καιρὸν οὐκ εὐφυεῖς οὐδ' εὐτυχεῖς παῖδες ἔσονται. ὧν καταστήσονται μὲν τοὺς ἀρίστους οἱ πρότεροι, ὅμως δ' ὄντες ἀνάξιοι, εἰς τὰς τῶν πατέρων αὖ δυνάμεις ἐλθόντες, ἡμῶν πρῶτον ἄρξονται ἀμελεῖν φύλακες ὄντες παρ' ἔλαττον τοῦ δέοντος ἡγησάμενοι τὰ μουσικῆς, δεύτερον δὲ τὰ τῆς γυμναστικῆς, ὅθεν ἀμουσότεροι γενήσονται ἡμῖν οἱ νέοι. *Quando nostri custodes cohabitare faciant sponsas cum sponsis extra tempus, nec ingeniosi nec fortunatò filij erunt. quorum sanè optimos, priores illi constituent custodes. Sed cum indigni sint, veniantque in patrum principatus, primo curare nos negligenter incipient, putantes, minus quàm deceat musicam, deinde gymnasticam. vnde rudiores nobis fient iuuenes.* Hoc sanè initium est mutationis optimæ Reipub. Cuius mutationis fine, ait Aristoteles, Platonem dicere, eam in Laconicam transire. πρὸς δὲ τούτοις διὰ τίν' αἰτίαν ἐκ ταύτης εἰς τὴν λακωνικὴν μεταβάλλει; *Ad hæc, quam ob causam ex hac in Laconicam mutatur?* Hoc autem Plato nnsquàm dixit: sed eam mediam inter Aristocratiam & Oligarchiam constituit clarissimè. οὐκ οὖν ἦν δ' ἐγώ ἐν μέσῳ τις ἂν εἴη ἀριστοκρατίας τε καὶ ὀλιγαρχίας αὕτη ἡ πολιτεία; *Nonne, inquam ego, in medio fuerit Aristocratia, & Oligarchia hac respublica?* Neq; vlla est, toto eo libro mẽtio Laconicæ, præter quã initio in numeratione peccantiũ Rerũpub. Vbi tamẽ non dicitur, qualis ea fuerit, aut ex quibus constituta, nisi quod τὴν φιλόνεικον, καὶ φιλότιμον κατὰ τὴν λακωνικὴν ἑστῶσαν πολιτείαν dicit. *Eum qui contentiosus & ambitiosus est, secundum Laconicã constitus.* Itaq; nullo modo hinc exponi potest, optimã illam in hanc transire Laconicam: neque, etiamsi exponere quis conaretur, rectè ex Aristotele posset, qui Laconicam constitisse affirmat ex Aristocratia, Oligarchia, Democratia ac regno. Nullum autem vestigium vel regni vel Democratiæ in optima illa mutata ap-

parct

patet ex Platone. Sed quod postea Aristoteles alia accusatione accusat præceptorē, τῆς δὲ τυραννίδος οὐ λέγει, οὔτ' εἰ ἔσται μεταβολὴ, οὔτ' εἰ μὴ ἔσται. *Adhuc Tyrannidis, non dicit neq; an futura sit mutatio, neq; annon sit futura.* Quid tum posteà? non fuerat propositum Platoni omnes rerumpubl. ibi mutationes persequi. Sat habuit optimę quam formandam susceperat, etiam mutationem exponere. Si Tyrannidis, aut aliarum non exposuit, quid tum? Neque vlla est causa cur dicat Aristoteles. ἐπεὶ κατ' ἐκεῖνον δεῖ εἰς τὴν πρώτην καὶ ἀρίστην. *Quando secundùm illum oportet in primam ac optimam.* quomodo id secundum illum dici potest, cùm ille ne innuit quidem quicquā tale. Nec scio an verè dici ab Aristotele possit, Tyrannidem in Tyrannidem mutari. Sicuti Sicyonia ex Myronis Tyrannide in Tyrannidē Clisthenis. Sic enim persona, non forma regiminis mutatur. Quod verò posteà ait, quomodo carpit. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ οἴεσθαι εἰς ὀλιγαρχίαν διὰ τοῦτο μεταβάλλειν, ὅτι φιλοχρήματοι καὶ χρηματισταὶ οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς. *Absurdum quoq; est, putare in Oligarchiam ob hoc mutari quòd cupidi diuitiarum sint principes.* quando etiam ipse reprehensor ὅρον ὀλιγαρχίας *terminum Oligarchiæ* diuitias faciat. Sed non quia. οἱ πολλοὶ ὑπερέχοντες ταῖς οὐσίαις οὐ δίκαιον οἴονται εἶναι, ἴσον μετέχειν τῆς πόλεως τοὺς κεκτημένους μηδὲν τοῖς κεκτημένοις. *Multi abundantes diuitijs non putant iustū esse, eos qui nihil possideant æquè participes esse ciuitatis, cum ijs qui possideant.* Sed absurdior lanè longè hæc est Et contra sui ipsius fundamenta. Ipse enim nos docuit libro 3. cap. 5. εὔποροι γὰρ ὀλίγοι, *diuites sunt pauci.* vulgus verò quos vbique πολλοὺς *multos* vocat, pauperes sunt. Non est ergo possibile, vt πολλοὶ εὔποροι, *multi diuites sint* sed οἱ ὀλίγοι, *pauci*, à quibus etiam nomen Oligarchiæ deductum ait, ἄτοπον δὲ καὶ τὸ φάναι δύο πόλεις εἶναι τὴν ὀλιγαρχικὴν, πλουσίων καὶ πενήτων. *Absurdum quoque est dicere duas esse ciuitates eam quæ est Oligarchica, diuitum, & pauperum.* Nullā tamen huius absurdi adducit causam, nam quod subiungit. τί γὰρ αὕτη μᾶλλον τῆς λακωνικῆς πέπονθεν ἢ ὁποιασοῦν ἄλλης; *Quid enim ipsa magis, Laconica passa est, vel quæ vis alia?* Non facit minus verum Platonis dictum. Non enim hanc magis id habere dicit, quàm alias. Sed tantum id Oligarchiam habere asserit. Quod etiam Aristoteles ipse confirmauit alibi. Addit, πολλῶν δ' οὐσῶν αἰτιῶν δι' ὧν γίγνονται αἱ μεταβολαὶ οὐ λέγει ἀλλ' ἢ μίαν. *Cum multa sint causa ob quas fiant mutationes, non dicit nisi vnam.* Dicimus nos non fuisse Platoni propositum aut omnes mutationes, aut omnes mutationum causas persequi. Et eam quam dicit vnam, ad suum facere propositum. quod fuerat, ostendere peccata, quibus eæ Respub. ab optima declinarent. Adiungit: ὅτι ἀσωτευόμενοι, κατατοκιζόμενοι γίνονται πένητες ὡς ἐξ ἀρχῆς πλουσίων ὄντων πάντων. *Quoniā belluones, fænorib. consumpti fiunt pauperes, quasi à principio diuites essent omnes.* Id certè Plato non supponit, omnes à principio fuisse diuites. Sed primum malum ait esse, τὸ ἐξεῖναι πάντα τὰ αὐτοῦ ἀποδόσθαι, καὶ ἄλλῳ κτήσασθαι τὰ τούτου. *Licere omnia sua vendere, & alij acquirere huius bona.* Quæ scilicet habet seu multa seu pauca, & quādo tales pleriq; ciues euaserint, mutatur regimen, & fit Democratia, quam etiam Aristoteles ait, ex pauperibus constare: docetque ex Oligarchia Democratiam aliquando fieri, nec negat Plato. ὅταν τῶν ἡγεμόνων τινὲς ἀπολέσωσι τὰς οὐσίας καινοτομοῦσιν. *Quando principum aliqui perdiderint substantias, nouitatibus student*, nec alia quæ deinceps narrat. quia non oēs mutationum causas propositum habuit recensere. Nec habet locum, quod vltimo loco accusat. πλειόνων δ' οὐσῶν ὀλιγαρχιῶν καὶ δημοκρατιῶν, ὡς μιᾶς οὔσης ἑκατέρας λέγει τὰς μεταβολάς. *Cumque plures sint Oligarchiæ & Democratiæ, tanquam vna sit vtrasque dicit mutationes* Eius scilicet quę diuitias, Oligarchia, & quæ libertatem Democratia ὅρον *terminum* habent, loquutus est Plato. Quòd si Aristoteles alias Oligarchiæ species nouit, in quibus diuites non præsint, dicat nobis, cur libro 3. capite 5. Oligarchiā ita determinat: ἡ δ' ὀλιγαρχία πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων. *Oligarchia verò ad diuitum*, scilicet cōmodū respicit. Et rursus. ἀναγκαῖον μὲν ὅπου ἂν ἄρχωσι διὰ πλοῦτον, ἄν τε ἐλάττους, ἄν τε πλείους, εἶναι ταύτην ὀλιγαρχίαν. *Et necesse est quidem vbi magistratum gerunt ob diuitias, siue pauciores siue plures, hanc esse Oligarchiam.* ἡ δὲ δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων. *Democratia verò ad vtile pauperum.* Et iterum. ὅπου δ' οἱ ἄποροι, δημοκρατίαν. *Vbi pauperes Democratiam.* Quæ si vera sunt, cur Plato carpitur de verò? quod vnam posuerit vtramque sub hoc scilicet ὅρῳ *termino* diuitiarum ac paupertatis? Quod si Aristoteles libro 4. capite 5. Democratiæ capite 5. Oligarchiæ species recensens, sub ijsdem terminis diuitiarum ac paupertatis reponit, cur perperam fecit Pla-

to eas sub ijsdem terminis reponens? Quod si sub alijs ὅροις *terminis* aliquas Aristoteles ibi reponit, viderit ipse an rectè ab eo collocentur? cum eodem genere non contineãtur. Hæc sanè sunt omnia politicorum librorum loca, in quibus Aristoteles maximis profectò conatibus sese Platoni opposuit, sed vti visum est, friuolis vanisque. Modo ea persequamur, quæ in Ethicis attigit, & primo in paruis, falsò magnis appellatis. I. ergo capite de Platone ita scribit: μετὰ ταῦτα δὲ Πλάτων διεῖλε τὴν ψυχὴν εἰς τε τὸ λόγον ἔχον καὶ εἰς τὸ ἄλογον ὀρθῶς. *Post hac Plato diuisit animam in id quod rationem habet, & in irrationale.* Quod si excipiatur, Platonem primum id fecisse, falsum est. Docuimus namque Tomo præcedente, id Pythagoreos ante eum fecisse. Si verò Plato dicatur id cum illis fecisse, rectè dicitur. καὶ ἀπέδωκεν ἑκάστῳ ἀρετὰς προσηκούσας, *Et attribuit cuique virtutes congruas.* atque hucusque rectè. At si hoc rectè, à Platone factum, & à Pythagoreis, id natura animæ patiebatur. Cur ergo virtutes suas Aristoteles non secundum animæ potentias ordinauit? cur cuique proprias non attribuit? μετὰ μέντοι τοῦτο οὐκ ὀρθῶς, τὴν γὰρ ἀρετὴν κατέμιξεν εἰς τὴν πραγματείαν τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ. *Sed post hoc non rectè. Virtutem namque immiscuit negotio quod est de bono.* id iam falsum est: nullibi enim id Plato commiscuit, neq; reperitur in eius libris hoc quod addit. ὑπὲρ γὰρ τῶν ὄντων καὶ ἀληθείας λέγοντα οὐκ ἔδει ὑπὲρ ἀρετῆς φράζειν. οὐδὲν γὰρ τούτῳ κἀκείνῳ κοινόν. *De entibus & veritate loquentē nō oportuit de virtute differere. nihil n. huic & illi cōmune est.* Nullus enim est in totis Platonis libris, vbi de ente disputãs, sermonē de virtute cōmiscuerit. Est quidē 5. Reip. vbi de præsidibus ciuitatis disputans optimis, vult eos philosophos esse: qui verò sint philosophi declarans, ad cognitionem Idearum, entis, ad veritatem, ad scientiam, ad opinionem, ad experientiam, ad philosophiam, ad philodoxiam, ad philosophum sit transitus, à quo ad bonum, ad ideam eius, ad eius filium, ad intelligibilia, ad philosophiæ partes, ad dialecticam, ad ingenia philosophica, & ad gubernatores ciuitatum, enumerationem rerumpublicarū & mutationes iam dictas progreditur. Neque tamen toto hoc tribus ferè libris contento opere, vllo in loco, virtus cum bono commiscetur. Falsa ergo est eius obtrectatio. Quod verò in Socrate postmodum reprehendit. οὐκ ὀρθῶς δ' οὐδ' οὗτος. τὰς γὰρ ἀρετὰς ἐπιστήμας ἐποίει. *Neque hic rectè, virtutes enim scientias faciebat.* At vltimo capite aliter eadem hac de re docet. διὸ οὐκ ὀρθῶς Σωκράτης ἔλεγε, φάσκων εἶναι τὴν ἀρετὴν λόγους. *Quare non rectè Socrates dicebat, asserens virtutem esse rationes.* Sed Nicomachio 6. capite 13. aliter etiam. καὶ Σωκράτης τῇ μὲν ὀρθῶς ἐζήτει, τῇ δ' ἡμάρτανεν. ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρετάς, ἡμάρτανεν. ὅτι δ' οὐκ ἄνευ φρονήσεως καλῶς ἔλεγε. *Et Socrates, quadamtenus rectè quærebat, quadam verò tenus errabat. Quòd quidem putauit prudentias esse omnes virtutes, peccabat, quòd autem non sine prudentia, rectè dicebat.* Qua varia ac inconstanti relatione, quid solidi ac constantis nobis polliceri possumus? Neque verò quicquam horum in Platonicis dialogis reperitur. Nec est verisimile, Socratem tam inconstanter de virtute disseruisse. Longè enim differentes hæ res inter se sunt, cum λόγος *ratio*, animæ διάνοιαν & δόξαν, *dianœam & opinionem* dicat, scientia autem est dianœæ habitus, prudentia autem sit habitus opinionis, non cuiuscunque, sed rectæ. Quod tum Menone, tum 6. Reip. clarè traditur. Ac tantum ab est, Socratem virtutes esse scientias existimasse, vt tres eius discipuli, Plato in Menone ac Protagora, Xenophon in apomnemoneumatis, & Simon, siue Aeschynes in dialogo de virtute ad hanc rem dicato, induxerint eum disputantem, virtutem non esse scientiam, quia non sit διδακτὸς *docibilis*. Sic enim in Menone. εἰ δέ γ' ἐστὶν ἐπιστήμη τις ἡ ἀρετή, δῆλον ὅτι διδακτὸν ἂν εἴη. *Quòd si est scientia quadā, virtus, clarū est eam esse docibilem.* Et mox, ὅτι τοιοῦδε μὲν ὄντος, διδακτὸν, μὴ τοιοῦδε δὲ, οὔ. *Quod si talis sit, docibilis est, non talis verò, nequaquam.* Et post longam probationem concludit. ἀρετὴ ἄρα οὐκ ἂν εἴη διδακτόν. *Virtus ergò non fuerit docibilis.* Et in Protagora idem agit, contra illius professionem, qui se venditabat, veluti virtutis magister. Falsò ergo illi opponit Aristoteles, eum virtutes esse scientias affirmasse. Falso etiam quòd λόγους *rationes* eas existimarit, nihil enim tale legitur apud vllum trium eius discipulorum. Falsum quoque quòd eas existimarit prudentias. Nihil enim tale vsquam apud hosce eosdem legitur. Rectè illud putauit eas non sine prudentia esse. quod in Menone concludit. οὐκ οὖν συλλήβδην πάντα τὰ τῆς ψυχῆς ἐπιχειρήματα καὶ καρτερήματα, ἡγουμένης μὲν φρονήσεως εἰς εὐδαιμονίαν τελευτᾷ, ἀφροσύνης δ' εἰς τοὐναντίον. *Nonne vt*

com-

*comprehensim dicamus omnes animæ conatus ac omnes tolerantia si prudentia dux sit in felicitatem desinunt? Si verò imprudentia, in contrarium?* Et legum libro 3. μάλιστα δὲ καὶ πρὸς πρώτην τὴν τῆς ξυμπάσης ἡγεμόνα ἀρετῆς, φρόνησις δ᾽ ἂν εἴη τοῦτο. *Maximè verò ad primam vniuersæ virtutis ducem, prudentia verò hoc est.* Et sæpe alibi idem docet. Præter hæc libro 2. capite 6. paruorũ moraliũ sic de Socrate Aristoteles scripsit: Σωκράτης μὲν οὖν ὁ πρεσβύτης ἀνῄρει ὅλως καὶ οὐκ ἔφη ἀκρασίαν εἶναι, λέγων ὅτι οὐδεὶς τὰ κακὰ εἰδὼς κακὰ ἐστὶν ἕλοιτ᾽ ἄν. *Socrates senex, destruebat omnino, & dicebat non esse incontinentiam, dicens quòd nemo sciens mala quod mala sint, ea eligeret.* Quod & Nicomachio 7. cap. 2. refert. Σωκράτης μὲν γὰρ ὅλως ἐμάχετο πρὸς τὸν λόγον, ὡς οὐκ οὔσης ἀκρασίας, οὐδένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα, πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον, ἀλλ᾽ ἢ δι᾽ ἄγνοιαν. *Socrates enim omnino pugnabat aduersus sermonem tanquã non esset incontinentia: neminẽ enim scientẽ agere præter optimum, nisi per ignorantiam.* Verè id Socrati tribuitur, est enim in Protagora longa ac subtilissima disputatio hac de re, quę mihi facilius persuadeat, quã Aristotelica assertio. Est quoque 9. legum, & in Timæo eadem sententia. Sed aduertendum, eum nullibi horum locorum ἀκρασίας nomine vti, atque verum non est, Aristotelis dictum: καὶ οὐκ ἔφη ἀκρασίαν εἶναι. *& nõ dixit, incontinentiã esse.* nõ enim id negat Socrates. Sed ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἡττᾶσθαι *à voluptatibus vinci*, ridet eos qui id credũt, posseque ad mala perpetranda quenquã à voluptate vinci atque impelli, cognito, quod mala sint. Itaque duo maximè miror, alterum est, Aristotelem tam grauem philosophum, qui veritatem, potiorem amicis, potiorem sui ipsius scriptis habere profiteatur, falsas manifesto, ac futiles reprehẽsiones vbiq; in Platonẽ inuexisse, cuius si interissent libri, vti cæterorum veterum, quos carpit, Aristotelis indubia veritas haberetur. Alterum, quod inter tot millia philosophorum Aristotelicorum, Platonicorumque nemo sit inuentus, qui harum obiectionum veritatem de Aristotele exquireret, nobisque post mille ac octingentos annos, vti primi in hac arena essemus, locum reliquerunt.

FINIS TOMI TERTII.

# FRANCISCI Patritij DISCVSSIONVM Peripateticarum TOMVS Quartus.

ARISTOTELIS DOGMATVM
Cenſuram continens.



BASILEAE
AD PERNEAM LECYTHVM
M D XXCI

# TOMI QVARTI LIBRORVM ELENCHVS.

| | |
|---|---|
| Lib. I. | De Principijs rerum Naturalium. |
| Lib. II. | De Priuatione & Forma. |
| Lib. III. | De Materia prima. |
| Lib. IIII. | De Mundi Temporisque æternitate. |
| Lib. V. | De Motus æternitate. |
| Lib. VI. | De Cœli æternitate essentiaque. |
| Lib. VII. | De Elementis primus. |
| Lib. VIII. | De Elementis secundus. |
| Lib. IX. | De Generatione & Corruptione. |
| Lib. X. | De Sex Cœli Distantijs. |

# AD BENEDICTVM MANZOLIVM

## EPISCOPVM RECIENSEM.



OSCE X. discussionum mearum Peripateticarum libros Præsul optime atq; eruditissimè tibi do ac dico, amico vero ac veteri. Memoria tenes, idque sæpe refers, dum Patauij philosophiæ gratia vterque essemus annis ab hinc vigintiocto, occulto quodam genio vtrumque & trahente & impellente in amicitiam nos conuenisse. Quam & ego semper ex animo colui, & idem te fecisse video. Neque enim locorum distantia, qua tu quidem per Italiam perque Galliam. Ego verò per Dalmatiam, per Græciam, per Asiam, ac demũ per Hispaniam atq; Galliam disiuncti postea semper fuimus, potuit eam obliuioni tradere, neque ex animis nostris eradere fortuna dispar, quæ te in arduis semper negotijs ac magnis, magnorum principum habuit, donec ad eam dignitatem, qua nunc frueris, longè meritò es euectus. Ego verò pauperie pressus, dum aliena commoda curo, mea non curo, continuis itineribus terraque marique exercitus, Cyprica clade oppressus, atque ingratissimorum pessimorumque hominum fraudibus insidijsque circunuentus, Mutinæ in patria tua te absente, apud veteres amicos, apudque Alexandrũ Baranzonũ equitem, ac Tarquiniam Molziam singularem totius seculi fœminam, primum resedi, postea è marinis, fortunæque fluctibus in hunc portum sum deuectus, vbi te sæpius reuiso fruorque. Huc postquam veni & studijs meis me reddidi, & scripta à me iam olim quædam in manus resumpsi, quantum potui poliui. Ea quoniam Philosophiæ studiosis profutura speraui, in publicum exire volui. Ea sunt post primum Venetijs editum tres alij discussionum Peripateticarum Tomi. Quartum hunc ex ordine tuo nomine insignitum volo. In eo quæstiones aliquot Aristotelicæ agitantur. Si quid in ijs ex veritate dictum pro tua doctrina singulari iudicaueris: non frustraneam operam me nauasse credam. Sin quid acutius non introspexi, scito animum non defuisse neque deesse veritatis in philosophia indagandæ. Qualecunque id sit, tu animo amico ea suscipe, ac Patricium tuum memoria serua.

Docentes verò Theses non plures quàm octo.

Primo principia esse finita.

II. Debere esse permanentia.

III. Non ex alijs generata.

IIII. Non ex se inuicem.

V. Ex ijs omnia.

VI. Esse contraria.

VII. Esse tria. Contraria duo, vnum contrarijs subiectum, hoc materiam esse, illa priuationem & formam.

VIII. Præter hæc, esse efficiens principium, & finale principium.

De XV. his thesibus, septem dedocentes omnino non attingemus, cum aliquid sit de ijs pertractatum, cōmentationibus ijs quæ præcesserunt. Sed 8. docentes Theses singillatim in examen vocabimus.

Multis controuersijs, contentionibus, atque etiam clamoribus in Peripateticis scholis, iam multos per annos agitatur quæstio ista. An physici philosophi sit munus de principijs physicæ philosophiæ tractare: an verò primi philosophi id muneris sit? vel etiam logici? Aristotelis factum, & authoritas, cogit omnes, ne audeant opinari, nedum promere, non rectè eum fecisse qui & physicis & primę philosophiæ libris id egerit. Ratio additur, licere physico philosopho, physica principia tractare: quatenus scilicet ad motum sint principia, qui proprius est, & physicorū, entiū & physicæ contēplationis proprium est subiectū. Alij multas contra rationes adferunt & subtiles, & argutas, nonnullas etiam Sophisticas: quibus probent metaphysici id officium esse. Non tamen vel mussitare audent, Aristotelem non suo loco nō proprio, duob physicis libris dū tractat, de principijs tractasse. Adeo reuerentiam viri colunt reuerenter. vt philosophi eum velint, & vi & argumentis appellari: verum non audeant, non dico inquirere, sed nominare. Audeamus nos aliquid, qui omni iuramento soluti, philosophi nomen, non authoritate, doctrinaque cuiusquam hominis, sed veritatis amore, studio, ambimus. Qui amor, quod studium si non philosophi nomen meretur, ne ambimus quidem. Physicam philosophiam Aristoteles, à philosophia prima multis locis distinxit, præsertim, 6. Metaphysici (vtimur enim in præsentia receptis inscriptionibus) primo capite, et libri 11. capite 6. verbis vtroque loco clarissimis. primo. *εἰ μὲν οὖν μὴ ἔστι τις ἑτέρα οὐσία παρὰ τὰς φύσει συνεστηκυίας, ἡ φυσικὴ ἂν εἴη πρώτη φιλοσοφία. εἰ δ' ἔστι τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα καὶ φιλοσοφία πρώτη. καὶ καθόλου οὕτως ὅτι πρώτη, καὶ περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὂν ταύτης ἂν εἴη θεωρῆσαι, καὶ τί ἐστι καὶ τὰ ὑπάρχοντα καθόλου ᾗ ὄν. Si enim non est alia quapiam substantia, præter eas quæ natura constant, physica fuerit prima philosophia. Si verò est substantia aliqua immobilis, ipsa prior, & prima philosophia, & vniuersaliter ita quòd prima. Et de ente vti ens huiusce fuerit contemplari, & quid est, & inexistentia vniuersaliter vt ens.* Secundo verò loco. *εἰ μὲν οὖν αἱ φυσικαὶ οὐσίαι πρῶται τῶν ὄντων εἰσί, κἂν ἡ φυσικὴ πρώτη τῶν ἐπιστημῶν εἴη. εἰ δ' ἐστὶν ἑτέρα φύσις καὶ οὐσία χωριστὴ καὶ ἀκίνητος, ἑτέραν ἀνάγκη καὶ τὴν ἐπιστήμην αὐτῆς εἶναι καὶ προτέραν τῆς φυσικῆς καὶ καθόλου τῷ προτέραν. Si verò physicæ substantiæ primæ entium sunt, etiam physica prima scientiarum fuerit. Si verò alia est natura, & substantia separata & immobilis aliam necesse est etiam scientiam ipsius esse & priorem physica, & vniuersaliter priorem.* His locis clarissima distinctio duarum scientiarum. Priore etiam prima philosophia traditur ens vti ens speculari. Et enti accidentia vti ens. Quod item principio 4. libri scripsit. *ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὂν καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. Est scientia quadam, quæ speculatur ens vti ens, & quæ huic accidunt per se.* Hanc verò eam esse, quæ ab initio horum librorum ipsi proposita est inquirenda, his verbis declarat. *ἐπεὶ δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἀκροτάτας αἰτίας ζητοῦμεν, διὸ καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὂν τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον. Quoniam principia, & summas causas quærimus. Ideo nobis entis vti ens primæ causæ sumendæ sunt.* & sequenti capite. *δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς θεωρῆσαι ᾗ ὄντα. πανταχοῦ δὲ κυρίως τοῦ πρώτου ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται καὶ δι' ὃ λέγονται. εἰ οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν οὐσιῶν ἂν δέοι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον, Clarum est, quòd & entia vnius est speculari vti entia. vbique verò propriè primi est scientia, & ex quo alia pendent. & ob quod dicuntur. Si ergo hoc est substantia substantiarū oportuerit principia & causas habere philosophum.* Quid autem sint istæ substantiæ

libro 8.cap.1.declarat hisce verbis: εἴρηται δὴ ὅτι τῶν οὐσιῶν ζητεῖται τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ στοιχεῖα. οὐσίαι δ' αἱ μὲν ὁμολογούμεναι εἰσὶν ὑπὸ πάντων, περὶ δ' ἐνίων ἰδίᾳ τινὲς ἀπεφήναντο. ὁμολογούμεναι μὲν αἱ φυσικαί, οἷον πῦρ, γῆ, ὕδωρ καὶ τ' ἄλλα τὰ ἁπλᾶ σώματα ἔπειτα τὰ φυτὰ καὶ τὰ μόρια αὐτῶν, καὶ τὰ ζῷα καὶ τὰ μόρια τῶν ζώων, καὶ τέλος ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ μόρια τοῦ οὐρανοῦ. *Dictum verò est, quòd substantiarum queruntur causa, & principia & elementa substantia verò alia cōfessa quidem sunt ab omnibus, de alijs verò propriè quidam pronūciarunt. confessa quidem naturales, veluti ignis, terra, aqua, & alia simplicia corpora, deinde plantæ & partes earum, & animalia, & partes animalium, & tandem cælum & partes cæli.* Quæ eadem libro 5. capite 8. etiam tradidit, Harum autem substantiarum, quænam alia sunt, causæ, principia & elementa, quàm materia & forma, & quæ 1. & 2. physico sunt ab eo tradita? Eadem enim verba principia, causæ & elementa procemio statim physico, nominatim scribūt. De materia & forma quoq; 7. & 8. metaphysicis tractat. Et 12, sic orditur. περὶ τῆς οὐσίας ἡ θεωρία, τῶν γὰρ οὐσιῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητοῦνται. *De substantia est speculatio, substantiarum enim principia & causa queruntur.* Et continuato tenore deinceps de sensibili substātia, dē trāsmutatione, de materia & forma, de principijs & elemētis sensibiliū quot & quales sint, quinq; cap. sequentib⁹ pertractat. Quid multa? Eadē est cōtra antiquos de principijs disputatio primo metaphysico, q̄ fuerat 1. physico. Plura multo de principijs ijsdē libris metaphysicis sūt tradita quā physicis, his nāq; 1. lib. capita 8. & libri 2. capita 3. In principiorū horū tractatione cōsumpta sunt. Metaphysicis verò 1. libri capita 5. libri 2 caput 1. lib. 3. capita 3. libri 5. capita 5. libri 6. caput. 1 libri 7. capita 6. libri 8. ca. 1. libri 12. capita 5. Ita vt de naturalib⁹ principijs capita sint in metaphysicis numero 27. physicis verò, capita 11. tantùm. Si itaque tam longam de naturalium substantiarum principijs libris metaphysicis tractauit, quid opus fuit physicis eadem repetere? Si id munus metaphysici (qui substantiarum causas & principia quærit) proprium fuit, alieno loco in physicis eadem tractare fuit. Si verò physici munus fuit, cur longiore disputatione metaphysicis tædio nos affecit? Cur leges à se latas 1. de partibus animalium, de non repetendo eadem sæpe, transgressus est? alieno præsertim munere, siquidem aliam esse physicam philosophiam à (prima philosophia) ipse nōs docuit. Audio quid aiant tutores sui. In metaphysicis tractata esse principia vti sunt entium principia in vniuersum. In physicis, vti sunt entium physicorum principia. Nos verò rogamus. Ecquid Aristotelis doctrina vera est? Primum philosophum tractare de ente vti ens? deque primo ente, quod substantia est? vti 2. capite libri 4. Substantiæ autem confessæ vti ex 5. & 8. attuli sunt naturales illæ, ab eo numeratæ. Sed dicent fortè, metaphysicum non considerare principia naturalium substantiarum, quatenus istæ substantiæ sint cū motu. Quid obsecro aient? Motus non ne accidens est? & quidem accidens substantiæ? accidens entis? ens? nonne metaphysicus motum, vt ens, considerabit? nonne etiam vt accidens entis? nonne etiam vt accidens primo enti substantiæ? quandoquidem considerat inexistentia enti vti ens? & quæ huic inexistunt per se? Præterea, motus nonne est aut actio aut passio? ex prædicamentis vnū vel etiam duo? A metaphysico autem omnia entia prædicamentis comprehensa cōsiderantur, ita enim nos docuit Aristoteles multis locis, & initio libri 8. Nonne Aristoteles metaphysicis libro 7. capitibus 7. 8. 9. de generatione, libri 12. capite 2. de transmuratione disputauit? Nonne totus liber 9 consumptus est in tractatione de potentia & actu? horū prior, ita propria est physicæ materiæ, vt nulla materia sit, nihil omnino generetur, nisi potentia adsit. Est igitur ex hac disputationum serie, ex Aristotelis doctrina, facto ratione, primi philosophi munus, de principijs naturalium rerum, est de potentia, est de motu tractare. Alieno ergo loco inter physica tractata sunt, eodem legum authore, latore, leges suas trāsgrediente. Atque hæc de his breuiter disputata sunto. Maiora aggrediamur.

PRINCIPIORVM CONDITIONES.

POST Anaxagoram primo physico, longo satis sermone, reprehensum, aggreditur Aristoteles suam sensim prodere sententiam. Aitque melius esse pauca & finita ponere principia vti fecit Empedocles, quā infinita, vti fecit Anaxagoras, homœomerias. Rationē eius prolati, & tum subiicet, & quinto toto capite. Sexto demum affert. Sed infert, antiquos omnes, contraria principia posuisse. Parmenides

frigidum

frigidum & calidum. Alij densum & rarum. Democritus solidum & vacuum. Sed cur ait omnes? si Anaxagoras nō posuit contraria, sed homæomerias & ὁμοιομερῆ. Deinde si Parmenides contraria duo posuit, cur accusatur longo & spinoso capite vnū posuisse? Cur falsò accusatur? Dicunt sui, hæc principia duo Parmenidis, naturalia esse, vnum illud non esse physicum. At si non est physicum illud vnum principium cur vir sapiens & bonus exagitatur inter naturalia principia? alieno loco? vbi nunc est methodus Aristotelica, qua tantopere eum præcelluisse sui prædicant? Sed mittamus hæc leuiora, inexcusabilia. Quid deinceps? Omnes veteres, ait Aristoteles, principia contraria fecerunt. Idque collaudat, approbat, tuetur, statuit, cōtraria esse principia Rationem reddit. Quia contrarijs primis conditiones ex insunt, quę principijs debent inesse. Ex aurem conditiones sunt tres. Prima, non oportere principia ex se inuicem generari. Secūda, nō oportere principia ex alijs generari. Tertia, oia oportere ex principijs generari. Hæc vera ne sunt? Cur nō oportet principia ex se inuicē generari? Quę nā principia? Duo genera principiorū nos docet. cōtraria scilicet hoc capite. Deinde cōtraria hæc esse, priuationē & formā: alterū, materiā cōtrarijs his subiectā. Cōtraria hæc principia. ex se inuicē nō generari ait? Si de his id nō dicit dicat nobis alia principia cōtraria. At nulla nos aliá docet Hæc ergo priuatio & forma sunt, quæ ex se inuicem non generantur? Docemur enim. τοῖς ἐναντίοις τοῖς πρώτοις ὑπάρχει ταῦτα. *Contrarijs primis insunt hæc.* & mox. διὰ δὲ τὸ ἐναντία, μὴ ἐξ ἀλλήλων. *Eò quòd contraria non ex se inuicem.* Ait contrarijs primis hoc inesse. Id verò, est ne proprium, primorum contrariorum? an omnium? explicauit. διὰ μὲν τὸ πρῶτα εἶναι, μὴ ἐξ ἄλλων. διὰ δὲ τὸ ἐναντία μὴ ἐξ ἀλλήλων. *Eò quòd prima sint, non ex alijs, eo verò quòd contraria, non ex se inuicem.* Ita vt conditio (ex se inuicem non generari) sit propria cōtrariorū eò quod contraria. Et altera conditio (non ex alijs generari) sit cōtrariorū primorum eo quòd prima Esto. Itaque contrariorū est, vt ex se inuicem non generentur. Quorum contrariorum? artificialium ne, an naturalium? At docet statim quidquid generatur, ex contrario generari. ἀλλὰ λευκὸν μὲν γίνεται, ἐξ οὐ λευκοῦ. καὶ τούτου οὐκ ἐκ παντὸς ἀλλ' ἐκ μέλανος. *Sed album quidem fit ex non albo, & hoc, non ex omni, sed ex nigro.* Nonne album est contrarium nigro? Est quidem. Et album fit ex nigro. Quomodo ergo contrariorum est, ex se inuicem non generari? Nonne hoc ipso capite, exemplis, albi musici, harmonizati. domus statuæ, figurati, docet ex contrarijs oia fieri? Nonne cōcludit in hæc verba: εἰ τοίνυν τοῦτ' ἐστὶν ἀληθές, ἅπαν ἂν γίνοιτο τὸ γινόμενον καὶ φθείροιτο τὸ φθειρόμενον, ἢ ἐξ ἐναντίων ἢ εἰς ἐναντία, καὶ τὰ τούτων μεταξύ. τὰ δὲ μεταξὺ ἐκ τῶν ἐναντίων ἐστίν. *Si ergo hoc verum est fiet omne quod fit & corrumpetur omne quod corrūpitur vel ex cōtrarijs. vel in contraria, & horū intermedia intermedia aūt contrariorum sunt?* Quæ nam ergo hæc est philosophia? Principia ex se inuicem non generantur, quia contraria sunt? & statim. Quidquid generatur, ex contrario generatur? Sed saluabunt (ita enim loquuntur Peripatetici ab Auerroe, non ab Aristotele profecti) me falli, & fallere Non enim, quæcunque contraria, dixisse Aristotelem, ex se inuicem non generari, sed contraria ea quæ sunt principia. Accipio. Esto sanè. Sed quæ nam sunt ista cōtraria, quæ principia sunt, quæ nā alia dabunt nobis, noua, an vetera præceptoris? Si noua, nihil ad Aristotelis doctrinā. Si præceptoris vetera, & rectè facient, & dabunt priuationē & formā. Hæc nāq; & prima & contraria sunt simul. Quid ergo, hæc, nonne ex se inuicem generātur? Nonne ex priuatione fit forma? & ex forma, nonne priuatio fit? Liceat euiq; hominū ex inductione Aristotelica singularium vniuersale concludere. Aristoteles ex nigro, priuatione album, formam generauit, ex amuso, musicum, ex anharmosto harmonizatū, ex infigurato figuratum, ex priuatione cuiuscunque formam cuiuscunque, & conclusit vniuersaliter. *Ergo quidquid fit, ex contrario fit.* Idem 7. capite, exemplis artificialibus adstruxit. Nos naturalibus, magis ad rem facientibus inducamus. Ex nō homine fit homo, ex non equo, equus, ex non boue bos, ex non asino asinus, ex non arbore, arbor Et sic de singulis. Ergo ex priuatione cuiuscunque rei, fit forma rei eiusdem. Neque verò hæc Aristotelica doctrina non est. Vt etiam altera hæc: Ex forma fit priuatio, ex homine, non homo, ex equo non equus, & cætera, quando scilicet corrumpuntur. Fit ergo in indiuiduis, generatio omnis, Aristotelico dogmate, ex priuatione ad formam, & corruptio omnis ex forma ad priuationem. Verum ergo est id. in qualibet etiam specie dicere.

atque etiam in quolibet genere, si per tutores liceat ex indiuiduis species, ex speciebus genera verè colligere. Verum ergo erit ex priuatione in genere, formam in genere generari, & ex forma priuationem. Verū quoq; hæc duo Aristotelica principia. Verum quoque, hæc esse contraria. Verum quoque esse prima contraria. Verum denique contraria principia ex se inuicem posse generari. Cur ergo docemur, principia, quia contraria sint, ex se inuicem non generari? Si argutentur iterum Aristotelem dixisse, primis id contrarijs, non quibuscunque conuenire Sanè percepimus id & conclusimus iam. Sed quia id eis libet, denuo interrogabimus, an ipsi quicquam cognoscant, quod principijs prius sit? An hæc duo formam & priuationem, pro principijs, & quidē contrarijs primis agnoscāt? Si agnoscāt, cōclusam rē habemus. Si non agnoscant, rogabimus, vt prima ista principia ignota nobis prodant, ostendant nobis patrem ac matrem principiorum. Si non ostendent (neque enim ex Aristotele possunt) pro concesso, pro confesso concludemus nos ex Aristotele, priuationem & formam principia esse, prima principia esse, contraria principia esse, prima contraria esse, nihilominus ex se inuicem posse generari. Atque ideo non veram esse, primam de tribus, principiorum conditionem. Principia ex se inuicem non generari. Et si adferant ex 7. capite, id non posse fieri, quia præceptor docuerit, *ὑπ' ἀλλήλων γὰρ πάσχειν τὰ ἐναντία ἀδύνατον. Ab inuicem enim pati contraria, impossibile*: Adferā ego ex 9. capite contrariam huic doctrinam *φθαρτικὰ γὰρ ἀλλήλων τὰ ἐναντία. Corrupti bilia enim adinuicem contraria*. Et quod illi per illam negent, id ego per hanc affirmabo. Quid ergo cōtrarius sibi ipsi Aristoteles? Id arguere nō pergā saluēt sui, si modo possunt, ac torqueāt sua, & aliorū ingenia. Hæc de prima principiorū cōditione.

Quid de secunda? *Principia non gigni ex alijs*. Hæc quidem verissima est. Si enim ex alijs fierent, non hæc, sed alia illa essent principia.

Quid de tertia? *Et ex his omnia alia?* Ex principijs enim omnia: non quidem immediatè omnia, sed tamen omnia quæcunque fiunt. Confessum esto. *Principia non fieri ex alijs. Ex principijs omnia*. Prima illā reiecta, negotium nobis amplius non facessat. Duæ istæ conditiones ex Aristotelis doctrina, primis contrarijs conueniunt, ita vt prima contraria, principia rerum naturalium esse concludantur.

Sed quæremus nos dubitatores, quandoquidem, *de singulis dubitare non est inutile*, vtrum duæ istæ principiorum conditiones, magis, primis contrarijs, quàm primis similibus conueniant? Cur non prima similia poterunt dici ex veterum doctrina, nō ex alijs generari? ex primis similibus, oīa generari? Si quærāt à me, ostende nobis prima similia Quærā ego ab eis ostendite nobis prima cōtraria. Ostendēt, priuationē & formā Si negauero ea esse prima cōtraria, quomodo probabūt? Nimirū argumēto Aristotelis ex 6. ca 1. physici. *μία δ' ἐναντίωσις ἐν παντὶ γένει ἑνί, ἡ δ' οὐσία ἕν τι γένος. Vna cōtrarietas in omni genere vno, substātia verò vnum quoddā genus* Nec solū vnū quoddā genus, sed *primū genus πρῶτον γένος*, ex 4. metaphysico, ex prædicamētis. Contrarietas ergo quæ est in substātia, est prima cōtrarietas. At nulla est contrarietas in substantia, ô boni, ex prædicamento substantiæ ex hoc ipso 6 capite. *ἔτι δ' οὐκ εἶναί φαμεν οὐσίαν ἐναντίαν οὐσίᾳ. Adhuc nō esse dicimus, substantiā cōtrariā substātiæ*. Si argutentur, hæc verba dicere, substantiā nō esse contrariā substātiæ, rogabo ego, an aliquā agnoscāt in substātio cōtrarietatē? Si nullā aient: contradicēt Aristoteli id asserēti. *μία δ' ἐναντίωσις, ἐν παντὶ γένει ἑνί, ἡ δ' οὐσία ἕν τι γένος. Vna cōtrarietas in omni genere vno, substātia verò vnū quoddā genus*. Ergo in substātia cōtrarietas est. Et in fine capitis. *ἀεὶ γὰρ ἐν ἑνὶ γένει μία ἐναντίωσίς ἐστι. Semper enim in vno genere vna contrarietas*. Et ante. *ἡ γὰρ οὐσία ἕν τι γένος ἐστὶ τοῦ ὄντος. Substantia namque vnum quoddam genus est entis*. In omni genere vnō, vna est contrarietas, substantia est vnum genus, in substantia ergo vna est contrarietas. Argumentum nullo vitio laborans. At quænam est ista in substantiæ genere contrarietas? Si dicant priuatio, & forma. Formam, substantiam ex eorum philosophia, esse concedam. De priuatione rogabo, an substantia sit? Si negabunt, subiungam. Ergo priuatio, in genere substantiæ non est. Non ergo priuatio & forma, contrarietas in substantiæ genere est. Si affirmant priuationem substantiam esse: Subdam. Ergo aliquod non ens, substantia est, & aliqua substantia est non ens, hoc sanè argumento, vestra confessione. priuatio est substantia, priuatio est non ens, ex 8. & 9. capitibus huius primi physici. Ergo aliquod non ens est substantia. Ergo etiā

per

per conuerſionem,aliqua ſubſtantia eſt non ens. Quod ſi audeant aſſerere, flagello eijciam ſophiſmatum venditores,è philoſophiæ templo ſacroſancto. Si negetur vt abſurdum: abſurdum id quoque fuerit, vnde ſequitur,ſcilicet,priuationem eſſe in genere ſubſtantiæ.Non ergo hæc contrarietas priuationis & formæ, in ſubſtantiæ genere eſt.Quæ nam igitur alia eſt,in ſubſtantiæ genere contrarietas? Si nulla reperiatur,in ſubſtantiæ genere non eſſe contrarietatem dicemus.Atque ideo non eſſe verum.In omni vno genere vnam eſſe contrarietatem. Quod prædicamento ſubſtantiæ & quantitatis,præceptor ipſe confirmauit,nullam in eis contrarietatem eſſe docens.Primum genus cui inſit contrarietas,eſt qualitatis genus. At iſti ipſi generi,etiam ſimilitudo eſt propria.Prima ergo contrarietas in qualitate, prima etiã ſimilitudo in qualitate.Cur ergo,non fieri ex alijs,alia fieri ex ipſis,magis primis cõtrarijs conuenit,quàm primis ſimilibus:cum vtraque in eodem genere ſint? Quia, inquient,Ariſtoteles docet,generationem ex contrarijs,non ex ſimilibus fieri At inquiam ego.Antiqui docent,generationem ex ſimilibus fieri, non ex contrarijs. Inquient,authoritas virorum impar. Non ſunt veteres cum Ariſtotele comparandi; Mittamus authoritates, philoſophis rerum veritatis indagatoribus non dignas. Dicant nobis Ariſtotelicam rationem,in re ipſa, non in illius authoritate ſitam oſtendant.Aient,ex nigro fit album, aient veteres, ex albo fit album,ex nigro fit nigrum, oſtendent veteres,in ſubſtantiæ quoque genere ſimilitudinem, ſimileque ex ſimili generari,hominem ex homine,nigrum hominem ex nigro homine, albũ hominem ex homine albo,vos non poteſtis in ſubſtantia contrarietatem reperire. Non gignitur ex homine albo, niger homo,ex nigro homine, albus homo, niſi per accidens,vt album,(aiebat præceptor)per accidens,fit ex muſico. Sed ita,vt plurimum fieri,vti natura opera ſua facit oſtendere nõ poteritis?. Quid ergo,vtra verior ſententia, Ariſtotelis ne, ex contrarijs contraria fieri?an antiquorum, ex ſimilibus fieri ſimilia?cum hoc rerum ordine natura,vt plurimum, per ſe, ordinatè, res ſuas generet,ex contrarijs,neque propriè neque per ſe,ſed per accidens generat? Quin imo,ſi verum ſit,ex contrarijs res generari,nulla generabitur ſubſtantia nulla enim ſubſtantia contraria ſubſtantiæ,nulla in ſubſtantia contrarietas.Si dicatis, in ſubſtãtia eſt contrarietas,corporeum & incorporeum,animatum,inanimatum, rationale,irrationale,aiam ego cum bonis antiquis, corporeum ex incorporeo non fit,neque incorporeum ex corporeo,neque animatum ex inanimato generatur, neque inanimatum ex animato, neque rationale ex irrationali: neque ex rationali irrationale,niſi fortè per accidens. Non ergo in ſubſtantia, ex contrarijs fit generatio, ſed ex ſimili,corporeum ex corporeo,animatum ex animato, rationale ex rationali,irrationale ex irrationali:homo ex homine. homo. n. generat hominẽ,ait etiã præceptor,bos bouem,equ⁹ equũ.Non ergo verè,contrariũ ex cõtrario,ſed ſimile ex ſimili, natura rerum res ſuas generat.Falſum ergo eſt,ad rerum effectus comparatũ,Ariſtotelicum dogma contrarium ex contrario fieri. Falſum eſt principia eſſe contraria Falſum denique contrarijs primis competere,ex ſe inuicem non generari. Falſum etiam, omnia ex ipſis generari, cum nulla ſit in primo genere in ſubſtantia cõtrarietas:eſt tamen in primo hoc genere generatio,eſt etiam in ſecundo quantitate ſcilicet,vbi itidem nulla contrarietas.Et in tertio,qualitate, vbi primum fit contrarietas,generatio non ex contrarijs,ſed ex ſimilibus album ex albo,non ex nigro, calidum ex calido,non ex frigido.Sed poteſt nobis confuſionem fortè parere, modus iſte loquendi,fieri generari,ex.Videtur enim Ariſtoteli particula iſta (EX) materiæ conuenire propriè,vt cum dicitur,ex ſemine fit planta,ex lapidibus domus.cum autem dicitur(ex contrario,ex priuatione) videtur nec materiam,nec formam,nec efficiens ſignificare,nec finem. Cum dicitur generari ex ſimilibus, videtur efficiens vel forma dici.Ac propterea modus iſte loquendi,ſi poteſt,tollendus, vel ex natura principiorum declarandus:atque ex ipſiuſmet Ariſtotelis doctrina. Quid eſt igitur principium,bone Ariſtoteles?Encomia,laudes magnas & pulchras ab eo principij habemus.laudem quidem bis 1.de cœlo capite.5. τούτου δ' αἴτιον,ὅτι ἡ ἀρχὴ,δυνάμει μεῖζον ἢ μεγέθει,διόπερ τὸ ἐν ἀρχῇ μικρὸν.ἐν τῇ τελευτῇ γίνεται παμμέγεθες.*Huius verò cauſa eſt, quia principium poteſtate maius eſt quàm magnitudine, quare quod in principio paucum eſt,in fine fit permagnum.*1.Nicomachio capite 7.μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πε-

φύκασι, καὶ σπουδαστέον ὅπως ὁρισθῶσι καλῶς. μεγάλην γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα, δοκεῖ ἂν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. *Perfequi tentandum singula, quatenus sunt nata: & studendum, vt definiantur rectè. Magnum enim habent momentum ad sequentia, videtur itaque plus quàm dimidium totius esse ipsum principium.* Significata principij septē, ordines duos 5. metaphysico habemus capite 1. definitionem nullā. Ita ferè non dicam in omnibus, sed maiore in parte, definitio rerum, à methodicotato philosopho omittitur: vt liberioribus scilicet legibus frueretur, vti fœcunditatem ingenij, facundiam linguæ, veluti ad thesin Rhetoricam philosophiæ Theoremata declamaret. Si definitio cuiuscunque rei, principio aut medio, aut etiam fine tradita ab eo esset, non illi licuisset tam liberè, tam contradictoriè sæpe euagari, propositam rem omittere, aliam agere, quàm sæpissimè. Date igitur nobis methodicotati, principij definitionē in tot tractationibus de principijs. Definitione nō respondet Aristoteles: respondet significatorum enumeratione. Prima principij significatio, vnde quidpiam rei moueatur primò. 2. vnde aliquid pulcherrimè fiat. 3. vnde primo aliquid fiat inexistente. 4. vnde primò aliquid fiat non inexistente. 5. vbi ex electione mota mouentur. 6. artes. 7. vnde primo res est cognoscibilis. hæc septem sunt significata, ex quibus communes omnibus proprietates colliguntur. in his verbis: πασῶν μὲν οὖν κοινὸν τῶν ἀρχῶν τὸ πρῶτον εἶναι ὅθεν ἢ ἔστιν ἢ γίνεται ἢ γιγνώσκεται. τούτων δ' αἱ μὲν ἐνυπάρχουσαι εἰσίν, αἱ δ' ἐκτός. διὸ ἥ τε φύσις ἀρχή, καὶ τὸ στοιχεῖον, καὶ ἡ διάνοια, καὶ ἡ προαίρεσις, καὶ οὐσία καὶ τὸ οὗ ἕνεκα. *Omnium sanè commune est principiorum, vt primum sit, vnde quid vel est vel fit, vel cognoscitur. horum verò alia inexistunt, alia extra sunt. Ideo etiam natura principium est, & elementum, & ratiocinium, & electio, & essentia & id cuius gratia.* Sed proferent tandem, procul à principiorum tractationibus repertam principij definitionem capite 3. libri de Poetica. ἀρχὴ δ' ἐστὶν ὃ αὐτὸ μὲν μὴ ἐξ ἀνάγκης μετ' ἄλλο ἐστὶ μετ' ἐκεῖνο δ' ἕτερον πέφυκεν εἶναι ἢ γίνεσθαι. *Principium est, quod non necessariò post aliud est. Sed post ipsum aliud aptum natum est esse vel fieri.* Mitto excutere qualis nam sit hæc definitio. Sed contraria illa quę pro principijs rerū nobis ponūtur, definitione hac cōprehensa ne sunt? Ea nō necessariò aliud præcedere videtur? Si non necessariò, an possibiliter? Si hoc, potest ergo aliquid principiū anteire. Si hoc, quomodo ei conditioni respondebit, principia non esse ex alijs? An fortè definitio hæc, inter fabulas posita, fabulis competet? primis rerum naturæ principijs non competet? primis scilicet contrarijs? Sed contraria hæc prima quæ principia rerum naturæ statuuntur, ad quem nam principij ordinem reducuntur? Ex eorum ne numero sent, quæ rei insint? an quæ extranea sint? si dicatur, contraria ambo inesse rei, res ergo non duabus naturis materia & forma constat, sed tribus: subiecto & duobus contrarijs, priuatione & forma: calido & frigido, quo quid absurdius? Si dicatur, contraria ambo extra rem esse, res ergo solo subiecto, nulla forma cōstabit. Reliquum ergo est dicere contrariorum alterum extra rem esse, alterum rei inesse. Experiamur id in rebus ipsis. Lignū, ante frigidū est, accedente igne, calescit. Frigiditas ligni extra lignum est, an vero ligno inest, ante quàm lignum incalescat? Nulli sensato dubium, inesse. Caliditas ergo extra lignum est. At quæ caliditas? ligni ne, an ignis? ignis quidem caliditas extra lignum, sed ligni caliditas in ligno. Si & ipsum ex elementis quatuor commistis constet. Vtra harum duarum caliditatum frigiditati ligni contraria est? vtraque nimirum. Vtra generatur? ligni caliditas quæ prius extra lignum erat. A quo nam generatur? à ligni ne frigiditate, an ab ignis caliditate? Si vera est positio, contrarium à contrario generari, ligni caliditas à ligni frigiditate generatur. Quid igitur opus fuit ignem adferre vt lignum incalesceret? quandoquidem frigiditate sua incalescit, accenditur, hiemeque nos frigentes calefacit. Sed id quidem nostra tempestate euaserit ridiculū, fortè in Græcia olim fuit in vsu, atque ex vsu. Rationabile namque est credere id euenisse: alioquin, rem nostris temporibus, nostris oculis, manibus tam fatuam, sapientissimus omnium hominū magister, libris suis nō inseruisset, contrarium à contrario fieri non asseruisset. Cum itaque eo temporis ita contigerit irreprehensus maneto. Nobis quibus aliter tempora attulerunt, aliter asseuerandum, calorem ligni, à calore ignis, simile à simili, non contrarium à contrario generari. hominem rationalem, non ab irrationali bruto aliquo, sed à rationali homine, & simili homine generari, à simili externo, simile

*Principij definitio qualis, & significata & ordines.*

*Principij significatio prima & reliqua.*

*Principij Aristotelis definitio.*

simile internum rei. Atque ita verum fuerit, principium alterum extra rem esse, alterum rei inesse. Sed similia esse ea, non contraria. Atque etiam ita principia manebunt quarta conditione, si similia sint. Si verò contraria, alterum non manebit: frigiditate ligni à caliditate ignis expulsa. Sed clamabunt hic optimi tutores: me equi uocum facere, technas struere, namque Aristotelem dixisse Contrarium ex contrario, non autem contrarium à contrario fieri, aliudque esse (ex) aliud (ab) Esto, examinemus igitur istud vestrum (ex) quid sibi velit acuto isto aculeo. Si (ex) vim talem habet, vt contrarium possit facere esse principium, necesse est istud, (ex contratio) in aliquã principij significationẽ incurrere. Ex cõtrario itaq; est ne principiũ vt natura? si tale esset aut materia aut forma esset necessariò aut vniuersalis natura quæ efficiẽs causa est. At nulla harũ triũ potest dici natura istud (ex contrario) Quid? an vt elemẽtũ? Si id, esset tũ aut materia, aut forma aut vnũ ex elemẽtis, aut ex mistis elemẽtatis aliquid. Nõ est autẽ, vt non est etiã, veluti ratiocinium, neq; vt electio, vt verò substãtia, potest ne? At quo pacto, si substantię nihil est contratiũ? Si nullũ in substantia cõtrariũ? Si nulla substantia, substantiæ contratia? si nõ materia, si non forma, si nõ cõpositum? At neq; vt, cuius gratia & vt finis. Nullum itaque, (istud ex contrario) est ẽ dinumeratis vltimo loco ab Aristotele principijs. An verò de prioribus, illud, vnde res est cognoscibilis primo? Nequaquam. Vt verò artes? neque id. Quid, cuius secundum electionem mouentur mota? Neque id quidem. Fortè verò tale est principium Vnde fit primum non inexistente? Id fortè est. Non enim in ligno iam calefacto inest frigiditas. Sed neque id quidem, quando Aristoteles met ipse continuatis verbis explicat hisce. *Vnde primum motus natus est incipere, & mutatio, veluti filius ex patre & matre & pugna ex conuicio.* Quid ergo est ne principium illud, vnde primum fit in existente? Nequaquam. non enim inest rei eo modo quo Aristoteles explicat, *veluti nauigij carina, & domus fundamentum.* Quod si non cadat in reliqua duo principij significata, actum iam fuerit de isto, (*ex contrario*) ea sunt, *vnde pulcherrimè vnumquodque fiat.* Non videtur. Secundo verò, *vnde aliquid rei moueatur primum.* Hoc sanè videtur. Nam ignis videtur calefactionem suam incipere in frigiditate ligni, vt in frigiditate videatur primum res moueri, vt motus initio viæ vel longitudinis. Sed si tale principium est, cur non dicitur ab Aristotele, omnis generatio fit in contrario? & desinat nobis ambiguitatibus mentem perplectere? Omnis ergo generatio fit in contrario, atque in hoc redit illud, ex contrario, vt motus in via. Atque ita contrarium est principium generationis, vt viæ initium est principium motus gradientis. Si ita dixisset exemisset hominum ingenia ex tormentis, in quæ sese cõijciunt sponte, vt beatum principium hoc generationis intelligant. Aequiuocã illa, ex contrario, à contrario Peripati vniuersi mentes excruciat. Dicatur igitur omnis generatio fit in contratio, atque *κάλλιστα ἂν γένοιτο, pulcherrimè fiet,* in contrario. Non autem ex contrario, non enim vt ex materia aut ex forma, vt domus ex lapidibus. Neque à contrario, vt ab efficiente. Id enim falsum esse est ostensum. Sed à simili efficiente. Itaque horum loco reponatur. Quidquid gignitur, in contrario gignitur. Quidquid corrumpitur, in contrario corrumpitur, & contraria, talia principia rerum dicuntur, vt in quibus generatio & corruptio fiat: non autem ex quibus, aut à quibus. Sed hoc ipsum etiam in contrario fieri, ne in nouas difficultates incidamus (sat enim superque priores torsiones nos defatigarunt) clarius excutiamus. Omnis peripateticorum Senatus populusque sine discrimine, sine hæsitatione vlla, autumant, *Quidquid fit, ex contrario fit.* Id verum ne esset, an secus, nunquam cogitasse videntur, nunquam in rebus, tantum in Aristotelis verbis expenderunt, nunquam cum experientia contulerunt. Quia id Aristoteles dixerit, verissimũ credere sat habuerunt. Pythagoricum morem ab authore eorum reprehensum; *αὐτὸς ἔφα*, in Aristotele renouarunt. Solus de tot millibus, ni fallor, Philoponus hæsitauit, rem pro comperta non habuit. Sed quomodo exponeretur illud (ex) laborauit. In hanc sententiam venit, vt illud (ex) idem diceret, quod (post) vt totum hoc *Quidquid generatur ex contrario,* id est. Post contrariũ, sonaret. Procul sanè ab Aristotelis verbis, à Peripateticorũ omniũ sentẽtia. Non tamẽ ita procul à re. Nãq; in ligno frigido calor inducitur postquã frigus ibi est. nisi in ligno frig⁹ fuisset, calor illuc nõ esset inductus. Sed calore aduenĩete, frigus decedit, ita vt verè dicatur calorem in li-

*Philopõni dubitatio & interpretatio.*

gno post frigus generatum esse. Sed vtrum horum, principium est generationis? An vtrumq;? Sed videndũ, lynceis oculis peruidendum, idem ne sit dicere, cõtraria esse principia generationis. Et quidquid fit, ex cõtrario fit? Videtur sanè illud, (*Quidquid fit*) genitum inferre. Generationem verò viam esse ad genitum efficiendum. Vtrũ igitur verè dicẽt Peripatetici, omnis generatio fit ex cõtrario, vel à cõtrario, vel post contrariũ? vel verius dicem⁹ nos, qui nõ iurauimus, omnis generatio fit in cõtrario? Generatio ista excutienda ecquid in sinu habeat æquiuoci, ne nobis ludificetur.

Duplicem videtur Peripatus adinuenisse, vel etiam triplicem. Prima est generatio ea, quę excepto locali, pro quolibet motu sumitur, sine discrimine, vt non magis formam, quàm magnitudinem, aut qualitatem aliquam dicant esse generatam. Secunda magis propria, pro motu eo, in qualitatibus substantiæ alicuius, qui veluti præparatio, & dispositio quædam est ad substãtialem formam inducẽdam. Tertia ipsius substãtialis formæ inductio. Quid igitur dicemus? Tertia hæc generatio quæ propriè est generatio ex cõtrario ne facta est, an à cõtrario, an post contrarium? At quo pacto horum vllum dicẽdum, si nulla in substãtia cõtrarietas? Sed esto in substantia cõtrarietas, ea, quam Aristoteles, quam Peripateticorum omnis Senatus, ne populum dicam, assignãt. Priuationis scilicet & formæ. Vtrum ergo forma, ex priuatione facta est, vel à priuatione vel post priuationem? Certè rectius, verius, auribus, mẽtibus cõsonantius dicetur, post priuationem, generationem formæ factam esse. At secũda generatio ex cõtraria ne qualitate, an à cõtraria, an post cõtrariam dicẽda est fieri? Eodem certè modo quo prior. Neque enim ex frigiditate aut à frigiditate, sed post frigiditatem calor ille ad formam dispositiuus, inductus est. Eodem etiã pacto prima illa generalis generatio, nõ ex cõtrario, nõ à cõtrario, sed post cõtrariũ fit. Hæc de generatione triplicis significati. De generato verò quid nobis ex veritate dicẽdum? Calor fit in ligno ab igne, vtrũ ne ex cõtrario, an à cõtrario, an post cõtrarium? Forma bouis fit in sanguine ac semine, an ex bouis priuatione, an à bouis priuatione, an post bouis priuationem? Cui dubium post cõtrarium? post bouis priuationem, calorem genitum? bouem factum? Excludatur ergo à philosophia, à veritate, modus ille vel loquẽdi, vel opinãdi, vel sciẽdi: omnem generationem, omne generatum ex cõtrario, vel à cõtrario fieri: retineatur hoc, post cõtrarium, post priuationem. Sed illud nostrum in cõtrario generationem fieri, generatum in contrario fieri, tollendum ne, an retinendum? Generatio illa triplex fit in subiecto aliquo. Non negabunt. Generatio magnitudinis, caloris, formæ, clarum est, oculis obiectũ est, fieri in subiecto, paruo, frigido, vel medio: ea forma priuato, & generatum omne, in subiecto ea forma priuato, subiecto cõtrariam vel qualitatem vel magnitudinẽ possidente. Tenendum ergo & hoc nostrum. *In contrario* subiecto scilicet contrarium ante possidente, siue id priuatio sit, siue qualitas siue etiam quantitas. Concludamus tandem, omnem generationem, omne generatum, non ex contrario, non à cõtrario, sed post cõtrarium, & in cõtrario fieri. Quamobrem illud falsi est arguendum, quod capite 5. physici primi Aristoteles concludit. ὥστε πάντ᾽ ἂν εἴη τὰ φύσει γινόμενα, ἢ ἐναντία ἢ ἐξ ἐναντίων. *Itaque omnia quæ natura fiunt fuerint vel contraria vel ex contrarijs.* Falsum inquam id totum est. Falsumque esse Aristotelesmet ipse attestatum reliquit 1. de Ortu & interitu capite 5. docens nos in hæc verba. γίνεται μὲν οὖν ἁπλῶς ἕτερον ἐξ ἑτέρου, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις διώρισται, καὶ ὑπό τινος δ᾽ ἐντελεχείᾳ ὄντος, ἢ ὁμοειδοῦς, ἢ ὁμογενοῦς, οἷον πῦρ ὑπὸ πυρός, ἢ ἄνθρωπος ὑπ᾽ ἀνθρώπου. *Gignitur quidem simpliciter aliud ex alio, sicuti & in alijs determinatum est, & ab aliquo actu existente, vel eiusdem speciei, vel eiusdem generis, veluti ignis ab igne, & homo ab homine.* Et eiusdem libri capite 7. scribit. ἀνάγκη καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον, τῷ γένει μὲν ὅμοιον εἶναι καὶ ταυτὸ, τῷ δ᾽ εἴδει ἀνόμοιον καὶ ἐναντίον. *Necesse & efficiens & patiens genere simile esse & idem, specie verò dissimile & contrarium.* Posterior sanè hæc pars, specie dissimile & contrarium apertè cõtradicit superius scripto. ὁμοειδεῖ *eiusdem speciei*, neque vllis saluatorum machinis potest conciliari. Aduertendum illud quoque quod ait. Διὸ καὶ εὔλογον ἤδη τό τε πῦρ θερμαίνειν, καὶ τὸ ψυχρὸν ψύχειν καὶ ὅλως τὸ ποιητικὸν ὁμοιοῦν ἑαυτῷ τὸ πάσχον. τό τε γὰρ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον ἐναντία ἐστὶ, καὶ ἡ γένεσις εἰς τοὐναντίον. ὥστε ἀνάγκη τὸ πάσχον εἰς τὸ ποιοῦν μεταβάλλειν. *Quare rationabile iam est ignem calefacere, & frigidum frigefacere, & omnino efficiens assimilare sibi patiens, efficiens enim & patiens contraria sunt, & generatio*

in

*in contrariũ,atque necesse est patiens in efficiens mutari.* Quibus sanè verbis generationem fieri in contrarium autumant,non ex contrario aut à contrario. Sed non minor contradictio hæc alia est,dum agens & patiens ait esse contraria: suprà verò dixerat,vel *ὁμοειδῆ,eiusdem speciei.* Qua re quid incõstantius?quid tanti nominis philosopho indigni?Sed licuit sibi quidquid voluit:& tamẽ, omnia,credita à suis sunt oracula,in contrarijs dogmatibus permultis, fides par illi habita. Eiusdem speciei sunt homo generans cum homine genito:ignis generans cum genito igne,non autem contraria sunt,& si quæ est inter agens & patiens differentia, inter ignem & lignum,inter hominem & menstruum sanguinem,ea primo generis differentia est, speciei non primo,eademque nõ sunt contraria sed heterogenea. Sed nos res ipsas perpendamus,contradictiones suas mittamus.

In omni generatione est agens,est patiens,vt alterum agit,alterum patitur, contraria videntur,namque actio & passio contrariæ. An verò alia etiam ratione contraria sint,id est disquirendum. Ignis agit in lignum frigidum, quod ignis calorem patitur,vt ignis agens est, lignum patiens contraria sunt inter se. An verò contraria etiam genere?Nequaquam,nam ambo substantiæ,ambo corpora,ambo in anima, his rationibus homogenea sunt. Sed alterũ simplex,alterum mistum forte est, hac ratione videntur contraria esse. An ideo quòd mixtio ignis cõtraria est simplicitati ignis,mistione illa patitur a simplicitate? ita vt formæ istæ ad inuicem agant, & patiantur?vel totum lignum à toto igne patitur? Si priori modo respondeatur, actiones nõ amplius erũt *τῶν ὑποκειμένων,suppositorũ*, sed formarũ ipsarum. Si secũdo, rursus rogabo,lignum ab igne patitur,ob suam mistionem,qua scilicet est contraria ignis simplicitati,an alia ratione? Si ratione mistionis,passio hæc ligno inesset, simplicitas ignis,non nisi in mistum corpus ageret, & ab igne non nisi mistum corpus pateretur. At confessum est,ignem agere,apud Peripatum, in aerem, in aquam in terram,simplicia corpora:& lignum mistum corpus,à misto etiam corpore patitur:securi,lapide [illegible]. Non ergo hæ actio & passio,ratione contrarietatis, quæ inter simplex & mistum corpus est,eueniunt. Alia ergo ratio quærenda. An igitur,quà substantiæ,quà corpora,quà inanima ambo?si quapiam harum, iam potius, quia eadẽ,nõ quia contraria agit alterũ,alterũ patitur. Qua ergo ratione id illis euenit? An quia eiusdem non sint speciei? Id enim fortè visus est Aristoteles innuere, cum diceret,Agens & patiens oportere esse homogenea,specie verò non similia, sed cõtraria. An verò species ignis cõtraria est speciei ligni?At qua contrarietate? Neque enim manifesta per seipsam est. Fortè dicatur, contrarietate formæ & priuationis? quia scilicet lignum priuatum est ignis forma. At hæc non est specierum contrarietas,species enim & ignis & ligni,ens est per se,priuatio per se est non ens. Si contrarietas ista ignis & ligni,est penes calidum & frigidum, dicimus nos,istam esse accidentium contrarietatem,qualitatum,non specierum. Deinde quæremus si lignũ calidum calore solis sit,postea ignis accedat,an ideo ignis calidus, in calidum illud lignum,quia cõtraria non sunt,non aget?non accendet?non comburet? Si hoc cõcedatur, *διανοίας ἀῤῥωστία,mentis morbo* dicemus eos ægrotare, qui tam sensatam rem dimittant,rationem rei quæ non est perquirant. Si cõcedatur, ignem in calidum lignum acturum, iam id non erit ratione contrarietatis, quæ nulla est. Si arguentur,illud lignum calidum effectum esse prius ab igne aliquo, concedemus nos libẽter:sed secundum actionem,interrogare vrgebimus,an ratione cõtrarietatis calidi & frigidi sit, cum nulla adsit frigiditas? Si nobis concedent,secundam actionem nõ ratione contrarietatis factam,iam extorsimus,non omne quod *φύσει natura* fit, ex contrarijs,à contrario,post contrarium,in contrario fieri. Si de prima actione nos illi interrogent,quæ facta est,inter ignem calidum,& lignum frigidum, an ratione contrarietatis facta sit? Si fatebimur,adiungemus,eam contrarietatem non in *ὁμοειδῆ τε eiusdem species*,sed in qualitatibus,in accidentibus fuisse. Deinde addemus: accidisse ligno vt frigidum esset, vt etiam in secũda actione accidat,vt calidum sit: Atque inter ignem & prius lignum contrarietatem per accidens fuisse. Ideoque per accidens istud,cum è scientijs ab Aristotele eiectum sit,reijci debere è scientiæ naturalis principijs,asseremus,de rerum generationis principijs eximi debere. Non debe-

te rerum ipsarum accidentalia esse principia, credi, admitti, esse per se, esse ordinata, esse permanentia debere. Si non fatebimur actionem illam primam, ratione contrarietatis factam, rationem adferemus, quia ignis sua caliditate, non in omne frigidum agit, non in adamantem, non in Salamandram, ac fortè non in alia aliqua. Deinde, debere etiam frigus, ratione istius contrarietatis in omne calidum agere, nullū autem in ignis caliditatem agit. Neque omne humidū in omne siccum, neq; omne siccum in omne humidum, nec omne leue in asperum, aut densum in rarum, aut leue in graue, aut tenax in friabile, aut molle in durum, neque omnia ista, è conuerso in sua contraria. Quod tamē, si formalitas, vt loquuntur, actionis & passionis omnis naturalis generationis contrarietas esset, eique primo & per se competeret, inesset: competeret & inesset etiam *καθόλου vniuersaliter*, & necessariò, omni contrarietati. At si non omni competit, non omni inest, non ergo per se, non primo competit, vt omnis rerum generatio, vt omnis actio & passio rerum inter contraria, à contrarijs necessario fiat. Et si fiat id, per accidens iam fiat. Si argutentur, id datum, primis, non secundis qualitatibus, fatentur iam contrarietatem non esse *καθόλου* primo, per se, principium actionis & generationis. Deinde quæremus nos. An id in primis qualitatibus contrarijs sit *καθόλου*, primò, per se? Si non fatebuntur, per accidens, id eis quoque inesse, fatebuntur. At si fatebuntur, *καθόλου*, primò, per se. Rogabimus, cur siccum non agit in humidum suum contrarium? Non enim visum est vnquam terram siccam humidum aquæ aeris, siccasse. Atque etiā cur frigiditas terræ, ignem non frigefacit? Si excusent id datum, igni, vt terræ frigiditatem calefaciat, non è conuerso & aquæ humiditatem siccitatem terræ humefacere, non è contra, interrogabo, cur id eueniat? Si ratione contrarietatis actio fiat, cur id potius calido & humido datum, quàm frigido & sicco? Si dicant, cuiusdam maioris actiuitatis causa, quæ in calido & humido est, id euenire, iam qualitatum contrarietatem mittunt, quantitatis contrarietatem inducunt. Si modò maius & minus contraria sunt. Si nō sunt, actio iam omnem contrarietatem exuit. Si sunt exemit sese actio ex primarum qualitatum contrarietate. Si sunt, contraria maius & minus, an ratione contrarietatis huius agunt & patiuntur? an alia quappiam ratione? Si contrarietatis ratione, cur non omne maius in omne minus agit? cur nō etiam omne minus, in omne maius? Si id in rebus non est obseruatum, nec fit, eximimus actionem ex hac quoque quantitatis contrarietate. Si verò non sit in substantia contrarietas, vt nobis tradidit naturæ magister, omnem generationem, omnem actionem ex omni contrarietate eximimus. Non est ergo contrarietas principium actionis & passionis, non omnis generatio ex contrario fit, non à contrariò, non post contrarium, non in contrario ratione contrarietatis scilicet per se, primo, *καθόλου*, necessariò. Et si qua contrarietas intercedat, ea per accidens intercedit, quia scilicet actio, generatio in rebus fiant quæ contrariæ sint, non tamen qua contrariæ sunt. Atque ita, Aristotelico dogmate, principia rerum, contraria cum statuantur, principia per accidēs statuuntur. itaque rerum generatio, quæ miro ordine ac stabili in vniuerso perseuerat, principia per accidens, incerta, inordinata, instabilia habebit. Quid ergo, generatio, actio, si non ex contrarietate est, est ne ex similitudine? Si aiam, interrogabunt, quid ergo ignis ligno est similis? viri semen, sanguini mulieris? negabo sanè id. Sed maximè omnium affirmabo, ignem in ligno genitum, similem *ὁμοειδῆ*, *eiusdem speciei* generanti igni effectum, natum ex fœmina simile ac *ὁμοειδῆ* generanti patri ac matri effectum, atque ita simile à simili, simile ex simili, primo, per se, *καθόλου* effici: in simili etiam mas sibi fœmina, generat atque *ὁμοειδῆ*, non tamen ignis in simili sibi ligno, post simile etiam. Atque ideo quatuor omnibus partibus, meliorem, veriorem, fuisse eorum antiquorum philosophiam, qui rerum principia similia statuebāt, quàm eorum, qui contraria ponerent, apparet quàm Aristotelis: qui contrarijs istis suis principijs, ne dum res ipsas, sed ne nomen quidem de tredecim principij significationibus accommodauit vllum, nullo modo per se, nullo nisi per accidens pacto. principia, quid dico principia, ne principia quidem esse possunt. Et si isto possunt, nullam tamen vim, nullum robur, nullam virtutem ad res generandas habent, nihil ad cuiusquam rei generationem conferunt. Quid enim frigiditas ligni confert, vt ab igne, aut calefiat, aut ignescat? aut quid priuatio formæ, confert ad

*Antiquorum Philosophia Aristotelis melior.*

*Aristotelis principia negātur, Antiquorum astruuntur.*

formam

formam generandam? At simile vim habet, confert, semper, aut ferè semper, simile generat. Sua ne similitudine id agat, an alia quapiam virtute, id nostræ philosophię reseruamus. Sed iam rem hanc de principijs contrarijs concludamus. Falsò ab Aristotele, contraria posita esse rerum naturalium principia, nulla ratione contrarijs actionē, passionem, generationem rerum fieri. nullā principij vim. cōtrarijs inesse, nullum principij nomen cōuenire, & si quid sint, li quod nomē habeant, id totū per accidēs est Ideoq; è scientia reijciendū. Sed reliqua prosequamur principijs attributa. Post cōfutatas Anaxagoræ infinitas homœomerias, intulit Aristoteles, melius esse finita & terminata ponere principia Rationē ibi non reddidit. Post introducta cōtraria, repetit, melius esse terminata principia ponere. Rationē reddidit. Quia scilicet si infinita essent, non esset scibile ipsum ens. Quid est hoc, non esset scibile ens? An verò natura in rebus vniuersi huius fabricandis nostræ cognitionis rationē vllā habet vt hoc potius quàm illud faciat: hoc quàm illo modo agat? vt nostræ cognitioni inseruiat? vt nobis faciat satis? Quid ergo est, quod libro 4. de causis partium capite 12. scribit? τὰ γὰρ ὄργανα πρὸς τὸ ἔργον ἡ φύσις ποιεῖ, ἀλλ' οὐ τὸ ἔργον πρὸς τὰ ὄργανα. *Instrumenta, ad opus natura facit non autem opus ad instrumenta.* Causa itaque hæc cur finita sint principia, nulla est. Non melior est illa alia, quam reddidit. non esse vnum principium. Quia scilicet si vnum esset, non essent contraria principia. quæ omnino duo sunt. Ostensum enim iam est contraria non esse principia Atque ideo causa ista nulla est. At cuiusmodi etiam illa est? Non quælibet contraria esse principia. quia, ἄλλα ἄλλων πρότερα ἐναντία, καὶ γίνεται ἕτερα ἐξ ἀλλήλων οἷον γλυκὺ καὶ πικρὸν, καὶ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. τὰς δ' ἀρχὰς ἀεὶ δεῖ μένειν. *Alia alijs priora contraria, & fiunt alia ex alijs, veluti dulce & amarum, & album & nigrū. At principia semper oportet manere.* Quid est hoc ęnigma? Principia oportet semp manere? An illud est, quod pręcedenti capite dixerat inter principiorum conditiones. Principia non ex se inuicem, non ex alijs gigni? atque ideo oportere ea semper manere? Hocque inest primis contrarijs, non verò ijs, quæ ex primis orta sunt. *Sunt enim alia alijs priora, & fiunt alia ex alijs.* Nulla ergo cōtrarietas quæ possit generari, principium esse potest. Namq; si neq; ex se inuicem, neq; ex alijs oporteat principia gigni, principia oportet esse ingenerabilia atq; ideo oportet ea semper manere Si itaq; id verū sit, ea cōtraria, quæ principia sunt, & semper manent, & ingenerabilia sunt. Non ergo quæcūq; cōtraria, sed ea dūtaxat, quæ manent, & ingenerabilia sunt, principia sunto. Ea aūt sunt, quæ nō ex se inuicē, non ex alijs gignuntur. At hæc primis contrarijs dicta sunt inesse. Inuenienda itaq; sunt prima ista cōtraria, vt ea in solium principiorum statuamus. At vbi ea inquiremus? In generibus entis nimirum, quoniam docuit nos, contraria esse quæ in eodē genere plurimū distant Et in vnoquoq; genere vnam esse contrarietatē. Contraria itaq; ista in generibus inquirenda. Et nō est procul à ratione, vt prima contraria, in primo genere inquirātur. In quo si nō sint, in secūdo quærātur, & post in tertio ac deinceps, quousq; prima ista cōtraria reperiātur, magnoq; plausu ac lętitia in soliū principale collocētur Quod nā est igitur primū genus? Cui dubiū, substātia? in substātia ergo, primo genere, prima cōtraria quærēda. Et eius generis, in primis substātijs si quærātur, non absonū à ratione erit. At in genere primo, prima substātia est ea, qua ablata, tolluntur sequentes. Sic enim nos docuit, cap. de priore & 5. metaphysico, & locis alijs, Sic etiam capite ipso de substātia. *Non existentibus primis substātijs impossibile est aliarum aliquam esse.* Hæc autē est. Vt aliquis homo, aliquis equus. Num ergo in primis istis substantijs indiuiduis prima ista cōtrarietas est posita, quæ princeps sit rerum? Non videtur, primæ enim istæ substantiæ gignuntur, corrumpuntur, atq; ex se inuicē, & ex alijs fiunt, ideoq; nō semper manēt. Proximè sequūtur has primas, secundæ. quæ species est, Et si libet tertia, quæ genus. In vtra ergo harū est prima cōtrarietas? In vtrauis poniamus, nihil ad principia rerū reperietur, ac pro principio, posterius quoddam statuemus, vniuersale enim ex Aristotelis dogmate, aut nihil, aut posterius est. Nō ergo prima ista cōtrarietas in primis substātijs, nō in secūdis, nō in tertijs inquirenda. Sed audendū in tota substantia, absoluta. docuit eum nos, in vnoquoq; genere esse vnā contrarietatē, docuit etiam substantiam vnū esse genus. In substantia ergo contrarietas, eaque prima, in primo genere, ad quam omnes aliæ referantur. Sic enim fine eius capitis scripsit. ἅπασαι δ' αἱ ἐναντιώσεις ἀνάγεσθαι δοκοῦσιν

Alia Aristotelis ratio redarguitur

εἰς μίαν. *Omnes verò cõtrarietates reduci videntur in vnã.* In quam vnã, si nõ in primã? Quæ nam ergo ista est? videtur hoc libro priuationem & formam statuisse. Metaphysico vero 4. cap. 2. ita loquitur: *σχεδὸν δὲ πάντα ἀνάγεται τ' ἐναντία εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην. Ferè omnia reducuntur contraria in principium hoc.* Quod nam? eodẽ capite, *πάντα γὰρ ἢ ἐναντία, ἢ ἐξ ἐναντίων. ἀρχαὶ δὲ τῶν ἐναντίων τὸ ἓν καὶ τὸ πλῆθος. Omnia namq; vel cõtraria, vel ex cõtrarijs, principia verò etiam cõtrariorũ, vnũ & multitudo.* Quid dicemus? vnũ & multa cõtraria sunt? prima contraria sunt vel potius contrariorũ primorũ principia? sic potius vt ex illo (καὶ) apparet: itaq; contrariorũ primorũ principia sunt, Vnũ & Multa. Si quis dixerit, vnũ & multa, ipsa esse prima cõtraria: ideoq; ea esse rerũ principia, is duas principiorũ cõditiones nõ seruabit, primam & tertiã, primam non oportere principia esse ex se inuicẽ, at ab vno, sunt multa. Tertiã, ex principijs omnia esse reliqua, at præter vnũ & multa, reliqua nulla sunt. Si verò vnũ & multa, principia contrariorũ sunt, & principia non sunt ex alijs, cõtraria prima, non erunt principia: quia ex alijs sunt, vno & multis. Hæ rationes vnũ & mnlta, nec contraria prima, nec principia esse sinunt, nec etiam contraria prima, quæcunq; illa sint, esse principia. Credamus tamen magis, Aristotelis authoritati, quàm Aristotelis rationi, prima cõtraria esse rerũ principia primaq; contraria in primo genere rerũ esse, necesse esse. Ea nimirũ quæ principia & nominauit, & docuit, priuationẽ & formã. Quid ergo nobis ex his principijs erit? Semper ne manebunt? ingenerabilia erunt? non ex se inuicẽ fient? non ex alijs? omnia ex ijs? Quæ igitur ista forma est, quæ quia principiũ est, semper manet? Non ex priuatione fit? non ex alia re? Priuatio itidẽ quia principiũ sit, semper manet. nõ ex forma, non ex alia re fit. Materiam nobis Aristoteles tradidit, quæ principium rerum generatarum sit, semper maneat, ex contrario nullo fiat, ex nulla re alia fiat, ex ea omnia fiant. At priuationem talem, nullam tradidit, nullam naturalem formam. Quandam aliam formam, quæ principium sit nominauit. Sed huic physico negorio, non attinentem, ad primam philosophiam reiecit. 9. capite. *De physicis & naturalibus formis in postea ostendendis dicemus.* Quæ ergo est ea forma, quæ pro principio rerum naturalium statuitur? Si diuina forma, est primæ philosophiæ propria, cur hic secundæ philosophiæ, & rerum generationis principium ponitur? Deinde cui priuationi contraria est? Ex qua priuatione ipsa fit? Et si fit, quomodo semper manet? Nullus adhuc Peripateticus, diuinã hanc formã dixit generari: priuationi, de qua hic sermo Aristoteli est, opponi. Non ergo hic labor noster cõsumendus, de physica forma sermo nobis esto, physicarũ enim rerũ principia quæruntur, physica scientia tractatur, physica materia proponitur physica etiam & principia, & cõtraria in quæstione sunt. De cõtrarietate ergo ista physica, priuationis & formę sermo esto. Materia cõtrarijs istis subiecta est. Esto. Materia est principiũ semp manẽs Esto. Materia sui natura, omni forma priuata est. Scim' id ex Aristotele Materia tamẽ nũquã formis priuata est. Id quoq; Aristotelicũ ẽ. Quid dicẽdũ? Priuationẽ illã, quã materiæ dicimus comitẽ, æqualis ne materię erit, ita vt totã materiã occupet? aut partẽ tantũmodo occupabit? Si partẽ, ergo materiæ alia pars, formata sui natura erit Quod Aristotelicũ nõ est. Tota ergo materia sui natura, priuatione formarũ occupat. Nũc quærim', ista vniuersalis priuatio, an sit ponẽda ꝓ principio, cõtrario scilicet altero, an pars eius? si tota priuatio principiũ sit, tota quoq; ad cõtrarij sui aduentũ, formæ scilicet vniuersalis cuiusdã peribit. Nã mea materia, priuationẽ mei habebat anteà post aduentũ formę meæ perijt ea priuatio. Quod in singulis quibuscũq; generabilibus semper necessariò venit. Forma verò priuationi vniuersę cõtraria ea est, quę totã materiã format. Ea est, vt opinor, (quando Aristoteles nullã ne innuit quidẽ) mundi totius forma. Ad aduentũ ergo formæ mũdi, tota priuatio perijt. Nulla ergo in mundo priuatio amplius est. Si nulla, quomodo ergo principiũ est? & principium quidẽ semper manens, si nulla remãsit? Si nõ tota ista totius materiæ socia priuatio, principium est, sed ea pars quæ socia est materiei parti illi, quã elementa informant, rogamus primò, vnde ista differentia est? vt pars materiæ quæ cœlesti forma informatur nulli priuationi associetur? pars altera associetur, quæ elemẽtis subiacet? Rogamus secundò, an tota materia elementorũ formis subiecta, priuationẽ comitem habet? an huius quoq; aliqua pars? Si pars, vnde ista in ista materia differentia? si tota totius elementorum formę aduentus corrupit eam,

nullaque

nullaque amplius remansit, quomodo est principium? & quomodo principiũ semper manens? Sed Aristotelicum dogma est, elementa tota non corrumpi, non generari, partes elementorum & corrumpi & generari. Corruptionis ergo huius & generationis partialis principia quæruntur. Partialis ergo priuatio, partialis forma, pro principijs statuendæ? Esto. Partialis ergo ista priuatio ad partialis formæ aduentum, remanet ne, an perit? Si perit, non est principium manens. Si remanet, priuatio & forma, contraria principia non sunt. φθαρτικὰ γὰρ ἀλλήλων τ' ἐναντία. *Corruptiua enim sunt adinuicē cōtraria*, ait 9. capite, ait millies. Si priuatio & forma non sunt cōtraria: non sunt ergo principia. contraria namque esse rerum principia docti sumus. Deinde partialis ista forma, æterna ne est, an corruptibilis? Si æterna, nullam amplius generationem aspiciet Sol, quod maxima hominum pars exoptat. Si corruptibilis, quonam modo est principium manens? At si de tribus principijs materia, priuatione, forma, duo hæc non manent, materia sola manens est, qua ratione verum fuit illud. *Principia semper oportet manere.* Si verum id non fuit, ac non est, principiorum ista conditio falsa & fuit, & est. Veræ ergo principiorum conditiones, vera principia inquirenda, si modo sunt inquirenda. & non sumenda.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER II.

### DE PRINCIPIIS

*Priuatione & Forma.*



VERA principia naturæ rerum fine libri prioris esse diximus quærenda. Ea ne sunt, ista ab Aristotele constituta, materia, priuatio, & forma? an alia inquirenda? Hæc primo examinãda, vt etiam si, principiorum conditiones illæ tres, ex se inuicem non fieri, contraria esse, manentia esse, veræ non sint, possint tamen hæc tria vera esse principia. Quid ergo agendum? Discutienda singilatim sunt. Ac prius priuatio ipsa in manus sumenda. Prius enim quàm forma ab Aristotele proposita, per eam & forma, & materia inductæ sunt. Priuationis autem istius, quid potissimum, primo in examen vocandum? Non ne essentia eius, & vti nostrates aiunt, quidditas? Ex hac perspecta, an idonea priuatio sit, vti pro principio rerum statuatur, facilius innotescet.

Quid ergo est, apud Aristotelem priuatio? Eam primo nobis explicat exemplis ἀμούσου, ἀναρμόστου, ἀναρμοστίας, ἀσχημοσύνης. *Non musici, inconcinni, inconcinnitatis, infigurationis.* Quæ quidem artium exempla esse videntur, nullum nobis rerum naturaliũ exemplum priuationis protulit eo. 5. cap. 1. physici, nullum ei in mentē venit. Venit tamen in mentem ex his artificialibus, conclusionē in naturalibus inferre. Sic enim postea exempla intulit. εἰ τοίνυν τοῦτ' ἐστὶν ἀληθές, ἅπαν ἂν γίνοιτο τὸ γινόμενον, καὶ φθείροιτο τὸ φθειρόμενον, ἢ ἐξ ἐναντίων ἢ εἰς ἐναντία καὶ τὰ τούτων μεταξύ. *Si ergo hoc est verum, omne quod gignitur gignetur, & quod corrumpitur, corrũpetur, vel ex cōtrarys vel in contraria, & in horũ intermedia.* Deinde mox. ὥστε πάντα τὰ φύσει γινόμενα, ἢ ἐναντία, ἢ ἐξ ἐναντίων. *Itaq; omnia quæ natura fiunt, vel contraria, vel ex contrarys.* Si ego ita argumentarer. Artificialia ex contrarijs fiunt. ergo omnia naturalia, ex contrarijs fiunt, exploderer, exsibillarer è scholis omnibus, sed quia Aristoteles id fecit, acquiescunt, admirantur omnes, personã philosophantur, nõ rem. Quid deinde 7. cap. satis longo, protulit ne naturale priuationis exemplũ? De eodem musico, & amuso sermo prolixior, deinde ἀμορφίαν, ἀσχημοσύνην, ἀταξίαν, *informitatem, infigurationem, inordinationem*, inducit. Cumq; suam de naturalibus principijs sententiã proposuisset proferre, ludificatur nobis, artificialia proferēdo, nõ priuationis modo, sed formæ quoq; musici, harmonizati, figurati, statuæ, domus, sed etiam materierũ, lapidum, æris, auri, artibus subie-

ctorum. Nullũ naturale exemplum, præter album & nigrum 5. cap. duobus verbis 7. *Veluti planta & animalia, ex semine.* Et, *veluti quæ augentur.* Et, *veluti, quæ mutantur secundum materiam.* Vt nobis, non quid priuatio sit, principium istud tam augustũ, generationis rerum tradatur, sed semina coniectationum spargantur. 8. tandem capite prodit, & quid priuatio sit, & quale principium sit grauibus his verbis: ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτοί φαμεν, γίνεσθαι μὲν οὐδὲν ἁπλῶς ἐκ μὴ ὄντος· ὅμως μέντοι γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος, οἷον κατὰ συμβεβηκός. ἐκ γὰρ τῆς στερήσεως, ὅ ἐστι καθ᾽ αὑτὸ μὴ ὄν, οὐκ ἐνυπάρχοντος γίνεται. *Nos quoque ipsi dicimus, gigni quidem nihil simpliciter ex non ente, nihilo tamen minus gigni aliquid ex non ente veluti per accidens, ex priuatione enim, quæ est per se non ens non inexistente fit. Priuatio*, inquit, est per se nõ ens: & ex ea nõ inexistente fit per accidẽs generatio. Bone Deus. *Ex nihilo, nihil fit*, dixerãt veteres. Dixit Aristoteles, vt sese illis opponeret, *ex nihilo, ex non ente per se, fiunt quæcunque fiunt.* Quid vanius? Admirantur tamen sui, quia dixerit, non inexistente fieri, per accidens fieri, mirabilis sapientia. Si nihil est, si non ens est, quomodo aut inexistat? aut non inexistat? At illud (*per accidens*) quale est? 6. Metaphysico cap 2. hæc scripsit idem Aristoteles. πρῶτον περὶ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς λεκτέον, ὅτι οὐδεμία περὶ αὐτό ἐστι θεωρία. σημεῖον δέ, οὐδεμιᾷ γὰρ ἐπιστήμῃ ἐπιμελὲς περὶ αὐτοῦ, οὔτε πρακτικῇ, οὔτε ποιητικῇ, οὔτε θεωρητικῇ. *Primum de eo quod per accidens est, dicendũ, quòd nulla circa ipsum est cõtẽplatio: signũ verò, quia nulli sciẽtia cura est, ipsius nec practica nec factiua, nec contẽplatiua*, causam eodẽ cap. addit. φαίνεται γὰρ τὸ συμβεβηκὸς, ἐγγύς τι τοῦ μὴ ὄντος. *Apparet enim accidẽs. prope quid ipsius nõ entis.* Si accidẽs, id est illud quod rarò fit, nõ ens propè est: à nulla consideratur sciẽtia, nec factiua, nec actiua, nec cõtẽplatiua, cur priuatio, quę omnino non ens est, minus multo quã accidẽs est, quę nõ dico rarò fit, sed nũquã fit, principiũ eius sciẽtiæ ponitur, quæ nisi prima philosophia esset, regina omniũ scientiarum esset? Quid dico scientiæ? principium inquam rerũ ipsarũ? Entium principium, non ens ponitur? Neque vero semel priuationem per se, non ens esse, docuit, sed ter. Sic enim 9. capite repetit. ἡμεῖς μὲν γὰρ ὕλην καὶ στέρησιν ἕτερόν φαμεν εἶναι, καὶ τούτων, τὸ μὲν οὐκ ὂν εἶναι κατὰ συμβεβηκὸς τὴν ὕλην, τὴν δὲ στέρησιν καθ᾽ αὑτήν. *Nos verò, materiam & priuationem aliud esse dicimus. & horum hoc quidem non ens esse per accidens materiam. Priuationem verò per se.* 1. de causis partium capite 3. ἔτι στερήσει μὲν ἀνάγκη διαιρεῖν. καὶ διαιροῦσιν οἱ διχοτομοῦντες, οὐκ ἔστι δὲ διαφορὰ στερήσεως ᾗ στέρησις, ἀδύνατον γὰρ εἴδη εἶναι τοῦ μὴ ὄντος οἷον τῆς ἀποδίας καὶ τοῦ ἀπτέρου. *Præterea, priuatione necesse est diuidere, & diuidunt, qui in duo partiuntur. Non est autem differentia priuationis, quatenus priuatio, impossibile enim est, species esse non entis, veluti carentia pedum, & alarum.* Si itaque priuatio reuera est non ens: cur nobis pro principio nobilissimę scientiæ: pro principio rerum ipsarum ponitur? Emendauit hunc lapsum, acutissimi ingenij vir, & verbis & opere. Nam cum primo physico, priuationem, vnum de principijs statuisset, præceptorem, & reliquos veteres, viros sapientes & bonos, qui tam bellum principium ignorassent, irrisisset, veluti pœnitentia ductus 2. physico. 1. cap. fine ita scripsit: καὶ γὰρ ἡ στέρησις εἶδός πως ἐστίν. εἰ δ᾽ ἐστὶν ἡ στέρησις, καὶ ἐναντίον τι περὶ τὴν ἁπλῆν γένεσιν, ἢ μὴ ἐστίν, ὕστερον ἐπισκεπτέον. *Priuatio namque species aliquo modo est: si verò est priuatio & cõtrarium quid circa simplicem generationem, siue non est, posterius inspiciendum.* Paucissimis verbis, duo absurdissima prolata. Primum, id quod per se non ens est, speciẽ esse quandam, secundum, quod iam determinatum est libro priore, velle se posteà inspicere, an scilicet in simplici generatione sit ista priuatio, & sit cõtrarium quid, aut nõ sit. Tot viros bonos irrisit, vt priuationem hanc introduceret, vt principium generationis faceret. Deinde ait, se velle posteà considerare, vbi nam quæso locorum? quãdo? Nimirũ quãdo de generatione simplici agetur, & vbi agitur? 5 physico primũ, nullũ verbum pręter hoc. καὶ γὰρ ἡ στέρησις κείσθω τοὐναντίον. *Etenim priuatio ponatur cõtrariũ.* Postea 2. libro de Ortu, de simplici generatione agitur prolixè 9. & 10. ca. nullũ de priuatione verbũ. Principia statuũtur, materia forma, agẽs, non priuatio, nõ cõtrariũ vllũ. Quo modo ergo nobis agitur, producitur pro principio priuatio? reuocatur in dubiũ? permittitur denuo de ea sermo? promissis nõ statur? Contrariũ omnino docetur ca. 9 fine? πολὺ γὰρ εὐλογώτερον τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι, γενέσεως αἴτιον εἶναι ἢ τὸ μὴ ὂν. τῷ ὄντι τοῦ εἶναι. *Multo. n. rationabilius est, ens nõ enti. generationis causa esse, quã nõ ens, enti esse ipsius.* Quo modo ergo priuatio, nõ ens, entib. erit causa esse? & si sit, ex quolibet fiet quodlibet, æque enim petra, æs, arbor, foliũ, papyrus, priuationẽ hominis habẽt. Ex petra ergo, & ære,

&

& arbore,& folio,& papyro.homo nasceř.Cur.n.pot i' ex priuatione ea, q̃ in semine viri est, quã ex ea q̃ in semine Leonis?aut delphini, aut plãtæ est?quãdoquidẽ,ἀδύνατον εἶναι εἶδη τοῦ μὴ ὄντος.*impossibile est species esse nõ entis*,vt nos paulo supra docuit.Sed cur ego angor rationibus cõminiscendis?verbis Aristotelis adducendis? quibus priuationẽ de triumuirato principiorũ excludamus?cum ipsemet Aristoteles, anthor, pater ipsius,eam excludat,eo maximè loco,quo eam genuit.7.scilicet cap. 1. physici, dum ita scribit.φανερὸν οὖν ὡς,εἴπερ εἰσὶν αἴτιαι καὶ ἀρχαὶ τῶν φύσει ὄντων,ἐξ ὧν πρώτων εἰσὶ καὶ γεγόνασι μὴ κατὰ συμβεβηκὸς , ἀλλ' ἕκαστον ὃ λέγεται κατὰ τὴν οὐσίαν , ὅτι γίνεται ἅπαν ἔκ τε τοῦ ὑποκειμένου καὶ τῆς μορφῆς.*Clarum itaq;.quòd si sunt causa & principia naturaliũ entiũ, ex quibus primis sunt,& facta sunt,non per accidens,sed vnumquodq; quod dicitur secundum substantiam,quòd fit omne ex subiecto,& forma.* Totam verò hanc disputationem nõ ita multo post cõcludens sic scripsit.καὶ δῆλον ἐστὶν ὅτι δεῖ ὑποκεῖσθαί τι τοῖς ἐναντίοις, καὶ τὰ ἐναντία δύο εἶναι. τρόπον δέ τινα ἄλλον οὐκ ἀναγκαῖον. ἱκανὸν γὰρ ἔσται τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων ποιεῖν τῇ ἀπουσίᾳ καὶ παρουσίᾳ τὴν μεταβολήν.*Et clarum est,quòd oportet subijci aliquid contrarijs, & contraria duo esse.Modo verò quodam alio nõ necessarium,sufficiens enim erit alterum contrariorũ facere absentia & præsentia mutationem*. Si forma itaq; sufficiens est dum abest & adest omnẽ mutationem facere,priuatio non est necessaria. Si hoc ne principiũ quidẽ dici potest,cur ergo principij loco ponitur?cur entia multiplicãtur sine necessitate?nõ ne id ex sui sententia faruitas quædã est? Si Plato,sexagies nominatim, si veteres omnes,millies,sunt maxima ab eo iniuria reprehẽsi & exagitati. cur nõ liceat nobis,nõ dico reprehẽdere virũ rarũ hac in re,sed ab eo saltẽ discedere cũ principiũ physicarũ rerũ,principiũ logicũ, principium grammaticũ,negationis scilicet posuerit. Quid enim aliud priuatio est,quàm negatio,ipsomet id docente,6. physico,ca. 5.ἐπεὶ μία τῶν μεταβολῶν ἡ κατ' ἀντίφασιν,ὅτι μεταβέβληκεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὄν, ἀπολέλοιπε τὸ μὴ ὄν.ἔσται ἄρα ἐν τῷ ὄντι.παῦ γὰρ ἀνάγκη ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι.φανερὸν οὖν ὅτι ἐν τῇ κατ' ἀντίφασιν μεταβολῇ.&c *Quãdo vna mutationũ est,ea que per cõtradictionẽ quãdo mutatur ex nõ ente, in ens dereliquit nõ ens,erit ergo in ente.Omne .n. necesse est esse,vel nõ esse: clarũ ergo quòd in ea que per contradictionẽ mutatione.* Idem reperit cap.9. sed clarissimè cap.10.μεταβολὴ δ' οὐκ ἐστὶν οὐδεμία ἄπειρος.ἅπασα γὰρ ἦν ἔκ τινος εἴς τι καὶ ἡ ἐν ἀντιφάσει καὶ ἡ ἐν ἐναντίοις.ὥστε καὶ τῶν κατὰ τὴν ἀντίφασιν,ἡ φάσις καὶ ἡ ἀπόφασις πέρας.οἷον γενέσεως μὲν τὸ ὄν. φθορᾶς δὲ τὸ μὴ ὄν.τῶν δ' ἐν τοῖς ἐναντίοις τὰ ἐναντία.*Mutatio verò nulla est infinita,omnis enim erat ex aliquo in aliquid,& ea que in cõtradictione,& ea que in cõtrarijs,itaq; & earum que in cõtradictione affirmatio & negatio terminus,veluti.generationis,ens, corruptionis verò nõ ens.earũ verò que in contrarijs,contraria.* Concludamus igitur recto & iusto iure absurdũ fuisse,nõ necessariã priuationẽ, principiũ rerũ statuere absurdũ fuisse in scientiã nobilissimã principiũ quod per accidens est, inducere , cuius nulli scientiæ,vel actiuæ.vel factiuæ,vel contẽplatiuæ cura vlla est,suo dogmate,absurdũ fuisse, priuationẽ,q̃ p se nõ ens est,entiũ principiũ facere πῶς γὰρ ἐκ μὴ οὐσιῶν,οὐσία ἂν εἴη; ἢ πῶς ἂν πρότερον μὴ οὐσία οὐσίας ἂν εἴη. *Quomodo nãq; ex nõ substãtijs,substãtia fuerit?vel quomodo prius nõ substantia.quàm substantia fuerit?*vt ipsemet alio loco scripsit. Priuationi nihilo illi,nihili principio.cõtrariam statuit formã,eãq; principiũ alterũ generationis rerũ facit,ex qua & materia fiat quidquid fit,vt iis verbis:*Quoniã fit omne,ex subiecto,& forma. Qua absentia & præsentia sufficiens erit facere mutationẽ.*Hanc formã 7. capite nominibus quatuor insigniuit.μορφήν,τὸ τόδε τι,λόγον,εἶδος. *formã, quodquid, rationẽ,speciẽ* appellans.2.verò physico cap.3.de numero causarũ esse dicit.εἶδος παράδειγμα,λόγον,τὸ τί ἦν εἶναι.*Speciẽ.exemplũ.rationẽ,quod quid erat esse*. 2. de anima cap. 1.vocat,οὐσίαν,ἐντελέχειαν,*substantiam & endelechiã*,alibi ἐνέργειαν. *actũ*. vt omnia formæ nomina,nouẽ ni fallor sint.Forma, species,ratio,quod,quid,quodquid erat esse. exemplũ.substantia , entelechia.actus.Nõ est propositũ nomina discutere, res ipsa est perpendẽda Conditiones formæ,quòd sit, alterũ contrariũ,quod sit principiũ, quod sui præsentia & absentia faciat mutationẽ.quod simul cũ subiecto faciat vnũ quodq; secundũ substantiã.quod duplex sit:physica,altera,& altera quæ ad primam philosophiã attinet,quòd sit natura,causa.Octo cõditiones hę traditę sunt,1.physici cap.7.& 9.& 2.physici cap.1.& 3 Has discutiamus. Ac primò rogemus ab Aristotele, ab suis,de qua nam forma sermo sit Aristoteli, dum ait,eam esse principium rerum naturalium ? Nouimus enim in doctrina sua , formam aliam accidentalem dici,

aliam substantialem: aliam corruptibilem, physicam scilicet. aliam incorruptibilem Dum de musico, de statua, de statua, de domo, 5. ea & 7. primi physici tractat, generationē accidētalis formę tractat. Incorruptibilē formā ad primā philosophiam ait pertinere: de physicis verò & corruptibilibus formis in postea demōstrandis ait se dicturum In quibus nam? Air Simplicius in a. physico. In hoc quid tradit? Formā esse, naturam, esse causam, de octo conditionibus, duas vltimas nimirū. Sex reliquas, cui nam formæ tribuit? accidentali ne an substantiali? physicæ vel non physicæ? Si dicant accidentali. quonam pacto accidens, substantiæ erit principium? Quomodo ex materia & accidente, substantiæ compositæ constabūt? Si de non physica loquitur, ea nihil ad hanc philosophiam attinet, physicarum enim rerum principia indagamus. Si de physica forma, cur differt de ea loqui? non ne hic locus, inter principia erat tractandi de principio? Sed esto liber peruenerat ad finem. Quid nam sequentibus de ea scribitur? nil præter ea duo, quòd sit natura, quod sit causa. Si concedamus id methodi magistro, rem ipsam teneamus, physicarum rerum, physica forma, esto principium. Physica forma duplex, accidentalis: calidum, frigidum, reliquæ huiusmodi. Substantialis forma, hominis, equi, platani, cęteræ tales. Quæ nam duarum harum, principium naturalium rerum est? Non est ab eo explicatum. Si dicatur, accidentalis. Sed quomodo substantiæ ex accidenti orientur? Esto ergo substantialis. Id enim non quidem ab eo docemur, sed nos diuinamus. Ex hac enim cum subiecto coniuncta, & substantiæ compositæ constare videntur, & accidentia oriri, In Peripato. De hac ergo rogare non desinemus.

*Forma physica.*

Hæc forma substantialis, cum subiecto, *ὑποκειμένῳ* iuncta principium ne est rerum naturalium omnium? omnium. Cum quo subiecto? an cum materia? Cum hac ipsa. hanc enim, pro principio altero statuit. Materiam scimus, primam materiam primo dici Prima materia, vniuersalis materia est, omnibus corporibus, vniuerso mundo subiacet. Non est distinctum ab Aristotele, totam ne materiam principium dicat, an partem eius aliquam. Rationabile videtur, totam voluisse. tum rogamus. Forma ea quæ principij nomine insignitur, toti ne huic materiæ iuncta est, an parti? Si toti dicatur, tota quædam forma ea quoque est, toti materiæ æqualis. Si hæc naturalium rerum principium sit, qua ratione ei conueniant tres hæ conditiones, vti sit alterum contrarium, quando substantiæ nihil est contrarium? quando priuatio, non est substantiæ contraria? secunda vt præsentia sui & absentia faciat mutationem. Si mundi forma æterna est? nunquā à mundi materia separatur? Tertia, vt *ἕκαστον κατὰ τὴν οὐσίαν* sit ex hac tum forma, & materia vniuersali. Si *ἑκάστῳ* particulari, contrapositum sit vniuersale. si multa singularia substantiæ sint? Si conditiones hæ tres formæ isti principio, non seruentur, principium esse non poterit. Forma ergo ista vniuersalis, non est rerum naturalium singularium principium. Esto ergo partialis aliqua. Insigniores partiales duæ sunt. Cœlestis & elementalis: illa cum materia cœlesti (si Peripateticus Senatus Populusque consentiant) ista cum materia elementorum coniuncta. Vtra nam harum principium est? Si cœlestis asseratur, quid ergo elementalis forma, elementa ipsa, naturales res non sunt? Si vtraq; naturalis. si vtraque cum materia sua coniuncta, facit eorum *vnumquodque ἕκαστον* secundum substantiam, cur potius materia & forma dicantur esse principia rerum, quàm materiæ & formæ? cum hæ apud Aristotelem, cœlestis scilicet & elementalis forma longè inter se differant, nec vno nomine nisi æquiuoco cōprehendi possint? Præterea elementorum materia, quadripartita est, quatuor differentibus formis subiecta. Cur ergo non dicatur, materiæ, quinque & quinque formæ rerum principia sunt? At si formæ istæ quinque non mutantur, quo modo dicitur, *forma absentia & præsentia sui sufficiens est ad transmutationem faciendam*? Si hæc lex seruari debet ei formæ, quæ principium est, particularem eam esse necesse est, particulares enim, *indiuiduæ ἄτομοι*, adsunt, & absunt à materijs suis, & mutationem rei faciunt. Indiuiduæ ergo formæ principium erunt. Cur ergo dicitur, materia & forma, principia sunt? non autem materia & formæ? materia scilicet vniuersalis, & formæ particulares? cur ergo non clarè docemur in re tanta? cur ei in mentem non redijt, quòd *ἀρχαὶ μεγέθει οὖσαι μικραί, τῇ δυνάμει μεγάλαι εἰσί. Principia mole cum parua sint, vi sunt magna*? Cur id, quia vnus error in principio factus

plures

plures in progressu secum trahit. Quia verissimum illud est Hesiodi, ἀρχὴ δ' ἥμισυ παντός. *Principium dimidium totius.* Si nobis declaretur à suis, istas indiuiduas formas, principia esse rerum generatarum, quia ex ea & subiecto, ἕκαστον κατὰ τὴν οὐσίαν γίνεται *Vnumquodque secundum substantiam gignitur.* Interrogabimus quomodo eis competat conditio illa? τὰς δ' ἀρχὰς ἀεὶ δεῖ μένειν. *Principia semper oportet manere.* Deinde rogabimus vt nobis explicent, primæ ne indiuiduæ formæ, principia ista sint, vel mediæ, vel vltimæ? Primas voco, quæ immediatè materiam illam informē vestiunt, vt elementorum formæ, vel ex eis factæ gradatim mediæ, lapidis, vel metalli, vel plantæ, vel Zoophyti, vel animalis, vel vltima hominis, in huius enim formam videtur natura compositionem formarum sistere. Priusquàm enim mens in infantē deforis adueniat, vt nos ipse Aristoteles docet, reliqua oīs anima aduenit, sensitiua. Et ante quàm hæc, plantæ vita, viuit infans, ante quàm item hanc nanciscatur, alia temperies præcedat oportet. Neque hoc est, in Aristotelis philosophia inauditum: Quibus non negatis, rogamus, quam nam formam, vel formarum, quem gradū hominis generati principium esse dicant? rationem ne vltimam ac mentem? vel hac priorem animalis? vel ista anteriorem plantæ? vel primam denique elementorum? Hic miras ingeniorum torsiones vidi, miros cruciatus, vt Aristotelem, (sic loquuntur) saluarent. Neque enim quicquam horum, ipse apertè nos docuit. Nomen formę declarauit, mentem suam non patefecit: rem ipsam non explicauit. Nos ita inducimus. Si vltimam formam, aut mediarum aliquam aiant, quæremus, quomodo seruentur ea: principiorum conditiones ex eis omnia fieri, ipsa non ex alijs, atque alia illa tradita ab eo libro 5. de Generatione animalium capite 7 τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ἀρχὴν εἶναι, τὸ αὐτὴν μὲν αἰτίαν εἶναι πολλῶν, ταύτης δ' ἄνωθεν μηδέν. *Hoc enim est principium esse vt ipsum sit causa multorum: hoc autem superius nihil sit.* Si dicent primam, rogabimus quomodo seruetur illa alia cōditio. Ex forma & subiecto fieri vnūquodque secundum substantiam? Atque ideo quomodo non sequatur, vt rectè dicatur, elementorum formas omnium generatarum rerum substantias esse. Et quia omnibus communes formæ sint, nihil differre plantam ab elementis: nihil ab his, & ab illa differre animal: nihil homo à reliquis rebus vllis generatis. Ex his scopulis effugiunt Aristotelici, atque (vt quoquo modo possint saluare præceptorem) aiunt. Forma generica est principium, forma scilicet, simpliciter sumpta. Audio verba, rem non percipio. Rogamus vos, dicite nobis dubionibus (de singulis enim dubitare valde est vtile, vti & vos & nos admonuit princeps vester). Quid est hæc forma generica? forma simpliciter? verba ne est inania, an animi conceptus, an res (vti dicere soletis) realis? Non putamus vos dicturos eam esse verba inania. Neque forte conceptum animi vel primæ vel secundæ intētionis. Neq; enim nobis cōplacuit natura tam insulsè, vt quod conciperemus nos homunciones, quod eloqueremur, rerū suarum, suarum generationum principia esse voluerit. Ens ergo reale sit oportet generica ista forma, si realium entium principium esse debet. Fortè eam dicetis, vniuersalem formam, quæ in omnibus indiuiduis reperitur, quod vniuersale in multis, non vos Peripatus, sed nostra Platonica familia primò appellarunt. Nam si hoc non est, res realis non est. Platonicas enim ideas, vniuersale ante multa irridetis. Tertium illud genericum, vniuersale post multa, aut nihil esse, aut quid posterius princeps vester aurumar. Esto ergo forma ista generica, simpliciter forma, vniuersalis illa forma in multis, Rogamus vos, docete nos, quæ nam genericarum formarum istarum principium rerum generatarum est? sunt enim plures, aliæ in alijs, vt trigonus in tetragono, Fortè non probabitis, specificam hominis formam, vltima enim est. An vero, animalis genericam formam? an animati? an corporis? an postremo substantiæ? Hæ enim sunt alia in alia vt trigonus in tetragono, minor ambitus in maiore ambitu. Quam ergo harum præ cæteris, generatarum rerum, indiuiduorum à natura productorum, principium esse asseritis? Videtur rationi consonum vos dicturos, primam illam vniuersalissimam, substantiæ genericam formam principium esse reliquarū: Principia enim ex nullo alio, ex principijs omnia. Si hanc ponitis, vel etiam quamlibet aliam vniuersalem, quomodo illa conditio formæ seruatur, vt præsentia & absentia sua faciat mutationem? Quæ non nisi indiuiduis formis conuenit. Quomodo alia illa? Physicum de formis physicis & corruptibilibus tractare? Quonam etiā modo vera erit sententia illa 3. de cœlo, cap. 7. ita prolata. δεῖ γὰρ ἴσως τὰ μὲν αἰσθητὰ τῶν

αἰσθητάς· τῶν δ' ἀϊδίων ἀϊδίους, τῶν δὲ φθαρτῶν φθαρτὰς εἶναι ἀρχάς. ὅλως δ' ὁμογενεῖς τοῖς ὑποκειμένοις. *Oportet fortè, sensibilium, sensibilia: æternorum verò æterna, corruptibilium verò corruptibilia esse principia: omnino verò homogeneas ipsis subiectis.* Principia rerum sensibilium, corruptibilium inquirimus, nobis promittuntur. Cur ergo nobis supplantatur substantiæ generica forma? quæ neque sensibilis est, neque corruptibilis? subiectum est indiuiduum, genitum, corrupribile, & homogeneum principium formam oportet esse, indiuiduum scilicet, sensibile, corruptibile. τῶν γὰρ φθαρτῶν, φθαρτὰς δεῖ εἶναι τὰς ἀρχάς. *Corruptibilium enim, corruptibilia oportet esse principia.* Forma principium rerum generatarum est? an non est? Aristoteles quidem autumat esse: autumat Senatus Populusque Peripateticus omnis. Conditiones tamen author ipse principijs apponit, apponit etiam formæ. quæ ita inter sese pugnant, vt non possimus omnibus conditionibus seruatis formam, principium esse vel æqualem materiæ, vel partiales cœlestis & elemētalis, neque etiam formas indiuiduorū, vel simplices primas, vel medias vel postremas, affirmare, neque etiam eam quam Aristotelici induxerunt, genericam formam. Aut ergo conditionum aliquæ tollendæ sunt, ne forma de principiorum tribunali deijciatur, aut si conditiones seruādæ, forma inde deijciatur. Quorum alterutrum fiat, non rectè nobis Aristotelem principia tradidisse fatendum erit. Hæc de primo physico examinata sunto. Secundo, asserit formam esse naturam, esse causam, duo hæc discutiamus. Initio libri, naturam statim definit. ὡς οὔσης τῆς φύσεως ἀρχῆς τινὸς καὶ αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν, ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως καθ' αὑτὸ καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. *Tanquam sit natura principium quoddam & causa ipsius moueri, & quiescere in eo in quo inest primo per se, & non per accidens.* Hæc natura generalis est, speciales duæ, materia & forma. De materia. δοκεῖ δ' ἡ φύσις, καὶ ἡ οὐσία ἡ τῶν φύσει ὄντων ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ ἀρρύθμιστον καθ' αὑτό. *Videtur verò natura & substantia rerum natura existentium quibusdam esse, primum subiectum cuique inconcinnum per se.* De forma verò in hæc verba. Ἄλλον δὲ τρόπον ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος τὸ κατὰ τὸν λόγον: *Alio verò modo, forma & species ea quæ secundum rationem.* Et. ὥστε ἄλλον τρόπον ἡ φύσις ἂν εἴη τῶν ἐχόντων ἐν ἑαυτοῖς κινήσεως ἀρχὴν ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος, οὐ χωριστὸν ὂν, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸν λόγον. *Itaque, alio modo, natura fuerit eorum quæ habent in seipsis motus principium, forma & species, non separata, nisi secundum rationem* His & alijs alibi verbis asseritur, materiam & formam esse naturam. Itaque si vera est definitio naturæ, quòd sit principium motus & quietis in eo in quo est, & materia & forma sit natura, sequetur necessario materiam & formam principium motus & quietis esse in eo in quo sunt. Hæc ratio ab omni Peripato admissa, à nemine negata est vnquam, sequens verò hęc alia nescio an sit omnibus audita vel cogitata. Materia & forma sunt principia motus & quietis eorum in quibus sunt, sunt item principia substantiæ cuiusq;, ergo principia substantiæ sunt etiam principia motus & quietis eorum in quibus sunt. Non negabitur puto ab vllo Aristotelicorum. Sed quærimus, cuius nam motus principia sint istæ naturæ? istæ substantiæ? ista principia? actiui ne motus, an passiui? & vt expressius dicatur, τοῦ κινεῖν ἢ τοῦ κινεῖσθαι? *mouere vel moueri.* In definitione naturæ positum est τοῦ κινεῖσθαι *moueri.* non autem τοῦ κινεῖν *mouere.* Quæ res non satis obseruata, plurimos de Senatu, nedum plebeios Peripateticos in multos errores traxit, qui satis habuerunt dicere, naturam esse principium motus & quietis, nihili pensi habentes cuius motus, naturam dixerit præceptor, esse principium. repetamus ergo. Natura est principium τοῦ κινεῖσθαι *moueri.* Materia & forma sunt natura· materia ergo & forma sunt principium τοῦ κινεῖσθαι *moueri.* Sed hæ ipsæ materia & forma principia sunt substantiæ cuiusque, ergo principia substantiæ sunt etiam principia τοῦ κινεῖσθαι. Ergo substantia composita ex materia & forma à suis principijs ambobus habebit ipsum moueri, τὸ κινεῖσθαι, non autem ipsum mouere, τὸ κινεῖν. Ergo mouebitur tantummodo, non autem mouebit. Cur ergo dicuntur elementorum formæ, elementa mouere? cur forma lapidis dicitur mouere lapidem deorsum? cur forma dicitur esse principium motus actiui? cur forma dicitur esse actus, materia autem potentia? si vnquam id Aristoteles dixit (dixit autem sæpe) sæpe ipse sibi contradixit Quid ad hanc aliam? Forma est principium τοῦ κινεῖσθαι. Anima est forma corporis organici. &c. Ergo anima est principium τοῦ κινεῖσθαι, *moueri*, corpus organicum, &c

Quo

Quo nihil absurdius, nihil inconstantius. Neque enim maior negari potest, neque etiam minor ex ijs verbis. ἀναγκαῖον τὴν ψυχὴν οὐσίαν εἶναι ὡς εἶδος σώματος. *Necesse enim, animam substantiam esse, vt formam corporis.* quæ sunt 2. de Anima, cap. 1. Ex hac ergo doctrina, neque animalia, neque animata, neque mixta neque elementa principium habent in se, τοῦ κινεῖν, *mouere*, vel se ipsa, vel alia. Ratio eadem valebit in cœlis, si ex materia & forma composita sunt, si sunt naturalia corpora. Quæ omnia si absurda sunt in Aristotelis doctrina, forma, vnde ea omnia pendent, non est natura, vt ipse asseruit, aut natura est etiam principium τοῦ κινεῖν. *mouere*, quod ipse non asserit. Non ergo hæc valde forti ratione sunt dicta, non verè docta. Præterea, quid illud est, quod ait? Formam esse magis naturam, quàm materiam? Si vtraque & substantia est & causa substantiæ compositi? vtraque principium τοῦ κινεῖσθαι, & natura vtraque? Quid ergo est, istud magis? An fortè id magis, fortius quid, vel validius, vel intensius, vel maius indicat? Si forma & materia substantiæ sunt, substantia non recipit magis & minus. An verò forma validior natura est quàm materia? Id enim velle videtur, cum rationem sententiæ huius reddit. ἕκαστον γὰρ τότε λέγεται, ὅταν ἐντελεχείᾳ ᾖ μᾶλλον, ἢ ὅταν δυνάμει. *Vnumquodque enim tunc dicitur, quando actu fuerit, magis quàm quando potentia.* Mutamus illud (dicitur) si id est in locutione: in re videamus quid sit. Est ne materia ea quæ dicitur esse δυνάμει, *in potentia* ita, vt materia nec actu materia sit, sed materia in potentia? An verò materia est, compositum, non actu sed potentia? vel ne hoc quidem, quia materia nunquam est ipsum compositum. Sed materia est in potentia ad compositum. Et cum compositum iam factum est, tunc dicitur magis esse, & actu, quàm antequam compositum esset. Si ita, forma quoque antequam compositum sit, non in actu, sed in potentia ad compositũ est, ipsa quoq;. Ergo forma non magis natura, quàm materia hac ratione est. Neque etiam hac alia: quoniam forma, ante quàm compositum fiat, non est actu forma, sed in potentia est forma. At materia est actu materia, etiam antequam compositum fieret: atque ita materia cum ἐντελεχείᾳ materia sit & actu, forma autem sit forma, potentia & δυνάμει: materia sanè magis erit & dicetur, esse quàm forma, atque ita forma minus natura, & non magis natura erit, quàm materia. Sed si rectior. Porphyrij interpretatio sit, compositum ipsum actu & est & dicitur, compositum magis natura quam materia est, iam compositum erit natura, atque ita tres naturas habebimus ex Porphyrij doctrina quàm doctrinam Aristoteles expressè negat. τὸ δ' ἐκ τούτων, φύσις μὲν οὐκ ἔστι, φύσει δέ. οἷον ἄνθρωπος· καὶ μᾶλλον φύσις αὕτη τῆς ὕλης. *Quod verò ex his, natura quidem non est, sed à natura, veluti homo, & magis natura hæc quàm materia.* Quæ hæc est philosophia: Compositum ex materia & forma, non est natura. Sed magis est natura quàm materia? Aut ergo materia non est natura, cuius contrarium docuit: aut dum natura est, minus natura est, quàm id quod natura non est. Quæ duo absurdissima inter se pugnantia, si quis de Senatu, Populoue Peripatetico nitatur effugere, dicatque illud magis de forma erga materiam dici, quod Coryphæi duo Alexander & Simplicius autumarunt, cogetur is rationem reddere, quo pacto forma, magis natura sit, cum ex æquo principia & causæ τοῦ κινεῖσθαι *moueri* sint. Quod si forma magis sit causa istius moueri, tunc forma imperfectior, & minus natura erit, quàm materia. quia τὸ κινεῖσθαι cũ sit passio, imperfectionis est, vt τὸ κινεῖν perfectionis & actionis. Quæ res in Aristotelis philosophia non admittetur vel à minimo de plebe. Deinde quæremus ex eo, quo modo nos doceat, materiam esse δυνάμει *in potentia*, formam verò ἐντελεχείᾳ *in actu*? Quando materia δυνάμει *in potentia* sit ad formam? & forma sit non actu, sed actus, non materiæ aut compositi, sed τοῦ δυνάμει *potentia*, materiæ ipsius? Si in vtraque interpretatione, inextricabiles labyrinthi sint, si excellentissima ingenia torta hac ambiguitate, quid nos ex tali doctrina sperabimus? Formam causam esse dicit, vnam de quatuor generibus causarum. Esto si lubet, causa altera ipsius compositi intrinseca, non contendemus, si etiam apertius συναιτία, *concausa* cum Platonicis dicatur. Deinde addamus, ex superioribus formæ nomina, illa, οὐσία, τὸ τί ἦν εἶναι, λόγος, παράδειγμα. *substatia, quod quid erat esse, ratio, exemplũ.* Præterea adijciamus, Triplicem substantiam pluribus locis Aristotelem nobis distinxisse: materiam, formam, ex his compositum, inter alia 7. Metaphy. cap. 3. μάλιστα

*Formam magis esse naturam quã materia.*

δὲ δοκεῖ εἶναι οὐσία τὸ ὑποκείμενον πρῶτον. τοιοῦτον δὲ, τρόπον μέν τινα ἡ ὕλη λέγεται. ἄλλον δὲ τρόπον ἡ μορφή. τρίτον δὲ τὸ ἐκ τούτων. λέγω δὲ τὴν μὲν ὕλην, οἷον τὸν χαλκόν, τὴν δὲ μορφὴν τὸ σχῆμα τῆς ἰδέας. τὸ δ᾽ ἐκ τούτων τὸν ἀνδριάντα, τὸ σύνολον. ὥστε εἰ τὸ εἶδος τῆς ὕλης πρότερον, καὶ μᾶλλον ὄν, καὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν πρότερον ἔσται. *Maximè verò videtur esse substantia subiectum primum. Tale verò, modo quodam materia dicitur, alio verò modo forma, tertium id quod ex his. Dico verò materiam veluti as. formam verò figuram ideæ ex his verò, statuam vniuersum, itaque si forma prior materia est, & magis ens prior etiam erit eo, quod ex ambabus.* Quem locum adscripsi totum, vt non solum ea substantiarum distinctio appareret: sed etiam id, quod adiunxit formam esse priorem, & magis ens, tum materia tum composito, quod est apprimè considerandum, quod iterum eodem capite repetit, cum aliqua additione. διὸ τὸ εἶδος, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν, οὐσία δόξειεν ἂν μᾶλλον εἶναι τῆς ὕλης. *Quare forma, & id quod ex ambabus, substantia magis videatur esse quàm materia.* Et capite 7. εἶδος δὲ λέγω, τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου, καὶ τὴν πρώτην οὐσίαν. *Formam verò dico, quodquid erat esse cuiusque & primam substantiam.* Sunt ex his septem dogmata nobis discutienda. Quomodo forma sit magis ens. Magis substantia. Prima substantia. Prior quàm materia. Compositum magis substantia, quàm materia. An forma sit omnino substantia, & qualis substantia. Primum itaque sumamus. Forma est magis ens quàm materia. Quid est ens? Id quod est. Forma est ens, quia est. Materia quoque est ens, quia est. Quid ergo est illud magis? Apud neminem ex Peripato adhuc inueni hoc magis, expositum. Videtur significare, vel perfectionem, vel intensionem, vel durationem, vel tale quidpiam. Si intensionem dicat, forma iam erit qualitas. nam remissio & intensio, non substantiæ sed qualitatis esse, à Principe eorũ docti sunt. Si durationem dicat, durabilior ergo forma quàm materia, at forma corruptibilis est, materia æterna ex dogmate eorum patris, atque ita corruptibile durabilius, æternius (vt ita dicam) æterno & incorruptibili erit. Quæ si quis concedat, transfuga ex Peripato in exilium agetur. Si (Magis) significet perfectionem, rogamus an corruptibile, perfectius sit incorruptibili temporaneum æterno, effectus perfectior quàm causa? Materia enim causa est vt forma sit, non autem forma causa est vt sit materia. Materia actu est materia, forma verò in ventre materiæ in potentia prius est, at actus perfectior potentia. Postquam forma de ventre matricis extracta est, in actu ipsa quoque est, priore modo imperfectior est materia quæ actu materia est. Secundo verò, quo ad actum par materiæ, non perfectior. Ad hæc, si apud Aristotelem substantia est perfectius ens, quàm accidẽtia quia prior est, & causa vt alia existant, iisdem rationibus, materia, quia prior quàm forma, & causa vt forma existat, perfectior ens erit quàm ipsa forma. His omnibus ergo rationibus, materia perfectior, & magis ens erit, ipsa forma, & perfectior etiam substantia, quàm forma sit, iisdem met rationibus. Sed cur formam dicit & primam substãtiam, & priorem tum materia, tum composito? Est quidem composito prior tempore, vel potius non tempore, sed causalitate (vt ita loquar) sed prior materia, nec tẽpore est, cum hæc sit æterna, forma verò generetur, nec etiam vllo alio prioris significatu, quæ vel prædicamentis vel 5. Metaphysico sunt ab Aristotele tradita, atque huic etiam, totum contrarium asseritur cap. 11. materiam nempe esse priorem: ἔτι ἄλλως τὰ κατὰ δύναμιν, καὶ κατ᾽ ἐντελέχειαν. τὰ μὲν γὰρ κατὰ δύναμιν πρότερα ἐστί. τὰ δὲ κατ᾽ ἐντελέχειαν ὕστερον. οἷον κατὰ δύναμιν μὲν ἡ ἡμίσεια τῆς ὅλης καὶ τὸ μόριον τοῦ ὅλου. καὶ ἡ ὕλη τῆς οὐσίας. *Deinde aliter quæ secundum potentiam, & quæ secundum actum. Nam quæ secundum potentiam, prius sunt: quæ verò secundum potentiã posterius. veluti secundũ potentiã quidẽ dimidia totius, & pars toto, & materia, ipsa substantia.* Nõne hic nominatim dicitur materia prior esse quàm ipsa substantia, hoc est, vel forma vel composito? Quæ igitur hæc dogmatum contrarietas? qualis hæc philosophia? Non poterit opinor Saluator Populus Peripateticus, principem saluare, etiamsi inferat, ex prædicamentis, illud prius, dignitate, quia dignitas ista pendet à perfectione, ab excellentia, vel vna res cum ipsis est. Hæc autem materiæ potius quàm formæ aut composito conuenire ex æternitate ipsius, ex causalitate, ex actu, ostensum est, sempiterno. Nulla ergo ratione forma est prior quàm materia. Nulla etiam est, prima substantia, forma ipsa. Quia prima omnium sit materia, secunda forma, tertia compositum, ex loco integro superius adducto ex aliis multis, vbi de tribus his substantiis mentio ... ab authore

*De forma sepiẽ discutiẽda.*

*Forma.*

*Materia.*

authore Peripati habita. Sed eodem 7. cap. 7. Metaphysici, in quo illa docebat, formam esse priorem substantia & materia, & composito alia contrarietate sibi contradicit, dum ait de cõposito. τὸ δέ τι, ὁ ἄνθρωπος, ἢ φυτὸν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἃ δὴ μάλιστα λέγομεν οὐσίας εἶναι. *Hoc quid homo vel planta, vel aliud quid talium, quæ sanè, maximè dicimus substantias esse.* Quo loco, μάλιστα, *maximè*, superlatiuum est illius *magis*, μᾶλλον quo formam, reliquis substantijs præferebat, & materiæ & composito: hoc verò loco compositum maximè substantiam esse dicit. Quod quidem veritate etiã examinatum, falsum est. Namque iisdem rationibus causalitatis, æternitatis, materiam composito etiam præferendam ex eiusdem principis dogmatibus persuademur.

Sed an forma, nedũ prima, vel prior, vel perfectior substantia sit, sed omnino substantia, occasionem nobis præbet dubitandi, summi in Peripato Alexandri, & Medicorum, & veterum quorundam philosophorum, & dogmata & autoritas, qui formas elementorum, non substantias, sed accidentia esse putauerunt. *Accidens quid.* Accidentis quoque definitio, eadem, formæ omnino conuenit. Ex Aristotele quoque, ex re ipsa. forma sit accidens substantiæ tamen nomine non verè ab eo insigniatur. Rem ergo hanc expendamus. Accidens 1. Topico capite 4. ita definitur. ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν ὁτῳοῦν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καὶ μὴ ὑπάρχειν. *Quod potest inesse cuius vni & eidem & non inesse.* Ex Porphyrio quoque accidens est, ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. *Quod adest, & abest, sine subiecti corruptione.* Accidens ergo sui natura dicitur suo subiecto posse & inesse, & ab eo abesse, & id quidẽ absque subiecti corruptione. Idem dicimus nos, formæ quoque conuenire. Potest enim forma, suo subiecto id est suæ materiæ (de prima loquor) eidem & vni inesse, & etiam ab ea abesse: non tamen materia corrumpitur. Materia æterna est, manet, forma aduenit, abit, illa tamen permanet. Neque id Aristoteli ignotum, materiam ὑποκείμενον plurimis locis vocanti formam quoque separabilem asserenti 8. capite Metaphysici 5. clarè docenti eam rem his verbis. συμβαίνει δὲ κατὰ δύο τρόπους τὴν οὐσίαν λέγεσθαι, τό θ' ὑποκείμενον ἔσχατον, ὃ μηκέτι κατ' ἄλλου λέγεται. *Accidit secundum duos modos substantiam dici, subiectum vltimum scilicet, quod non amplius de alio dicitur.* Id de prima materia. De forma verò. καὶ ὃ ἂν τόδε τι ὂν, καὶ χωριστὸν ᾖ, τοιοῦτον δ' ἡ ἑκάστου μορφὴ καὶ τὸ εἶδος χωριστόν: *Et quod quid existens etiam separabile fuerit, tale autem est cuiusque forma & species separabilis.* Ergo & separabilis est forma, & quando separatur à subiecto suo, id non corrumpitur. Accidens ergo est, ex definitione. Neque nobis quisquam obijciat, substãtialem formam, τὶ δέ τι ὂν dici: quia accidentia eodem modo, ab eodem Aristotele, eodem libro cap 13. appellantur. ποσὸν λέγεται τὸ διαιρετὸν εἰς ἐνυπάρχοντα, ὧν ἑκάτερον ἢ ἕκαστον ἕν τι, καὶ τόδε τι πέφυκεν εἶναι. *Quantum dicitur id quod diuisibile est in inexistẽtia quorum vtrumque vel singula vnum quid, & quod quid natum est esse.* *Quãtum.* Et lib. 7. cap. 7. πάντα δὲ τὰ γινόμενα, ὑπό τινός γίνεται, καὶ ἔκ τινος, καὶ τί. τὸ δὲ τὶ λέγω καθ' ἑκάστην κατηγορίαν. *Omnia quæcunque fiunt; & ab aliquo fiunt, & ex aliquo, & aliquid, dico autem quod quid secundum singula prædicamenta.* Est enim vox communis omnibus essentijs, & non propria formæ quæ dicta est substantia. Cur verò forma hæc dicatur substantia, albedo verò non etiã substantia dicatur, non video. Quid enim substãtia hæc esset, nullibi locorũ definiuit methodicotatus magister, locus sanè proprius inter alios, erat hoc 7. libro eam alicubi definire. Id non fecit. Caput etiam totum vnum libri 5. inscripsit de substantia, in quo tamen eam non definiuit. In prædicamentis longissimo capite eam non definiuit, in quo nullã de materia, nullam etiam de forma doctrinam docuit, particularem compositam substantiam, qualitercunque descripsit. Quærimus quid substantia sit? si substantia est ea, quæ (vt vulgata quædam opinio asserit) per se substat, forma substantia non est. Non enim per se, sed in alio, in materia nempe substat. *Formam non esse substantiam sed accidens.* Si accidens est quod accedit & recedit, forma accidens est, accedit enim & recedit. Si accidens est, quod accidit alicui subiecto, ita vt non necessario ei cohæreat, atque ideo ab eo diuellitur, sine subiecti illius vlla corruptione, forma accidens est. Accidit enim materiæ huic aut illi, sine necessitate, sed prout agens huic vel illi materiæ applicatur, accidit, vt agenti similem materia formam sortiatur. Quæ etiam diuelli potest & corrumpi, non tamen materia illa corrũpitur. Quæ materia, sola ideo substantia est, quia sola substat, sola subijcitur, sola acceded

tem formam, & reliqua accidentia suscipit, non in alio est, forma ergo accidens est, vel vnum, vel plura simul, eademq; lege. forma vna & plures etiã, vni materiæ inhærent. Est primo materia, accedit ad eam primo forma elementorum, dein misti forma lapidis vel metalli. Tertio animati forma. Quarto animalis, quinto hominis in eodemmet subiecto, in eadem materiæ primæ parte. Plures ergo istæ formæ, plura accidentia illius partis sunt. Cur enim magis substantia est, forma ignis, si quæ est, (adhuc enim incognita est) quàm calor ignis, quàm siccitas, quàm raritas, quã leuitas? Non enim magis per se substat, quàm hæ qualitates, neq; fortè præcedit qualitates, nec prius materiæ iungetur, quàm iungantur qualitates. Sed fortè sequitur, & post dispositam qualitatibus materiam, accedit, & ingeneratur. Cur ergo magis substantia est, si posterior forte est? Quid etiam facit illi materiæ, vt per se substet? Nequaquam vt sit ignis, ita vt ablata ea, non amplius ignis sit. Dicam ego quoque, ablato calore, non est amplius ignis, ablata etiam alia qualibet qualitate ignis propria. Idẽ de alijs elementis, idem de mistis, inanimis, idem de anima præditis. Nec ideo philosophia de salute magis periclitabitur si animam, accidens dicamus, quàm si formam vel substantiam, vtroque enim modo ex Aristotelis doctrina, & generantur & corrumpuntur animæ: præter quam hominis vnus intellectus. Neque magis animæ ab eo corpore separantur, accedunt & recedunt, si accidentia dicantur, quàm si formæ & substantiæ, quales substantias & formas Aristoteles prædicat. Alioquin dicatur nobis, quid forma est? Forma est substantia, ait Aristoteles. Aio ego, cur est substantia? dicat rationem, per se non substat, in alio est. Quæ ergo alia est ratio, vt substantia sit? Si dicatur, quia iuncta materiæ facit compositum dicam ego, si accidens etiam sit materiæ iunctum, non prohibetur compositum efficere. Dicetur, efficit compositum substantiale, quod itidem substantia sit. Id ego pergo quærere: quidnam id est, quo compositum substantiale, & substantia dicatur? An non etiam caliditas, albedo, si materiæ accedat, accidat, iungatur, compositum efficiet? Inquient, non effici compositum quod sit substantia. Et nos rogare non desinemus, quid ea substantia sit? Nomen audio, rem non explicant. Formas istas, quas substantias dicunt, nemo adhuc agnouit sensu, nemo cogitatione attigit, rationes per inane vagantur, dum non explicatur, quid hæc substantia sit, Accidentales, quas vocamus formas & sensu percipimus, & cogitatione attingimus, & vera experimur ea Aristotelis verba 2. de Ortu. τὰς γὰρ τῶν αἰσθητῶν ἀρχὰς, αἰσθητὰς δεῖ εἶναι. *Sensibilium enim principia, sensibilia oportet esse.* An ideo dicant, formam esse substantiam, quia eius sit *determinare*, ὁρίζειν? Dicemus nos non minus determinare eam, si accidens esse dicatur. Cur licet asserere, alias esse formas accidentales, alias substantiales? Quæ est ratio huius constitutionis? Iamdudum quærimus, vt nobis explicent rationem substantiæ istius famigeratæ: & si ratio nulla redditur, cur credatur tali philosophiæ? Albedo, caliditas, entia sunt. Formæ istæ incognitæ, entia ne sunt, an non entia? Si entia, cur magis entia, quàm illa? Essentiæ enim ratio par vtrique. Aut si non par, ratio dicatur, cur non par? cur magis ens sit forma ista substantialis quàm caliditas? Si non reddatur ratio, inanis erit ista iactatio, vana philosophia. Asserit multis locis, substantiam esse primum ens. Si de materia dicatur, in Peripato concedam. Eamque etiam magis ens esse concedam, ratione scilicet causalitatis, ratione quoque æternitatis. Si de forma id dicatur, rogabo, causam? Si non afferatur, non credam. Si afferatur, expendam an vera causa sit. Si sit, acquiescam. Si non sit, non cessabo ego afferre, multa, quæ similia, vel potius eadem sunt in formis istis, & accidentibus. Entia & ista & illæ sunt. Neque magis ens forma (quod mihi assumo donec contrarium demonstretur) quàm accidens. Vtraque in subiecto, vtraque in subiecto & nudo & formato. In materia namque prius accidentia corporis, dimensionum sunt, quàm formæ elementorum, quæ formarum omnium primæ in Lycæo, nudæ materiæ insunt. Subiecto quoque his formato, vtraque insunt. Non enim minus formæ aliæ super alias accumulantur, quàm accumulentur accidentia. Namque ad formas elementorum, accumulatur forma misti: super hanc lapidis vel metalli: super hanc nutritiua plantæ: deinde sensitiua animalis: dein super hanc rationalis. Neque eximit eas ex hac aggestione, quod vulgo

in

in ſcholis Peripateticis iactatur, formas priores, remanere quidem in ſubiecto, ſed refractas, remiſſas. Quin imo refractio vel remiſſio iſta, ſententiã noſtrã confirmat Eſt enim propria qualitatũ, cum ſubſtantia nec magis nec minus recipiat ex ipſiuſmet eorum principijs traditione. Præterea recedit forma, recedunt accidentia, citius etiam, quàm accidentia nonnulla, euolata enim anima, remanet ibi figura corporis organici, remanent quantitates, qualitates, quæ miſtionem fecerant, vt ex hac ratione, magis entia dici poſſint, quàm forma ea, quæ corrupta eſt. Generantur accidentia: generatur forma, corrumpuntur illa, corrumpitur & hæc, & ſanè, ſine ſubiecti corruptione. Eadem ergo ſunt hæc omnia tum in formis, tum in accidentibus.

Obiectum eſt olim mihi inter colloquendum, me ſtudio contradicendi, terminos notos, conceſſos, Senatus populique plebiſque vſu firmatos, peruertere. Subſtantiæ nomen tributum populariter tribus his, materiæ, formæ, compoſito. Me non æque facere, qui hunc vſum conteram Miratus ſum à philoſopho, vti profitebatur, obiectionem talem factam, deinde intuli. In vſu eſſe populi Senatuſq;, canis nomen deſignare, terreſtrem hunc noſtrum canem, Marinum alium, alium cœleſtem. Num ergo, ſi quæram diſtinctionem, ſi eſſentiam cuiuſq., vſum aboleam? Noui ſubſtãtiæ nomen tribus illis tribui ab Ariſtotele, noui tamen à vetuſtioribus philoſophis, ab Alexandro Peripatetici ſenatus principe, à Galeno, à medicis vniuerſis, formas accidentia appellari. Vulgus verò, appellare ſubſtantiam compoſitum tantum, non formã, non materiam, quas non nouit, non cernit, non ſentit. Itaque non eſſe ex vſu populi, non ex vſu totius Senatus ſapientum, id nomen ſubſtantiæ tribus illis tributum: ſolius Ariſtotelis eſſe, ac Peripati. Et ſi maximè omnium ſit, ſapientum ſit, non me incongruam rem, non indignam viro philoſopho quærere, ſi æquiuocum iſtud nomen ſit, ſi vniuocum, ſi etiam, vt ipſi vocant, analogum, vt definitio ſubſtantiæ afferatur, ac innoteſcat. Res ipſas, eſſentias rerum, debere philoſophos philoſophari nõ nomina, non vulgi vſum, non quamlibet ſapientum opinionem. Aperiatur ergo nobis ſacroſanctum iſtud myſticum myſterium, quod ſemper in ore eſt, nunquam in oculis. Quid eſt ſubſtantia? In re quæro, non quæro in nomine, vt diſcam, an forma, re ipſa, non nomine tantùm ſubſtantia ſit. Allatum eſt primò ſubſtãtiam id eſſe, quæ rei dat eſſe. Dubitaui, an forma det eſſe rei ſola, an etiam materia? Vtraque, reſponſum. Sed formæ opere id factum, quæ actu rem eſſe facit, materiam potentia eſſe tantùm. Dubitaui iterum, ſi caliditas, ſiccitas, leuitas, raritas, accedant materiæ nudæ, an ignem facturæ ſint? Reſponſum eſt præparatorias has eſſe qualitates ad formam. Quæſitum tertiò, quidnam eſſet hæc forma? id quod igni dat eſſe? Subiunxi, qualitates illas quatuor efficere, vt ignis eſſet, nullo alio indigere. Repetitum eſt idem nomen ſæpius, formam id eſſe quod rei daret eſſe. Poſt tandem non paucas poſtulationes poſtulaui, vt quid eſſet iſta forma indicaretur? Cur non qualitates illæ igni darent eſſe? Hæſitatum eſt diu, tandem ſoluta res eſt. Formam eſſe id, quod principale eſt in re, à quo actiones eius propriè prouenirent. Principale ergo eſt in igne caliditas & reliquæ, quia actiones ignis, calefacere, ſiccare, rarefacere, aſcendere, à nullo alio quàm ab his proueniunt. Atque ideo eas eſſe formam ignis, ergo accidentia ſunt forma ignis, ergo reliquorum elementorum. Ergo miſtorum ex elementis, non enim in his accidentia, ſubſtantiæ fiunt. Allatum eſt. Formam eſſe, quæ rei in potẽtia id eſt materiæ aduenit, accidentia eſſe, quæ rei in actu ac iam formatæ ſuperueniunt. Si hoc verum eſt, quomodo dictum eſt, qualitates primas, materiæ primæ, nondum formatæ, aduenire, eique iungi? Neque id Ariſtotelicum eſt; cum enim accidens definiret, non expreſſit, quod accideret rei, vel in actu, vel in potentia: ſed quod vni & eidem in eſſe & non ineſſe poſſet, à qua definitione materia nuda non excluderetur, quæ vna & eadem eſſet. At ſi etiam ea conditio entis in actu neceſſario requireretur, non alienam à materia nuda eſſe, quæ ens in actu, id eſt materia in actu, & actu eſſet, non autem in potentia, ſi progreſſio in infinitum eſt euitanda. Deinde hac ipſa conditione formas omnes, poſt primas eſſe accidentia neceſſe eſſe fateri: quia materiæ nudæ, forma ignis etiamſi detur ſubſtantiam eam eſſe, junctæ ambo, efficere compoſitum ens in actu. Forma miſti, quæ illi enti in actu accedet poſteà, & huic alia plantæ, vel animalis, eſſe ex conditione, dicta, accidentia. Niſi quis refugiat eò, ad aduentum formæ alterius,

Διὸ τῶν ὁριζομένων, οἱ μὲν λέγοντες, τί ἐστιν οἰκία, ὅτι λίθοι, πλίνθοι, ξύλα. τὴν δυνάμει οἰκίαν λέγουσιν, ὕλη γὰρ ταῦτα. οἱ δ' ἀγγεῖον σκεπαστικὸν χρημάτων, καὶ σωμάτων. ἤ τι καὶ ἄλλο τοιοῦτο προσθέντες, τὴν ἐνέργειαν λέγουσιν. οἱ δ' ἄμφω ταῦτα τιθέντες, τὴν τρίτην, καὶ τὴν ἐκ τούτων οὐσίαν. ἔοικε γὰρ ὁ μὲν διὰ διαφορῶν λόγος, τοῦ εἴδους καὶ τῆς ἐνεργείας εἶναι. *Ideo eorum qui definiunt alij dicunt, quid sit domus? quòd lapides, lateres, ligna, potentia domum dicunt, materia enim hæc sunt. Qui verò vas protegens suppellectilem & corpora vel quid aliud tale addentes, actum dicunt. Qui verò ambo hæc ponunt, tertiam, & ex his substantiam. Videtur enim sermo per differentias, esse formæ, & actus.* Quibus videmus, domum, tertiam substantiam appellari ex duabus primis, materia & forma conflatam & paulo post, inter Archytæ definitiones, quietem appellat substantiam. ἐνέργεια δὲ καὶ οὐσία ἡ ἠρεμία. & secunda definitione æquitatem. ἡ δ' ἐνέργεια, καὶ ἡ μορφὴ, ἡ ὁμαλότης. *Actus verò & forma æqualitas.* & caput concludens, φανερὸν δ' ἐκ τῶν εἰρημένων, τίς ἡ αἰσθητὴ οὐσία ἐστὶ καὶ πῶς· ἡ μὲν γὰρ ὡς ὕλη, ἡ δ' ὡς μορφὴ, ὅτι ἐνέργεια. ἡ δὲ τρίτη ἐκ τούτων. *Clarum verò ex dictis est, quæ sit sensibilis substantia, & quo modo. alia enim vt materia, alia vt forma, quando actus, tertia verò ex his.* Toto tamen capite cum de forma agere proposuisset, ne verbum quidem de substantiali forma protulit. Quidquid de forma dixit, aut de artificiali forma locutus est, & substantiam appellauit, aut accidens aliquod naturale, vt quietem & æqualitatem. Adeo vt toto capite colligamus, tum ex definitione, formam posse esse accidens, tum ex definitionis explicatione, esse accidens. Tantum abest, vt substantialem formam illa substantiæ definitio nobis inferat.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER III.

### *DE MATERIA PRIMA.*



MATERIA prima, Aristoteli, tertium rerum naturæ principiũ est, & quanquam primum, & natura & excellentia, sit posteriore tamen loco, tractatio ei tributa est ab ordinum ordinatore, quia scilicet contraria putauit esse nobis notiora, per eaq; in materiæ cognitionem nos traxit. Multa primo libro, numerosiora etiam alijs de ea sæpe locutus est vt nullum sit ferè, in tot physicis libris, in metaphysicis etiam (excepto vno naturæ nomine) nomen sæpius nominatum, quã materiæ nomen. Quibus non noua aliqua doctrina tradita est, sed vetus plusquàm millies repetita. Hæc scilicet de materia ab eo vel allegata, vel considerata. ὑποκείμενον, ἄμορφον, ἀνείδεον ἀρρύθμιστον, οὐκ ὂν κατὰ συμβεβηκὸς, οὐσία, ἀρχὴ, στοιχεῖον, αἰτία, συναίτια, πέφυκεν ἐφίεσθαι κατὰ φύσιν τ' ἀγαθοῦ, μήτηρ, θῆλυ, αἰσχρὸν, τὸ δυνάμει, ἀγέννητος, ἄφθαρτος, φύσις, τὸ πάσχον, τὸ πάντων εἰδῶν δεκτικόν. *Subiectũ, informe, deforme, inconcinnum, non ens per accidens, substantia, principium, elementum, causa, concausa, nata est appetere natura bonum mater, fœmina, turpe, in potẽtia, ingenita, incorruptibilis, natura, patiens, omnium specierum susceptiuum.* Materiæ dotes. Hæc nomina materiæ sunt o: rem ipsam perpẽdamus. Aristoteles itaque in omni generatione contrarium ex contrario fieri asseruit. Et quia contraria per se ipsa, nec starent, nec agerẽt, in se, nec in se paterẽtur: necesse putauit esse, vt aliquid contrarijs istis esset subiectum, quod ipsa sustineret, in quo ipsa fulcirentur, essent, hærerent, hocque subiectum ὑποκείμενον nominauit. Et cum de rerum naturalium generatione dicere proposuisset, id in artificum rebus ostendit. Hominem dixit esse subiectum, amusi & musici, æs statuæ. Semen animalium, ac plantarum, lapidem Mercurij, lignum lecti. Postea libris de Ortu & interitu, de generatione rerum naturalium egit, exempla quoque rerum naturalium exhibuit, corpus subiectum sanitati, morbo, calori, frigori, humiditati, siccitati, & cætera talia. In quibus illud maxima animi aduersione dignũ, in tam multis sermonibus, quæstionibus, de materia atq; subiecto generationis, motus, absolutis, nul-

lum de prima materia exemplum attulit, nullum verbum enunciauit, totis 1. & 2. physicis, totis etiam 1 & 2. de Ortu & interitu, totis etiam 1. 2. 9. 10. 12. Metaphysicis. Imò tantum abest, vt hanc primam materiam nos docuerit: aut approbauerit, (quod scio vniuerso Peripato inauditum fore) vt etiam eam dedocuerit, reprobauerit, ad vsum scilicet generationis. Hac in re vna ab Ocello, à quo multa mutuatus est, dissentiens: nempe vt Platoni, ac Pythagoreis sese opponeret. Qui materiam hanc nudam considerarunt primo ad formas omnes recipiendas aptam: dein formis omnibus, vestitam. Quam nuditatem Aristoteles omnino reijcit. Nam primo de Ortu, capite 5. de augmento, & decremento, agens, sic dubitat. περὶ δ' ὅ ἐστιν ἡ μεταβολὴ ἡ τῆς αὐξήσεως καὶ τῆς φθίσεως (περὶ μέγεθος δὲ δοκεῖ εἶναι τὸ αὐξάνεσθαι καὶ φθίνειν) ποτέρως ὑποληπτέον; πότερον ἐκ δυνάμει μὲν μεγέθους καὶ σώματος, ἐντελεχείᾳ δ' ἀσωμάτου καὶ ἀμεγέθους, γίνεσθαι σῶμα καὶ μέγεθος; καὶ τούτου διχῶς ἐνδεχομένου λέγειν ποτέρως ἡ αὔξησις γίνεται; πότερον ἐκ κεχωρισμένης αὐτῆς καθ' αὑτὴν τῆς ὕλης, ἢ ἐνυπαρχούσης ἐν ἄλλῳ σώματι; ἢ ἀδύνατον ἀμφοτέρως; χωριστὴ μὲν γὰρ οὖσα, ἢ οὐδένα καθέξει τόπον, ἢ οἷον στιγμή τις, ἢ κενὸν ἔσται ἢ σῶμα οὐκ αἰσθητόν. *Circa quod est autem mutatio, augmenti & decrementi (circa magnitudinem autem videtur esse, augeri & minui) vtro modo est reputandum? vtrum ex potentia magnitudine & corpore, actu verò incorporeo & non magno, fieri corpus & magnitudinem? & hoc cum dupliciter possit dici, vtro modo augmentum fit? vtrum ex separata ipsa per se ipsam materia, vel inexistente alicui alio corpori? vel impossibile vtroque modo? separata enim existens, vel nullum occupabit locum, vel veluti punctum quoddam, vel vacuũ erit, vel corpus non sensibile.* Et post non multa sic concludit. βέλτιον τοίνυν ποιεῖν πᾶσιν ἀχώριστον τὴν ὕλην, ὡς οὖσαν τὴν αὐτὴν καὶ μίαν τῷ ἀριθμῷ, τῷ λόγῳ δὲ μὴ μίαν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ στιγμὰς θετέον, οὐδὲ γραμμὰς τὴν τοῦ σώματος ὕλην, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἐκεῖνο δ' οὗ ταῦτα ἔσχατα, ἡ ὕλη. ἣν οὐδέποτε ἄνευ πάθους οἷόν τε εἶναι, οὐδ' ἄνευ μορφῆς. *Melius ergo facere ab omnibus separatam materiam, vt quæ sit eadem & vna numero, ratione verò non vnam. Sed enim nec puncta, nec lineæ ponenda sunt corporis materia ob easdem causas, illud verò cuius hæc extrema sunt materia est, quam nunquam sine passione possibile est esse, neq; sine forma.* Hanc sententiam 2 de Ortu, capite 1. sic explicauit. ἀλλ' οἱ μὲν ποιοῦντες μίαν ὕλην παρὰ τὰ εἰρημένα, ταύτην δὲ σωματικὴν, χωριστὴν, ἁμαρτάνουσιν. ἀδύνατον γὰρ ἄνευ ἐναντιώσεως εἶναι τὸ σῶμα τοῦτο, αἰσθητὸν ὄν. *Sed qui faciunt vnam materiam præter dicta* (elementa quatuor) *eamque corpoream, separatamque, errant, impossibile enim est sine contrarietate esse corpus hoc, sensibile, existens.* Deinde post Platonem reprehensum, ita concludit. ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὕλην μὲν εἶναι τῶν σωμάτων τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστὴν, ἀλλ' ἀεὶ μετ' ἐναντιώσεως, ἐξ ἧς γίνεται τὰ καλούμενα στοιχεῖα, διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον, οὐ μὴν ἀλλὰ ἐπειδὴ καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐστὶν ἐκ τῆς ὕλης τὰ σώματα τὰ πρῶτα. διοριστέον καὶ περὶ τούτων. ἀρχὴν μὲν καὶ πρώτην ὑποθεμένοις εἶναι τὴν ὕλην, τὴν ἀχώριστον μὲν ὑποκειμένην δὲ τοῖς ἐναντίοις. οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ὕλη τῷ ψυχρῷ, οὐδὲ τοῦτο τῷ θερμῷ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἀμφοῖν. ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή. δεύτερον δ' αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δ' οἷον ψυχρότης, καὶ θερμότης. τρίτον δ' ἤδη πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. *Nos autem dicimus, materiam quandam corporum sensibilium. Sed eam non separatam, sed semper cum contrarietate, ex qua fiunt ea, quæ vocantur elementa, Determinatum verò est de ipsis in alijs exactius. Attamen quando & hoc modo ex materia sunt prima corpora, determinandum de his quoque principium. & hoc quidem primum supponentes esse materiam, inseparatam quidem, sed subiectam contrarijs. Non enim calidum materia est frigido, neque hoc calido, sed subiectum vtrisque, itaque primum, corpus potentia sensibile, principium est. Secundo verò, contrarietates, dico autem vt frigiditas & caliditas. Tertio autem, simul ignis & aqua, & talia.* Quem locum ostendimus Tomo 2. fuisse ex Ocello exscriptum vltima parte. His itaq; iactis ex Aristotele fundamentis, ne nobis iure, quod ipse iniuria Platoni eo loco fecit, obiiciat, de materia est determinatè loquendum, atque vt διορισμὸν aliquem, & determinationẽ habeat. Materia itaq; duplex esse Peripato videtur prima nempe, quæ elementorum contrarietatibus ἐναντιώσεσι subiacet. Et secunda quæ ipsa sunt elementa, ex quibus formatis iam mista conflantur. Potest etiam & tertia. & quarta, & quinta, & fortè alia dici, prout ex diuersimoda formarum aggeratione vnum compositum alteri formæ sedes & materia fit. Sed nos, hos alios oẽs materiarum gradus, nomine secundæ materiæ appellabimus, atque eam à prima materia separabimus. Dicimus itaque Aristotelem, quandocunque de generatione,

*Materia duplex ex Aristotele.*

de

de corruptione, de alteratione, de augmento & decremento, de motu etiam locali, locutus est, & subiectum aliquod ijs esse necessarium affirmauit, de secunda hac materia est locutus. De locali motu, nulli dubium esse puto, Cum id quod loco mouetur, corpus sit, & corpus sensibile. Idem docet de Alteratione, cap. 4 libri de Ortu. ἀλλοίωσις μὲν ἐστιν, ὅταν ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου, αἰσθητοῦ ὄντος, μεταβάλλῃ ἐν τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν, ἢ ἐναντίοις οὖσιν, ἢ μεταξύ. *Alteratio quidem est, quando manente aliquo subiecto, sensato existente, mutatur in suis passionibus vel contrarijs vel medijs.* Quod etiam accretio in tali subiecto fiat formato, sequenti capite statuit, verbis prius allatis, his scilicet. περὶ δ' ὅ ἐστιν ἡ μεταβολὴ τῆς αὐξήσεως καὶ τῆς φθίσεως (περὶ μέγεθος δὲ δοκεῖ εἶναι τὸ αὐξάνεσθαι καὶ φθίνειν) ποτέρως ὑποληπτέον; πότερον ἐκ δυνάμει μὲν μεγέθους καὶ σώματος, ἐντελεχείᾳ δὲ ἀσωμάτου καὶ ἀμεγέθους γίγνεσθαι σῶμα καὶ μέγεθος, καὶ τούτου διχῶς ἐνδεχομένου λέγειν, ποτέρως ἡ αὔξησις γίνεται; πότερον ἐκ κεχωρισμένης αὐτῆς καθ' αὑτὴν τῆς ὕλης, ἢ ἐνυπαρχούσης ἐν ἄλλῳ σώματι; ἢ ἀδύνατον ἀμφοτέρως; *Circa quod autẽ sit mutatio augmẽti & decrementi (videtur autem circa magnitudinem esse augeri & decrescere) vtro modo existimandum? vtrum ex potentia magnitudine & corpore, actu verò incorporeo & carente magnitudine fieri corpus & magnitudinem, & cũ hoc dupliciter possit dici, vtro modo augmentum fit, vtrum ex separata per se ipsam materia, vel inexistente in alio corpore? vel impossibile vtroq; modo?* At cur id? χωριστὴ μὲν γὰρ οὖσα, ἢ οὐθένα καθέξει τόπον, ἢ οἷον στιγμή τις, ἢ κενὸν ἔσται, ἢ σῶμα οὐκ αἰσθητόν. *Separata enim existens, vel nullũ occupabit locum, vel veluti punctum aliquod, vel vacuum erit, vel corpus, non sensibile.* At in quo accretio fit, & magnitudinem habet, & locum occupat, & corpus est, & corpus sensibile. At tale est quod secundam materiam nuncupant. Sed generatio & corruptio, in prima vel in secunda materia fit? dubium id est. Videtur namque præter elementorum generationem, omnis alia generatio ex secunda materia fieri. Si enim nulla alia, simplicia corpora sint præter elementa, omniaque ex elementis composita sint, iam generationis aliorum compositum sit necesse est. Atque hoc modo, verum euadet illud Aristotelis, sensibilium sensibilia, & corruptibiliũ corruptibilia principia esse oportet. In tali quoque subiecto, fieri omnes artificialium generationes apparet ex exemplis quæ 1 & 2. physicis & 9. Metaphysico afferr. Præterea capite 7. primi physici hæc habet. ἀεὶ γὰρ ἐστί τι ὃ ὑπόκειται, ἐξ οὗ γίνεται τὸ γινόμενον, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα ἐκ τοῦ σπέρματος. *Semper enim est aliquid quod subijcitur, ex quo gignitur id quod gignitur, vt planta & animalia ex semine.* Semen autem esse corpus compositum & non simplex nuda materia, patet omnibus vel lippis. Inualuit tamen opinio quorundam, qui se maximè Aristotelicos putant esse, ad aduentum secundæ formę priorem ita corrumpi, vt materia nuda remaneat. Et secundam formam, secum apportare conditiones, viresque prioris cunctas. Alij formam vel formas priores remanere quidem, nõ tamen amplius substantias esse, sed præparatorias qualitates. Hos interrogo, quomodo arbitrentur, formas quæ substantiæ sunt, ex doctoris eorum doctrina, in qualitates transire? Si generatio omnis, omnisque transmutatio inter contraria ex eorum approbatione fit, inter verò substantiæ genus, & genus qualitatis nulla sit contrarietas, quia contraria in vno eodemque genere sunt, non potest genus alterum in alterum permutari. Deinde etiam rogo, an formæ priores corrumpantur, ante aduenientis formæ aduentum? an post aduentum? an eodem tempore simul, illæ corrumpũtur, hæc ingreditur? Si ante, restabit ergo subiectum illud sine forma vlla per aliquod temporis spatium At id Aristoteli, loco altero paulo supra allato, negatur, docemurque materiam non posse separari. Si post, simul ergo aliquo tempore fuerunt, quo si sese compassę sunt? cur non etiam reliquum sese compatiantur? Altero agente opus erit vt priorem expellat. Quod nam verò id erit? Si simul atque eodem instanti altera forma ingeneratur, altera corrumpitur, non amplius verum est, priorem remanere vt præparatoriam qualitatem. Sed illos alteros materiæ spoliatores, ac denudatores, rogabo. An ante aduentum formæ secundæ, materia nuda restet, an eodem momento quo ipsa ingreditur, an post? Hoc tertium impossibile, iam enim noua forma induta est. Si eodem met instanti, hoc etiam plasmati ac figmento simile est, eam scilicet & nudam & vestitam simul esse, quod ne cogitari quidem vix possit. Sed esto posse, & cogitari & fieri, quæram, an tunc materia illa corpus sit, an locum occupet, an sit sensibilis? Hæc enim inconuenientia materiæ separatæ,

Aristoteles tribuit, verbis ijs quæ iam bis aut ter ex 1. de Ortu attulimus. Sed si nullo tempore semen, ex quo vel animal, vel planta generatur insensibile sit, semper corpus sit, semper locum occuper, dicendum est, non esse Aristotelicam philosophiam, hanc materiæ denudationem, seu eodem instanti fiat, seu etiam ante ingressum nouæ formæ. Est ergo Aristotelica doctrina materiam inseparabilem esse *οὐ χωριστήν*. Semper cum contrarietate, nunquam sine forma. Excedant ergo denudatores isti è schola Aristotelica. Sed quid de primis elementorum scilicet formis, censendum. est? Mutetur aer in aquam. Quid dicendum? materiam illius aeris forma aeris denudari? An eadem absurda consequentur? In nulla ergo formarum generatione, aut prima, aut secunda, aut alijs materia denudatur, vt vllo vnquam tempore vel momēto à forma spoliata sit. Si id constans est, quomodo materia prima dicetur generationum aut generatorum causa esse & principium? Aer mutatur in aquam, non autem aqua ex materia vt ex subiecto fit, sed ex corpore cōposito ac iam formato, formato quidem prima forma. Lapis formatus secunda forma, non ex materia nuda fit, sed ex corporibus formatis generatur. Materia ergo nuda, nón est principium generationum, aut formarum, nec primatum nec reliquarum: nullarum ergo. Non ergo est principium generationis vllius, sed principium generatorū omnium, intrinsecum, *στοιχεῖον, elementum αἰτία causa*, vel potius *συναιτία concausa*, cum forma, quòd in omni generato insit. Nisi quis dicat, quia materia sit informis, priuationemque formarum omnium adnatam habeat, sit ad omnes *δυνάμει potentia*, omnesque recipiat, ac omnes, vt multi de Auerroico Peripato loquuntur, de sua potentia educat, ac veluti femina & mater ex suo ventre producat, ac nihil aliud esse eius sit, quàm pura potentia ad omnes formas. Hęc omnia, omnis ferè Senatus Populusque Peripateticus docet. At hæc omnia ancipites atque arduas multas difficultates habent. Quas plerasque afferre nitemur, vti ostendamus qualem doctrinam & naturæ rerum, & naturalis scientiæ principij, nobis Peripatus tradiderit.

Primo itaque eam omnibus formis esse priuatam, dicere contrarium est Aristotelicis verbis his, quæ sunt 1. de Ortu capite 5 *ἥν, ἣ οὐ δέ ποτε ἄνευ πάθους οἷόν τε εἶναι, οὐδ᾽ ἄνευ μορφῆς. Quam* (materiam) *nunquam sine passione possibile est esse, neque sine forma.* Et quæ etiam suprà attulimus, *ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὕλην τινὰ τῶν σωμάτων τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστήν. ἀλλ᾽ ἀεὶ μετ᾽ ἐναντιώσεως. ἐξ ἧς γίνεται τὰ καλούμενα στοιχεῖα. Nos verò dicimus, materiam quandam corporum sensibilium sed eam non separatam, sed semper cū contrarietate, ex qua fiunt ea quæ vocantur elementa.* His quoque. *ἡ γὰρ ὕλη τὸ μέσον ἀναίσθητος καὶ ἀχώριστος. Materia namque medium est*, (scilicet duorum contrariorum) *insensibilis & inseparabilis*. Si ergo impossibile est, materiam vllo tempore sine formis esse, semperque est cum contrarietate, & nunquam est à formis separata, quomodo est omnibus formis priuata? Inquient ilico, me non intelligere mentem Aristotelis, ignarum Peripateticæ doctrinæ. Non enim materiam esse sine formis sed sui natura & per se esse informem, omni prorsus forma carentem. Audio verba, pulchra, sonora, grauiter prolata: res obscura tamen nō declaratur. Impossibilis res non deducitur, vt possibilis videatur. Inintelligibile, est materiā sui natura, formis omnibus carentem. nunquam tamen sine formis esse omnibus. Intelligit quilibet homo cum dicitur, ignem natura esse calidum, Aquam humidam natura, terram quoque natura grauem. Et quæ natura talia sint, semper talia esse. Cœlum naturā circulo mouetur. semper circulo mouetur. Sol natura lucidus est, semper lucidus est quoque. Nonne me ex sibilarent scholis eorum, si dicerem, Sol natura lucidus est. semper tamē est tenebrosus? Cœlū natura circulo mouetur, nunquā tamē circulo mouetur? Homo natura est animal, nunquam tamen est animal? Homo naturā rationalis est, nunquam tamē ratiocinatur? Aut quid monstrum est, si hoc non est? Materia naturā caret omni forma. nunquam tamen caret omni forma? Hæc sunt plasmata & teretismata longe magis quàm illæ ideæ toties, tam puerili licentia derisæ ac exagitatæ. Sed esto, detur, materia ista informis sit natura sua. Quid aient? Dabitur ne illi, saltem ea forma vel essentia quā materia sit, nec aliud ens quàm materia? Si hoc negetur, materia non erit materia Si concedatur, dicemus eam, suam habere formā per quam materia & non aliud sit. Si quidem verū sit illud dogma, rem per se formā esse, & nihilominus posse dici informē & priuatam omnibus formis, scilicet alienis.

At

At isto modo ignis quoque informis est, nón aliter aqua, non aliter lignum, lapis, bos, homo informes sunt, priuati omnibus alienis formis, vnam quisque horum habet, reliquas omnes non habet. Quid igitur præcipuum habet materia ista, vt informis dicatur? Aristoteles 1. Physico capite 7. ita locutus est. ἡ δ' ὑποκειμένη φύσις ἐπιστητὴ κατ' ἀναλογίαν. ὡς γὰρ πρὸς ἀνδριάντα χαλκὸς, ἢ πρὸς κλίνην ξύλον, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν ἐχόντων μορφὴν, ἡ ὕλη καὶ τὸ ἄμορφον ἔχει, πρὶν λαβεῖν τὴν μορφὴν καὶ τὸ τόδε τι, καὶ τὸ ὄν, *Subiecta verò natura, scibilis est per analogiam, vt enim ad statuam as & ad lectum lignũ, vel ad aliud aliquid eorum qua formam habent, materia & informe habet antequam accipiat formam, vel quod quid, vel ens*. Nonne æs informe hic est forma statuæ priusquã statuæ formam recipiat, & lignum informe forma lecti est, prius quàm ea forma induatur? Sed clarius id expressit his. δοκεῖ δ' ἡ φύσις, καὶ ἡ οὐσία τῶν φύσει ὄντων ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ ἀρρύθμιστον καθ' ἑαυτὸ, οἷον κλίνης φύσις τὸ ξύλον, ἀνδριάντος δ' ὁ χαλκός. *Videtur autem natura & substantia rerum, natura constantium, quibusdam esse primum subiectum cuique, quod per se ipsum sit inconcinnum, vt lecti natura, lignum, & statuæ as*. Sunt autem verba scripta 1. capite physici 2. Ex quibus exemplis iisdem cum prioribus illis, manifestum est idem sibi significare ibi ἄμορφον & informe quod hic ἀρρύθμιστον & *inconcinnum*. Neque tamen id dici de prima materia. nõ enim æs & lignum prima materia est, sed de subiecto cuilibet rei, quod illud ἑκάστῳ declarat: & illud primum subiectum, πρῶτον ὑποκείμενον, non primam materiam, sed primum ac proximum cuique subiectum. & immediatum, namque, vocem hanc, (primum) hoc significatu sæpe vsurpat, de materia verò prima fortè nunquam. Itaque informe atque ἄμορφον, non tam primæ materiei ab Aristotele tribuitur, quam etiam subiecto cuilibet, formato quidem forma propria, sed informi adhuc aliena. Neque longè ab hoc sensu est, talem materiam subiectum nimirum proximum dici posse, non ens per accidens. nam informe eum adhuc sit formæ recipiendæ, est adhuc non ens, illud τὸ δὲ τί, quod quid, & ens, statua scilicet ac lectus, atq; ideo non ens est per accidens. Quod sanè de omnib. generaliter subiectis verè potest affirmari. Sed morem geramus, concedamus primam materiam solam esse informem sul natura. Quid tandem erit rerum talis materia? Indiuisibile quoddam, instar puncti, vel vacui, nullum occupabit locum, corpus non erit, ex dogmatibus principis suprà allatis, post quæ intulit, σῶμα γὰρ κοινὸν, οὐδέν. *Corpus enim commune nullum*. Si igitur materia corpus non est, nullum occupat locum, quomodo adueniente forma mundi vel elementorum, in tantam molem excreuit, tam vastum occupauit locum? Hic miræ ambages, mira teretismata de forma corporeitatis, nata ex teretismate illo, materiam esse informem, incorpoream, cuius vanitas apparebit tota hac tractatione. Dicant enim nobis quem in sensum accipiant hæc magistri verba. χωριστὴ μὲν οὖσα ἢ οὐδένα καθέξει τόπον, ἢ οἷον στιγμή τις, ἢ κενὸν ἔσται, ἢ σῶμα οὐκ αἰσθητόν. *Separata enim existens vel nullum occupabit locum, vel veluti punctum aliquod, vel vacuum erit vel corpus nõ sensibile?* Quam nam de his quatuor elegerit esse materiam per se informem? Si vacuum, materia nulla iam est, quia vacuum in rerum natura nullum, probante & asserente illo. Si punctum, iam alio subiecto indiget, in quo sit. Si materia vacuũ sit aut punctum, nullum absq; dubio occupabit locum. At nunc cum forma omnẽ occupat locum. Quæ nam igitur ex duabus, per dimensiones loci omnes extenditur? vacuum? nequaquam. Punctum? neque id quidem. Prius illud, in Physicis explosum est, punctum paulo post reiicit. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ στιγμὰς θετέον, οὐδὲ γραμμὰς τὴν τοῦ σώματος ὕλην, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. *Sed enim neque puncta ponendum, neque lineas, materiam corporis ob easdem causas*. Quas causas? an quia nullum locum obtinẽt? ἐκεῖνο δὲ οὗ ταῦτα ἔσχατα, ἡ ὕλη. *Illud verò cuius hac extrema materia est*. Illud materia est cuius extrema lineæ & puncta sunt. Id iam corpus est, quod de quatuor vltimum, prius posuerat. ἢ σῶμα οὐκ αἰσθητὸν, *vel corpus non sensibile*. Si itaque materia est id, cuius extrema sunt, puncta & lineæ, id autem (vel superficies vel) corpus est materia (vel superficies, vel) corpus erit. Si superficies dicatur, ridendi. Esto ergo corpus. Duo hic consideranda. An naturale corpus an mathematicum? an tertium quodpiam? Dicere materiam rerum naturalium, mathematicum corpus esse, ipse magister 1. de Elementis confutauit. Naturale ergo corpus istud sit necesse est, si modo corpus est. At corpus esse ex Aristotelis dogmate clarum est. Corpus enim apertè vocat, sed non sensibile,

*σῶμα οὐκ αἰσθητόν.* Atque ex hoc loco Græcos quosdam interpretes sumpsisse illud *σῶμα ἄποιον* clarum fit. *corpus carens qualitate.* Quod multo ad Aristotelis opinionem vicinius est, quàm Auerrois forma illa corporeitatis. Quæ si idem est, quod corpus qualitate carens, vt quibusdam visum, Aristotelica etiam est hæc corporeitas. Sed si hæc aliud sonet, iam Aristotelica non est. Consideremus istud Aristotelicum *σῶμα οὐκ αἰσθητόν, corpus non sensibile.* interpretũ *σῶμα ἄποιον corpus inqualificatum.* an quidquam sit? an alicubi sit? Nullibi esse, ipsemet docet paulo post, in verbis hisce: *ἐπεὶ δ' ἐστὶ, καὶ οὐσίας ὕλη σωματικῆς, σώματ@ δ' ἤδη ποιοῦ (σῶμα γὰρ κοινὸν οὐδὲν) ἡ αὐτὴ καὶ μεγέθους καὶ πάθους ἐστὶ τῷ μὲν λόγῳ χωριστὴ, τῷ δὲ τόπῳ οὐ χωριστή.* *Posteaquam est, etiam substantia corporea materia, corporis verò talis, (nam corpus commune, nullum) eadem & magnitudinis & passionis est, ratione quidem separata, loco verò non separata.* Si loco non est separata, nullibi ergo est. Quid igitur est? an vbiq; est? Materia omnibus corporibus elementis, cœlis, etiam communis, rationi consonum est, omnem implere locum, qui tantis corporibus impletur. Sed si id; cur ait, corpus verò commune nullum? Sed talis corporis materia? Sed quid est etiam, quod ait, substantiæ corporeæ materia? Aliam enim difficultatem parit non paruam. Prius dixit, materiã id esse, cuius extrema, puncta & lineæ essent. id aũt corpus erat, & corpus nõ sensibile, hic verò, videtur velle, materiã quoq; esse essentiæ corporeę, veluti corpus in materia insit, vt in subiecto. Quod, si recipiatur, iam contradictio est manifesta. Materiã esse corpus, & corporis materiam esse. Si verò quod subnectit (corporis talis) vt expositio accipiatur, corporis scilicet iam qualificati materia sit corpus *ἄποιον* & insensibile, cõtradictio tolletur. Tollatur ergo ambiguitas, & difficultas hæc, alioquin permagna & manifesta. Si corpus *ἄποιον*, materia corporis *ποιοῦ, talis*, iam qualificati, quid aiemus, commune ne est id *ἄποιον* corpus in qualificatum? an hoc singulare? Commune non esse docet ipse. Materia ergo vt commune corpus nulla est, non omnibus subiacet corporibus. quod tamen ab vniuerso receptum est Peripato: materiam quandam communẽ subiectam omnibus corporibus, elementalibus præsertim, quia Simplicio atque Auerroi non placuit cœlis materiam inesse. Quid ergo? materia particularis est corporis talis *ποιοῦ? qualis?* dicatur nobis. Quatuor corpora autumant esse, terram, aquam, aerem, ignem. Hæc singula & omnia talia. *ποιὰ*, corpora sunt. Cuinam horum subiacet materia? Si vni, quid ergo, reliqua carẽt materia? Si omnibus communis materia iam est. Si communis materia est eaque corpus seu inqualificatum *ἄποιον*, seu insensibile *οὐκ αἰσθητὸν* dixerimus, commune iam corpus dabitur. Cur ergo dictum est, *σῶμα γὰρ κοινὸν οὐδὲν, corpus commune nullum?* Nulla est alia hos scopulos euadendi fuga, quàm vt dicatur, corpus commune nullum, quod scilicet sit separatũ à qualitatibus, quãtitatib⁹, sic enim statim subnectit: *ἡ αὐτὴ καὶ μεγέθους καὶ πάθους ἐστὶ τῷ μὲν λόγῳ χωριστὴ, τῷ τόπῳ δὲ, οὐ χωριστή.* *Eadẽ & à magnitudine & passione est ratione separata, sed loco nõ separata.* Et antè dixerat, *Quã nunquã sine passione possibile est esse, nec sine forma.* Nullum ergo commune corpus est, quod à magnitudine & qualitate re ipsa & loco separatum sit, sed impossibile est materiam, corpus *ἄποιον*, corpus *οὐκ αἰσθητὸν*, inqualificatum, insensibile, sine quãtitate, sine passione & qualitate & forma esse. nullibi ergo corpus istud *ἄποιον. οὐκ αἰσθητὸν, inqualificatũ, insensibile* erit, imo impossibile est reperiri. Quid ergo? nonne consequetur hæc necessariò, impossibile esse, materiam esse? Scio dictum, ratione, non loco separatam. Sed quid hoc est, nisi somnium? *τὸ γὰρ τῇ νοήσει πιστεύειν, ἄτοπον, cogitationi enim credere absurdum.* docuit nos ipse Princeps, quando scilicet ratio cum re non concordat. Quid rei habet ratio nostra cum rerum natura? An quicquam naturalium rerum efficit ratio? Simile est dicere. Materia sine qualitatibus, quantitatibus nunquam aut est, aut esse potest, ratio tamen cogitat eam illis carentem, ac si dicatur, cœlum, nullo vnquam tempore est sine motu, ratio tamen id sine motu cogitat. Atque ideo etiam si quis cœlum sine motu cogitet. Sine motu tamen est nunquam. Pari modo. Si quis materiam cogitet sine qualitatibus esse: sine qualitatibus tamen est nunquam, aut sui natura esse potest. Cur ergo licuit Aristoteli? cur licuit sectatoribus suis, cogitationis vim, in naturam transferre? cur quod nunquam est, natura esse dixerunt? Nunquã materiam sine qualitatibus esse dixerunt, natura tamen sua, sine qualitatibus esse autumarunt? Nunquam materia sine forma est, sui tamen natura, informem esse contende-

tenderunt: ita effecerunt in materia, quod tamen alijs in rebus negarunt esse possibile, vt quod semper natura sit, nunquam tamen sit, nunquam in actum veniat. Docuerunt Pythagorei, docuerunt quoque Platonici, materiam sui natura informem esse, nunquam tamen sine formis esse, dum scilicet hic mundi ornatus permanet: Sed tempus concesserunt fore, quo materia, ornatu deposito, sola, nudaque vacaret, *ἀτάκτως inordinatéq;* agitaretur. Natura ea informalitatis (vt ita dicam) in actum aliquando exituta est. Sed Aristoteli, cui mundus æternus est, nunquam corrumpēdus, non dabitur locus materiæ ad sui naturam exercēdam, in actum deducendam. Quam rem Aristoteles, dum apud Ocellum repertas materiæ conditiones, in libros suos transcribit, mundique æternitatem ab illo adinuentam, multisque argumentis tractatam transfert: non perspexit, hoc suæ philosophiæ maximè repugnare. Probabilior esse videtur opinio quorundam, de numero eorum; qui scholastici appellantur. Quòd materia dum alia forma in ea corrumpitur nuda remanet, donec alia forma de eius sinu educatur, etiam si tantillum temporis id sit, Sed illorum est hoc inuentum, non est Aristotelicum, qui apertè asseuerauit, materiam nunquam sine passione aut sine forma esse posse, vt paulò suprà visum. Nunc cum Aristotele, duceque eius Ocello agamus, informem φύσιν sui natura fecerunt materiam, quod formis variantibus alijs post alias, materiamq; vestientibus, aut senascentibus ex ea; nihil obstare, nihil obsistere posset. Nēpe ne, si materia formā propriā haberet, aliā ingredientem non recipere posset. Sed nullam propriam haberet nudaque sui natura esset, vt æquam ad omnes recipiendas potentiam haberet, πανδεχὴς, *omnium receptiua* esset. Sed informitatem istā ἀμορφίαν, nulla necessitas nullum naturæ opus, ostendit, aut coegit imaginari, somniariue. Neque enim materia, si propriam vnā haberet formā, alias recipere non posset. Neque istam potentiam ad omnes formas aliam post aliam recipiendas habet, neque isto modo est πανδεχὴς, *omnium* receptiua. Est quidem materia πανδεχὴς, quia omnes formas in se recipit, ita vt nulla alibi relicta sit, quàm ipsa non receperit. Sed non est πανδεχὴς, quod omnes formas depositis prioribus reliquas recipere queat. Non enim necesse est, materiā ideo nudā dici & esse debere, quoniam si propriam haberet formā, alias superuenire & recipere prohiberetur. Est enim concessum, eam primo Elementorum formis formari; deinde his tantū refractis, mista alia super alia formari, non aliter atque homini vita prius vegetabilis cōcessa, qua nec refracta nec abolita, sed vegetata, adhuc sensitiua superuenit: & huic validæ, superuenit intellectus, prioribus etiam misti elementalis formis, nullo modo vel corruptis vel debilitatis. Cur ergo quod iam formatis subiectis concedunt, materiæ prohibent? debili per se, ac si propriam haberet formā debiliorem quoque habituræ ad resistendum, quā sint elementorū formæ validæ, & multo facilius quā hæ refractionem debilitate sua, passuræ. Ratio ergo validior huius figmenti afferatur, si potest, persuasura non iuratos. Nec πανδεχὴς est ea ratione, quòd depositis prioribus, reliquas omnes recipere queat hoc alio modo. Materia namque cœli, quod est permaxima mundi pars, nunquam cœli formā ex Ocelli; Aristotelisque dogmate deponit. Non ergo habet ea materia potentiā ad alias formas suscipiendas, nedū ad omnes. Et si dicatur habere, iam ea potentia, cū nunquā ad actū sit exituta, semper frustra erit. Quorū vtrūque contra dogmata eorū est. Sed quoniā Simplicius inter primores de Senatu, Auerroesque, vt hæc effugerent, ansā eis in Metaphysicis præbita, aliam quandam cœlo materiam affixerunt ad elementa descendamus, quæ omnia, materiam vniusmodi habent.

Vulgatissima est sententia, omnia elementa in se inuicē transmutari, terram fieri aquam, & contra aquam fieri terram, aquam itidem verti in aerem, & conuersim: nec non aerem in ignem transmutari, rursus ignem in aerem. Si non prorsus negē eam transmutationem fieri, sed dubitem vehementer, aut addubitem paulum, quibus nam rationibus id mihi persuadebitur? aut quibus experimentis ostendetur? Non dico de totis elementis, de partibus eorum quæro. Certè nemo vnquam vidit partem Sphæræ ignis, in aerem conuersam, quando etiam totam ignis Sphæram nemo aspexit vnquam, aut vidit vnquàm quisquam aeris partem in eum ignē transire, rationibus id creditur, duo hæc elementa habere symbolum inter se, caliditatē ipsam, ea alterum in alterum transmutari contactu mutuo. Quæro, ratio hæc mihi

oſtendat,an ſemper tranſmutario hæc fiat,an temporibus interpolatis? Si dicatur ſemper fieri, rogabo, quarum partium? earum ne, quæ in contactu continuo ſunt an longinquarum? Non puto dicturos longinquarum,cum actio & paſſio,ex Ariſtotelis dogmate per contactum fiat. Earum ergo partium fit,quæ ſeſe mutuo contingunt, conuexo ſcilicet aeris,& concauo ignis? concedent puto.tunc interrogabo,an tota ſuperficies aeris conuexa in ignem trāſmutetur? an ſemper? & ſi tota & ſemper cur tandem totus aer, iam multis ſeculis in ignem non eſt conuerſus? Si non tota, & non ſemper,cur hæc pars tranſmutetur,illa nequaquā? cur nunc,non heri? Eædem de partibus concaui ignis interrogationes adhibebuntur,ſi perſtent aſſeuerare. Sed ſi nec totæ nec ſemper,hæc autem pars & illa, & hodie; tranſmutatur,& non nudius tertius, cauſa aliqua eſt aſſignanda. Si cœlorum variam agitationem dicent, concedemus cœlum agitari indies variè. At rogabimus; an obſeruatum ſit ibi ea elementa partibus permutari? Si nullam afferent obſeruationem, cur cauſam ſomniant rei, quæ fortè nunquam facta eſt, nunquam certè viſa. Si coniectatione id aſſeuerabunt,tunc rogabimus,eam coniectationem proferre non dedignentur. Si dicent neceſſariò id fieri ex cauſa vniuerſali, quia elementa in ſe inuicem mutuò tranſmutentur,iam hæc eſt principij petitio.In qua laborare non laborabimus. Sed quid procul à ſenſibus verſamur vtrique? Præ oculis ſunt noſtrates hic aer,aqua,terra. Dicat mihi de numero iſtorum philoſophorum, aliquis, an vnquam viderint, obſeruarint,aerem in aquam conuerti? Scio ego,vidi,concedam, ex aqua & terra in aerem vapores aſcendere, aerem eos fieri nemo vnquam vidit. In nebulas eos conſtringi,ruſus in aquam reſolui,rationi,non oculis credimus.Aerem quando vnquam quiſquam in aquam conuerſum vidit? dicant, proferant experimentum,aut aquam terram factam, aut hanc, aquam? Vidimus ſæpe ad feneſtras balnei,ad columnas,ad parietes aquam adnatam. Multi aſſerunt,aerem ea loca cōtingentem aquam factum. Aio ego,vapores eos fuiſſe.Quibus rationibus,aut ſenſibus conuincent,non vapores ſed aerem fuiſſe? Habeo ego ollarum experimentum,in quarum operculis,vapor exhalans,non aer,in aquam concreſcit.Habeo Ariſtotelis confeſſionem vapores in aere nubes facere, deinde pluuiam, fortè nunquā aerem in pluuiam dixit conuerſum. At dixit aerem in aquam tranſmutari.Scio eum dixiſſe,ſed experimentum cur non attulit? Adferant ſui pro eo, vſque ad id tempus res dubia eſto.Sed interim philoſophis his,non ſenſatis,ſed omniū maximè, ſenſum profitentibus, non credatur.Idem aio de aquæ in terram conuerſione, atq; è contra. Videmus quotidie,aquam à terra abſorbi,terrā fieri non videmus, niſi quis Ariſtoteli credere,videre credat eſſe. Terram aqua dilui, quotidie videmus, videmus ceſſante agitatione,terrā ſubſidere,non tamē tranſiſſe in aquā,nec tranſire. Abijciemus ergo authoritates omnes,dicta,pronunciata, vniuerſales rationes oēs, quæ in rebus ſenſatis,cū experimētis nō cōcordent. *τοῦτο γὰρ ζητεῖν λόγον, ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, ἀῤῥωστία τίς ἐστιν διανοίας. Huius enim quærere rationē dimiſſo ſenſu,debilitas quadā eſt intellectus.* Præceptore ipſo nos admonente.Niſi ergò rationes experimentis nō cōſonabunt,in vera philoſophia,non admittemus. Non eſt ergo comprobatum, elemēta mutuo trāſmutati.Neq; vlla eſt cauſa,cur id iſti philoſophi finxerint.Neq; excreſcūt, vt neceſſe ſit,quod vni decreſcit,ex altero reparari. Neque eſt neceſſe,vt miſta ex eis fiant,ea in ſe inuicem mutari. Quæ mutatio adinuicem ſi non fit,vt certe ſenſu non comprehenditur,rationibus autem principiū petitur,materia vnius elementi,ſemper ſuæ formæ ſubiacet nunquam eam abijcit. Non ergo ad aliā ſuſcipiendā formā potentiam habet & ſi habet,fruſtra habet,cum ad actum nunquam perueniat.Non ergo materia omnium formarū eſt ſuſceptiua,cum partes eius primariæ nunquam formas ſuas primas deponant,nunquam alias veſtiant.Falſò ergo dictum, doctū ab Ariſtotele Ariſtotelicisq; omnibus,materiam omnino ſui natura, eſſe omni forma nudā,potentiā habere ad omnes formas,nihil aliud eſſe,quā puram potentiam.actu enim eſt id quod eſt. Formas primas ſemp̄ poſſidet,nūquā deponit.Et quod in partibus primarijs eſt à nobis dictum,dicendū eſt etiā de particulis ijs,quæ ſunt in miſtis. Ferrū ex elementis miſtum dicunt,materiæ particulas elementorū habet lapis,itidē adamas,reliqua omnia.Dicant ergo nobis.quando materia adamantis, aut lapidis, aut ferri, materia corporis humani fiet? quando hominis formam ſuſcipiet? aut

aut quomodo? Quid dico hominis? elephanti, canis, nucis, Quercus? si nequeam ex eorũ philosophia dicere, de silētio eos rogabimus. Esto igitur res nō credita, suspensa quo vsq; experimento, aut ratione valida sensu probata eam nobis cōprobent. Neq; ergo materiæ particulæ omnęs, omnes formas suscipiendi, potentiam habent, neq; primariæ partes, neque etiam tota ipsa materia. Ruit ergo seu dogma, seu somnium illud, materiam esse sui natura ἄμορφον, ἀνείδεον, πανδεχὲς, δύναμει μόνον δύναμιν, *informem, omnisuscipiens, potentia solum potentiam*. Ruit etiam illud, quod ex his pendet, eam esse, Non ens per accidens. Semper enim & sui natura formas primarias possidet, per quas ens est per se, actu, etiamsi alias formas super primas asciscat, quibus pulchra est: atque ideo non admodum rectè appellata αἰσχρὸν *turpe*, nunquã enim deformis est non solum alienis formis prædita, sed sua etiam propria, qua materia est, & non aliud. Meliore ratione appellata, est θῆλυ *fœmina* & mater, si intelligatur, eam formas ab agente defluentes recipere primo, posteà gestare. Sed si intelligatur, de ventre suo producere formas & ex sui potentia in se prius latitantes, in actum & lucem proferre, duplici errore erratur. Primò quia id Aristotelicum nō est. nusquam.n. Aristoteles id dixit. Deinde falsum est. Nihil enim absurdius quã materiã istam, quæ ex Peripat. dogmate nihil propè est, non ens est, pura potentia est sui natura informis: omnes omnium rerum formas habere, quæ entia sunt, actus sunt pulcherrimę sunt. Neque multum confert eas, potentia in ea esse, asseuerare. Essent enim innumerę potentiæ, quæ magis potentiæ essent, quã sit ipsa quæ vltima & pura potentia prædicatur, & nil aliud, quàm pura potentia asseritur. Aut enim ea de causa, materia potentia pura dicitur, quia ad omnes formas ab alio recipiendas sit apta, aut quia ad producendas ex se, aut quia ipsa illę formę sit, quę potentia sunt, & nondum actu. Si concedatur primum, iam concedetur, falsam esse assertionem illam, quòd formæ de ventre materię educantur. Si vltimum, tunc materia, non amplius materia, sed formæ ipsæ erunt. Si secundum, tunc materia non vltima, non pura potentia erit sed vltimior (vt ita dicam) & exilior potentia erit, quælibet forma, quàm sit ipsamet. Quæ res contraria est ei qua dicitur, materiam vltimam omnium rerum esse. Deinde quæro, an omnes istæ formæ in ea latitantes, æquè in potentia sint? an alia quàm alia paratior & promptior ad actum? Si non æquè, vnde ista inæqualitas in ea? vnde ista formarum potentialium differentia? Cum omnis differentia, ab actu & forma aliqua sit? Si æquè, cur ad ignis admotionem, ignis forma educitur, & non aquæ, quæ æquè in vestibulo ac προθύροις est? Inquient puto, ob aptitudinem, aut ob similitudinem, illa extrahitur, non ista. Ad id iam, non æquè est. Si similitudo ibi sit, si aptitudo maior, Quæram enim vnde sit aptitudo ista maior? in tam exili, in tam æqua, & pari potentia? Si causam adferent intrinsecam, tum aliquod compositum est materia, non simplex, non purum. Si extrinsecum, rogabo an ea sit tunc cum ignis extrahitur? an antea? Si antea, quando id fuit? & quomodo, & dum materia æquè in potentia haberet formam ignis & aquæ, habebat tamen differentiam aliquã istarum formarum, quæ differentia, iam per actum est: indeque materia multiplex, non simplex est.

Deinde etiam, cur nunc ignis de materia extrahit hunc ignem qui est in lucerna? non autem illum qui est in ligno? cum vterque in æqua exeundi potentia sit? cur irem nunc lignum hoc enascitur, non autem iam mille annis enarum est? cũ æquè tunc esset natiuitati vicinum ac nunc sit? Quæ omnia absurda, atque etiam alia multo plura, nisi rectè soluantur, abijcienda est ea opinio, quæ formas è materia educit cum oculis manibusque eas ab agente induci, & videamus fermè, & attrectemus. Neque magis retinenda est, Aristotelica illa sententia, qua profert, *materiam natam esse appetere bonum*. πέφυκεν ἐφίεσθαι κατὰ φύσιν ἀγαθοῦ. Namque si bonum, ab ea expeditum, forma quæque intelligatur, falsitatem duplicem habet. Alteram, quod formas aliam post aliam desideret, ideoque generationem, corruptionemque admittat: Alteram quòd omnino appetere possit, si pura potentia est. Si formæ, bonum illud sunt, quod materia expetit, rogabo cur magis formam hanc, quàm illam concupiscat? cum ad omnes æquam potentiam possideat? Scio responsuros, formarum differentias esse quia alia melior alia, & diuinior sit. Rectè id dictum accipio. Metalli forma præstantior lapidis forma. plantæ præstantior, quàm metalli. animalis di

L

uinior quàm plantæ. hominis denique diuinior quàm animalis. Si id verum est, vt est, cur materia non illico, optimam formam expetit? Si æquè ad eam in potētia, sit, atque ad infimam? Cur ergo tota elementa, omnes eorum particulæ, homines non fiunt (vt nullus in rerum natura lapis sit, nullum metallum, nulla planta nullum animal? non omnia homines? Ista distinctio rerum, à materiæ æqua potentia non est. non est etiam ab eius appetitu. Quod si ad bonum sui natura ferretur, ad optimum semper ferretur. Cur enim ad debilius bonum feratur? Si æquè ad optimum potest? Respondebunt, quia iam formarum debiliorum bono occupata est, ita vt non liberè ad optimum ferri queat. At cur inquam, debilioribus detinetur, si ab initio ad optimum ferebatur? Cur ab æterno Aristotelico, elementorum formas primas accepit, non autem hominis, si hæc melior illius?. Dicent (neque enim aliter dicere licet) id ab agente factum, vim materiæ illatam. Rogabo si ea vis adhuc perseueret, non omnibus materię particulis, hominis forma ornatis? Non, negabunt opinor. Num ergo licet ex Aristotelis philosophia violentum quicquam ęternum esse asseuerare? Si elementorum formę infimæ formarum sunt, cur primo materia eas expetiuit, recepit? atque ita recepit, vt amet, amore inseparabili? vt nunquam eas deponat? Inquient, post has, materia adhuc bonum concupiscit. alias formas appetit. Rationabile est, eam formas quanto meliores sunt, tanto magis desiderare. Cur ergo plantę formam deponens, cum elementorum formis remanet? corrupta namque plantę forma, vt aiunt, in elementa soluitur. at horum forma, dogmate Peripati, deterior plantę forma est. Per accidens dicent id fieri. Rogabo, an id semper fiat? Non negabunt oculis. At quod per accidens est, id raro fit, vt princeps eorum plurimis locis docuit. Id ergo nihili responsum est. Aliud respondebunt: Id pręter intentionem fieri non ex proposito fine. Rogabo rursus, pręter intentionem materię vel naturæ? vel alterius agentis? Si huius & naturę, rogabo cur semper, & seruato rerum ordine immutabili. planta dum corrumpitur in elementa redit, nunquam in animalis, aut metalli, aut lapidis? Et si aliquando id fiat, soluta noua forma tandē in elementa recedit? Statutus est hic naturę ordo, non pręter intentionem. Si pręter materię intentionem, dicatur iam materia, & intentionem habet, & finem propositi quod purę potentię, quod simplici rei, quod non enti, non conuenit. Id enim pręstantissimorum entium est. Et si intentio illi tribuatur, cur non in melius semper proficit? nunquam in deterius recedit? cum vtrumque ęquè possit? Nullo ergo modo admittenda est appetitio ista materię talis, nisi difficultates hę, atq; alię plures ritè dissoluantur. Neque etiam video si materia, sit non ens per accidens, si turpis, si deformis, si pura potentia, cur Aristoteles arguetur ingenitam esse & incorruptibilē fore? Quis .n. id dubitat? si mundus æternus est, si nemo, quod non ens est, genitū audeat dicere? Si cœlum, si elementa, quibus primus subest, incorruptibilia sint, non est laborandum, incorruptibilem materiam fore. Sed si incorruptibilis sit, cur dicitur Passiua, παθητικὴ principium passionis, principium passiuum? Non aliam ob causam dicent, quàm quia recipit formas. eadem remanet tamen, non corrumpitur. Esto, sed forma, quæ à materia recipitur quidem, non tamen manet, & corrumpitur adueniente alia, cur non magis passiua est? Cur principium passiuum non nominatur? Quod enim magis patitur, magis passiuum est. siue principium id sit, siue ex principijs quidpiam. Sed quod corrumpitur, magis patitur, quàm id quod permanet. Forma autem corrumpitur, materia permanet: forma igitur magis patitur quam materia. magis igitur passiua forma est, quàm materia. Sed aient, materia ideo passiua appellatur, quia tum formas recipit, tum etiam compositum per materiā patitur, formam agit. Actio enim à re quæ actu est, non à re quæ potentia est, prouenit. passio è contra, à re quæ potentia est, non actu. Concedamus actionem à forma prouenire in composito. Si cōcedamus passionem à materia in composito inesse, rem sensibus patentem negabimus. Cernimus, tangimus hominem pallescere, frigefieri, rubescere, calefieri. passiones hæ sunt. In quo nam sunt? in materia inquient hominis. Quæ nam ista materia est? caro, cutis, cætera. Caro & cutis materię ne sunt informes, an formatę? Proculdubio formatę. Quid in carne frigesit, aut calesit? forma carnis, an materia eiusdem? Difficillimū est id dignoscere, inquiēt fortè.

Caro

Caro, compositum quid est, ex materia & forma. Sed materia carnis est, quæ Calorem & frigus recipit. Intelligo verba, pulchra respondentia. rem non percipio. Sensu ne id paret, an ratione probatur? Sensus quidem materiam, nec formam carnis vestitam, nec nudam percipit. Ratio ergo id nobis persuadeat, Ratio hæc est. Materia est principiũ receptiuũ. ea ergo recipit calorem & frigus. Nondũ satis est probatum: satis tamen prolatum, Esto, materia formarum receptrix: cur itidem caloris, & frigoris? An hæc formæ sunt? non potius accidentia cõposito, & qualitates? Imo verò si forma actionis principium est, frigus autem & calor actiua sunt, à forma igitur sũt Si id probabile magis est: cur dicimus? quando hæc in composito mutantur, compositum pati per materiam, alienum his qualitatibus principium? non autem per formam earum principium proprium? Rationabile ergo est, compositum in his per formam pati. fortè quando humescit, aut siccescit, si humiditas & siccitas, sint receptiuæ, & ideo passiuæ qualitates, diceturcõpositũ per materiã tunc pati. Cõstat ergo cõpositũ, quædã pati per qualitates receptiuas & passiuas, & alia quædam pati per qualitates actiuas. hæ autẽ à forma sunt. Ergo cõpositũ, & per formã patitur, & patitur ipsa forma quando corrũpitur. Quid igitur prohibet, actiuas qualitates, formasque ipsas pati dicamus, seu in composito, seu in se etiam si actiuæ sint, & actionis principia? Quando etiam actio ipsa patitur, dum corrumpitur? Compositũ ergo, non magis per materiam, quàm per formam patitur. Imo minus etiam per materiam patitur, quandoquidem per eam remanet quod prius erat: per formam verò non permanet, nec amplius compositum est. Passiuum ergo principium, multò magis forma ipsa est, si corrumpi concedatur. quod Aristotelicum dogma est, quã materia, quæ æterna eiusdem dogmate est. Neque ideo rectius passiuum principiũ dicetur. quia recipit. non enim materia recipit, quæ nullibi nuda est, sed recipit. compositum corpus, & formas alias superuenientes, & qualitates. & accidentia alia, Quòd si materiam, passiuum principium, quia recipiat, pergant asserere, quomodo nobis probare poterunt, materiam de suo ventre formas producere? Si producere & proferre contraria sunt receptioni & inductioni? Si materia receptiua est, ab alio, non à se ipsa recipere necesse est. Si à se ipsa reciperet, eadem esset & dans & recipiens eandem mer rem. Et tempore eodem & eiusdem respectu. Quod si absurdum est, alterurrum, vnde id sequitur, absurdum quoque erit. Si recipiens dicatur formarum, easdem non dare dicenda est, Si dare dicatur, non ergo receptina est. nõ ergo passiua sed formarum datrix, actiuaq;. Quorũ vtrum velint, tueãtur, labãtur in corũ philosophia, quã omniquaq; verã, vsq; adeo contentiosè, peruincere conãtur.

Quid ergo de prima ista, Aristotelica, Aristotelicorumq; materia concludendum, retinendum? De 24. forte attributis, quatuor tantum retineri posse videntur ad quę nulla forte contradictio in Aristotelica philosophia consequatur. 1. quod sit principium. 2. quod sit elementum. non omnium tamen, sed primorum tantùm corporũ 3. quod sit *αἰτία causa* 4. *συναιτία concausa*. Reliqua omnia reijcienda, vti nec sensui patentia, nec rationi probabilia, sed absurda incomparibilia, impossibilia. Atque hactenus tria Aristotelicæ philosophiæ, rerum principia discussa sunto.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER IIII.

### *DE MVNDI TEMPORISQVE AEternitate.*



XCVSSIS eiectisq; de schola veritatis tribus illis rerũ mundanatum falsis principijs, materia, forma, priuatione, libris tribus antecedentibus. Consequens est, vt de communibus accidentib. duo illa, motũ & tempus, à quib. cœli & mundi æternitatẽ Aristoteles nixus est astruere, discutiamus, ipsasque has æternitates, quibus fundamentis nitantur, qualibusque, peruideamus.

Est in Græcorum historijs, Prometheum Iapeti filium, primum omniũ physiologię operã dedisse? fratresq; eius, Atlantem Astrologię, Epimetheũ, Musicæ studuisse.

Floruerũt hi ante Mosen natũ annis circiter 47. ante Aristotelem M C CLIIII. Ante verò Christum MDCXXXV. Atlantis pronepos fuit Linus Chalcidæus. *εἰς κοσμογονίαν mundi genituram* cecinit poemate cuius initium fuit: *ἦν ποτε τοι χρόνος, οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει. Fuit quandoque tempus quoddam, in quo simul omnia nata sunt.* Eo poemate. Solis, syderumque motus, nec non animalium, stirpiumq; naturam complexus est. Ex Lino natus est Pierus. ex hoc Oeager. Ex quo Orpheus Lebethrius omnium Græcorum longè sapientissimus. Quem omnis Græcia suspexit Pythagoras, Plato, Pythagoreorum. Platonicorumque schola omnis, & admirata magnopere, & secuta est: is mundum à tribus Dijs fabrefactum, mystico, & maximè admirabili poemate decantauit. Orphei huius seu filius, seu certè auditor, Musæus, Theogoniam Deorũ genituram conscripsit. Fecit idem Hesiodus decimus de Orphei pronepotib. Homerus quoq; eadem de stirpe, ab Orpheo eodem similiter decimus. Hesiodique tertio gradu consobrinus, mundum, mundanosque Deos genitos multis locis attestatus est. Atque ita apud Græcos plusquam DCC. annis in Atlandidarum progenie, dogma hoc, Mundum esse genitum, perdurauit. Eandem sententiam Thales Milesius, CLX. annis post Homerum Hesiodumq; secutus est. Iisdem temporibus, Pherecydes Syrius, Epimenides Cretensis, Aristeas Proconnesius, Eugamnon Cyrenæus, Abaris Scytha, Antimachus Heliopolita, alij Theogoniam, alij Cosmopœiam scripserunt. quod etiam fecit Palæphatus Atheniensis, ac Orpheus alter, Crotoniata, Pisistrati familiaris mundum genitum vel cecinerunt, vel versibus sunt attestati. Quod etiam asseruit Heraclitus Ephesius, & paucis post cum annis, Xenophanes, Melissus, & Parmenides, & Anaxagoras, & iuniores Leucippus, & Democritus, & de Italica schola princeps iste Pythagoras hanc opinionem hausit à præceptoribus, Pherecyde, Aglaophemo, à sacerdotibus Aegyptijs, à Chaldæis magis. atq; in Gręciã magnam attulit, quẽ auditores eius sunt secuti: Empedocles Archytas, Timæus, Philolaus, Archenetus, Brotinus, alij ferè omnes, præter vnum Ocellum Lucanum, Is non præceptoris sed propriam sententiam amplexus, primus omnium vt videtur mundanæ æternitatis assertor fuit, A quo quidem, vt alia multa quæ alibi sunt à nobis ostensa, Aristoteles, & opinionẽ hanc, & argumenta exscripsit. Non ea quidem omnia, sed de ii. Ocelli argumentis tria vel quatuor fortè debiliora selegit. Ea sunt, à cœli figura, à motu circulari, à tempore. Hæc res, Senatus Plebisq; Peripateticæ stomachos fortè mouebit: summum, vt contendunt, Philosophorum principem, ab homuncione hoc, cuius vix nomen auditum tantæ opinionis & principia & firmamenta, exscripsisse asseri à quoquam. Sed id veritas ipsa clamat. Et nos palam faciemus. eaque argumenta & quæcunque Aristoteles alia adinuenit, discutiemus. nulla ambitione, nullo contentionis studio, sed Aristotelis more, veritatis amore. quæ nos eò deduxit, vt in te omnium philosophicarũ rerum maxima. nos ipsi primo fallacia sophismata agnosceremus. dein toti rectè philosophantium orbi pateferemus, quo agnosceretur tandem qualibus dogmatis fides adeo magna multis iam seculis adhibeatur.

Sed rem ipsam aggrediamur. Vidimus totum Atlantidarum progeniem, Ionicã, Italicam, alias philosophorum scholas: mundum hunc ortum habuisse clarè asserẽtes. Ocellus primo de hac via digressus est. Ocellum Aristoteles est secutus. Hi duo mundum Ingenitum asserunt, incorruptibilem fore adstruunt. Hanc sententiam consideremus. rationes discutiamus. non contradictores, sed arbitratores nos præstemus præcepto ipsius, hoc. *καὶ γὰρ δεῖ διαιτητὰς ἀλλ' οὐκ ἀντιδίκους εἶναι τοὺς μέλλοντας τ' ἀληθὲς κρίνειν ἱκανῶς. Oportet enim arbitratores & non contradictores esse eos, qui verum iudicaturi sunt sufficienter.* Quam auream sententiam, vt ipse I. de cœlo, hanc ipsã quæstionem aggrediens, grauissimè protulit, sic leuissimè seruauit. Namque his pulcherrimis veritatis inquirendæ promissis, viam fallacissimis sophismatis strauit. Platonem, atque omnem antiquitatem acerbè detisit. posteritati omni inique illusit. Deum denique impiè contempsit. Sed res est in manus sumenda.

Aristoteles asserit, mundum non cœpisse esse. non desiturum esse, itaque esse ab vtraque parte æternum. Hanc thesim, quæ ordinatè, & continuatè poterat tracta-

ri, con-

ri,confuse & distractè,non philosophica ingenuitate, sed oratoria insinuatione tractauit. Mundum esse æternum, concludit cap. 1.& 3. libri 1. de Cœlo. Cœpta tamen est ea res insinuari cap. 4. physici 3. sub alio nomine. Infiniti nempe. Eamque non ordine (cuius vnicum authorem, eum sui esse, & volunt & contendunt) neque filo orationis & rei continuato. Sed sparsim, seu (vt ita dicam) serptim ac saltatim per hæc capita perduxit. 3. physici, vti dixi capite 4. cœpit, infiniti tractationem aggrediens. deinde 6. & 7. capitibus continuauit. Postea 4. Physici, cap. 11. 12.13. 14. Post hæc veluti aliud agens, totis 10. capitibus 6. physici. deinde 7. physici cap. 1. physici 8. capite, 1. 2. 6. 8. 9. Libri 1. de Cœlo cap. 3. 9. 10. 12. Libri 2. cap. 1. & 3. Quibus omnibus 29. capitibus veluti corollaria apposuit libri secundi de ortu caput vltimum. Et Metaphysici, 12. cap. 6.

Totam hanc rem breuibus ante oculos ponam, vti quò tam operosa, tam distracta disputatio tædat, facilius comprehendatur. Thesis est. *Mundus est æternus.* Probatio huius vnica. *Quia cœlum æternum.* Hæc rursus probationes non plures quã quinque habet. Prima est, ab etymo ætheris. Secunda, ab antiquorum sententia, qui in cœlo diuinum, & æternum collocarunt. Tertia ab historia. quia non est memoriç proditum, cœlum, aut toto aut partibus esse passum vllo tempore, aut mutatum. Quarta, quia cœlum caret contrarijs: inter quæ contraria generatio & corruptio versatur. Hæc potentissima ratio. Eiusdem roboris quinta, quia motus cœli æternus est. nunquam cœpit, nunquam desiuit. Hæc ratio Ocelli est. Hanc, quæ sui natura non est manifesta, vti probaret, vniuersas ingenij sui vires, opere laboriosissimo verbosissimo effudit. argumentis, à motoris æternitate, à Cœli rotunditate. ex Ocello sumptis: à motus cœli continuatione: à motus successione, ab eiusdẽ in infinitum diuisione: à tempore denique. Quod itidem vt æternum probaret, argumentis vsus est, à continuitate, à successione, in infinitum diuisione, infinitate. quod Ocelli est. Hæc probauit ab eadem motus in infinitum diuisione, & hæc ab infinitate in magnitudine, in qua motus fit. Quæ fuit initium primum tam callidè insinuationis. Hanc enim ab initio, physico 3. simul cum numero, & tempore infinito induxit. 4. continuauit. Toto 6. obfirmauit. Quæ omnia plena fallaciarum, plena sophismatum sunt. Cuncta sunt à nobis detegenda: eodemmet ordine, vel verius confusione, qua ipse vsus est.

Sic igitur rẽ tantam construendam 3. physici cap. 4. est aggressus. Infinitum necessariò in natura est concedendum: non quidem actu quicquam, sed potentia tribus in rebus. tempore, numero, magnitudinis diuisione. ac ita sexto capite scribit: ὅτι δὲ εἰ μὴ ἔστιν ἄπειρον ἁπλῶς, πολλὰ ἀδύνατα συμβαίνει δῆλον. τοῦ τε γὰρ χρόνου ἔσται τις ἀρχὴ καὶ τελευτή. καὶ τὰ μεγέθη οὐ διαιρετὰ εἰς ἄπειρον, καὶ ἀριθμὸς οὐκ ἔσται ἄπειρος. *Quod verò, nisi sit infinitum simpliciter, multa impoßibilia contingant, clarum est. Temporis enim erit principium quoddam & finis, & magnitudines non diuisibiles in infinitum & numerus non erit infinitus.* Sic etiam post. τοῦ δ' εἶναι ἄπειρον ἡ πίστις ἐκ πέντε. ἔκ τε τοῦ χρόνου. οὗτος γὰρ ἄπειρος. καὶ ἐκ τῆς ἐν τοῖς μεγέθεσι διαιρέσεως. χρῶνται γὰρ καὶ οἱ μαθηματικοὶ τῷ ἀπείρῳ. *Esse verò infinitum fides ex quinque. ex tempore, hoc enim infinitum. Et ex diuisione ea quæ est in magnitudinibus. vtuntur enim etiam mathematici infinito.* Et paulò post. διὰ γὰρ τὸ ἐν τῇ νοήσει μὴ ὑπολείπειν, καὶ ὁ ἀριθμὸς δοκεῖ ἄπειρος εἶναι καὶ τὰ μαθηματικά. *Etenim eò quia in cogitatione non deficit, & numerus videtur infinitus esse & mathematica,* Hæc tria tanquam per se nota, clara indubitata sumit esse infinita. Ex quibus deinde motus æternitas pendet. Ex hoc autem cœli: deinde etiam mundi çternitas concluditur. Sed nos primo loco, numeri & magnitudinis infinitatem, quoniam mathematica sint, nihil ad rem physicam facere asserimus. Deinde tria hæc: tempus numerum, diuisionem magnitudinis esse infinita, falsum esse omnino affirmamus. Atque ob hæc aliena & falsa principia, nihil proprij, nihil veri, de Mundi & cœli & motus æternitate, posse verè & legitimè demonstrari asseueramus. Veriusq; à nobis dici posse in Aristotelem id quod ab eo in veteres dictum sit. ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος πολλὰ ἀδύνατα καὶ ἄτοπα συμβαίνει. *Vno absurdo dato, multa impoßibilia & absurda accidunt.* Ait Aristoteles *Numerus est infinitus, non actu sed potentia.* Qua, inquam potentia? προσθέσει, *additione* ait. Quod illi additio in infinitum possit fieri. *Magnitudo itidem* ait, *est infinita, non actu sed potentia.* Qua potentia? *Contraria priori in*

quit. nempe ἀφαιρέσει *ablatione*. Quòd in infinitũ diuidi possit. Esto numerus additione. Esto magnitudo ablatione, seu diuisione infinita. Rogamus nos, qui numerus additione est infinitus, Quæ magnitudo? Naturales ne numeri & magnitudines, an mathematicæ? Si mathematicas dicat, dicemus nos primò, aliena, non propria esse ista principia, contrà Aristotelica dogmata. Non debere, non posse, ex mathematicis principijs, de naturalibus rebus conclusiones concludi. Naturalia autẽ entia sunt, tempus & motus, & cœlum, & mundus. Non licere nobis per suas leges non licere illi per easdem, de genere vno in aliud genus transire, aut transferre. Nõ posse naturales res, ex mathematicis confici docet ipsemet libro de sensu capite 6. his verbis, sanè manifestissimis. τὸ ἄρα αἰσθητὸν ἔσται συγκείμενον ἐξ οὐκ αἰσθητῶν; ἀλλ' ἀναγκαῖον. οὐ γὰρ ἐκ γε τῶν μαθηματικῶν. *Ergo sensibile erit compositum, ex non sensibilibus? Sed necesse est. Non .n. ex mathematicis.* Infestissimè insectatus est sapientissimos viros Pythagoreos multis in locis: longissima contentione 3. de cœlo. Totis 13. & 14. Metaphysicis, quòd (vt ipse illis attribuit) de mathematicis rebus naturales confi cerent & diuinas. Cur nos ipsum probabimus, suspiciemus, eadem facientem? Mathematica sunt, vt ipse 2. Physico, cap. 2. docet, *intellectione separabilia* τῇ νοήσει χωριστά. Mathematica intellectione tractãtur, nullibi locorũ, cõsistũt, existunt, Naturales res, naturales numeri, naturales magnitudines, per se cõsistũt, existunt, extra intellectionẽ sunt. Nõ ergo naturales ex mathematicis nasci possũt. Id ipse, præter citatos locos etiã quarto Physico cap 1. testatus est in hæc verba: ἐκ γὰρ τῶν νοητῶν, στοιχείων, οὐδὲν γίνεται μέγεθος. *Ex intelligibilibus elemẽtis, nulla fit magnitudo.* Et hoc ipso tractatu de Infinito vltimo capite admonuit nos, τὸ δὲ τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον. *Intellectioni verò credere, absurdum.* Cum enim dixisset prius, Διὰ γὰρ τὸ ἐν τῇ νοήσει μὴ ὑπολείπειν καὶ ὁ ἀριθμὸς δοκεῖ ἄπειρος εἶναι, καὶ τὰ μαθηματικὰ μεγέθη, καὶ τὸ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. *Eò quod in intellectione non deficiunt, & numerus videtur infinitus esse, & mathematica magnitudines, & quod extra cælum.* idq; nõ probans soluit allatis verbis: *intellectioni credere, absurdũ.* Nullo ergo modo, ex dogmate suo, res naturales ex principijs mathematicis proueniunt, aut conficiuntur. Neque ex marhematicis propositionibus naturalis conclusio potest, aut induci aut colligi. Non potuit ergo, per leges suas, ex mathematica magnitudinis diuisione infinita, motus infinitas deduci. Neque ex numeri mathematici additione, infinitas temporis concludi.

Sed esto, liceat de genere in genus transgredi: leges transgredi proprias liceat: possibile esto, ex mathematicis sensibilia componi. nullum sequatur absurdum ex qualibet cogitatione, res in natura veras prouenire: negamus tamen nos, vt in genere eodem persistamus, verum esse, mathematicum numerum in infinitum posse excrescere: Negamus etiam, mathematicam magnitudinem infinitè vel minui vel diuidi posse. Quæ falsitas palam fiet. si nobis respondeatur ad hæc quæsita.

I. Ista marhematica, seu numeri, seu magnitudines quid rerum sunt?

II. Somnia ne sunt vel de numero entium sunt? Si somnia aut chimæræ, nihil nobiscum habent rei.

III. Si entia sunt, de numero ne immaterialium & diuinarum rerum sunt? aut de genere materialium & naturalium? Diuina non esse, aut abstracta, ipse contra Pythagoreos, longissimis, & penè puerilibus altercationibus annixus est persuadere, & multis mortalibus persuasit. Naturalia itidem nõ esse, etiamsi naturalibus insint, ipse idem tum 2. Physici cap. 7. tum 6. & 11. Metaphysico capitibus primis docuit. vbi mathematica à naturalib. tum per abstractionẽ. tũ per tertium scientiæ genus differre clarissimè statuit. Si in hominis anima, mathematica sint, & per abstractionẽ ab ea fiant: nec per additionẽ numerus, nec magnitudo per diuisionem, infinita esse possunt. Neque enim animæ sensus, nec phantasia, nec opinio, nec ratio, nec intellectus, infinitè aut diuidere, aut augere quicquã possunt. Quoniam & finitæ potentiæ sunt, & terminatæ actionis. & essentiæ itidem definitæ. Finita autem vel essẽtia, vel potẽtia, vel actionẽ infinitã habere non potest, quod ipse 8. physico probauit. Neq; quisquã hominum, vnquam infinitè, lineã diuisam, aut infinitè auctũ numerũ cogitauit, aut animo finxit, aut fingere quiuit. nisi fortè quispiã argueretur infinitos homines, tota mundi æternitate, id posse efficere. Ne nos arguat dubijs, & negatis

Nega-

Negamus enim nos, istam mundi æternitatem, istam hominum infinitatem. Afferet opinor numerum, sui ipsius natura infinitè augeri additione posse, etia msi nullus hominum ne omnes quidem infinitè eum auxerint, vel aucturi vnquam sint. Quod ipse 1. de ortu his verbis affirmauit. *καί τοι ἴσως οὐδεὶς ἂν διέλοι.* *Fortè nemo diuidat.* Similiter magnitudinem, etiamsi nunquam à quoquam diuisa infinitè fuerit, aut erit, infinitè tamen sui natura diuidi posse. Rogabo ego, quæ nam sit natura beati istius numeri? quæ natura magnitudinis istius? quæ illis potentias istas nunquam venturas ad actum, tribuat. Si ista natura materialis sit, finita est. Si itidem diuina, finita est. Si in anima, finita quoque est. Quomodo ergo infinitam potentiam possidet? contrario dogmati 8. physico tradito: *nullum finitum, potentiam infinitam habere.* Et potentiam istam, nunquam venturam ad actum, alijs in rebus omnibus maximè absurdam, Peripatus vniuersus, vno ore autumat, contendit cur hac maxima in te, præcipuè probabimus? Quid plura? Teste ipsomet Aristotele, volente, nolente, infinita ista vel numeri accretio, vel magnitudinis diuisio, vanitas est manifesta. 8. capite. 3. physici totam infiniti tractationem claudens sic ait: *μέγεθος δὲ οὐδὲ τῇ ἀφαιρέσει, οὔτε τῇ νοητῇ αὐξήσει ἐστὶν ἄπειρον.* *Magnitudo verò neque ablatione neque intelligibili auctione est infinita.* Quod quidem verissimum est, quia vt numerus diminutione, & diuisione in infinitum nō abit, sed in vnitate sistitur: sic etiam diuisio & diminutio magnitudinis sistitur in puncto, quod in ea æquipollet vnitati numeri, attestante id Aristotelemet ipso 1. Topico, his verbis in fine: *καὶ ὅτι στιγμὴ ἐν γραμμῇ, καὶ μονὰς ἐν ἀριθμῷ. ἑκάτερον γὰρ ἀρχή.* *Et quod punctum in linea, etiam vnitas in numero, vtrumque enim principium.* Sed esto concedamus mathematicis mathematicum numerum, augmenti esse infiniti, mathematicam magnitudinem diuisionis infinitæ, certè quòd proprium est præsentis tractationis, naturalis numerus nullus infinitus est. Finitæ enim sunt rerum species, & actu & potentia, nō enim species in infinitum successione multiplicari possunt, vt quæ nūc nō sunt, postea sint. Quod si in speciebus finitudo ista est, in indiuiduis quoque earum necessariò erit. Quod si dicatur, successione æterna indiuiduorum ea euadere infinita, tunc necessariò infinitum ex finito orietur. Cui contrarium Aristotelis sententiam opponemus, negantis ex finitis posse fieri infinitum. 3. physico capite quinto. *σύνθετον μὲν οὖν οὐκ ἔσται τὸ ἄπειρον σῶμα, εἰς πεπερασμένα τῷ πλήθει τὰ στοιχεῖα ᾖ.* *Compositum quidem non erit infinitum corpus, si terminata multitudine elementa fuerint.* Negantis etiam quicquam posse fieri infinito maius, quod eueniet necessariò, si æternitas ista infinitudinem procreat indiuiduorum. Nam si æternum tempus, vt ipse, suique asserunt, futurum est, à nostra hac ætate in posterum, infiniti post nos homines nascentur. At qui ab annis mille prætetitis, ad nos fuerunt, si infinitis futuris addantur, maius hoc infinitum illa additione euadet. Quæ absurda si in Aristotelis philosophia admittantur, non est cur meliora his principia hæc putemus, aut futuras conclusiones expectemus. Atque hæc de numeri naturalis infinitate satis sunto.

*De magnitudine naturali.*

De magnitudine verò naturali, quid dicēdum? Actu nullā magnitudinem infinitam esse operè anxio Aristoteles ipse confutauit. Dicimus nos ex dogmate suo, nullam naturalem magnitudinē vel esse vel esse posse potētia diuisibilem infinitè. Statuti sunt magnitudinum naturalium termini. Est maxima naturalis magnitudo, cœlum ipsum, mundus, est etiam necessariò minima magnitudo Id ipsemet 1. physico capite 4. contra Anaxagoræ homœomerias docuit. *εἰ δ' ἀδύνατον ζῶον ἢ φυτὸν ὁπηλίκον εἶναι κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα.* *Si verò impossibile est animal aut plantam quantamcunque esse secundum magnitudinem vel paruitatem.* Et mox. *δῆλον τοίνυν ὅτι ἀδύνατον, σάρκα ἢ ὀστοῦν, ἢ ἄλλο τι ὁπηλίκον εἶναι τὸ μέγεθος, ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττον.* *Clarum itaq; quòd impossibile carnem aut os aut aliud quid, quantumcunq; esse in magnitudine, aut in maius, aut in minus.* Et paulo pòst. *τῆς δὲ σαρκὸς ὥρισται τὸ ποσὸν μεγέθει καὶ σμικρότητι. φανερὸν ὅτι ἐκ τῆς ἐλαχίστης σαρκὸς οὐδὲν ἐκκριθήσεται σῶμα. ἔσται γὰρ ἔλαττον τῆς ἐλαχίστης.* *Carnis vero determinata est quantitas magnitudine & paruitate, manifestum quod è minima carne nullum secerneretur corpus, erit enim minor minima.* Nulla ergo ex magistri summi doctrina est naturalis magnitudo, quæ aut infinita

sit actu, aut potentia naturaliter infinitè diuidi queat. Sistetur namque *diuisio ablatio.destructio* διαίρεσις, ἀφαίρεσις, καταίρεσις, in minima scilicet magnitudine naturali, vt nulla possit cogitatione infinitè diuidi. Sic enim docet 8. capite 3. physici. τὸ δὲ μέγεθος οὐδὲ τῇ καταιρέσει, οὔτε τῇ νοητικῇ αὐξήσει ἐστὶν ἄπειρον. *Magnitudo verò neque ablatione, neque intellectuali accretione est infinita.* Sed etiamsi mente & cogitatione diuidi possit, & augeri, re tamen ipsa nec diuidi nec augeri vlla ratione poterit. Sic enim proximè scripsit. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ πράγματος ἡ ὑπεροχὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, ἀλλ' ἐπὶ τῆς νοήσεως. *Non enim in re est excessus & defectus sed in intellectione.* Idq; quomodo esset subiunxit, ἕκαστος γὰρ ἂν ἡμῶν νοήσειε πολλαπλάσιον ἑαυτοῦ αὔξων εἰς ἄπειρον. ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἔξω τοῦ ἄστεός τις ἐστὶν. οὐδὲ τοῦ τηλικοῦδε μεγέθους ὃ ἔχομεν, ὅτι νοεῖ τις, ἀλλ' ὅτι ἔχει, τὸ δὲ τῇ νοήσει συμβέβηκεν ἄπτον. *Vnusquisque enim nostrum cogitauerit multiplicem se ipsum augens se in infinitum. sed non ob hoc extra vrbem est quisquam, neque huius quantacunque magnitudinis quã habemus: ideo habemus, quia id quispiam cogitet sed quia habet. Cogitationi verò credere absurdum est.*

*Mathematica cum naturalib. non conuenire.*

Concludamus ergo primo loco hanc numeri mathematici & magnitudinis mathematicæ infinitatem alienam esse à naturalibus rebus. Nihil posse verè & propriè ex mathematicis in naturalia entia transferri, obidque Aristotelicam argumentationem ex mathematico infinito, infinitum in natura astruentem impropriam esse atque alienam. Secundo verò etiam falsas hasce vtrasque infinitates esse, quia nec numerus, nec magnitudo mathematica infinitè aut augeri, aut minui re-uera potest. Falsissimum denique eas in naturalibus aut numeris, aut magnitudinibus esse, vel esse posse.

## DE TEMPORIS INFINITATE.

Nunc tempus ipsum, quod tertium infinitum Aristoteli erat, perpendamus, an verè infinitum sit, & quo id pacto Aristoteles aut adstruat aut nobis persuadeat. Hanc infinitatem tanquam maximè manifestam minimo negotio astruit, simplici nimirum assumptione. Ad infinitatem autem in numero & magnitudine inducendam, non parum operæ absumpsit, non paucas rationes adduxit. In tempore verò sola propositione atque assumptione totum negotium perfecit. Sexties infinitate hac temporis toto tractatu de infinito, tantummodo nominata. Apponam autem omnium locorum verba, quia semina sunt maximarum fallaciarum sequentium. Itaque 3. physici capite 4. sunt hæc. τοῦ δ' εἶναι τι ἄπειρον ἡ πίστις ἐκ πέντε μάλιστ' ἂν συμβαίνει σκοποῦσιν ἐκ τε τοῦ χρόνου. οὗτος γὰρ ἄπειρος. *Esse verò infinitum ex quinque maximè probatio euenit considerantibus, ex tempore, hoc enim est infinitum.* Capite deinde 6. libri eiusdem: ὅτι δ' εἰ μὴ ἔστιν ἄπειρον πολλὰ ἀδύνατα συμβαίνει δῆλον. τοῦ τε γὰρ χρόνου ἔσται τις ἀρχὴ καὶ τελευτή. *Quod verò nisi sit infinitum multa impossibilia accidunt clarum est, temporis namque erit aliquod principium & finis.* Iterum eodem met capite. ἄλλως δὲ ἐν τε τῷ χρόνῳ δῆλον τὸ ἄπειρον. *Alioquin in tempore clarum est infinitum.* Et mox. ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων καὶ χρόνου φθειρομένων. *Praterea in hominibus & tempore, dum corrumpuntur.* Et capite 7. οὐ δὲ μένει ἡ ἀπειρία, ἀλλὰ γίνεται, ὥσπερ καὶ ὁ χρόνος, καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ χρόνου. *Neque manet infinitudo, sed fit, quemadmodum & tempus & numerus temporis.* Et denique capite 8. ὁ δὲ χρόνος καὶ ἡ κίνησις ἄπειρα ἐστὶ, καὶ ἡ νόησις, οὐχ ὑπομένοντος τοῦ λαμβανομένου. *Et tempus, & motus infinita sunt, & intellectio, non manente eo quod accipitur.* Quibus omnibus locis infinitatem temporis assumpsit sibi, non per se claram, non rationibus vllis probatam. Quæ assumptio, principium & fundamentũ est omnium sequentium fallaciarum, æquiuocationum, sophismatum. Neque id solùm egit, sed semina aliarum fallaciarum iecit penultimis atque vltimis verbis: illis scilicet quibus tempori infinito, numerum adiunxit. Quoniam ex numero successionem texet. Istis verò adiunxit motum, quia ex motu, temporis continuitatem, ex tempore continuo, motus æternitatem mira quadam techna permiscebit. Quatuor itaque in tempore speculabitur. Infinitatem. Successionem, Continuationem. Aeternitatem.

Primò ergo nos quoque infinitatem temporis discutiamus. Quid igitur ait Aristoteles. *Tempus est infinitum*? id sexties aut fortè pluries affirmat. Sed

Sed quomodo probat? nullo modo toto tractatu de infinito. Fortè tractatu de tempore, aut 6. physico probabit. Sed nos antequã ab infiniti tractatu discedamus, quid infinitum sit, quo pacto ab eo definiatur, videamus, vt vlui nobis ea diffinitio, tum in tempore, tum in motu, atque etiam in magnitudine esse possit. 3. physico capite 4. habet infiniti definitiones quinque, nobis vna aut altera sufficiat. *ἄπειρον ἐστὶ τὸ ἀδυνάτον διελθεῖν. Infinitum est, quod impossibile est pertransire.* Idque euenit, quia terminos, seu extrema non habet. ait enim. *ἄπειρον τὸ μὴ ἔχον πέρας. Infinitum est, quod non habet terminum.* Duas has definitiones sumamus. Tradita est etiam ab eo diuisio infiniti. 6. physico capite 2. *διχῶς δὲ λέγεται καὶ τὸ μῆκος καὶ ὁ χρόνος ἄπειρον, καὶ ὅλως πᾶν τὸ συνεχὲς, ἢ τῷ κατὰ διαίρεσιν, ἢ τοῖς ἐσχάτοις. Dupliciter verò dicitur, & longitudo & tempus infinitum & omnino omne continuum, aut secundum diuisionem, aut extremis.* Verùm quoniam his verbis longitudinem, superioribus autem vltimis motum, tempori coniunxit, omnibusque infinitatem tribuit, operæ fuerit precium tria hæc coniunctim, infinitatemque eorum expẽdere. Sunt enim eiusdem cognationis in hac ipsa infiniti actione. Sic enim de his 3. physico capite 12. scripsit: *ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ μεγέθει ἡ κίνησις, τῇ δὲ κινήσει ὁ χρόνος, τῷ καὶ ποσὰ, καὶ συνεχῆ, καὶ διαιρετὰ εἶναι. Sequitur enim magnitudinem motus, motum verò tempus, eò quòd sint & quanta & continua, & diuisibilia.* Deinde 6. physico capite 4. de his ipsis tribus toto capite scribens ait. *καὶ ἐπὶ τοῦ πεπερασμένα εἶναι ἢ ἄπειρα ὁμοίως ἕξει κατὰ πάντων. Et in eo quod sint finita vel infinita similiter habebit in omnibus.* Sunto ergo per Aristotelicam doctrinam & magnitudo & motus & tempus, infinita. At qua infinitate? ea ne quę est in diuisione? an ea, quæ extremis caret? duas enim hasce nobis tradidit. Certè, infinitate, quæ extremis caret, magnitudo non est infinita. Etenim, prolixitate penè Asiatica probauit 3. physico, magnitudinem extremis infinitam nec esse, nec reperiri posse in natura rerum. At si tria hæc similiter se habent in infinitate vt modo dictum est, sequetur necessario, si magnitudo extremis non est infinita, neque motum, neque tempus extremis infinitum aut esse, aut esse posse. Neque verò generalibus id verbis asseritur ab Aristotele, sed etiam singularibus, ita ipsomet scribente, eiusdem 6 Physici capite 10. de motu. *μεταβολὴ δὲ οὐκ ἐστὶν οὐδεμία ἄπειρος. Mutatio nulla est infinita.* rationem quoque addidit. *ἅπασα γὰρ ἐκ τινὸς εἴς τι. Omnis enim ex aliquo in aliquid.* Quod etiam exemplis in omnibus motibus, generationis, corruptionis, alterationis, augmenti, decrementi confirmauit. Et denique de locali motu sic intulit. *ὥστε οὐκ ἄπειρος ἡ κίνησις, οὐδὲ οἰσθήσεται τὴν ἄπειρον. Itaque non est infinitus motus, neque ferretur in infinitum.* Rationem huic quoque adiunxit. *ἀδύνατον γὰρ ἦν διελθεῖν αὐτήν. Impossibile enim esset pertransire ipsum.* De quo verò genere infinitatis id doceret, declarauit, vniuersali conclusione. *ὅτι μὲν οὖν οὕτως οὐκ ἐστὶν ἄπειρος μεταβολὴ ὥστε μὴ διωρίσθαι πέρασι, φανερόν. Quòd quidem eo modo, non est infinita transmutatio vt non definiatur terminis, manifestum est.* Quam rem etiam 7. physico capite 1. confirmauit: *καὶ γὰρ εἰ ἕκαστον ὑφ᾽ ἑκάστου κινεῖται, οὐδὲν ἧττον μία τῷ ἀριθμῷ ἡ ἑκάστου κίνησις καὶ οὐκ ἄπειρος τοῖς ἐσχάτοις. Si enim vnumquodque ab vnoquoque mouetur? nihilominus vnus numero vniuscuiusque est motus, neque infinitus extremis.* Quòd si magnitudo, & motus non sunt extremis infinita, proculdubio, *ὁμοίως ἕξει κατὰ πάντων. similiter habebit in omnibus.* tempus quoque non erit extremis infinitum. Quod 6. physico capite 2. verbis luculenter scriptis confirmatum est. *αἱ γὰρ αὐταὶ διαιρέσεις ἔσονται τοῦ χρόνου καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ εἰ ὁποτερονοῦν ἄπειρον, καὶ θάτερον, καὶ ὡς θάτερον καὶ θάτερον. οἷον εἰ μὲν τοῖς ἐσχάτοις ἄπειρος ὁ χρόνος καὶ τὸ μῆκος τοῖς ἐσχάτοις· εἰ δὲ τῇ διαιρέσει, τῇ διαιρέσει καὶ τὸ μῆκος. εἰ δ᾽ ἀμφοῖν ὁ χρόνος ἀμφοῖν καὶ τὸ μέγεθος. Eadem diuisiones erunt temporis & magnitudinis, atque vtrumlibet infinitum, & alterum: & sicut alterum, sic & alterum, veluti si extremis infinitum tempus, & longitudo extremis, si verò diuisione, diuisione etiam longitudo, & si vtrisque tempus, vtrisque etiam magnitudo.* Sed ostensum est magnitudinem extremis infinitam non esse, licebit per conuersionem concludere tempus quoque extremis infinitum non esse; vt enim alterum, sic & alterum. Non sunt ergo extremis infinita magnitudo, aut motus, aut tẽpus, confessione, dogmate Aristotelis. Sed si quã infinitatem habeant, illam alteram diuisionis habebunt. Sic enim docet de hac ipsa 7. physico capite 6. *πᾶν γὰρ μέγεθος καὶ πᾶς χρόνος, ἀεὶ διαιρετά, Omnis enim magnitudo, & omne tempus, semper*

*diuisibilia.* 1. capite quoque eiusdē libri. τοῦ δ' αὐτοῦ λόγου, καὶ μέγεθος καὶ χρόνον καὶ κίνησιν ἐξ ἀδιαιρέτων συγκεῖσθαι καὶ διαιρεῖσθαι εἰς ἀδιαίρετα. *Eiusdem verò est rationis, & magnitudinē & tempus, & motum ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia.* Et paulo pòst ὁμοίως δ' ἀνάγκη τῷ μήκει καὶ τῇ κινήσει, ἀδιαίρετον εἶναι τὸν χρόνον. *Simili modo necesse est, longitudini & motui indiuisibile esse tempus.* Sed tempus hoc diuisionis modo esse infinitum scribit eodem capite in hunc modum. τῶν μὲν οὖν κατὰ τὸ ποσὸν ἀπείρων, οὐκ ἐνδέχεται ἅψασθαι ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ. τῶν δὲ κατὰ διαίρεσιν ἐνδέχεται, καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ χρόνος οὕτως ἄπειρος. *Namque eorum quæ sunt per quantitatem infinita, non potest tangi in terminato tempore: sed eorum quæ sunt per diuisionem infinita, potest.* Etenim tempus ita est infinitum. At si tempus hac diuisionis Infinitate est infinitum, eadem infinitate est infinita magnitudo quoque. Sic enim paulo post. ἀλλ' εἰ τι ὁ χρόνος ἄπειρος ἢ καὶ τὸ μέγεθος ἔσται ἄπειρον. ἐὰν δε τὸ μέγεθος, καὶ ὁ χρόνος. *Sed si tempus infinitum sit, & magnitudo infinita erit, si verò magnitudo, & tempus.* Idem in motu testatur cap. 7. τί γὰρ διαφέρει τὴν κίνησιν, ἢ τὸ μέγεθος ποιεῖν ἄπειρον; ἀνάγκη γὰρ εἰ ὁποτερονοῦν καὶ θάτερον εἶναι ἄπειρον. *Quid enim differt motum aut magnitudinem facere infinitam? necesse enim si vtrumlibet & alterum esse infinitum.* Quo autem pacto sit ista infinitas in tempore capite 7. declarauit. ἅπας δὲ χρόνος, εἰς ἄπειρα μεριστός. *Omne verò tempore in infinita diuisibile.* Cum quo capite 6. magnitudinem coniunxerat. πᾶν γὰρ μέγεθος, καὶ πᾶς χρόνος ἀεὶ διαιρετά. *Omnis enim magnitudo, & omne tempus, semper diuisibilia.* Capite verò 4. tempori, motum adiunxerat, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κίνησις διαιρετή. καὶ ὁ χρόνος διαιρετός. *Similiter & motus diuisibilis, & tempus diuisibile.* Itaque verba ista. *Semper diuisibilia, in infinitum diuisibilis, similiter diuisibile*, æquipollent, in tempore, in magnitudine, in motu. Tempus ergo, & motus. & magnitudo, si quomodo eis infinitudo concedatur, ex Aristotelis clarissimis dogmatibus, ea concedetur tantummodo, quæ est in diuisione. Altera autem illa, extremorum infinitudo, apertissimis & verbis & rationibus è rerum natura explosa, expulsaque ab eo est. Quid ergo, licebit ne cōcludere syllogisticè, verè, non Sophisticè, Tempus est diuisibile in infinitum, ergo tempus est extremis infinitum? Simpliciter infinitum? Motus est diuisibilis in infinitum, ergo motus est extremis infinitus? simpliciter infinitus? Tantundem sanè valebit: Magnitudo est diuisibilis in infinitū, ergo magnitudo etiam extremis est infinita. Sophisma est putidum. Stadium est finitum, cursus in stadio est finitus, hora quā decurritur est finita, sunt tamen & stadium & cursus & hora diuisione secundum Aristotelem infinita, & si quis adstruat inde, ergo stadium & cursus, & hora sunt infinita extremis, quid ei faciemus aliud quàm vt eum exsibilemus? de schola logica eijciam? Maioribus sibilis, maioribus cachinnis in eum vtemur, si quis colligat hanc alteram. Quia motus sit infinitus diuisione, ergo æternus. Quia tempus sit infinitum diuisione, ergo æternum? Si id liceat, licebit etiam inferre: ergo hora est æterna, ergo cursus in stadio est æternus: ergo Hercules adhuc currit in Olympia, curretque in æternum. Si hæc ridicula sunt, non ergo rectè, non verè, non logicè concluditur: tempus & motus sunt infinita diuisione: ergo etiam extremis infinita, ergo etiam æterna. Sed rectissimè, verissimè, demonstratiuè concludetur. Si tempus & motus extremis infinita essent, æterna quoque essent, sed non sunt extremis infinita, testimonijs Aristotelis, ergo neque æterna sunt. Nihil ergo hæc ratio infinitatis per diuisionem ad æternitatem temporis & motus, roboris aut veritatis affert. Altera illa infinitas extremorum, quæ afferre poterat, si in natura reperiretur, ab Aristotele ipso à magnitudine expulsa & reiecta, in motu & tempore & per consequens & apertè negata est.

Ad continuitatem ergo & temporis & motus accedamus, quæ secunda de quatuor propositis est. Hanc Aristoteles videtur veluti mediam constituisse, ad coniungendam vtrinque infinitatem atque æternitatem. Scripsit 4. physico capite 11. ἐπεὶ δὲ τὸ κινούμενον κινεῖται ἔκ τινος εἴς τι, καὶ πᾶν μέγεθος συνεχές ἀκολουθεῖ τῷ μεγέθει ἡ κίνησις. διὰ γὰρ τὸ μέγεθος εἶναι συνεχές, καὶ ἡ κίνησις ἐστὶ συνεχής, διὰ δὲ τὴν κίνησιν, καὶ ὁ χρόνος. *Postea verò quàm motum mouetur ab aliquo in aliquid & omnis magnitudo est continua, & motus est cōtinuus, & propter motū etiam tempus.* Cap. posteà sequēti. ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ μεγέθει ἡ κίνησις, τῇ δὲ κινήσει ὁ χρόνος τῷ καὶ ποσὰ, καὶ συνεχῆ καὶ διαιρετὰ εἶναι. διὰ μὲν γὰρ τὸ μέγεθος εἶναι τοιοῦτον, ἡ κίνησις ταῦτα πέπονθε διὰ δὲ τὴν κίνησιν, ὁ χρόνος.

*Sequu-*

*Sequitur enim magnitudinem motus, motum verò tempus vt sint & quantà, & continua, & diuisibilia. Etenim quia magnitudo talis est, idem motus patitur, & propter motum, tempus.* Prioribus verbis docemur: quia magnitudo sit continua, motum esse continuum. Et quia motus est continnus tempus etiam esse cõtinuum. Secundis, quiá magnitudo si quanta, & continua. & diuisibilis. motum quoque & tempus esse quanta & continua, & diuisibilia. Hic primum quæro. si motus quantus est, cur in quantitatis prædicamento non connumeratur inter quanta, vt tempus? Excidit è memoria, detur venia. At 5. Metaphy. cap de Quanto, dicit Aristoteles Motum & tempus esse quanta, non per se, sed per accidens Sic enim scribit eo loco: τῶν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς λεγομένων ποσῶν, τὰ μὲν οὕτως λέγεται ὥσπερ ἐλέχθη, ὅτι τὸ μουσικὸν, ποσὸν. καὶ τὸ λευκὸν τῷ εἶναι ποσὸν, ᾧ ὑπάρχουσι. τὰ δὲ ὡς κίνησις καὶ χρόνος. καὶ γὰρ ταῦτα, ποσὰ ἄττα λέγεται, καὶ συνεχῆ, τῷ ἐκεῖνα διαιρετὰ εἶναι ὧν ἐστὶ ταῦτα πάθη. λέγω δ' οὐ τὸ κινούμενον, ἀλλ' ὃ ἐκινήθη τῷ γὰρ ποσὸν εἶναι ἐκεῖνο καὶ ἡ κίνησις ποσή. ὁ δὲ χρόνος τῷ ταύτην. *Eorum verò, quæ per accidens dicuntur quanta, quiddam sic dicitur (vt dictum est) quòd musicum sit quantum, & album, eo quod sit quantum id cui insunt. Alia verò vt motus & tempus. Etenim hæc quanta quædam dicuntur & continua, eo quòd illa diuisibilia sint, quorum hæc sunt passiones. Dico autem non quod mouetur, sed quod motum est. namque eò quod quantum sit illud, & motus quantus est, tempus verò, eò quòd iste.* Ex quibus verbis, non solum motum esse quantum ex accidenti, quia quantum sit id, super quo factus est, sed etiam ex accidenti continuus, & diuisibilis: quia tale illud sit, in quo motus factus est Id autem est, quod toties in physicis μέγεθος καὶ μῆκος *magnitudinem & longitudinem* vocat. Tempus itidem ex ijsdem his verbis, & quantum, & continuum, & diuisibile ex accidenti est, non quia magnitudo sit per accidens quanta & continua, & diuisibilis, quoniam hæc omnia per se est sed quia motus hæc omnia per accidẽs sit, tempus quoque per motum hæc omnia est per accidens: ita vt concludatur, magnitudo per se est quanta, per se continua, per se diuisibilis. Motus, quia super magnitudine fit, est quantus per accidens, continuus per accidens, diuisibilis per accidens. Tempus quoque quia est vel numerus vel mensura motus ipsius super magnitudine facti, & quantum, & continuum, & diuisibile est per accidens, quodam modo per secundum accidens. Licebit ergo Aristoteli scientiarum omnium, optimo magistro, veterum sapientum irrisori, ex motu continuo per accidens, per accidens diuisibili, cœli & mundi per se continui, per se diuisibilis, æternitatem concludere? Ex tempore. ex secundo accidenti continuo & diuisibili, motum cœli æternum astruere? De propositionibus per accidens, conclusionem per se colligere? vbi est hac in re Aristotelica illa demonstratio tam celebris? scientiarũ domina? sine qua, nihil posse sciri, ab eo, ab suis, toties declamatur? cuius propositiones voluit esse per se, & ne id quidem solum. sed per se primo, & καθόλου *vniuersaliter?* Si nos philosophunculi argutatemur. Tempus est continuũ, ergo motus est continuus. Motus cœli cõtinuus est, ergo cœlũ continuũ, expelleremur è schola: quia de propositionibus per accidẽs conclusionẽ per se concluderemus. Sophismata nos nectere clamarent. At quia Aristoteles argumentatur, tempus continuum est, motus cœli continuus est ergo cœlũ est æternum: siletur, creditur, suspicimus, stupescimus, conclusionem nullo vinculo propositionibus iunctam. Quid enim habet rei æternitas cœli, cum motus cõtinuitate? nectatur integer syllogismus. Omne id, cuius motus continuus est, æternũ est: cœli, motus est continuus, Ergo cœlũ æternũ est. Syllogismus integra figura. At quid veritatis habet maior propositio? vera ne est prima? ꝑ se nota? an topica? an sophistica? An verior quicquam rota argumentatio, quàm si dicatur: cursus in stadio continuus est sanè. ergo etiam æternus? optimè nobiscum vi rationis huius ageretur, quilibet nostrum immortalis esset, quia motus & gressus, aliquando continuus ei esset. Sed Deus opt. maxime, quibus in tenebris versamur? Tempus est in prædicamẽtis ab Aristotele annumeratũ, inter per se quanta, ac etiã proprio ab alijs separato prædicamẽto. In Metaphy. vero inter quãta accidẽtalia est positũ. Quid incõstanti⁹? At verò, qd à veritate alienius? quid falsius? quã motũ & tẽpus esse quãta? nõ magis quã musicũ, quã albũ, quæ eodẽ loco, metaphysico, allata sunt inter accidẽtalia quãta? Musicum, & albũ sunt ne quanta? Neqnaquam ratio, quia per accidens quanta. Eadẽ ratio. Motus & tempus non sunt quanta: quia per accidens quanta. Sed vai-

*Tempus in prædicamento quantitatis.*

diori

diori etiam ratione non sunt quanta: definitione scilicet quanti non sunt quanta. Quid est quantum? Aristoteles ait eodem Metaphysico. ποσὸν λέγεται τὸ διαιρετὸν εἰς ἐνυπάρχοντα, ὧν ἑκάτερον ἢ ἕκαστον ἕν τι καὶ τόδε τι πέφυκεν εἶναι. *Quantū dicitur, id quod diuisibile est in inexistentia, quorum vtrumq; aut quodlibet vnum quid aut hoc aliquid natum est, esse.* In prædicamento verò Quantitatis ait: τοῦ ποσοῦ τὸ μὲν ἐστὶ διωρισμένον, τὸ δὲ συνεχὲς καὶ τὸ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων συνέστηκε, τὸ δ' ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν. *Quanti aliud est discretum, aliud continuum. Et aliud ex habentibus positionem partibus ad inuicem constat, aliud ex non habentib. positionem.* Hic numerus est, illa continua quantitas. Motus verò & tempus, nec numerus sunt nec continuum quia nec ipsa, nec partes eorum singulæ, sunt vnum quoddam, aut nata sunt esse hoc aliquid, aut positionem vllam habent. Tempus namque præteritum iam nihil est, futurum nondum est. atque ideo non sunt hoc aliquid, non sunt hoc vnum, nullam habent positionem. Motus quoque elapsus, iam non est: neque vnum est, neque natum est, hoc aliquid esse Neque etiam motus qui succedet, aliquid est. Siquidem vera sit doctrina 4. physici cap. 11. καὶ ὥσπερ ἡ κίνησις ἀεὶ ἄλλη καὶ ἄλλη, καὶ ὁ χρόνος. *Et veluti motus, semper alius & alius. Et tempus.* Et post, docet, nihil posse accipi in tempore præterquam τὸ νῦν *nunc* instans. sicut in motu, τὸ κίνημα, *motio.* Hæc autem esse ait indiuisibilia, vt punctum in magnitudine. ex quibus nec magnitudo, nec motus, nec tempus, conficitur. Sic enim habet sexto physico. capite 10. οὔτε γὰρ ὁ χρόνος ἐκ τῶν νῦν, οὔτε ἡ γραμμὴ ἐκ στιγμῶν, οὔτε ἡ κίνησις ἐκ κινημάτων. *Neque enim tempus ex ipsis nunc, neque linea ex punctis: nec motus ex motionibus.* Hæc eadem non esse partes, cuius dicuntur, 4. physico cap. 11. eodem docuerat his verbis: καὶ ὅτι φανερὸν ὅτι οὐ μόριον τὸ νῦν τοῦ χρόνου, οὔτε ἡ διαίρεσις τῆς κινήσεως, ὥσπερ οὐδ' αἱ στιγμαὶ τῆς γραμμῆς. *Ad hæc manifestum quod nunc, non est particula temporis, nec diuisio motus, quemadmodum nec puncta lineæ.* Quid igitur dicemus? Tempus est quantum ait: Continuum vel discretum? Continuum asserit, & in prædicamento, & maxima 4. physici parte. Et toto 6. & parte 8. aiens, tempus est continuum, diuisibile semper, & infinitum. Dicimus nos, si tempus continuū quantū est, partes ipsius positionē ex eius doctrina necessario habebūt. Nihil aūt est in eo accipere præter *nunc* τὸ νῦν nunc autem τὸ νῦν nō est temporis pars, Aristotele doctore. Et illæ quæ partes tēporis dicuntur, præteritum & futurum, non sunt, non extant, positionem non habent, non sunt hoc aliquid. sic ait 4. physici cap. 10. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ γέγονε, καὶ οὐκ ἔστι. τὸ δὲ μέλλει καὶ οὔπω ἐστί. ἐκ τούτων καὶ ὁ ἄπειρος, καὶ ὁ ἀεὶ λαμβανόμενος χρόνος σύγκειται. τὸ δὲ ἐκ μὴ ὄντων συγκείμενον, ἀδύνατον ἂν δόξειε κατέχειν ποτ' οὐσίας. *Eius namque hoc quidem factū est & nō est. illud verò futurum est, & nondū est. Ex his, & ipsum infinitum tempus constat, & id quod semper sumitur. Illud verò quod ex nō entib. constat, impossibile videretur aliquando essētiā habere.* Tempus ergo aut partes non habet, aut tales habet, quę in rerum natura non existunt. Quonam igitur pacto, non ens, pars erit entis? At si partes temporis nullę sunt quomodo partes sunt, & partes positionem habentes quomodo sunt si nullam nedum positionem, sed ne existentiam quidem vllam habent? Non ergo tempus, quantū est vel continuum omnino est. Et si continuum non est, quomodo diuisibile est semper, & in infinitum? Falsum igitur est, tempus semper diuidi posse, infinitè diuidi posse: Falsum quoque, tempus esse continuum. Falsum tertiò, tempus quantum esse tale rectiusque diuersum à quantitate, prædicamentum temporis factum est.

Quod de tempore dicimus, idem dicendum de motu. Motus namque iisdem rationibus, non est quantum continuum. quia partes nullas habet existentes. Et si aliquas habeat, nullas tamen, quæ positionem habeant, habet. Quia pars præterita nō amplius est. Et ea quę secutura est. nondum est. Et illud κίνημα *motio*, & illa διαίρεσις *diuisio* quę respondet, τῷ νῦν *nunc temporis*, & puncto στιγμῇ *lineæ* est indiuisibilis: atq; ideo non est pars ipsius motus. Eadem itaque ratione cum tempore, motus nō est quātus nō est continuus, nō est infinitè & sēper diuisibilis. Falsa itaq; sunt illustria illa principia τοῦ αὐτοῦ λόγου καὶ μέγεθος καὶ χρόνον, καὶ κίνησιν, ἐξ ἀδιαιρέτων συγκεῖσθαι καὶ διαιρεῖσθαι εἰς ἀδιαίρετα. *Eiusdem rationis, & magnitudinē, & tempus & motum ex indiuisibilibus cōponi, & diuidi in semper diuisibilia.* Alterum etiam illud ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ μεγέθει ἡ κίνησις. τῇ δὲ κινήσει ὁ χρόνος. τῷ καὶ ποσὰ καὶ συνεχῆ καὶ διαιρετὰ εἶναι. *Sequitur enim magnitudinem motus, motum verò tempus, in eo quod sint, & quanta & continua & diuisibilia.*

Siquidem

Siquidem magnitudo & quanta & continua & diuisibilis est. Motus verò & tempus, nec diuisibilia sunt, nec continua, nec quanta. Et si quomodo quanta sunt, quã ra potius discreta sunt, quàm continua. Patet id temporis definitione Aristotelicã. Est enim in ea positus numerus pro essentiali genere. Sic enim tempus est ab eo definitum τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ χρόνος, ἀριθμὸς κινήσεως. *Hoc enim tempus est numerus motus*, & de motu eodem cap. 11. καὶ ὥσπερ ἡ κίνησις ἀεὶ ἄλλη καὶ ἄλλη, οὕτω καὶ ὁ χρόνος, καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ χρόνου. *Et sicut motus sẽper alius atq; alius, ita et tẽpus & numerus tẽporis.* Tẽpus igitur & motus si quãta sunt, numeri sunt. Et numeri quidẽ quos numerãtes, nõ ij quos numeratos vocant. Sic.n. eodẽ capite scripsit ὅταν γὰρ τὰ ἄκρα νοήσωμεν καὶ δύο εἴπῃ ἡ ψυχὴ τὰ νῦν, τὸ μὲν πρότερον, τὸ δ' ὕστερον, τότε καὶ τοῦτό φαμεν εἶναι τὸν χρόνον. *Quando namque extrema cogitauerimus, & duo nunc dixerit anima, alterum prius, alterum posterius, tunc & hoc dicimus esse tempus.* Et cap. 14. ἀδύνατον εἶναι χρόνον, ψυχῆς μὴ οὔσης. *Impossibile est, esse tempus, anima non existente.* Nullo igitur modo ex Aristotelis doctrina hac posteriore, tempus & motus quantitates sunt: nullò modo continua: nullo etiam modo numeri in re ipsa, sed numeri in anima. Et si aliquid extra sunt. nullo modo, aut continua, aut numeri sunt. Sed sunto quàm maximè numeri, quã nam ratione ex diuisione infinita, aut continuitate, quæ numero non conueniunt, arguetur temporis, aut motus æternitas? Sed sunto etiam quàm maximè continuẽ quantitates quomodo ex diuisione illa infinita, quæ mentis est opus nostræ, nec in rem ipsam vnquam transit, argui potest æternitas rei naturalis? rei extra nos positę? Hæc itaque fuit Aristotelis, summi philosophi admirabilis logici hac in re eximia logica, vera scientia, admiranda philosophia, vt ex rebus non continuis, non diuisibilibus, argutaretur infinitam, sempiternam, temporis & motus diuisionem, continuationem, ac demum æternitatem. Nunc accedat successio illa, horum ipsorum æterna. Quid de hac nos docet? 3. physico cap. 4. *tempus esse infinitum.* Quomodo tempus est infinitum? Nõ quidem extremis. id enim ipsemet reiecit. Non diuisione. id enim nos ex sua doctrina reiecimus. Quo ergo modo est infinitum? tertio quodã genere infiniti, successione scilicet sempiterna τῷ ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβάνεσθαι καὶ τὸ λαμβανόμενον μὲν ἀεὶ πεπερασμένον εἶναι, ἀλλ' ἀεὶ ἕτερον καὶ ἕτερον. *Eo quod semper aliud atque aliud assumatur. Et assũptum quidem semper terminatum fit, sed aliud semper & aliud.* idem cap. 7. οὐδὲ μένει ἡ ἀπειρία, ἀλλὰ γίνεται, ὥσπερ καὶ ὁ χρόνος, καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ χρόνου. *Neque manet infinitudo sed generatur, sicut & tempus & numerus temporis.* In eandem sententiam 4. phy. cap. 11. καὶ ὥσπερ ἡ κίνησις ἀεὶ ἄλλη καὶ ἄλλη, οὕτως καὶ ὁ χρόνος. *Et sicut motus semper alius atque alius, sic & tempus.* Et capite 12. declarat, quomodo tempus sit tale ὁ χρόνος δὲ καὶ συμβαίνει κατὰ πρότερον καὶ ὕστερον ἀεὶ ἕτερος, τὰ γὰρ νῦν ἕτερα. *Illud nanque procedit, secundum prius & posterius, semper aliud. Ipsa enim nunc alia.* Itaq; excutiamus totũ hoc dogma. vim eius, robur, & veritatem. Primum quid est hoc *tempus semper aliud atque aliud generari*? Num totum tempus, aliud atque aliud semper fit? an partes eius aliquæ? Totum fieri, absurdum & impossibile mihi quidem videtur, fortè & Aristoteli, & Peripato vniuerso. Pars ergo aliqua temporis fit. At de duabus (nam plures non habet, Siquidem τὸ νῦν *nunc* negauit esse particulam μέρος temporis) præterita ne fit alia atque alia semper, an futura? Præteritam fieri absurdũ & impossibile, & mihi videtur, & Aristoteli non dubito visum, posteaquã à priuatione ad habitum, non fieri regressum nos docuit. Futura ergo pars temporis semper alia atque alia fit At quanam ratione? tota ne pars futura, an pars eius vna, an partes plures? Partes arbitror dicturos nos, nisi discrepemus. nam ego quidẽ sic accipio. At quo itidem modo hæ partes plures, omnes ne, an aliquæ. Totæ ne simul, aut altera post alteram? sic opinor Aristotelem docuisse. sic enim puto eum voluisse per illud: *Secundum prius & posterius.* In successione ista, partes hæ: prius & posterius, existunt ne, & consistunt? an continuò fluunt? vel potius ita generantur, vt statim posteriore generata, prior corrumpatur? ita enim ijs verbis videtur voluisse. *Neque manet infinitudo, sed generatur, sicut tempus & numerus temporis.* Sed quid ego percunctando, rem & tempus tero? Nonne hæc totam eius sentẽtiam aperiunt. *Illud verò procedit secundum prius & posterius semper aliud. ipsa enim nunc alia*, Et alibi, οὐδὲν γάρ ἐστι λαβεῖν τοῦ χρόνου, παρὰ τὸ νῦν. *Nihil est sumere temporis praterquam ipsum nunc.* Alio loco. τὸ δὲ νῦν ἀδιαίρετον. *ipsum nunc indiuisibile.* Alibi

tẽpus non deficiet. quoniã id quod in principio est, tẽpus non est. Sed si dicat Aristoteles futurũ quod tẽpus est, semper in principio est: affirmabo ego ipsius verbis. futurũ nondũ esse. atq; ideo nõ esse tẽpus. atq; inde tẽpus nõ esse in principio nec esse posse, cũ nondũ sit. Hæc eadẽ omnia de præterito tẽpore & fine eius asseuerabo. Conuincãq; còntraria sibi impossibilia in re, ipsum docere. sed præteritũ (vt ei donemus) esto tempus, futurum esto tempus. sit illud in fine, sit hoc in principio. Rogabo, totum tempus ait Aristoteles, æternum esse, vel partem aliquam temporis? Si partem respondeat quis: præteritam an futuram? Vtramlibet eligat, termino altero æternam, altero non æternam concedat oportet: Præteritum posteriore parte corruptum esse, quia finem habeat. futurum anteriore, quia habeat principium. Ambæ ergo temporis partes partim æternæ, partim non æternæ erunt. Qua Chimæra, quid nugacius? Si totum, respondeatur, tempus æternum esse. quia scilicet anteriore parte principium non habuit. posteriore nunquam finem attinget. Infinitum ergo vtraque ex parte: quia terminos non habet, quia impossibile est vt pertranseatur. hæ enim sunt infiniti conditiones essentiales: Impossibilitas ista pertransitionis, est ne imaginaria; vel est, vti vocant, realis? Si imaginaria, certè impossibile non est, vt tempus totum mente & conceptioni animi pertranseatur. Et talis finis tempori cogitatione imponatur, vt nunquam tempus aliud futurum expectemus. Hunc in modum Anaxagoras, Empedocles, physici alij, qui mundum corruptum aliquando iri dixerunt, imaginati sunt finem temporis. Tempus igitur totùm quantum est in imaginatione, & principium & finem habere non est impossibile. Tempus verò reale (si modò reale quicquam dici potest, quod nulla sui parte consistat) reuera infinitum esse, impertransibile esse autumat Aristoteles. Desinamus nunc imaginari, sententiã eius afferamus. Affirmauit tertio physico tẽpus infinitũ esse. 4. & 6. disputauit & confirmauit hoc ergo aggrediamur: Totum tempus (reale dico) est æternum, quia infinitum. Infinitum verò quia non pertransibile quia terminum non habet. Placet hæc asseueratio. Ne digrediamur ab hac Ne vagemur imaginatiè. tempus reale, est infinitum. Totũ ne an partes eius? an & tòtum & partes? aut partium aliæ finitæ, aliæ infinitæ? Totum esse infinitum ait apertè Aristoteles 3. Physico cap. 6 & in tempore clarum est infinitum. Partes verò asserit finitas. τῷ ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβάνεσθαι καὶ τὸ λαμβανόμενον ἀεὶ μὲν πεπερασμένον εἶναι, *Quod semper aliud atque aliud assumatur, & assumptum terminatũ esse.* Partes itaque temporis acceptæ semper finitæ sunt. & semper alia atque alia & accepta & finita est. At quod ex finitis partibus est. infinitum esse. fas ne est asseuerare. ei philosopho qui hæc verba protulerit. 3. physico cap. 5. σύνθετον μὲν οὐκ ἔσται τὸ ἄπειρον σῶμα, εἰ πεπερασμένα τὸ πλῆθος τὰ στοιχεῖα εἴη. *Compositum sanè non erit infinitum corpus, si terminata fuerint multitudine elementa.* Ex suo ergo dogmate si partes terminatæ sunt, totum quoque terminatum est. Sed fortè inquiet. tempus à mea natiuitate, ad Aphrodisieum & ab Aphrodisieo ad te, est quidem vtrumque finitum. sed pars ea quæ meum natale antecessit, est anteriore parte infinita, parte posteriore finita ad te. Econtrà pars ea quæ à natali tuo, parte anteriore ad me est finita. posteriore verò infinita. atque ita verum est, partes temporis alias totas esse finitas, alias parte altera tantum finitas altera infinitas. accipio. tempus ergo constat partibus tum finitis, tum infinitis. Quod quidem si verum est, falsa sunt illa omnia quæ tot locis de infinito docuit. infinitum non posse pertransiri. Et iam præteritum, quod parte illa anteriore est infinitum, pertransitum est. Infinitum terminos non habet. & iam præteritum & futurum aliqua parte semper terminos habent finem scilicet & principium. & hæc sequentia sunt etiam falsa. Infinitum nihil habet, quod sit primum, docet 8. physico capite 5. τῶν γὰρ ἀπείρων οὐκ ἔστιν οὐδὲν πρῶτον. *Infinitorum nihil est primum.* 2. item de animalium generatione cap: 6. ἔτι τοῦ μὲν ἀεὶ καὶ ἀπείρου οὐκ ἔστιν ἀρχή. *Ipsius semper & infiniti, non est principium.* At futurum hoc Aristotelicum infinitum est. Et tamen habet. & primum, & principiũ. τῶν ἀπείρων οὐδὲν ἔστιν ἔσχατον. *Infinitorum nihil est vltimum.* At hoc præteritum infinitum, finem habet. Sed si finem ponimus, cur & contrarium eius principium non ponemus? Cum natura posito altero contrario, ponat & alterum & posito futuri principio, cur & eius contrarium finis non debet poni? Neque enim finis præteriti

& principium futuri contraria sunt. quia non eiusdem partis, non eiusdem subiecti sunt, *οὐ γὰρ τοῦ αὐτοῦ. Non enim eius* ait ipsemet, loco superius allato. Ex hac ergo Aristotelica temporis æternitate, infinitate, successione: sex hæc monstra pronascuntur. Infinitum constare finitis. infinitum & finitum esse & infinitum. Infinitorum esse aliquid primum & vltimum. Infinitum habere terminos, infinitum posse pertransiri. Contrariorum altero, à natura posito non poni alterum. Atque omnia contra dogmata ab ipsomet tradita. Sed esto rectè ac verè, concedantur hæc omnia. Amplius quæro. Tempus æternum est, quia numquam deficiet. Numquam deficiet, quia semper in principio est. Hoc verum ne est, ab Aristotele asseueratum? Et asseuerat quidem & tuetur multis & argumentationibus, & disputationibus. Nos simplici, atque vnico verbo, negamus. Negamus tempus semper esse in principio. Esset quidem in principio semper, si futurum tēpus semper cōsequeretur: at non consequente semper futuro, tempus non amplius in principio esse poterit. Nego itaque tempus, semper futurum in principio. aioque aliquando fore tempus in fine, non amplius in principio. non amplius proderit tempori sua infinitas finita. nec proderit continuitas. non enim amplius sequenti tempori continuabitur. Non successio, quia nullū tempus aliud succedet. Nisi hanc comprobet Aristoteles vel Peripatus suus. tempus semper futurum in principio, quæ assumpta est, non autē vlla probatione probata, actum fuerit de tēporis æternitate atque alia ingredienda erit via, postquam hac non successit. tantūdemque roboris habet, mea negatio, quantum sua affirmatio: nisi aliud afferatur. arripienda est ei alia argumentorum vis, vti asseratur, obfirmetur tempus semper in principio esse, semper futurum esse. Nempe proferet Aristoteles motum eum, quē anteriore ratione posuerat: cuiusque tempus sit vel numerus, vel mensura, vel passio. & de quo dixerat in dubitatione, *ἆρ' οὖν ὑπολείψει χρόνος; ἢ οὔ, εἴπερ ἀεὶ ἐστὶ κίνησις. An deficiet tempus: vel non? quandoquidem semper est motus.* Quæro de quo motu id dicatur? vtrum ne de motu in genere, an de motu cœlestis sphæræ? Si de hoc, cur nam in genere? Et hic argumentatur, & 8. physici cap 1. Hic quidem, quia motus semper est, tempus non deficiet: ibi vero contraposita ratione: quia tempus æternum. ideo & motus æternus. Vtra harum propositionum est per se, & sui natura nota? Hęc ne *tempus est æternum*? ex qua deducatur non per se nota conclusio. ergo motus æternus? vel altera hæc notior: *motus est æternus*? Ex qua non per se nota ducatur illa, ergo tempus æternum. vel verius neutra est per se nota. Idque Aristotelica authoritate patet, qui ad motus æternitatem astruendam, & diffinitione eius vtitur & mobilis cœli natura, figura, & motoris æternitate. atque hac ipsa temporis æternitate successione, continuitate, infinitate. Quæ ipsamet infinitas diuisionis, continuitas successio, tam diffusè, tam scabrosè, tam spinosè ab Aristotele tractata est, vt tempori æternitatem adstrueret: quoniam per se nota non videretur. Neutra ergo propositio sui natura nota est. Nonne ergo circularis est hæc demonstratio? Motus æternus est: ergo. & tempus. Tempus æternum est, ergo & motus? qualis ab ipsomet damnata est. atque è numero & cognatione validarum argumentationum eiecta. Technas ergo Aristoteles, non demonstrationes, ac fallacias nobis in hac tam magna quæstione struxit hactenus. Sed alia videtur ingressus via, ad idem æternum tēpus probandum ex motu. 8. physico cap. 1. *πρὸς δὲ τούτοις, πρότερον καὶ ὕστερον πῶς ἔσται χρόνου μὴ ὄντος; ἢ ὁ χρόνος, μὴ οὔσης κινήσεως. Adhæc, prius & posterius, quomodo erit tempore non existente, vel tempus, non existente motu? Si tempus non est, non erit prius & posterius.* ait Aristoteles. Obsecro Deum immortalem optimum maximum. Verum ne id est? Si prius & posterius propria sunt temporis, ita vt nulli alij rei communicentur, nisi per tempus: nemini dubium extincta iri, si tempus auferatur. At si alijs etiam rebus communicentur, & prius etiam tempori, quomodo verè dicitur. *πρότερον καὶ ὕστερον πῶς ἔσται χρόνου μὴ ὄντος. Prius & posterius, quomodo erunt, tempore non existente?* At competere hæc aliis etiam rebus prius quàm tempori, hæc eius verba, quæ sunt 4 physico cap. 11 scripta, ostendunt. *τὸ δὲ δὴ πρότερον καὶ ὕστερον ἐν τόπῳ πρῶτόν ἐστιν. ἐνταῦθα μὲν δὴ τῇ θέσει. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ μεγέθει ἐστὶ, τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, ἀνάγκη καὶ ἐν κινήσει εἶναι τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ χρόνῳ ἐστὶ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, διὰ τὸ ἀκολουθεῖν ἀεὶ θάτερον θατέρῳ αὐτῶν. Prius verò & posterius*

*sterius in loco primum est. & ibi quidem positione: & postquàm in magnitudine est prius & posterius, necesse est esse etiam in motu prius & posterius. sed etiam in tempore est prius & posterius, propterea quod semper alterum eorum sequatur alterum*, Ac ne intelligamus motum insequi tempus, sed è conuerso tempus, insequi motum, hac in re eadem paulo post adscribit: καὶ τότε φαμὲν γεγονέναι χρόνον, ὅταν τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου ἐν τῇ κινήσει αἴσθησιν λάβωμεν. *Et tunc dicimus factum tempus, cum prioris, & posterioris in motu, sensum acceperimus.* Duobus his locis clarè perspecta sunt, prius & posterius, ante motui & magnitudini & loco inesse, quàm tempori. Quomodo ergo dici potuit verè, prius & posterius, quomodo erunt, non existente tempote(ad quam interrogationem, suis verbis respondebimus. extincto tempore, posse ea superesse in motu, in magnitudine & loco. Nec veriore ratione deducitur temporis æternitas ex isto priore. 8. physico cap. 1. siquidem motus natura est tempore ipso prior.

Finis quarti libri.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER V.

## DE MOTVS AETERNITATE.

MVLTVM, multoque anxium laborem susceperat Aristoteles parte tertij & quarti Physicorum, & toto sexto, vt ex temporis infinitate, diuisione, continuitate, successione, æternitatem eius, atque etiam motus, adstrueret. Harum rerum, rationumque fallacias falsitatesq; deteximus nos, labore non minore. Actū ergo fuerit de tēporis æternitate nisi motus æternitas subueniat. Atque hæc fuerat altera illa ratio. *Tempus non deficiet, siquidem semper est motus*. Succurret autem motus æternitati temporis, non infinitate, non diuisione, non continuitate, non successione, quæ omnes ijsdemmet rationibus in motu quoque dirutæ sunt. Aliunde ergo argumenta sumenda, vt motum æternum esse probetur, construatur. Quo cōstructo, temporis quoque æternitas veluti soror gemella consequetur. Quibus ergo artificiis, machinisúe construit Aristoteles motus æternitatem? Sanè 8. physico capitibus 1. 7. 8. traditæ sunt ab eo rationes, vti Peripatus autumat, fortissimæ validissimæ, quibus motus æternitas necessariò conuincitur. Eas ergo rationes aggrediamur, perpendamus, vim earum excutiamus. Primo itaque capite ita habet. ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἐκ τῶν διωρισμένων ἡμῖν, ἐν τοῖς φυσικοῖς πρότερον. φαμὲν δὴ τὴν κίνησιν εἶναι ἐντελέχειαν τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν. ἀναγκαῖον ἄρα ὑπάρχειν τὰ πράγματα, τὰ δυνάμενα κινεῖσθαι καθ' ἑκάστην κίνησιν. *Incipiamus ergo primū, ex determinatis nobis prius in physicis. Dicimus itaque motum esse entelechian mobilis, quatenus mobile. Necesse ergo est existere res, quæ possint moueri, secundum quemq; motum.* Paulo verò pòst exempla quædā sic subiunxit. οὐκοῦν καὶ ταῦτα ἀναγκαῖον, ἢ γενέσθαι, ποτὲ οὐκ ὄντα, ἢ ἀΐδια εἶναι. εἰ μὲν τοίνυν ἐγένετο τῶν κινητῶν καὶ κινητικῶν ἕκαστον ἀναγκαῖον πρότερον τῆς ληφθείσης ἄλλην γενέσθαι μεταβολὴν, καὶ κίνησιν. καθ' ἣν ἐγένετο τὸ δυνατὸν κινηθῆναι, ἢ κινῆσαι. εἰ δ' ἦσαν προϋπῆρχεν ἀεὶ κινήσεως μὴ οὔσης, ἄλογον μὲν φαίνεται καὶ αὐτόθεν ἐπιστήσασιν. οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ἔτι προϊοῦσι τοῦτο συμβαίνειν ἀναγκαῖον. εἰ γὰρ τῶν μὲν κινητῶν ὄντων τῶν δὲ κινητικῶν, ὁτὲ μὲν ἔσται τι πρῶτον κινοῦν, τὸ δὲ κινούμενον, ὁτὲ δ' οὐδὲν, ἀλλὰ ἠρεμεῖ, ἀναγκαῖον τοῦτο μεταβάλλειν πρότερον. ἦν γὰρ τι αἴτιον τῆς ἠρεμίας· γὰρ ἠρέμησις στέρησις τῆς κινήσεως, ὥστε πρὸ τῆς πρώτης μεταβολῆς ἔσται μεταβολὴ προτέρα. *Nōne & has (res) necesse est, aut generatas esse, aliquando, cum non essent, aut æternas esse. Si ergo genita sunt mobilium & mouentium vnumquodque, necesse est, ante acceptam, aliam factam esse mutationem & motum. per quem factum est id quod potest moueri & mouere. Si verò erant praexistentia semper non existente motu, irrationabile videtur etiam ijs qui à seipsis sciunt. nihilominus procedentibus magis id accidere necesse est. Si namque alijs mobilibus existentibus, alijs mouentibus, quandoque erit quippiam primum mouens & motum, quā*

*doq; verò nihil. Sed quiescit. necesse est hoc prius mutari. quia erat causa quæpiam quietis. Quiescentia.n. priuatio est motus. itaq; ante primā mutationē, erit mutatio prior.* Deinde post alia quædā exēpla subnectit: εἰ τοίνυν μὴ ἀεὶ ἐκινεῖτο, δῆλον ὡς οὐχ οὕτως εἶχον ὡς μὴ δυνάμενα, τὸ μὲν κινεῖσθαι, τὸ δὲ κινεῖν. ἀλλ' ἔδει μεταβάλλειν θάτερον αὐτῶν. ἀνάγκη γὰρ ἐν τοῖς πρός τι τοῦτο συμβαίνειν. οἷον εἰ μὴ ὂν διπλάσιον νῦν διπλάσιον μεταβάλλειν. εἰ καὶ μὴ ἀμφότερα, θάτερον. ἔσται ἄρα τις προτέρα μεταβολὴ τῆς πρώτης. *Si itaq; non semper mouebantur, clarum est quod non ita habebant, vt non possent, hoc quidē moueri, illud verò mouere. Sed oportebat eorū alterum mutari. Necesse.n. est in relatiuis id accidere. Veluti cū non esset duplex, nunc duplex est, mutari, si non ambo alterum. erit igitur aliqua mutatio prior ipsa prima.* Age ergo, excutiamus sinum Achillis istius, qui sese inuincibilem toto terrarum orbe annis iam amplius M D C L. venditauit, neminique hominum, (quod quidem testimonio constet) præterquam vni Philopono, animus aut vires suffecerunt, vt cum eo cōgrederetur. Congressus est vir ille, fortissimo quidem animo, peruicitque Sed illius arma non cernimus, præterquàm à Simplicio eius hoste prolata, eo fortè modo, quo hostem proferre par est. Nos alijs armis, alia pugnandi arte ad hanc pugnam accedemus. Congrediamur ergo cum Achille hoc, qui non ex Thetide, sed ex motus definitione ortus est. Quid ergo ait? Motus est actus mobilis vt mobile. Esto. Ergo mobile ante motum. Intelligo. sed motus semper fuit, ergo & mobile sēper fuit. Et hoc percipio. Quid tum postea? Motum semper fuisse obfirmat: quia nisi æternus fuisset, cœpisset. ante cœptionem quies aderat. Quies autem est motus priuatio. Ergo ante quietem motus alius prior. primo incœpto. Et priore illo, alius prior: idque in infinitum. Id autem absurdum & impossibile. Ergo motus non cœpit. Ergo motus æternus. Hæc arma à Simplicio istius Achillis instructore in arenam hanc explicata, singula contemplemur, expendamus, ad veritatis incudem probemus. Primò itaque illa prima. Motus est actus mobilis vt mobile. Quem nam motum his verbis explicat Achilles? An eum quem genitor Aristoteles, in naturæ definitione assumpsit. quem 3. physico tribus capitibus explicauit? quem toto 5. parte 7. parteque 8. toties iterauit? Naturalem scilicet motum à natura ortum? vel motum artificialem abarte natum? quo οἰκοδόμος οἰκοδομεῖ *ædificator ædificat*? vel cum, quem his verbis libro de memoria cap. 2. expressit? πολλάκις δ' ἤδη μὲν ἀδυνατεῖ μνησθῆναι, ζητεῖν δὲ δύναται καὶ εὑρίσκει. τοῦτο δὲ γίνεται κινοῦντι πολλά, ἕως ἂν τοιαύτην κινήσει κίνησιν, ᾗ ἀκολουθεῖ τὸ πρᾶγμα. *Multoties iam impotens est ad recordandum, inquirere verò potens & inuenit. hoc autem fit mouenti multa, quousque talem moueat motum, cui consequatur res ipsa.* Vel etiam eum motum, quem hoc 8. physico, cap. 3. rebus omnibus communem fecit. τὸ μὲν οὖν πάντα ἠρεμεῖν, καὶ τούτου ζητεῖν λόγον ἀφέντας τὴν αἴσθησιν ἀρρωστία τίς ἐστι διανοίας καὶ περὶ ὅλου τινός, ἀλλ' οὐ περὶ μέρους ἀμφισβήτησις. οὐ δὲ μόνον πρὸς τὸν φυσικόν, ἀλλὰ πρὸς πάσας τὰς ἐπιστήμας ὡς εἰπεῖν, καὶ πάσας τὰς δόξας διὰ τὸ κινήσει χρῆσθαι πάσας. *Omnia quidem quiescere, & huius rationē quærere dimisso sensu, debilitas quædam est intellectus. Et de toto quodam & non de parte est controuersia. Neque solùm ad physicum id pertinet, sed ad omnes scientias, vt ita dicam, & ad omnes opiniones. eò quòd motu omnes vtuntur.* Cui nam motui, ex istis, Aristotelicis quidem non meis, definitio illa conuenit? Naturali puto responsuros Aristotelicos omnes familiares. sic enim ipse paterfamilias 3. physico ingressu ipso est professus. ἐπεὶ δ' ἡ φύσις μέν ἐστιν ἀρχὴ κινήσεως καὶ μεταβολῆς, ἡ δὲ μέθοδος ἡμῖν περὶ φύσεώς ἐστι, δεῖ μὴ λανθάνειν τί ἐστι κίνησις. *Cum ergo natura sit principiū motus & mutationis, & methodus nobis de natura est, non oportet latere quid sit motus.* Hunc naturalem ergo motum, in tribus eius libri, de eo capitibus, quinque definitionibus definiuit. De quibus tertiam, pro matre, huius Achillis statuit, Clarum itaque atque inter omnes interpretes confessum est, hanc definitionem, *Motus est actus mobilis vt mobile*, physici & naturalis motus esse. De physica enim re, mundano nempe motu, æterno motu, mundi æternitate, fuit hoc capite Aristoteli disceptatio, contrà Empedoclē, Anaxagorā Democritum, Platonem. Cum ergo ait, Motus est actus mobilis vt mobile: motum naturalem concordi omnes animo intelligimus. Mobile verò, naturale ne, an artificiale, an animasticum, vt ita loquar, an mentale? Naturale nimirum. Neque enim definitio hæc alij mobili competet, nisi æquiuocè. æquiuocum autem ab Aristotele in scientias non admittitur. Motus itaque naturalis (vt omnia

*Motus Definitio*

*De motu mobilis.*

concor-

concordemus) est actus naturalis, mobilis naturalis vt mobile naturale. Hæc cōstent nobis: ne ritubemus, ne labamur, ne lubricus hic locus, extra rem, extra naturæ terminos, inuitos, vel inscios, nos ferat. Quid tunc sequebatur? Ergo necessariò, mobile extitit ante motū. Concedo, mobile naturale est ante, præcedit motū naturalē. Sed motus naturalis æternus: ergo mobile naturale æternū. Assumptionem, si negē vt nego, quomodo firmabitur? hoc scilicet pacto deductione ad absurdū. Si motus naturalis, æternus nō esset, cępisset aliquando. Concedo, Ante cœptionem quies erat. Concedo id quoq;. Sed quies est priuatio motus. Ergo ante quietē motus & reliqua Id totum pernego. Nego quietē omnē esse motus priuationē. Nego etiam motum præcedere quietem omnē. Nego reliqua, quæ ex his sequūtur. Sed ne ambiguitate, hui⁹ priuationis, videatur, cuiquā, velle me Aristotelē ludere, distinguā ex ipsius doctrina, duplicē esse priuationē: Altera est, quā ipso primo physico, principiū naturalium rerum statuit. Quæ formam omnem generabilem præcedit: quā forma omnis genita sequitur. Altera est, quæ formam & habitum non præcedit, sed sequitur aliquando, vt prædicamento qualitatis docuit. Visum aliquis habet, deinde visu priuatur, non amplius videt. Priuatio hæc, secunda priuatio est. Hæc ex Aristotelis doctrina. Ex mea verò, immo ex rerum ipsarum doctrina, circa omnem, & formam & habitum naturalem, atque etiam, si lubet, artificialem, duplex priuatio est. altera habitum & formam præcedens. altera formam & habitum consequens. In sanguine menstruo matris, erat priuatio meæ formæ, me vita functo, altera illa sequetur, priuatio formæ meæ. Nomen vtriusque idem, res ipsa & definitio diuersa. Priorem quæ in menstruo erat, forma mea non antecessit, secundam antecedit. Idem in reliquis & habitibus, & formis. Idem in motu est. Antequam motus inciperet, prior priuatio aderat. si motus cessabit, secunda priuatio aderit. Priorem priuationem, motus non antecessit, secundam antecedit. Hæc est meæ negationis ratio, & confirmatio. Verum non est, quia quies sit priuatio motus, omnem priuationem motum antecessisse. Secundam quidem antecessit, priorem nequaquam. Sic Aristoteles, vt contradiceret (quod præcipuum fuit eius viri studium) veteribus illis bonis ac sapientibus viris Empedocli, Anaxagoræ, Democrito, Præceptori Platoni, ambiguitate nominis, æquiuoca re, lusit. illis illusit, posteros omnes decepit. Si motus æternus non est, cœpit. Verum id est. Si cœpit, præcessit quies. Id quoque verum. Sed quies est priuatio motus. Id etiam verum, priuatio nempe antecedens. Ergo ante quietem motus fuit. Hoc falsum est. Nec magis verum quàm dicere, meam formam præcessisse priuationem illam, quæ in motus menstruo erat. Non ergo ex hac falsitate, veritas absurdi sequetur, abitio scilicet in infinitum, neque ad impossibile deductio. Cœpit ergo motus, absque vllo impossibili, absque vllo infinito, absque vllo absurdo. Non ergo æternus. Non ergo hac ratione, mobilē æternum. Hac igitur Aristotelica illusione detecta, ambiguitate subducta tota & motus, & mobilis æternitas labascit, ac corruit. Quid præterea dicet? Reassumet puro ex definitione motus iam allata. Mobile natura præcedit motum. De naturali affirmabo. Subiunget, mobile istud æterno ne tempore quieuit? vel motum est? Necesse enim est alterutrum fuisse. Sed quieuisse æterno, *ἄλογον καὶ αὐτόθεν ἐπισκοποῦσιν, irrationabile etiam à se considerantibus* ait. Non sufficit, *ἄλογον, irrationabile* esse affirmare, ratio est reddenda & adducenda: Aiunt saluatores, eum veluti claram eam prætermisisse, vti ego aio prætermisit vti infirmam, & nihili. Nulla enim esse potest. Cur enim centrum mundi, cur terra perpetuo quiescit? cur cœlum Aristotelica assertione, motibus omnibus præter localē, perpetuam agit quietē? Irrationabile esse asserit, si mobile quieuerit? dicat rationem. Cur inquā id? Nō potest. Possum ego, non absurdam, verissimam adferre ex suo dogmate. Ait paulo pòst Ante omne nūc, tēpus infinitum pręcessisse. Ait modo, absurdum esse, mobile quieuisse rationē nullam attulit. Audite verò meam. Natus sum post Aristotelē annis mille noningentis sexaginta. Post Christum MDXXIX. Illud nunc quo natus sum, hora circiter quarta noctis, diei XXV. Aprilis, tempus infinitum præcessit, ait ipse. Cur nō est absurdum, tunc me natum esse? Nonne meum mobile, compositum hoc corpus, tempore infinito, quod pręcessit, quieuit, quo vsque in lucem prodij? Sed cur de me dico? De Aristotelis ipsius natiuitate quæram, cur non est illi visum absurdum,

*Priuatio duplex.*

suum mobile,infinito tempore quieuisse,vsque ad annum primum,X C I X. Olympiadis?Inquiet,materia mota est sæpe,semper:fortasse.At forma eius, totus ipse cur quieuit?Cur omnes homines post eum nati,omnia animalia,omnes plantæ,lapides quidquid denique natum post Aristotelem est,cur non absurdum est,infinito tempore quieuisse?Aient fortasse: Quid tu,singularia,cum vniuerso comparas? At aio ego,cur non eadem ratio absurditatis, quietis totius sit, quæ partium singularum? Cur magister,rationem,si in promptu erat,non attulit?non comprobauit? asseruit tantùm?Assertioni simplici,quando philosophi sumus, non credimus, neque adeo cuiuis rationi de plebe credimus:sed patriciæ,sed veræ,sed necessariæ. Hæc itaque ad Aristotelici argumenti,quietem motus,quietem mobilis,æternitatem vtriusque dicta sunto.His illorum falsitas,ambiguitas,absurditas conuicta iaceat. Ad alteram eius argumenti partem accedamus. De motu mobilis hæc fuit,altera est de motu motoris.Si motor mouere ipsum mobile cœpit,nimirum quieuit anteà.Si quieuit, priuatio motus in eo fuit.Motus ergo præcessit.Iam ad id responsum est.Aliud non actum agam. Si motor quieuit, vt mouere inciperet ipse necessariò est commotus, atque ita motus in motore ante motum in mobili. Si id verum est, cur vno nunc potius quàm alio? cur non anteà, sed posteà motus est motor,vt moueret mobile? Quod quidem argumentum, explicitè Aristotelis non est, est tamen senatus ipsius plusquàm Achilles. Hanc rem agamus,motorem istum discutiamus, ecquid ambigui in sinu gerat,quo,vt quies illa, nobis illudat. Multi apud Aristotelem, multi apud res ipsas sunt motores. De multis seligamus vnum. Pater motorum atque motuum omnium est primus motor. Post hunc sunt multi longo rerum ordine dispositi.Proferamus de hac multitudine, quem Aristoteles dicit, si quieuerat, motor antea deinde motus est, vt moneret. Si de secundarijs motoribus aliquem proferant non pugnabo, vt moueret, eum motum esse ab alio,atque hunc rursus ab alio,vsque ad primum.Cum ad hunc ventum erit,quæram ab Aristotelico senatu,quoniam Princeps silentium in hac re plusquam quinquennale Pythagoricum obseruat,an etiam hunc dicant quietem dum ageret,motum fuisse,vt mobile quietem moueret? Si affirment,dicam ex Aristotelis doctrina,eum mouere,vt amatum, atque vt amatum,non moueri.Quæ est eius doctrina 12. Metaphysico. Pomum stat immotum,puerum tamen ad se mouet.Atque ideo argumentum hoc nullam vim habere dicam:qua istum motorem moueat,quoniam immotus,motor iste, mouete potest.Imo necessariò immotus est,si primus motor est Si detrectent hanc Principis doctrinam, dicantque motorem primum,mouere non solum vt finem & bonum,sed etiam vt agentem,& efficientem causam,atque hoc significatu, post suam quietem, commotum esse, vt mobile quiescens moueret, asseram eos æquiuoco, vel laborare,vel ludere. Motus naturalis, mobile naturale,quies naturalis nobis in discussione sunt. Motor iste nō est naturalis cōfitente,docente,contendente Aristotele 2. physico cap. 7. διτταὶ δ' αἱ ἀρχαὶ, αἱ κινοῦσαι φυσικῶς, ὧν ἡ ἑτέρα, οὐ φυσική. οὐ γὰρ ἔχει κινήσεως ἀρχὴν ἐν ἑαυτῇ, τοιαῦτα δ' ἐστὶν, εἴ τι κινεῖ μὴ κινούμενον, ὥσπερ τό τε παντελῶς ἀκίνητον, καὶ τὸ πάντων πρῶτον. *Duplicia verò sunt principia mouentia naturaliter, quorum alterum, naturale non est. Non enim habet motus principium in se. Tale aūt est, si quid mouet nō motum, veluti id quod omnino est immobile, atq. omnium primum*. Et 12. Metaphysico longo sermone contendit, motorem hunc non naturalem,immobilem esse. Motor itaque iste Cum naturalis non sit,quomodo rectè comparetur ad mobile, ad quietem,ad motum,naturalia? Ait tamen Aristoteles. οὐ φυσικὴν ἀρχὴν, φυσικῶς κινεῖν. *Non physicum principium, Physicè mouere, ac naturaliter.* Quod haud scio an verè dicatur Sed esto,naturaliter moueat: quid nam? mobile naturale, nimirum. Sed motor non physicus,si se ipsum moueat,non physicè sanè mouebitur. Mobile namque quod ipsemet est, physicum non est. Sic ex motore non physico, & mobili non physico, motus qui ciebitur,poterit ne dici physicus? Nequaquam,neque enim motor,nec mobile principium motus physici habent in se. Quid ergo ad rē nostrā inde concludetur? Si motor ex priore quiete,ad mouendum vel materiam, vel cœlum excitatus est,physicæ materiei vel physici cœli,physicū motū,nō physicus motus motoris nō physici præcessit. Nonne iam æquiuocum apparuit? apparet clarè, syllogismum in æquiuoco esse. Dū quiesceret cœlū,& motor quiesceret,vt primo na

*De motu motoris.*

turali

turali motu,cœlum moueretur,necesse habuit vt motor prius moueretur.Esto. At cœlum physico motu mouetur.Motor verò mouetur motu non physico Præcessit ergo physicum cœli motum.motus non physicus motoris. Quid inde?non ne mo tus hi æquiuoci sunt?Ecquid ergo imponit nobis bonus Aristoteles? Nimirum veteres omnes subsannauit, præceptorem despexit, de cathedra senem decrepitum, deiecit.Posteros ne etiam omnes in posterum hoc sophismate motus, atque altero illo quietis,decipiet, & fallet? Contigit id quidem illi hactenus, voto iniquissimo: vtinam iustiore voto nobis cõtingat, fallacias istas,sophismata hæc putida cognita iri à studiosis omnibus philosophiæ.Alter quidam eodem semine prognatus Achilles vno ictu iacebit.Motor iste, cur nũc motus est,& non prius.aut posterius. Motor iste non est seruus, vti Peripatus Aristotelis seruum sese profitetur. Physicus nõ est, motu mouetur non physico,dum immotus manet,motu nõ seruili,sed libero quã do libet,quando placet.Placuit mihi contra Aristotelem Natalis Domini,& Stephani Martyris,sacris diebus anno M D L X V I I I. cõmentari,non antè libuit.nõ posteà placuit, quid tum,impossibile ne,an absurdum id mihi fuit? An peior me nihili homuncione est motor ille primus qui omnes physicos superat motus,omnes motores? Age ergo iam Achilles iste Aristotelicus,de motu æterno,nõ genito, & Senatus Aristotelici alter iacentor. Accersatur alter,frater istorũ. Motus vt est ingenitus ita est incorruptibilis.nũquam corrũpetur.Id his descripsit verbis, eodem primo cap. 7. physici.ὁ δ' αὐτὸς λόγος. καὶ περὶ τοῦ ἄφθαρτον εἶναι τὴν κίνησιν.καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ γενέσθαι κίνησιν συνέβαινε προτέραν τινὰ εἶναι μεταβολὴν τῆς πρώτης.οὕτως ἐνταῦθα.ὑστέραν τῆς τελευταίας. οὐ γὰρ ἅμα παύεται κινούμενον καὶ κινητὸν ὄν.ἢ καιόμενον καὶ καυστὸν ὄν.ἐνδέχεται γὰρ καυστὸν εἶναι,μὴ καιόμενον,οὐδὲ κινητικόν, καὶ κινοῦν,καὶ τὸ φθαρτὸν δὴ δεήσει φθαρῆναι ὅταν φθείρηται:καὶ τὸ τούτου φθαρτικὸν πάλιν ὕστερον καὶ γὰρ ἡ φθορὰ μεταβολή τίς ἐστιν. εἰ δὴ ταῦτα ἀδύνατα,δῆλον ὡς ἐστὶν ἀΐδιος κίνησις,ἀλλ' οὐχ ὅτι μὲν ἦν,ὅτι δ' οὔ. *Eadẽ ratio est motũ incorruptibilẽ esse.sicut enim in eo quod motus generaretur, eueniebat,aliquã mutationẽ esse priorẽ prima,ita hic posteriorẽ vltima.Non enim simul cessat,vt moueatur quid,& vt mobile sit,aut vt cõburatur & sit cõbustibile.Potest autẽ combustibile esse,& nõ cõburi?Neq; vt moueri possit,& motiuum? & corruptibile sanè oportebit corrũpi,quãdo corrũpitur,& huius corruptiuũ rursus posterius. Corruptio .n. quadã mutatio est. Si hæc impossibilia sunt,manifestũ est,æternũ esse motũ.Sed nõ vt aliquando fuerit,aliquando verò nõ.*Cur inquã motus est incorruptibilis?Quoniã,inquit sequeretur id absurdũ quod post vltimũ motũ futurus esset motus posterior.Cur inquã,id sequeretur?Quia mobili moueri cessante,mobile adhuc remanet,id est.potẽtia illa remanet,vt moueri adhuc possit.Potẽtiæ aũt omnis ad actum aliquãdo venit. Mouebitur ergo aliquãdo.Ergo motus iste posterior,erit, motu illo vltimo.Quod & absurdũ,& impossibile est.Quod vt euitetur.necesse est fateri,motũ nõ incorruptũ. Experiamur vires etiã istius Achillis. Si cesset motus, mobile remanet.Si id negabo. quomodo probabunt?Puto dicturos, *quia vt ex nihilo.nihil fit,ita aliquid in nihil non abit.*Verùm ne id esse afferẽt?an quæstionis tutandæ & præcepto ris tuendi gratia id afferent?Si verè asserãt,dicant nobis, quid nam entium aut rerũ, facta sunt tot formarũ millia corruptarũ ab Aristotelis æuo ad nostrum hoc? Quid factus est Socrates?quid Plato?quid ipsius Peripati Princeps? Quo nã eorum formæ abierunt, quæ & entia & substantiæ sanè nobiles fuerant? Non ne millies scripsit Princeps,vt generatio in ens εἰς ὄν,sic corruptio in non ens,εἰς τὸ μὴ ὄν tendũt? Sed de formarum corruptione, examine proprio, præcedenti aliquõ libro actum à nobis. Nunc satis est indicasse, non necesse esse post corruptionem superesse aut formas aut composita. Materia aient,superest fortasse. sed doceant me,quod de Aristotelica philosophia oportet diuinare. *Cessante mundi, vel cœli,motu, remanet mobile;* ait Præceptor. Ecquid nam est hoc mobile? Materia mundi,aut cœlum, inquient. Prima ne illa materia informis, an formis alia insignita? Si per motum formæ generantur, cessante motu, cessat formarum generatio. An ideo etiam formæ cessabunt inesse materiæ? Soluendus est hic nodus, non vti Alexander olim ense Gordianum soluit, sed capita sunt extricanda, explicanda. Si formæ mundi & cœli, remanent, mundus & cœlum formata remanent (sine motu tamen) si formæ hæ non remanent, materia informis remanet.Quid tum,remanet ne mobilis? Esto, mouebitur ergo. Atque ita motus post vltimum. Aio ego, in formis

materia si remaneat, non mouebitur, atque ita nullus motus post vltimū. Nō enim à se ipsa mouebitur, cū nullā habeat actiuitatem. Non ab alio, quia cœlū & mundus, qui eam formis ornabāt, nulla supersunt. Nō ab vllo incorporeo, quia sufficit illā semel formis exornasse. Si tamē per Peripatū, (quod videtur abnegare) penes eius volūtatem sit, materiæ exornādæ aliqua vis, quod si cōcedant, iam id est Platonicū, Empedocleū, Anaxagoreū dogma profiteri, nō Aristotelicū. Si motor necessitate, & proprio esse mouet, quid mouebit cœlo corrupto? quod eius propriū mobile cōtēdunt. Sed esto. gratificemur istis acutissimis. Cessante motu, remanet mobile, materia scilicet informis. Rursus mouebitur. Interrogo, eodē ne motu, quo prius, an alio? Si eodē, nō cessauit motus prius. Quod cōtra suppositū est. Si alio, ergo prior, nō æternus. Cōcedo. Ergo motus alius post vltimū. Nego post vltimū, cōcedo post priorē. Sed vrgebūt. Posterior iste motus vel vltimus est, vel nō vltimus? Respōdebo. Si alius motus eū sequetur, nō vltimus, si in eo sistetur motuū successio, vltimus. Quid tum? Ergo potētia aliqua naturalis, frustra. Cōcedo, eodē modo quo terra est mobilis secūdū locum, non tamē mouetur. Quo etiam materiæ omnes particulæ, ad omnes formas suscipiendas aptæ sunt, nunquam tamen formas vna aliqua particula recipiet. Quo etiam modo elementa, secūdum omnes partes corruptibilia sunt, non tamen dogmate eorū vnquā ad corruptionis actum peruenient. Dicēt, alteram post alterā omnes posse corrumpi. Cur nam, rogo ego, nō etiam omnes simul possunt? quid id vetat? Dicent, vt mundus conseruetur. Id iam est prouidentiæ, & voluntatis, nō naturæ necessitatis. Possum ego vxorem ducere, possum in Indias proficisci, poterat & Aristoteles, nunquam tamen eò profectus est. Ego neutrùm faciam fortasse. Nonne hæ potentiæ frustra sunt? & naturales quidem potētiæ, veluti ignis sphæræ superior pars calida est, calefacere potest, nunquam tamen quicquam calefaciet. Neq; enim cœlum calefaciet quod impassibile ab Aristotele factum est. Nō seipsum (actū enim ageret) Nō inferiora (nunquam enim descēdet aut hæc nostratia illuc ascēdent) nisi per Peripatū via cōmonstretur, quę nullo vestigio adhuc signata est. Hæc itaq; sunt Achillis istius robustissimæ vires, quib' nō obsistitur, quin possit aliquis vltimus esse motus, si mobile remaneat. At si nō remanet, omnis omniuo mot' intercidet. Atq; hæc quidē sunt argumēta duo, fallacia, captiosa, inepta, falsa, quibus Aristoteles, sibi atque omnibus suis visus est motum in genere adstructū iri, perpetuū fuisse & fore.

Nunc ad specialem primi motus, nempe cœlestis æternitatem examinandam veniamus. Habet 8. physico capite 6. *Φανερὸν δ' ἐκ καὶ ἐκ τῶνδε. ὅτι ἀνάγκη εἶναί τι ἓν καὶ ἀΐδιον τὸ πρῶτον κινοῦν, δέδεικται γὰρ ὅτι ἀνάγκη ἀεὶ κίνησιν εἶναι. εἰ δ' ἀεὶ, ἀνάγκη καὶ συνεχῆ εἶναι, καὶ γὰρ τὸ ἀεὶ συνεχές. τὸ δ' ἐφεξῆς οὐ συνεχές. ἀλλὰ μὴν, εἴγε συνεχής, μία. μία δ' ὑφ' ἑνός τε τοῦ κινοῦντος, καὶ ἑνὸς τοῦ κινουμένου. Manifestum verò etiam ex hoc, quod necesse sit aliquid vnum & æternum esse primum mouens. Ostensum enim est, quòd necesse sit semper motum esse. Si verò semper, necesse est & continuum esse, etenim id semper, continuum. Quod autem deinceps, non continuum. Sed si continuus, & vnus, vnus verò ab vno mouente, & vno moto.* Necesse est ait, esse motorē sempiternū, quia demōstratū est, motū semper esse, vbi nā demōstratū id est? nēpe nō alibi, quā primo cap. istius 8. priorib' certè libris nihil tale demōstratum. Eo capite quid nā demōstratū est? *Quòd necesse sit motū semper esse, ὅτι ἀνάγκη ἀεὶ κίνησιν εἶναι.* Illis scilicet sophismatis, quæ à nobis patefacta, labefactaq; & diruta sunt. Sed cōcedam', demōstratū ibi esse, motū in genere æternū esse. Quid hinc illinc annectitur? *& si semper, necesse & cōtinuū, εἰ δ' ἀεὶ, ἀνάγκη καὶ συνεχῆ εἶναι.* Quid nā rei est hoc obsecro? De motu locutus est ibi, quòd sit æternus. De quo verò motu? De motu in genere. de motu *κατὰ τὸ ἐφεξῆς, secundum deinceps.* Sic Simplicius, sic Alexāder exposuerūt, ea verba, *καθ' ἑκάστην κίνησιν, secundū quēq; motū.* Preter quā quod motus definitio, quæ principium illi est istius indagationis, est motus in genere definitio, nō autē cœlestis, aut alterius cuiuspiam. Quid nūc infert? *Si verò semper, necesse & continuum esse.* Quid est hoc obsecro? studio ne illudit nobis? an ioco imponit? Probatum, demōstratum esto, motum semper esse, secūdum quēq; motū, secundum deinceps. *καθ' ἑκάστην κίνησιν.* Ex eo *semper* sequi necessario infert, motum esse etiam continuum. Quomodo id sequitur, Dij immortales? Si ea verba, *Secundum quemque motum* si *deinceps* dicerent *continuum* nimirum peroptimè sequeretur. Sed si *deinceps* hoc ipso contextu, *τὸ ἐφεξῆς*, dicit *non cōtinuū*, quomodo sequi potest,

vt quod continuum non sit, continuum esse necesse sit? Quæ illusiones sunt hæ? quæ teretisinata? Quid est *deinceps* ex 5. physico capite 2. ἐφεξῆς δ' οὗ μετὰ τὴν ἀρχὴν μόνου ὄντος ἢ θέσει, ἢ φύσει, ἢ ἄλλῳ τινὶ οὕτως ἀφορισθέντος μηδὲν μεταξύ ἐστι τῶν ἐν ταὐτῷ γένει. *Deinceps verò, cuius post principium solum existentis, vel positione vel natura, vel alio quopiam sic determinati, vt nihil inter ea sit eorum, quæ in eodem sunt genere* Et principio 6. physici, iterum. ἐφεξῆς ὧν μηδὲν μεταξὺ συγγενές. *Deinceps sunt, inter quæ nihil eiusdem generis est.* Quid autem est continuum, ex eodem priore illo loco? λέγω δ' εἶναι συνεχὲς, ὅταν ταὐτὸ γένηται καὶ ἓν, τὸ ἑκατέρου πέρας, οἷς ἅπτονται, καὶ ὥσπερ σημαίνει τοὔνομα συνέχηται. *Dico autem continuum esse, quando idem & vnum fiunt vtriusque extrema quibus contingunt, & vt nomen significat, continentur.* Rursus 6. eodem loco συνεχῆ μὲν, ὧν τὰ ἔσχατα ἕν *Continua quidem quorum extrema vnum.* Si igitur ex his Aristoteleis definitionibus inter ea quæ deinceps sunt, nunquam aliquid eiusdem, sed alterius generis intercedit: in continuis verò extrema sunt vnum. Deinceps non idē est, cum cōtinuo, nec alterum sequitur alterum. Quod si est, motus qui est deinceps, nullo modo potest esse continuus. At prius ostensum est, motum esse semper deinceps, non igitur ostensum est, etiā continuū eū esse, necessariò sequi. Sed fortè repetent Aristotelicam rationem, non ex demonstratis antea, sed ex sequentibus statim verbis: καὶ γὰρ τὸ ἀεὶ συνεχές. *Nam semper continuum.* pendere. Certè id adhuc nullibi demonstratum ab Aristotele fuit, neque ita clarum est vt per se pateat, aut sit necesse, illi sine demonstratione credere. Contrarium potius est demonstratum. Motum esse semper, deinceps, ad motum: Sic etiam Simplicius hoc loco intellexit: ὅτι ἐν ἀρχῇ μὲν ἐδείχθη, ὅτι ἀεὶ ἐστὶ κίνησις, κινήσεως ἐφεξῆς. *Quia in principio ostensum est, quòd semper est motus ad motum deinceps.* Sed ait, Aristotelem ex suppositione id accepisse, nempe quia motus deinceps pendeat ex motu cōtinuo. Quod Aristoteles quidem nequaquam ait. Attamen affirmabit postea, ex motu cœli, qui continuus asseritur, pendere motus istos inferiores, qui sunt deinceps. Sed quid est hoc ad rem nostram? Probandum est, non sumendum in re tanta, & tam controuersa, veram esse sententiam eam. *Etenim semper, continuum.* Namque, id anceps & dubium est, à me quidem negatum: ab Aristotele verò, oppositum potius probatum. Si motum sumat esse cōtinuum, eo modo quo 3. cap. 5. physici docuit. συνεχῶς δὲ κινεῖται τὸ μηδὲν, ἢ τὸ ὀλίγιστον διαλεῖπον τοῦ πράγματος, μὴ τοῦ χρόνου. *Continuè verò mouetur, quod nihil aut pauxillum intermittit rei, non temporis.* Quid cōfert iam, istud *semper* quod est temporis, ad cōtinuitatem mot⁹, quæ est in re, ἐν τῷ πράγματι? Istud igitur Aristotelicū *& semper continuum* dubium & cōtrouersum relinquitur. & cōtrarium est ab eo, in motibus, qui sunt deinceps, qui cōtinui nō sunt, probatum. In illis namq; probauit, motum semper esse, nō autem in cōtinuis adhuc. Quid deinde sequitur? ἀλλὰ μὴν, εἴγε συνεχὴς μία. *Sed si continuus, vnus.* Etiam nō desinit nos ludificare? Quæ est causa, si motus continuus est, vt vnus etiam sit? Quid est συνεχῶς moueri cōtinuè? Quod prius attulimus nimirum. *Continuè mouetur quod vel nihil vel pauxillum intermittit rei, non temporis.* Intermittit quidem pauxillum, minimum. intermittit tamē. Intermissio hæc, motus vt vnus nō sit, interrumpit: quia quies intercedit. Vbi quies, ibi prior motus finitur. Duo igitur vel plures sunt isti motus, & tamē cōtinuus est iste motus ex Aristotele, vel definitio illa cōtinui motus falsa est, vel altera illa. *Continuum est quorum extrema vnum*, ex locis 5. & 6 physicorum. Quid enim sunt illa *quorum extrema & termini vtriusque* nonne plura, ad minus duo sunt ista extrema vel termini. Si plura, si duo, cōficiunt τὸ συνεχὲς *continuū*, quomodo vnus motus, erit cōtinuus in duobus? Quid est motus vnus? 5. phy. cap 4 docet. τρία γάρ ἐστι τὸν ἀριθμὸν περὶ ἃ λέγομεν τὴν κίνησιν μίαν ὃ καὶ ἐν ᾧ καὶ ὅτε. λέγω δ' ὃ, ὅτι ἀνάγκη εἶναί τι τὸ κινούμενον οἷον ἄνθρωπος ἢ χρυσός. καὶ ἐν ᾧ τοῦτο κινεῖσθαι, οἷον ἐν τόπῳ ἢ πάθει καὶ ποτὲ, ἐν χρόνῳ γὰρ πάντα κινεῖται. *Tria enim sunt numero, circa quæ dicimus motum vnum quid, & in quo, & quando. Dico autem quid, quia necesse est aliquid esse, quod mouetur, veluti homo vel aurum. Et in aliquo, hoc ipsum moueri, veluti in loco, aut passione & aliquando, in tempore enim omnia mouentur.* Et post. τὸ δ' ἁπλῶς μίαν ἐν ἅπασι τούτοις. *Simpliciter verò vnum in omnibus his esse.* Si itaque continuus mot⁹, vnus esse debet, tres has cōditiones ex pścripto Aristotelis habere necesse est. Sed cōtinu⁹ mot⁹ potest pauxillū cessare. nō quidē in tēpore, sed in re, q̄ fuit harū triū secūda cōditio. Pręterea si *semper* est cōtinuū, & in eo semp, diuersi mot⁹ fiūt, & deinceps, & co-

tus alia nunc Aristoteli inducitur, & nō quæ antea ne laboremus æquiuoco. Videtur illi modò accipi continuitas, infinitudo, continuatio, & successio motus infinita. Alia ergo iam est quæstio, ex nouo continui, & vnius significatu. Circulo Aristoteles, eo loco infinitatem atque æternitatem donare contendit. Sed cur non eadem donet motibus alijs? aut cur potius largitatem suam ab alijs motibus reuocet, qua principio 8. physici erga omnes motus vsus fuerat, probando (vti sibi suisq; visus est) motum in genere æternum esse? Nam si solus circulo motus, æternus est, quomodo motus elementalium, motus in genere æternus fuit? Salua res est. Sinu gerit, quod depromat in responsionem. Motus elementales esse motus plures, κατὰ τὸ ἐφεξῆς; *Secundum deinceps*, successione alterius post alterum. non autem κατὰ τὸ συνεχὲς, *per continuitatem*. illoque pacto eos esse æternos. Circulares autem motus, & vnus & continuus, & æternus est infinitate. sic enim aiebat. ἔσται τινὰ ἄπειρον, μίαν οὖσαν καὶ συνεχῆ. *esse quendam infinitum, vnus cum sit & continuus*. Quæram, ego, virū motus iste circularis, quia infinitus est vnus, & continuus sit? Vel quia vnus & continuus est, infinitus etiam sit. Magni enim interest, vtro modo placeat id dici. Si prius illud, quia infinitus, vnus & continuus: neque vnus iam, neque continuus est. Infinitudo enim in magnitudine, ab eo reiecta & confutata est. A nobis verò in motu & in tempore. Si vero, quia vnus, & continuus sit, infinitus etiam dici mereatur, iam reliqui omnes motus infiniti erunt. Sed ex Aristotelicis argumentis, quibus conatur demonstrare, motum circularem & principio & fine carere, colligo eum velle, quoniam vnus & continuus est, infinitum quoque esse. Ea argumenta in manus sumamus, expendamus, examinemus, igni probemus. aurea ne reuera sint an plūbea. Itaque post probationē, rectum motū non esse continuum, prima argumentatio est, cap 8. his cōprehensa verbis: ἡ δὲ ἐπὶ τῆς περιφερείας ἔσται μία καὶ συνεχής. οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον συμβαίνει. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ α. κινούμενον ἅμα κινήσεται εἰς τὸ α κατὰ τὴν αὐτὴν πρόθεσιν. εἰς ὃ γὰρ ἥξει, καὶ κινεῖται εἰς τοῦτο. ἀλλ᾽ οὐχ ἅμα κινήσεται τὰς ἐναντίας, οὐδὲ τὰς ἀντικειμένας. οὐ γὰρ ἅπασα ἡ ἐκ τούτου, τῇ εἰς τοῦτο, ἐναντία, οὐδ᾽ ἀντικειμένη. ἀλλ᾽ ἐναντία μὲν ἡ ἐπ᾽ εὐθείας. ταύτῃ γὰρ ἐστὶν ἐναντία κατὰ τόπον, οἷον, ἡ κατὰ διάμετρον. ἀπέχει γὰρ πλεῖστον. ἀντικειμένη δὲ, ἡ κατὰ τὸ αὐτὸ μῆκος. ὥστε οὐδὲν κωλύει συνεχῶς κινεῖσθαι, καὶ μηδένα χρόνον διαλείπειν. *Is verò qui est, in circumferentia erit vnus & continuus. nihil enim impossibile accidit. Id enim quod mouetur ab A. simul mouebitur in A secundum idem propositum in quod enim veniet, etiam mouetur in illud, sed nequaquam simul mouebitur contrarios neque oppositos: neque enim omnis qui ex hoc et qui in hoc contrarius, aut oppositus. Sed contrarius quidem is qui in rectum. in eo enim sunt contrarij secundum locum, veluti is qui est secundum diametrum. Abest enim plurimum. oppositus verò is qui est secundum longitudinem. Itaque nihil prohibet moueri, & nullo tempore deficere*. Simplicius solet omnia magistri argumenta in formam redigere: id in hoc oblitus est, annitamur igitur nos. Quod non in contraria aut opposita mouetur, cōtinuè mouetur. Circularis motus, in contraria aut opposita non mouetur, Circularis ergo motus, continuè mouetur. Atque ideo nullo prohibetur tempore moueri. Minori quidem propositioni prorsus contrariam scripsit lib. 1. de Cœlo capite 4. in hæc verba: ἔτι ἀνάγκη τὸ κύκλῳ φερόμενον ὁπόθεν ἂν ἀρξάμενον εἰς πάντας ὁμοίως ἀφικνεῖσθαι τοὺς ἐναντίους τόπους &c. *Praterea necesse est id quod circulo fertur, vndecūq; incipiat in omnes similiter peruenire contrarios locos*. Loci aūt contrarietates illico enumerat sursum, deorsum, & reliquas quatuor. Vtra igitur vera harum propositionum? Vtramque veram esse minimè esse potest. Sed esto, falsa sit hæc primo de cœlo. vera sit minor, argumenti. Hanc ergo discutiamus: ait. *Circularis motus in contraria aut opposita non mouetur*. Si ostendatur à nobis in contraria moueri, ecquid erit premij? Nonne de localis motus specie loquimur, cum de circulari motu est sermo? Certè. Quid ergo in loco est contrarietas? Est equidem triplex. nempe sursum, deorsum. Et cognatæ. Est etiam alia loci contrarietas, quam hoc textu annectit. ταύτῃ γὰρ ἐστὶν ἐναντία κατὰ τόπον, οἷον ἡ κατὰ διάμετρον. ἀπέχει γὰρ πλεῖστον. *Huic enim contraria sunt secundum locum, veluti ea qua secundum diametrum plurimum enim abest*. Id lucu lentissimè explicauit secundo Meteoro, cap. 6. ὑποκείσθω δὲ πρῶτον ἐναντία κατὰ τόπον εἶναι τὰ πλεῖστον ἀπέχοντα κατὰ τόπον. ὥσπερ κατ᾽ εἶδος ἐναντία, τὰ πλεῖστον ἀπέχοντα κατὰ τὸ εἶδος. πλεῖστον δ᾽ ἀπέχει κατὰ τόπον τὰ κείμενα πρὸς ἄλληλα κατὰ διάμε-

τερον. *Supponatur quidem primo contraria secundum locum esse quæ plurimum secundum locum distant, sicut contraria secundum speciem sunt ea quæ plurimum distant secundum speciem plurimum autem distant secundum locum, ea quæ posita sunt ad inuicem secundum diametrum.* Nunc ergo quæremus ex aliquo de familia Peripati, an in circulo sit diameter? Fatebitur opinor, nec reclamare mathematicis Aristoteli, ipsi audebit. Tum rursus, An in corpore sphærico fateatur diametrum esse aliquem? Neque id, credo negabit. Tum inferemus nos in circulo, in corpore sphærico, quia in eis diameter sit, loca per diametrum opposita, esse contraria loca. Concedet id totum reor. Concedet quoque cœlum sphæricum esse corpus, & diametrum proinde habere. habere etiam per diametrum, loca contraria. veluti sunt Arietis & libræ principia. Neque hoc, puto, inficias ibit. Tum rogo, an velit primum Arietis gradum aliquando esse posse in oriente? Volet. An eundem gradum agnoscat aliquando posse etiã esse in occidente? hoc quoque donabit. Tum ego inferam, illum gradum ab opposito & contrario loco, ad oppositum & contrarium esse motum. Et primum libræ gradum qui in occidente erat, eodem met tempore ad locum occidẽti contrarium orientem videlicet peruenisse. Atque ita non solum contrarios locos in cœlo in sphærico corpore esse, sed eodem tempore, motus quoq; contrarios necessariò fieri. Confirmabo id verbis Aristotelicis initio mechanicorum δεδήλωται δ' ὅτι ἅμα κινεῖται τὰς ἐναντίας κινήσεις ἅμα γὰρ εἰς τὸ ἔμπροσθεν κινεῖται τὸ πέρας καὶ τὸ ὄπισθεν. *Secundo verò quòd simul mouetur contrarios motus. simul enim in anteriorem mouetur locum, & posteriorem.* Minor itaque primi huius argumenti, Aristotelico dogmate manifesto falsa est. Quid verò maior? Anteà totis 3. 4. 5. 6. physicis motus continuitas pendebat à continuitate magnitudinis. nunc pendet à carentia contrarietatis aut oppositionis. Hanc rem discutiamus. Omnis localis motus, rectus, circularis, mistus à termino vnde ad terminum quo necessariò fit. multis docente id Aristotele. Termini isti, vnde, quo, in circulo, in sphæra, in cœlo, oriens nempe, & occidens diametro opposito plurimum distantes contrarij sunt. Cœlum tamen ait continuè moueri. In motu recto naturali, termini contrarij sunt ex doctrina primi de cœlo, alijs. sursum deorsum. ad quæ grauia & leuia mouentur. vterque igitur & circularis & rectus inter contrarios terminos vnde & quò mouetur, vterq; continuus. Vbi ergo veritas est maioris illius propositionis? Quod nõ inter cõtraria aut opposita mouetur, cõtinuè mouetur? Cum omnino motus nullus esse possit, non inter cõtraria, nõ continuus. Falsa igitur & maior. Falsa igitur & cõclusio, & tota prima ista argumẽtatio. Falsum & corollariũ illud, ὥστε οὐδὲν κωλύει συνεχῶς κινεῖσθαι. καὶ μηδένα χρόνον διαλείπειν *Itaq; nihil prohibet, continuè moueri, & nullo tempore deficere.* Vnde nã pendet, hoc nullo tẽpore deficere? Vtrũ ne quia cõtinuè mouetur? vel quia nõ inter contraria? vel quia circulo? Si quia circulo: iam cuiusuis globi motus, nullo tempore deficiet. Quòd si nõ admittitur, nõ ideo cœli motus non deficiet, quia circulo fiat. At si, quia nõ inter contraria nulla ea causa est: quia inter cõtraria eũ fieri, iã ostensum est. Si quia continuus, rectus quoque omnis motus, nullo tempore deficiet. Est enim omnis continuus continuitate scilicet ea, quam docti ab Aristotele sumus quatto physico, in magnitudine, in loco. in motu, in tempore reperiri. Atque etiam alia continuitate. quæ est apud eum secundo de generatione. in his verbis ὥστε καὶ ἡ εὐθεῖα, τούτων φορὰ μιμουμένη τὴν κύκλῳ συνεχής ἐστι. *Itaque & recta horum latio, imitans eam quæ circulo continua est.* Rectus ergo motus clarè hic continuus est. & si quia continuus, nunquam motus cœli deficit: rectus quoque qui continuus est, nunquam deficiet. Si verò alio significatu continuitatẽ nunc interpretetur, continuationẽ, & indeficientiam: nõ alia sanè hæc erit argumentatio, quàm si dicatur: Motus cœli non deficiet, quia nõ deficiet. At hanc Aristotelis ars logica nõ admittit. Nulla itaque ratione nulla vi nititur hæc argumentatio prima nulla itidem collectio ex ea facta: cœli motum nunquam defecturum. Secundam aggrediamur, quæ eodem capite est. ἡ μὲν γὰρ κύκλῳ κίνησις ἐστιν ἡ ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό. ἡ δὲ κατ' εὐθεῖαν ἀφ' αὐτοῦ εἰς ἄλλο. *Est. n. motus circularis, ab eodẽ in idẽ, rectus verò ab eodẽ in aliud.* Quę in figurã ita, si libet ducatur. Mot⁹ qui ab eodẽ in idem fit, continuus est: Circularis motus, ab eodẽ in idem fit: ergo Circularis motus continuus est. Noua hæc est tota doctrina inaudita prioribus libris

bris. Antea audiebamus.motus cōtinuus est,quia super continua fieret magnitudine. id nunc veluti obsoletum omittitur.nouū genus producitur.Traditū est antea,omnē motū fieri inter terminos,vnde,& quo.eaq; non solū diuersa esse,sed etiā opposita,sed etiā cōtraria: nunc alij termini reperti,ab eodē in idē in aliud.Priorib. libris auscultatorijs hisce,continuū id esse auscultauimus,quod extrema ita coniungeret,vt vnum fierent nunc auscultamus,continuū id esse quod ab eodē in idē mouetur.Inquiet aliquis,non malus Peripateticus.illa priora de motibus alijs, de recto intelligi.hoc verò de circulari solo.vt est in minore.Aio ego, maior propositio vniuersalior ne est minore vel æquipollens,vel eadē.Si eadē,qua lege,syllogismus is nectetur,de minorib.duabus? Si æquipollens,nescio an scientificus.si sit talis.Quod in circulo abeodē in idē mouetur,continuè mouetur: At circulus.ab eodē in idē mouetur,circulus ergo continuè mouetur.Quam argumentationem Chrysippia etiam sophistica exploderet,expelleret. Si verò vniuersalior est. Contra veterem Aristotelis doctrinam est, qua & motus terminos longè alios,& continui definitionem longè aliam ab hac constituit. Est præterea, nedum per se non manifesta, & clara,sed etiā obscurissima sed etiam ænigmatica.Cur ergo alijs probationibus non est probata? nō est adstructa? vt aliquid, ad hanc rem tantam confirmandam valeret, vti libenti animo reciperetur? quando nunc,donec quid sibi velit aperiat.non recipitur.Nihil ergo nobis priora duo argumenta persuaserunt. nihil quod ad cœli æternum motum conferat probarunt. Tertium afferamus, siquid melius possit. Est eodē capite: καὶ ἡ μὲν ἐν τῷ κύκλῳ, οὐδέποτε ἐν τοῖς αὐτοῖς. ἡ δὲ κατ' εὐθεῖαν πολλάκις ἐν τοῖς αὐτοῖς, τὴν μὲν οὖν ἀεὶ ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ γιγνομένην ἐνδέχεται κινεῖσθαι συνεχῶς. τὴν δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς πολλάκις οὐκ ἐνδέχεται. ἀνάγκη γὰρ ἅμα κινεῖσθαι τὰς ἀντικειμένας ὥστε οὐδ' ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ, οὐδ' ἐν ἄλλῃ περιφερείᾳ οὐδεμιᾷ ἐνδέχεται συνεχῶς κινεῖσθαι. πολλάκις γὰρ ἀνάγκη ταὐτὰ κινεῖσθαι, καὶ τὰς ἐναντίας μεταβάλλειν μεταβολάς. οὐ γὰρ συνάπτει τῇ ἀρχῇ τὸ πέρας. ἡ δὲ τοῦ κύκλου συνάπτει, καὶ ἔστι μόνη τέλειος. *Et is quidem qui est in circulo, nunquam in ijsdem: ille verò qui est in recta sæpe in ijsdem. Itaque eum qui semper in alio atque alio fit, potest moueri continuè. illum verò qui in ijsdē, sæpe non potest. Necesse.n.simul moueri oppositos. Itaq; neq; in semicirculo,neq; in alia circumferentia vlla potest cōtinuè moueri, Sæpè .n. necesse est, eadē moueri & contrarias mutari mutationes.non.n. iungit principio finem. is verò qui circulo,coniungit,& solus est perfectus.* Ita reducatur. Motus qui semper in alio atq; alio fit, & nūquā in eodem fit, potest semper moueri. Motus circularis semper in alio atque alio fit; & nunquam in eodem. Motus ergo circularis semper moueri potest. obsecro vos Dij philosophiæ,quid est vsquā terrarum contradictio, si hæc non est cum præcedente. Modo dixerat ἡ μὲν γὰρ κύκλῳ κίνησις, ἡ ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό. *Motus circularis is est, qui ab eodē in idē.* Et nunc statim scilicet adnectit, *Circularis motus nunquam in ijsdē*, καὶ ἡ μὲν ἐν τῷ κύκλῳ οὐδέποτε ἐν τοῖς αὐτοῖς. Si tam absurdā dictionem in Platone,aut Democrito,aut alio vetere deprehendisset, quos cachinnos tolleret iactabundus Aristoteles? omnia Lycæi subsellia clamarent,sibillarent. Sed liceret illi illius quodam fortunato genio, nostro malo dæmone, & hæc & alia & absurdiora. credimus nihilominus, contrarias, contradictorias ab eo prolatas, vtrasque veras esse. nec hiscere quidem audemus contra. sed quando sic, non bonis dæmonibus placet, hæc tam aperta, nequaquam sit contradictio. argumentum examinemus, quoniam sic nō malis dijs placet. vt non omnino, illi credere omnia, nobis non sit nefas. Primo itaq; maiorem argumenti propositionem. Motus qui semper in alio atque alio,& nunquam in eodem fit potest semper moueri. Non videtur nobis ex earum numero esse. quę per se, aut sensu, aut ratione notæ sint. Neque enim toto, neque partibus est manifesta. Quid enim significant illa. In alio atque alio moueri? Equidem non satis capio, vtrum ne in mobili alio atque alio? an in loco alio atque alio? an in qualitate, an in quantitate, an in forma, an in termino alio atque alio? Quid tandem id est? Ait Alexander, referente Simplicio, id esse quod in circumferentia cœli,nullum sit actu punctum,in quod motus vnquàm perueniat. Simplicius quoque idem balbutit. Quid est in circumferentia nullum actu esse punctum, in quod vnquam motus perueniat? An fortè motus fit in circumferentia, tanquam in loco? vel tanquā in mobili? Si dicat, tanquam in loco, certè motus cœli, non fit in cœli circumferētia. Si tanquam in mobili, mobile ipsum si est ipsum cœlum, cœlum mouebitur

in sua circumferētia. ita ne balbi isti balbutiunt in re tanta? Præterea quid est illud aliud, *In circūferentia cæli, nullum esse actu punctum*? Fortè actu punctū, est id quod lineas terminat? Sed sit, quodcunque velint, quid tum propterea? An motus ideo, in punctis, vel actu vel potentia, fit? Docuit nos doctor eorum, docuerunt quoque acutissimi. hi ipsi, discipuli, interpretesque, motum omnem in loco fieri, in magnitudine fieri, non in punctis, quæ neque magnitudo neque locus sunt. Quænam ergo hæc est noua doctrina, inintelligibilis. incomprehensibilisque? studio ne nos Themistiano illo Sepiæ atramento, obruit Aristoteles? obruunt interpretes sui? vt in tanta quæstione, nihil intelligamus. credamus tamen hanc ipsam ænigmaticam rationem, validissimam rationem esse. Sed esto, credant Aristoteli, serui sui: nobis iuramento ipsius solutis, nequaquā persuadebit, nisi rationem apertam validam, verissimām audiamus. Id itaque quod magister dixit, motum qui semper in alio atque alio fit, concedam interpretibus, vt puncta in circumferentia intelligant, nulla esse actu. Quid tandem sibi volunt ista puncta? Motus, inquient semper in alio atque alio puncto fit. Quomodo id inquam, explicate nobis auidis doctrinæ egregiæ. Motus ne cœli per suam circumferentiam fit? an potius circumferētia, cum toto cœli corpore mouetur? Sic potius. At motus iste, corporis cælestis inquam, in loco fit: non locō quidem ambiente extimam superficiem, sed totum cœli corpus capiente. Vtrum puncta ista in eo loco sunt? sint potentia non actu vti asserunt? Quid ad motum ista puncta conferent? quid ad continuum motum? Docent motum semper in alio atq; alio puncto esse vt concedamus. at quo id modo? vna scilicet circumuolutione ab oriente per occidens in idem oriens, cœlum voluatur. atque ita iteretur circumuolutio ista, cur non per eadēm puncta motus iterabitur? idque toties, quoties cœlum circumuoluetur? Atque ita motus circularis semper ab eodem in idem fiet. ac illud quod minore protulit, motum circularem nunquā in eodem, sed semper in alio atque alio fieri adeo contra verum est, vt nullo modo circulo conuenire possit. sitque potius recti motus proprietas. Namque si magnitudo recta protrahatur, semper & puncta, & loca alia atque alia occupabit. Et si motus progrediatur super infinitè protracta recta linea vel magnitudine, prorsus falsum est vtrumque dictum. Motum scilicet circularem, (semper in alio atque alio esse nisi id in vnica circumuolutione intelligatur) & motum rectum, in iisdem sæpe esse, nisi motus, per idem rectum sępe repetatur. Falsa itaque maior istius argumenti: falsa non minus etiam minor.

Ad quartū argumētū accedamus quod est cap.8. in quo Simplicius autumat, principalissimā esse causā, cur motus cœli continuus sit. Est aūt illis verbis cōprehēsum. εὐλόγως δὲ συμβέβηκε, τὸ τὴν κύκλῳ μίαν εἶναι καὶ συνεχῆ, καὶ μὴ τὴν ἐπ' εὐθείας. τῆς μὲν γὰρ ἐπ' εὐθείας. ὥρισται καὶ ἀρχὴ καὶ μέσον, καὶ τέλος. καὶ πάντα ἔχει ἐν ἑαυτῇ, ὥστε ἐστὶν ὅθεν ἄρξεται τὸ κινούμενον, καὶ οὗ τελευτήσει. πρὸς γὰρ τοῖς πέρασιν ἠρεμεῖ πᾶν ἢ ὅθεν. ἢ οὗ. τῆς δὲ περιφερείας ἀόριστα. τί γὰρ μᾶλλον ὁποιονοῦν πέρας τῶν ἐπὶ τῆς γραμμῆς: ὁμοίως γὰρ ἕκαστον καὶ ἀρχὴ καὶ μέσον καὶ τέλος. ὥστε ἀεί τε εἶναι ἐν ἀρχῇ τε καὶ τέλει, καὶ μηδέποτε. διὸ κινεῖται καὶ ἠρεμεῖ πως ἡ σφαῖρα, τὸν αὐτὸν γὰρ κατέχει τόπον. αἴτιον δ' ὅτι πάντα συμβέβηκε ταῦτα τῷ κέντρῳ. καὶ γὰρ ἀρχὴ καὶ μέσον τοῦ μεγέθους, καὶ τέλος ἐστίν. ὥστε διὰ τὸ ἔξω τοῦτ' εἶναι τῆς περιφερείας οὐκ ἔστιν ὅπου τὸ φερόμενον ἠρεμήσει ὡς διεληλυθός. ἀεὶ γὰρ φέρεται περὶ τὸ μέσον, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ ἔσχατον διὰ δὲ τὸ τοῦτο μένειν, ἀεί τε ἠρεμεῖ πως τὸ ὅλον, καὶ κινεῖται συνεχῶς. *Rationabiliter verò accidit, circularem vnum esse, & continuum, & non eum qui in rectum est. recti enim finitum est & principium & medium & finis. & omnia habet in seipso. itaque est vnde incipiet, id quod mouetur, & vbi desinet. in extremis enim quiescit. omne vel vnde vel quo. Circumferentiæ verò indefinita sunt. Quid enim magis quouis terminorum, qui sunt in linea. Similiter namque vnumquodque & principium, & medium & finis. ita vt semper aliquis sit in principio, & fine. & nunquam propterea mouetur, & quiescit quodammodo sphæra. eundem enim obtinet locum. Causa verò est, quia accidit, omnia eadem esse centro. Etenim principiū & mediū magnitudinis & finis est. ita vt quia hoc sit extra circūferentiā, non est vbi quiescat quod fertur, vt per transitum. semper. n. fertur circa mediū, sed non circa extremū. Et quia hoc maneat, semper quodammodo quiescit vniuersum & mouetur continuè*. Sic potest redigi Quod nō habet vnde motus incipiat, aut quo terminetur, mouetur continuè. Circulus non habet vnde motus incipiat, aut quo terminetur

netur. Circulus ergo continuè mouetur. Hoc argumentum ex Ocello desumptum est. quod ipse nominibus, τὸ ἄναρχον, καὶ ἀπλάνητον τοῦ σχήματος, expressit. A Simplicio validissimum est creditum. ideo quòd de maiore propositione nulla videtur dubitatio adduci posse. Minorē verò Aristoteles confirmauit: quoniam in circulo nullum videtur posse actu principium, actu medium nullum, finem denique actu nullum assignari. Quod si in circulo est, debet etiam in circuli motu esse. cuius contrarium in recta contingit. quia ibi est principium & finis, vnde necessariò incipiat motus, & in quo, quiescat. Hæc probatio, est in Aristotelis verbis satis prolixa, ad examen descendamus. In circulo, in circulari motu ait hic, nullum esse principiū à quo motus incipiat, nullum finem, in quo terminetur. Contrarium nos docuit is idem Aristoteles calce 9. cap. 1. de cœlo, in verbis hisce. τοῦ δὲ κύκλῳ σώματος, ὁ αὐτὸς τόπος, ὅθεν ἤρξατο, καὶ εἰς ὃ τελευτᾷ. *Circularis verò corporis, idem locus, vnde incipiat & in quem finit.* Quid est in circulari corpore idem locus vnde incipiat, & in quem finiat? Si nihil est in circulo tale? Quid verò hæc alia verba sibi volunt 2. de Cœlo. cap. 2. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ κινεῖσθαι, καὶ γὰρ εἰ μηδέποτε ἤρξατο, ὅμως ἔχειν ἀναγκαῖον ἀρχὴν, ὅθεν ἂν ἤρξατο εἰ ἤρχετο κινούμενον κινεῖσθαι. *Eodem modo & de principio ipsius moueri. etenim & si nunquam incepit, attamen habere necesse est principium vnde incepisset, si incepisset motū, moueri.* Quid hic sibi vult, principium motus cœli, quod necesse est cœlum habere? Quomodo ponitur in minore nullum est principium? hic verò, in cœli motu circulari principium necessariò requiritur? Quo pacto in ijs negatur, motum cœli habere principium, vnde incipiat, hoc verò eodem capite scribit, τοῦ δ' οὐρανοῦ ἡ ἀρχὴ τῆς περιφορᾶς, ὅθεν αἱ ἀνατολαὶ τῶν ἄστρων. *Cœli verò principium circulationis, vnde ortus astrorum.* Habet ergo hoc capite, & cœli circulare corpus locum, qui principium motus est, & finis. Et cœli etiam motus circularis principium habet. In argumento verò hoc, non habet. Nonne hæc apertissima est contradictio? Aient sui fortasse, præ nimio ingeniorum acumine, vtramque partem veram esse distinctione illa ex triuio tritissima actu & potētia. aient in probatione, nō habet actu, habet in potentia in secūdis & tertijs verbis. Vtrū horū eligent, vt dicāt? actúne an potētia? Si actu dixerint, cōtradictionē faciūt ita manifestā, vt distinctio iā nō habeat locū. Si potentia dicent: circulatio cœli, inferam ego, est actu. quomodo rei quæ actu iam est, principiū erit in potentia? Actu mouetur, & à dextris quotidie motum incipit actu, dicente Aristotele, εἰ οὖν ἄρχεται ἀπὸ τῶν δεξιῶν. *Si igitur incipit à dextris.* Quid est illud, *incipit* actu nimirum est inceptio ista & nō potentia. Habeo domi, globum cœlestem & terrestrem, axibus impositos. circulares sunt, sphæricæ sunt. quiescunt sponte sua. possunt circulo moueri: mouentur aliquando, dum ciruuerto interrogo oculatissimum magistrum, qui cœlestes illos tam anxiè cōtemplatus est, hos nostros despexit, aut fortè non aspexit. Cum è quiete eos excito & manu in gyrum moueo, vtrum motus hic, habuit principium. Necesse est eum respondere, aut dum mouetur, non moueri: aut habuisse motionis principium. aut non habuisse. de tribus eligat quod placet. Non puto selecturum primum, remittetur enim ad sententiam illam à se latam octauo physico, καὶ τούτου λόγον ζητεῖν ἀφέντας τὴν αἴσθησιν ἀρρωστία τίς ἐστι διανοίας. *Et huius rationem quærere, dimittentes sensum imbecillitas quædam est mentis.* Si seligat tertium cū globi motum, non habuisse principium, dicam ego: ergo globi mei motus, æternus est. ergo mobile, ipse scilicet globus æternus est. At nudius tertius à plastico fabrefactus est. ergo mouebatur circulo, antequam factus esset. Etsi mouebatur, iam erat, erat ergo, & non erat. Si hæc summo philosopho non placent, restat vt de tribus, secundum seligatur. cœpit ergo motus globi mei, manus quidem impulsu. Vnde ergo cœpit moueri, si nullum habet principium, non solum actu vt Aristoteles & sui omnes aiunt, sed ne potētia quidem vt aio ego? Est enim circularis. eius figuræ nullum est principium actu. nullum potentia. mouetur tamen nobis videntibus, Aristotele confitente. vnde ergo motus iste principium sumpsit? Motus idem finem sæpe habuit, sæpè habebit, nisi dicatur sempiterno eum in motu futurum, cum tamen nullum finem, vel actu, vel potentia habeat. Si lapis rotundus ab alto demittatur, in descendendo circulo mouebitur. Quid dicendum? principium circularis motus habuit, vel potius non habuit? quia in ea rotunditate nullum est principium: aut nunquam circulo

moueri desinet, quia in eius figura nullus est finis? Audiui quosdam de cordatis Aristotelicis de Senatu Peripatetico, cum hæc inter colloquendum protulissem, clamare, irasci, excandescere, de sellis surgere, abire: me artificiales circulos, accidentales, non naturales producere: fallacias nectere. Aristotelem de Cœlo locutum. Cui circularis figura non arte, non accidente, sed natura insit. Ad irascentiam commotus: ad clamorem etiam consternatus sum.

Mittamus iracundos istos acclamatores. cum principe eorum leniter placideq; agamus. Quid ergo philosophorum summe, non habere principium, non habere finem, cœlo ne competit ratione qua cœlum, an ratione, qua rotundum, ac circulare est? si qua cœlum, cuiuscunque id figuræ sit, necessariò semper sine principio, ac fine erit, cum id à forma atque essentia, non autem à figura habent. Quid ergo opus fuit Cœlo circulari figura, & non triangulari, aut alia quacunque, cum non prohiberetur, sine principio ac sine fine esse. Neque prohiberetur, cum quauis figura axibus imposita circulariter moueri? Si verò proprietas hæc, non habere principium non habere finem cœlo conuenit, non vt cœlum est, sed quatenus est circulare, & sphæricum, per se & primo circulo id conueniet in vniuersum. non aũt huic aut illi vel circulo vel sphæræ. Quæ sua doctrina fuit in triãgulo. nẽpe tres angulos habere duobus rectis æquales, nõ Scaleno, nõ æquilatero, non æquicruri primo & per se cõuenire, sed triangulo in vniuersum. Similiter si dicam ego, non habere principium, non habere finem, est propria circuli in genere passio, Primò & per se, non autem vel mei lignei vel illius cœlestis passio vel naturalis vel artificialis. Itaque si hoc sit, vt est, principium non habere, & finem, non magis lineari circulo competet, quàm plumbeo, aut ligneo, aut aureo: & non magis cælesti quã lapideo quia passio hæc figuræ illius in vniuersum est propria, nõ materiei: circuli simpliciter, nõ circuli aurei aut cœlestis: & non magis cœlestis quàm ærei. cur ergo altercamur, cœlo potius conuenire quàm globo meo, nec principium nec finem? cum æquè, virtute circuli simpliciter, vtrique æquè conueniat? & si passio hæc æquè meo globo competit, nimirum motus ipsius circularis, æquè ac cœlesti principio & fine carebit: itaq; æquè cum illo æternus erit. Qua proprietatum ac iurium æquitate, vt hic meus æternus, cum illo: sic ille, cum meo corruptibilis, non iniuria credetur. Sed quid argutamur, de circulari vel sphærica figura, quod principium non habeat, nec finem, cum id non circulo proprium sit, sed cuicunque figuræ vel regulari vel irregulari competat? Quòd si, vt inauditum, non creditur, dicatur, ostendatur nobis, Ouali aut trianguli, aut quadranguli, aut rhombi, principium & finis, pentagoni, sexagoni, cubi, octaedri, dodecadri, Icosaedri, pyramidis, vbi est principiũ, vbi finis? in quo latere, in quo angulo acutissimus aliquis id commonstrabit? Quæram enim ex eo, tuis verbis ô bone philosophorum princeps. τί γὰρ μᾶλλον ὁποιῶν πέρας τῶν ἐπὶ τῆς γραμμῆς; ὁμοίως γὰρ ἕκαστον καὶ ἀρχὴ καὶ μέσον, καὶ τέλος. *Quid enim magis vteruis terminus eorũ quæ sunt in linea? similiter n. vnũquodq; & principiũ, & mediũ & finis.* Si dixerint, hoc latus, illũ triangulũ: potius quã aliũ, dicãt etiã rationem, non quãcũq; sed validã, vt id scientia sciamus, non placito. Cõuincãt nos qui negamus. vllũ esse principium. vllum finem in quauis figura: nõ contentione, & rixis sed studio veritatis. cedem⁹ illis, cedemus veritati, cedãt illi Principi suo, tibi qui 2. de Animaliũ, ortu c. 4. scripsisti ὥσπερ ξυλίνων, ἢ λιθίνων ζώων. τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα. οὐκ ἔχει ἀρχὴν ὅλως, τὰ δὲ ζῶα ἔχει πάντα, καὶ ἐντὸς ἔχει. *Sicuti ligneorum aut lapideorum animalium. hæc enim talia principium non habent omnino. sed animalia habent omnia. & intus habent.* Non habere igitur principiũ neq; finẽ: non est circuli propriũ, sed cõmune omnib. figuris. non est propriũ cœlo vt circulare est. Et si cœlo æternitas cõperit, quia nec principiũ nec finẽ habeat, eadẽ æternitas competet omnib. principio, & fine carentib, omnibus scil: corporib. quæcunq; ea sint, eademmet tam valida Simplicio visa, ratione, hæc de figura. A ldamus. cœlũ circulare sanè est. circulo ne ideo mouetur, quia circulare est, vel quoniam cœlum est? si quia cœlum, quamcumque habeat figuram circulariter mouebitur Neq; n. prohiběr mathematici, viri sagaces, aut mater rerũ natura, cuiusq; figuræ corp⁹, si axib. imponatur, circulariter posse moueri. Cur ergo cœlo vt circulo moueretur, circularẽ figurã necessariã fuisse putauit? Circularis figura, non est ratio, nõ est causa mot⁹ circularis. sed huius causa vera est, in axe moueri. qualecunq; id sit

Id sit corpus quod in gyrum rotetur. Exēplum Ixion apud inferos, carnes apud nos verubus fixæ. Sed age, nulla figura, nullum corpus figuræ principiū aut finem habet, quid quæso commune aut cognatum habet principium figuræ cum principio motus? Lapis, cuiusuis figuræ cum vel natura vel casus, vel ars figurauerit, moueatur deorsum, vel violento impulsu, vel descensu naturali, dicat nobis vniuersus Peripati Senatus populusq;, an motus principium habuerit? Si non habuit, quia figura eius principium non habet, æterno ergo tempore motus est, motus eius æternus quoque erit, quia figura illius lapidis finem nō habet. Si verò principium motus habuit, cum descendere cœpit, dicite nobis, miraculi huius adhuc ignaris, qua parte figuræ huius motus principium fuit. Si primam lapidis partem, cum principio motus, esse simul motam assignabitis, cedemus vobis, imo etiam adorabimus vos. Si non assignabitis, quousque nō assignabitis, pro certo habebimus, vos assignare non posse Idque nobis persuadebimus ea ratione ac causa necessariò euenire, impossibile esse assignare, quia nulla sit cognatio inter principium figuræ quod nullum est, & principium motus quod aliquid est. Descendat lapis, nulla regulari figura aut nominara. Vtrumne, quia rectus non est, non mouebitur recto descensu sed motum efficiet figuræ similem? Sit etiam rectus, an ideo recta linea descendit, quia rectus est? an verò, quia grauis? Recti motus docuit Aristoteles, & primo de Cœlo & alijs locis, grauitatem & leuitatem causam esse. rectitudinem aut obliquitatem figuræ, non agnouit pro causa itaque pro certo habemus, Aristotelem, cum circularis motus causam refert in figuræ circularitatem ludere, nobis illudere, nosque irridere, cum à carentia principij in figura sphætica colligit carentiam principij motus cœli, rerum nulla inter se cognatione iunctarum. causam cur id credamus, reddidit nobis Aristoteles met ipse, libro de sensu. τὸ γὰρ αἰσθητὸν ἔσται συγκείμενον, οὐκ ἐξ αἰσθητῶν; ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαθηματικῶν. *Sensibile enim erit compositum ex non sensibilibus? sed necessariū, non enim ex mathematicis.* Circulus est figura mathematica: motus est sensibilis res; & naturalis. Quid ergo inter se habent negotij? non enim sensibilia ex mathematicis fiunt. Ait, circulum actu non habere principium, medium & finem, potentia ait habere. At potentia ista, ad actum ne veniet vnquam? si non, & frustra est, & ad motum hunc nihil confert. Si veniet, quid nam conferet? principium ne circulo dabit, medium, & finem, aut non dabit? si non dabit, nihil impediet, quin motus non incipiat. Si dabit, principium conferet motui, & medium & finem, ergo non æternus. Sed docuit nos 3. physico, cogitationi credere esse irrationabile. τὸ δὲ τῇ νοήσει πιστεύειν, ἄλογον. transitum à mathematicis cogitatione perceptis, multoties in Pythagoreis reprehendit, in Platone atque alijs derisit, cur ergo id ipsum ipse committit? Validissimum argumentum putauit esse, circulus, res mathematica, nullum habet principium, nullum finem, ergo motus in circulo, nullum habebit principium, nullum finem, motus inquam res naturalis ac sensibilis beneficium hoc à re mathematica recipiet? iaceat igitur hoc sophisma, cum reliquis de cœli motu æterno. Iaceant etiam cum reliquis omnibus, sophismata de motus, ac temporis infinitate, continuitate, successione, æternitate, euirata, exanguia. Aggrediamur sophisma aliud, quod magis quàm teretisma vllū, meticulosos terret. Argumentū vnicū est, à motoris æternitate 8. physico cap. 6. ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἐστί τι ἀεὶ τοιοῦτο, τὸ κινοῦν μέν τι, ἀκίνητον δὲ καὶ αὐτὸ ἀΐδιον, ἀνάγκη καὶ τὸ πρῶτον ὑπὸ τούτου κινούμενον, ἀΐδιον εἶναι. *Sed enim si est aliquid tale, mouens quidē, immobile verò, & æternū, necesse est, & primū ab eo motū æternū esse.* Argumēti vis est. Si motor ætern⁹ est, & mobile est æternū. Sed motor ætern⁹, ergo mobile æternū. Sed cœlū ē mobile tale: Ergo cœlū æternū. Sed motoris æternitas vsquā ne est, adhuc demonstrata? Est eodemmet capite. ἐπεὶ δὲ δεῖ κίνησιν ἀεὶ εἶναι, καὶ μὴ διαλείπειν ἀνάγκη εἶναι τι ἀΐδιον, ὃ πρῶτον κινεῖ, εἴτε ἕν, εἴτε πλείω. *Cū itaque oporteat motum semper esse, & non deficere, necesse est esse aliquid æternum quod primum mouet, vel vnū vel plura.* Quod sic argumento ducitur. Si motus æternus, motor etiam æternus. Sed motus æternus, ergo motor etiam æternus. Ex hoc aliud Si motor æternus, mobile quoque æternum. Si verò negetur hæc. Mobile esse æternum, quomodo vera esse probabitur? Aristoteles quidem ipse nihil ad hāc sed sua familia aiunt. Quia ab æterno, non prouenit nisi æternum. Neque tamen tam acuti sunt, vt discernant, hanc elegantem eorum assertionem implicare contradictionē. Quomodo enim proue-

nit,si æternum est?aut si prouenit,quomodo est æternum. Sed ne in verbis captiosos nos esse clament. Negamus nos veram eã esse in re ipsa: negamus etiam in Aristotelica doctrina,rationem afferimus celebrem,in æternis nulla est efficiens causa nulla productio. Ad hæc,cœlum æternum est,quod & hic afferit, & argumentis superioribus valde adnixus est comprobate. Cœlum hæc inferiora gubernat,clementorum scilicet motum generationem,corruptionem,Cur motus hi,& generatio,& corruptio numero æterna non sunt,vt cœlum æternum est? si ab æterno,non nisi æternum? Natura,quæ cum Deo nihil frustra facere toties asseritur, nonne æterna est?hæc tamen corruptibilium rerum causa est. Deus ipse,æternus est.Is cum natura nihil frustra facere,sæpenumero dicitur, cur non omnia ab eo facta,æterna nõ sunt? Sol & homo generat hominem. Sol æternus est,homo ab eo genitus, æternus non est. Materia çterna est,ex ventre eius,vt traditur,forma extrahitur, cur non æternũ, quod ex æterno eruitur? Si ergo in vniuersum non est vera ratio hæc ab æterno non nisi æternum,non recta ratione hinc,à motore æterno,mobilis æternitas concluditur. Concludamus ergo,cœlum rationibus ijs,quę ab Aristotele adductæ sunt,æternum esse,non esse probatum: nõ ex motoris æternitate non ex circulari cœli figura non ex circulari eius motu,non ex motu continuo & vno,non ex motu *deinceps* ἐφεξῆς non ex tempore,non ex infinito. Non est ergo Aristotelea mundi æternitas, tam putidis sophismatis adstructa, admittenda, aut recipienda. Quorum sanè sophismatum,maximus labor fuit,maximus nixus,à longinquo exorsus,ita vt à 3.physico,cũ ordiretur,dimidio 4 fundamenta ei iacerentur,toto 6.construeretur. toto 8. culmen ei imponeretur,atque ornaretur. Quæ tantis laboribus constructa fabrica, detecta fundamentorum inanitate fuco parietibus facto, deletis characteribus, quibus veluti alteri Atlantis Magi palatio (vt est apud Ferrariensem poetam) euenit,tota corruit,ac solo æquata iacet.

Finis Libri Quinti.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER VI.

### *DE COELI AETERNITATE. Essentiaque.*

NVNC alteram æternitatis huius cœlestis fabricam consideremus quæ ab Aristotele fabricatur 1 & 2. libris de cœlo, capitibus 5. libri 1. nimirum 3. libri 2. verò 2. Quibus non plura quàm quatuor argumẽta, vno bis repetito continentur. 3. igitur capite libri 1. tria sunt argumenta, primum ijs verbis comprehensum est, ὁμοίως δ' εὔλογον ὑπολαβεῖν περὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀναυξὲς καὶ ἀναλλοίωτον, διὰ τὸ γίνεσθαι μὲν ἅπαν τὸ γινόμενον ἐξ ἐναντίου τε καὶ ὑποκειμένου τινὸς, καὶ φθείρεσθαι ὡσαύτως ὑποκειμένου τε τινὸς καὶ ὑπ' ἐναντίου. καὶ εἰς ἐναντίον καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται λόγοις τῶν ἐναντίων καὶ αἱ φοραὶ ἐναντίαι. εἰ δὴ τούτῳ μηδὲν ἐναντίον ἐνδέχεται εἶναι διὰ τὸ καὶ τῇ φορᾷ τῇ κύκλῳ μὴ εἶναι ἄλλην ἐναντίαν κίνησιν, ὀρθῶς ἔοικεν ἡ φύσις τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον ἐξελέσθαι ἐκ τῶν ἐναντίων. ἐν τοῖς ἐναντίοις γὰρ ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορά. *Similiter rationabile est credere de eo, quòd ingenitum & incorruptibile sit, & nõ augmentabile, & inalterabile quoniam generatur quodcunque generatur ex contrario & subiecto aliquo, & corrumpitur eodem modo; subiecto aliquo, & à contrario & in contrarium; sicut in primis dictum est sermonibus. Contrariorum autem etiam lationes sunt contraria. Si igitur huic nihil contrarium esse potest, eo quia lationi circulari nullus sit contrarius motus, rectè videtur natura quod futurum erat ingenerabile & incorr-*

*incorruptibile exemiſſe ex contrarijs, in contrarijs enim generatio & corruptio.* Primum igitur hoc argumentum, quod validiſſimum ſemper eſt habitum, in manus ſumamus perdendamus, excutiamus. Vis eius ita explicetur. Generatio & corruptio fiunt inter contraria. Cœlum, nullum habet contrarium. Cœlum ergo nullã habet generationem aut corruptionẽ. Primum quæro, de qua generatione loquatur, propoſitione maiore? nonne de ea quæ fit ἐν τῷ περὶ ἡμᾶς τόπῳ *in eo qui eſt circa nos loco*, terra, aqua, aere, nullam enim alibi generationem videtur agnoſcere, vel admittere. Hoc conſtituto, quid altera autumat? cœlum nullum habet contrarium: Examinemus diligenter, omnibus mentis aciebus perſpiciamus. Primum itaque illud interrogo. Cœlum non habere contrarium, qui id ſcit Ariſtoteles? ſenſu ne id percepit? an ratione veſtigauit? Si ratione, ſenſu prius aliquid percepit. *Nihil enim eſt in intellectu*, ait ipſe, *quòd non prius fuerit in ſenſu.* Quis igitur illius ſenſus cœlum attigit? guſtus, olfactus, auditus, tactus, tam altè non attingunt. Viſus igitur eo pertingit. Viſus igitur quid ibi videt? quid aliud, quàm viſibilia obiecta? ſibi propria obiecta, & communia quædam? quas inquam alias qualitates, quàm lumina, quàm obſcuritates quaſdam, ex quibus, vel viſus, vel ratio colligit, perſpicuitatem ſphærarum, opacitatem ſtellarum. Age ergo dicat nobis, an ipſe ſuis viderit oculis, quæ nos noſtris videmus, vel non vidit? Si non vidit, cur tam ſecurè affirmare audet, in cœlo non eſſe contrarium, cum lumen ibi ſit, vel lux, & obſcuritas, & perſpicuitas & opacitas? Si hæc ſuis temporibus in cœlo non fuerunt, ergo cœlum mutatum eſt. Si fuerunt, & vidit, cur non fatetur, ibi eſſe has duas ſaltem contrarietates? luminoſi & obſcuri, diaphani & opaci? luminoſum in ſtellis omnibus, obſcurum in lunæ facie? diaphanum in orbibus, opacum in luna, in alijs planetis? An non hæ duæ ſunt contrarietates. Ait familia ſua, cum de actiua & paſſiua contrarietate agere. Ariſtoteles in argumento nihil horum, omnem prorſus cœlo abnegat contrarietatem, ſed condonemus. Si ea fuit Ariſtotelis ſententia, explicent nobis, quæ nam ſit iſta actiua contrarietas & paſſiua. In ſubſtantia cœli, nulla eſt inquient, quia non eſt in ſubſtantijs contrarietas. In quantitate etiam nulla eſt? At in cœlo, magnum, & paruum, maximus ſtellatus orbis, minimus lunæ quæ loco etiam contraria videntur: ille ſupremus, luna infima. Quomodo ergo aſſeritur, contrarietates nullas eſſe in cœlo, ſi qualitatum, ſi quantitatum, ſi relationum, ſi loci contrarietates ibi ſunt, ſunt itidem actio & paſſio contraria, nam & luna, & ſtellæ omnes lumen à ſole recipiunt, vt eſt apud Peripatum. at recipere eſt pati, mittere, eſt agere. Si concedant, prius & poſterius contraria eſſe, ibi eſt & temporis contrarietas. Situs etiam contrarietatem ibi reperiemus, in polis altero ſurſum, altero deorſum. Si rectum & obliquum, contraria ſunt, multi ibi circuli rectà protenſi, & obliquus eſt Zodiacus. Sol quoque per ſe lumen habet, luna ſtellæ, per ſe non habent. Itaque nouem prædicamentorum in cœlo ſunt contrarietates, 18. quomodo ergo nulla ibi eſt contrarietas? & extra prædicamenta motus quoque ibi contrarij ſunt, à contrarijs terminis, ab oriente in occidens, ab occidente in oriens. contrarietas quoque anteceſsionis planetarum, retroceſsionis, ſtationis, tarditas itidem ac velocitas, in apogeum ſcãdere, in perigeum deſcendere. Quo ergo confugient? Ad contrarietatem opinor, qualitatum actiuarum & paſsiuarum, vti dixi, nullæ enim reliquæ ſunt, niſi velint, actus & potentiæ, priuationis & formæ habitus & priuationis, affirmationis & negationis pernegare, quod non puto eos facturos. Sed illa quam negant, eſt nobis excutienda, & ne ἐρήμην καταδικάζειν δοκῶμεν. *In ſolitate condemnare videamur.* Ariſtotelem audiemus, τὰ τῶν Ἀριστοτελικῶν λόγων δικαιώματα *iuſtificationes Ariſtotelicarum rationum.* Δεῖ γὰρ διαιτητὰς οὐκ ἀντιδίκους εἶναι μέλλοντας τ' ἀληθὲς περὶ τοῦ προτεθέντος κρίνειν ἱκανῶς. *Oportet enim arbitros, non aduerſarios eſſe, eos qui verum de propoſita re ſufficienter iudicare debẽt.* Vt eſt apud eum celebre philoſophantibus monitum. Proferantur ergo qualitates, quas vocant actiuas & paſsiuas. quas negat Ariſtoteles, pernegant ſui eſſe in cœlo, proferentur vt ego arbitror ex 2. capite 2 de ortu, iſtæ ſcilicet. θερμὸν ψυχρόν, ξηρὸν ὑγρόν, βαρὺ κοῦφον, σκληρὸν μαλακόν, γλίσχρον κραῦρον, τραχὺ λεῖον, παχὺ λεπτόν. *Calidũ frigidũ, ſiccũ humidum, graue leue, durum molle, tenax friabile, aſperum leue, craſſum tenue.* Et ne quicquam huic enumerationi deſit, aliunde adijcient, πυκνόν, μανόν: *denſum & rarum.*

De octo his combinationibus, primas duas vocant primarias, reliquas ex illis ortas, secundarias, has autem ex illis ortas scribit. τὸ δὲ λεπτὸν καὶ παχὺ, καὶ γλίσχρον καὶ κραῦρον, καὶ τὸ σκληρὸν καὶ μαλακὸν, καὶ αἱ ἄλλαι διαφοραὶ, ἐκ τούτων. *Tenue verò & crassum, & tenax & friabile, & durum & molle, & alia differentia, ex his.* quam rem toto eo capite prosequitur. In quo docet etiam primarum calidum & frigidum esse actiuas. Duas passiuas, humidum & siccum, grauitatem verò & leuitatem, negat esse actiuas vel passiuas, & rationem reddit. οὐ γὰρ ποιεῖν τι ἕτερον, ἢ πάσχειν ὑφ' ἑτέρου λέγεται. *Non enim facere quid aliud, aut pati ab alio dicuntur.* Reliquas verò, alias esse actiuas, alias passiuas esse expresse docet. τὸ γὰρ γλίσχρον, ὑγρὸν πεπονθός τί ἐστιν. *Tenax enim humidũ, quiddã passum est.* & τὸ μαλακὸν, τὸ ὑπεῖκον εἰς ἑαυτό. *Molle quod cedit in seipsum.* Quod si hæc passiua sunt, cõtraria corũ actiua erunt, τῶν γὰρ ἐναντίων, ἐναντία τὰ αἴτια. *Contrariorũ enim cõtraria, sunt causæ.* docet hoc eodẽ libro. Est etiã Aristotelis doctrina, si alterũ cõtrariũ reperiatur, reperiri necessario & alterũ, hac ipse ratione terra posita, ignẽ esse intulit. 2. de cœlo cap. 3. & his extremis positis, cõtraria alia intermedia. τῶν γὰρ ἐναντίων, εἰ θάτερον φύσει, ἀνάγκη καὶ θάτερον εἶναι φύσει. *Cõtrariorũ enim si alterũ, natura sit, necesse est alterũ esse natura.* His itaq; ex Aristotelis doctrina positis, cõfirmatis, cõfessis, examinemus si quis nobis sensus ostẽdat, si quæ nos ratio ducat, vt aliquã octo propositarũ cõbinationũ in cœlo inesse cognoscamus. Ac primo loco cõsiderem' hãc ipsam mollitiẽ & duritiem, si forte aliqua sit in cœlo. Vtrũ igitur cœlũ sit corpus molle videndũ est. Tactu, qui molliciei est proprius iudex, eò nõ attingimus. Visu, quo cœlũ cognoscimus, molliciem non iudicamus. Ad rationẽ igitur confugiendũ & rationẽ quidẽ Aristotelis, non de plebe philosophi alicuius. Expromamus è libris eius caput 4. lib. 2. de cœlo, quo adstruit cœlum esse Sphæricæ figuræ. Quibus id rationibus adstruit? Primo corpori prima cõpetit figura primũ corpus est cœlum. Secunda ratio, si cœlum angularis esset figuræ, aut oualis, extra cœlum, & locus & vacuum necessariò esset, id esse impossibile ait se superius probasse. Tertia ratio, est authoritas eorũ qui superficies secabant, ex eisq; corpora cõstituebant. Tribus his rationibus, ostẽdit extimũ cœlũ esse sphæricũ & per hoc inferiora etiã corpora sphærica esse, ait etenim: καὶ τὸ συνεχὲς ἄρα ἐκείνῳ, τὸ γὰρ τῷ σφαιροειδεῖ συνεχὲς, σφαιροειδές. *Ergo & cõtinuũ illi. Id enim quod Sphærico continuũ est, Sphæricũ est.* Et præterea ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ πρὸς τὸ μέσον τούτων, τὰ γὰρ ὑπὸ τοῦ σφαιροειδοῦς περιεχόμενα, καὶ ἁπτόμενα ὅλα σφαιροειδῆ ἀνάγκη εἶναι. τὰ δὲ κάτω τῆς τῶν πλανητῶν ἅπτεται τῆς ἄνω σφαίρας. ὥστε σφαιροειδὴς ἂν εἴη πᾶσα φορά. πάντα γὰρ ἅπτεται καὶ συνεχῆ ἐστι ταῖς σφαίραις. *Similiter verò & ea quæ ad mediũ horũ. ea namq; quæ à Sphærico cõtinentur & tãgũtur, tota Sphærica esse necesse est. Ea verò quæ planetis inferius sunt, contingũt superiorẽ Sphærã, ita vt omnis latio sit Sphærica. omnia enim contingũt, & cõtigua sunt Sphæris.* Hæc sanè Aristotelica sentẽtia est. Quia supremũ cœlũ Sphæricũ est, id quoq; quod proximè ex planetis ab eo cõtinetur, tãgiturq; Sphæricũ esse, & ita deinceps vsq; ad lunæ Sphærã, qua ignis cõtinetur. Ideoq; Sphæricus est. ab hoc aer, ideo Sphæricus ab hoc, eodẽ modo aqua. Sic enim paulo post scribit. λάβοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν περὶ τὸ μέσον ἱδρυμένων σωμάτων ταύτην τὴν πίστιν. εἰ γὰρ τὸ μὲν ὕδωρ ἐστὶ περὶ τὴν γῆν, ὁ δ' ἀὴρ περὶ τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ περὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὰ ἄνω σώματα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. συνεχῆ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν, ἅπτεται δὲ τούτων. ἡ δὲ τοῦ ὕδατος ἐπιφάνεια, σφαιροειδής ἐστι. τὸ δὲ τῷ σφαιροειδεῖ συνεχὲς ἢ κείμενον περὶ τὸ σφαιροειδὲς, καὶ αὐτὸ τοιοῦτον ἀναγκαῖον εἶναι, ὥστε κἂν διὰ τοῦτο φανερὸν εἴη, ὅτι σφαιροειδής ἐστιν ὁ οὐρανός. *Acciperet verò aliquis & ex corporibus circa medium positis hanc eandem fidem, si enim aqua est circa terram, aer verò circa aquam, ignis verò circa aerem, & corpore sursum secundum eandem rationem continua quidem non sunt, tangũt vero hæc, superficies autem aquæ est sphærica, id verò quod sphærico cõtinuũ est, aut positum circa sphæricũ, & ipsum necesse est tale esse, itaq; & propter hoc clarũ est sphæricũ esse cœlũ.* Hæ sunt mirabiles Aristotelis rationes, quas in manus discutiẽdas sumam' si quid forte ad rẽ nostrã cõferre queãt. Neq; tamẽ ego ea nego, concedo & fateor, sed rationẽ exquiro, cur Saturni cœlũ sphæricũ sit: & deinceps inferiora, quia scilicet (ait Aristoteles) primo sphærico cœlo cõtinuũ seu contiguũ sit. Hoc mihi exactius explicetur obsecro. Saturni cœlũ conformatũ est ad sphæricã primi cœli figuram. Qua ratione id? qua causa? qua vi? Quia cõtinetur à primo (ait Aristoteles) eiq; cõtinuũ est. Accipio. Id ne factũ est, quia Saturni cœlũ primo cœlo resistit aut restitit? vel quia cedit & cessit? Quid respõdebitur huic quæstioni? Expendamus vtramque

par-

partem. Si resistit aut restitit, quomódo ad illius figuram conformatum est? cessit & cedit, si alterius imperio, ac vi conformatum est. Si cessit aut cedit, est ergo molle, molle namque id esse docuit Aristoteles, quod in se cedit. Si restitit aut resistit durum ergo est, contrariorum enim & causæ & actiones sunt. Inquient, ita à principio seu sine principio fuit. Intelligo, sed quæro sua ne id spōte, an primi, amplexu? Si sponte sua & natura, non ergo opus habuit primi cœli amplexu, quo sphæricum euaderet. Ergo Aristoteles fallit nos. cum causam rotunditatis assignet eam, quæ nulla eius rei causa sit. Si propter ambitum primæ sphæræ, secunda sphærica est, & vt sphærica esset, amplexu primæ habuit opus, ea iam figura à prima in secundam impressa est. Impressio ista accompressio primæ sphæræ, non ne actio eius est? receptio figuræ, cessio, non ne passio est? quis id neget? Non negabunt puto, sed dicent, non esse actionem aut passionē corruptiuam. Modò non est hoc in quæstione. Quæstio est, an in cœlo sit vlla qualitas actiua, vlla passiua? stemus in hoc pede, ne vagemur. Quæro, dum primum cœlum comprimit secundum, eique sphæricitatem suā imprimit, secundum cœlum dum eam recipit, quid è duobus accidit? secundum cœlum tum resistit ne ita, vt nullam recipiat rotūditatem, aut cedit tantisper vt eam recipiat? Nequaquam est dicendum, nullam accipere, quam dicat Aristoteles recipere. Est ergo fatēdum, dum accipit tantisper cedere vt accipiat. Cessio, non ne mollis corporis est? Quis aliter ex Aristotelis doctrina doceat? μαλακὸν γὰρ τὸ ὑπεῖκον. *Molle enim quod cedit*. Et ni fallor, τὸ ὑπεῖκον μαλακὸν, *quod cedit, molle*. ex definitionis cū definito conuersione. Cœlum ergo Saturni, molle est, ita vt à primo cœlo, cedēdo rotunditatis impressionē recipiat. Si ergo est cessio, ibi & mollities. Si hæc, & durities cōtraria, cōprimentis scilicet primi cœli. τῶν γὰρ ἐναντίων εἰ θάτερον κατὰ φύσιν, καὶ θάτερον. *Contrariorum namq; si alterum est secundum naturā, & alterū*. Et si vnū ponitur, ponitur & alterum in natura. Alloqui quo nā pacto, primū cœlum cōprimeret secundū, eiusq; cessionē causaret, si vim nō haberet cōprimendi? Namq; aut primum mollius est secundo, aut æque molle, aut minus molle. Si mollius & æque, nullā faciet cōpressionem, ergo minus molle primum, secundum verò mollius, & quod minus molle participatione contrarij tale est, ergo durities in primo cœlo, ergo in cœlo duo cōtraria actiua & passiua. At durū & molle, secundæ qualitates sunt, ergo à primis ortæ sunt, mollitudo ab humido, durities à sicco, hos enim fontes, qualitatū harū. nobis monstrauit Peripati Pegasus. Nō negabūt hoc (vt puto) sed negabūt, elementales: duritiem, mollitudinem, humiditatē, siccitatē in cœlo esse. Aliā excellentiorē, toto genere ab elemētali distantē, eā esse cōtendent, non corruptiuā, nō generatiuā. Id iam est principium quæstionis petere. Id enim quæritur, an ea mollities & durities cœlestis, sit eadē cū nostrate? nō itaq; est assumendū, quod est in quæstione positū ratione est probandū, nō authoritate arripiendū. Pergā ergo cōtrarietates alias qualitatē actiuarū passiuarūq; in cœlo esse demōstrare: posteà erit Peripateticis locus adstruēdi, eas, ab elemētalibus esse alias. Primū itaq; cœlū tantulū est durū, vt possit mollitudinē secūdi ita cōprimere, vt illi sphæricā figurā indat, secundū quoq; tantū habet duritiei, vt hāc eandē sphæricā tertio cœlo imprimere possit. Tertiū quoq; duriusculū ita, vt quarto rotunditatē eandē imprimat, atq; ita deinceps vsq; ad lunæ orbē qui cā figurā mollitudine sua ab orbe proximè superiore suscipiat. Qua ratione eueniet necessario, vt primū cœlū, sit omniū minime molle, maximè durum sequētes orbes, duricie deficiētes, mollicie abundantiores sunt, ita vt lunę orbis minime omnium durus, maximè omniū mollis relinquatur. In omnib. ergo cœlestibus sphæris est durities, & mater eius siccitas. Est mollicies & mater eius humiditas. Si ibi sunt passiuæ istę qualitates, ergo etiā actiuę qualitates ibi sunt caliditas & frigiditas. Alteris enim cōtrarijs positis, ponēda sunt necessariò & altera ex clarissimo Aristotelis dogmate. Sed ad mollissimū lunæ orbē reuertamur. Ignis ab eo ambitur, ab eoq; sphæricus fit. mollior igitur ignis, si mollior, & mollis. Si mollis, etiā humidus. Alant si placet Peripatetici hoc monstrum, in Aristotelis gremio ex semine eius proprio natum. Ignis Aristotelicus siccissimus etiam humidus est. Rotundatio aeris ab igne est, ergo mollior igne, aer. Aer aquā circūplectitur, mollior igitur aere aqua, hoc aliud mōstrum ex eodē semine procreatū. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ μέσον τούτων. *Similiter etiam ea quæ circa medium horum*. Et mox. τὰ δὲ κάτω τῆς τῶν πλανητῶν ἅπτεται τῆς ἄνω σφαίρας

*Ea verò quæ sub planetis sunt, tangunt eam quæ supra est Sphæram.* Tertium monstrum terra ambitur ab aqua, ergo terra mollior. Tria ista monstra Peripati curæ permittamus. Nos pro re nostra colligemus, in cœlo, quia sit ibi mollicies & duricies & cōtrariæ qualitates, ex ordine earum quas passiuas dicunt esse, ex his humidum quoque ibi esse, & siccum: ex his, calidum & frigidum. Quam rem colligemus non tantùm ex proposita ratione, sed etiam alia aduersis gradibus gradiente. Aqua est rotunda, ergo & aer ambiens, aer rotundus, ergo & ignis ambiens, ignis rotundus, ergo & lunæ orbis ambiens sic deinceps, ergo & orbis supremus. Hic contraria omnia eueniunt. Aqua siquidem in sese rotunda, aerem molliorem sese amplectentem habebit, aeri duriori ignis mollior. Igni duriori lunę orbis mollior, & sic deinceps, ergo & supremus orbis mollior, Saturno duriori circumfundetur, atque ita fiet, vt mollissimus, cœlestium orbium sit orbis extimus, qui prius durissimus fuerat, lunæ durissimus qui anteà mollissimus, mollior tamen igne cum prius eo fuisset durior, atq; ita de aere & aqua, omnia contraria. Quid igitur inquient, ex istis contrarijs Aristotelicis probationibus tot monstra nasci? Sed progrediamur, si fortè aliam quampiam de qualitatibus istis cœlo inesse ex Aristotelis doctrina conuincamus. Quid est id, quod eiusdem capitis fine ferè concludit? ὅτι μὲν οὖν σφαιροειδής ἐστιν ὁ κόσμος, δῆλον ἐκ τούτων, καὶ ὅτι κατ' ἀκρίβειαν ἔντορνος, οὕτως ὥστε μηδὲν μηδὲ χειρόκμητον ἔχειν παραπλησίως, μηδ' ἄλλο μηδὲν, τῶν παρ' ἡμῖν ἐν ὀφθαλμοῖς γινομένων. *Quòd quidem Sphæricus est mundus clarum ex his & quod exactè tornatus, ita vt nihil aut manu factum eo modo se habeat, nec aliud quicquam eorum quæ apud nos ante oculos fiunt.* Illud, *tornatus*, nōne talē in rotunditate esse mundum, qualia quæ torno fiunt, sed longè exactiorem. Quæ verò tornata sunt, læuia & glabra sunt, id λεῖον appellauit. Quod si glabricies in cœlo est, ibi est etiam asperitas contraria. Aient, nulla ibi apparet. esto, est tamen inter secundas qualitates ab Aristotele enumerata, quam posteà in explicatione ortus earum, oblitus est solam, omnes alias primis illis nobilissimis parentibus, humiditate & siccitate deriuauit. Hanc misellam veluti notham non curauit. Sed ea semel tā quam aliarum soror agnita, ex eisdem parentibus se ortam asseret, partemque hæreditatis ab æquis iudicibus obtinebit. Est itaque in cœlo glabritas, est igitur & mater eius quæcunque ea sit. Si mater, patrem quoq; ibi adesse necesse est. Quid verò de tenacitate? est ne ea in cœlo? sic eam explicat, eo loci. τὸ γὰρ γλίσχρον, ὑγρὸν πεπονθός τί ἐστιν, οἷον τὸ ἔλαιον. τὸ δὲ κραῦρον τοῦ ξηροῦ. *Tenax enim humidum est, passum quidpiam, quale est oleum, friabile verò sicci est.* Et 4. meteoro, siue libro de concretis, cap. 9. sic illud describit. γλίσχρον δ' ἐστὶν ὅταν ἑλκτὸν, ἢ ὑγρὸν ὂν ἢ μαλακόν, τοιοῦτον δὲ γίνεται ἐπαλλάξει, ὅταν ὥσπερ αἱ ἁλύσεις σύγκειται τῶν σωμάτων. ταῦτα γὰρ ἐπὶ πολὺ δύναται ἐκτείνεσθαι καὶ συνιέναι. *Tenax est quando tractile, vel quia humidum, vel quia molle sit, tale verò fit immutatione quacunque veluti cathena composita sunt corpora. Hæc enim valde possunt extendi, & contrahi.* Idem est in cœlo tenax, vbi Pars partem in motu trahit ἕλκει ὥσπερ αἱ ἁλύσεις *veluti cathena seu funes.* Et partes partibus *συνιοῦσι coeunt.* Et pars partem ita sequitur, vt non diuellantur. Si verò tenax ibi est, est ex præsenti contextu, & molle, & humidum. oportet ergo & contraria horum esse in cœlo. Quid verò, in cœlo non ne est & τὸ λεπτὸν καὶ τὸ παχὺ, *tenue & crassum?* est ex Aristotelis quidem dogmate, ait enim. τὸ δὲ λεπτὸν ἀναπληστικὸν, μικρομερὲς γὰρ, καὶ τὸ μικρομερὲς, ἀναπληστικόν. *Tenue est repletiuum, quia parui pars, & parui pars est repletiuum.* Si ergo in cœlo repletio hæc sit, fatendum erit tenuitatem quoque ibi esse. Si negent, cur dixit Aristoteles, locum supra elementa plenum esse τοιούτου σώματος *talis corporis.* At si cœlum replet vniuersum cum locum, certè cœlum est parui pars, at si hoc, & repletiuum. Et si hoc, tenue quoque ex necessitate. At si tenue ibi est, erit & crassum, indicat id lunæ corpus. Et si hæc, ibi etiam humiditas est mater tenuitatis, & siccitas mater crassitudinis. Iam verò ibi esse, & densum & rarum quis dubitat, cum id Aristoteli non est negatum & conspiciātur oculis astra densiora, orbes rariores? sic etiam Aristoteles asseruit 2. de cœlo cap. 8. Astra esse densiores orbis partes. Sex hucusque probauimus in cœlo qualitatum passiuarum esse: quinque secundarum, molle durum, lene asperum, tenax friabile, tenue crassum rarum densum. primarum vnam, humidum & siccum: ex quibus duabus, secundæ illæ decem orirentur, ex Aristotelis doctrina, ex eius doctrinæ sequela. Est nunc considerandum, an ibi leuitas quoque & grauitas reperiantur,

quæ reliquæ sunt de secũdis. Caliditas & frigiditas. quæ supersunt de primis. Primo ergo de leuitate. Ignis leuis est? maximè omniũ, alacriter respõdebunt. Interrogem° eos, nõ de nostrate hoc igne, clarũ.n. id est. Sed illo sphærali suo qui totũ aerem cõtinet, locaturq́;, vt ipse princeps credidit, sub orbe lunæ. Putamus responsuros id eo eũ locũ ignẽ illum obtinere quia leuior aere sit. atq; ita leuitatis summũ possidere. Interrogemus post hæc, si particulam aliquam illius ignis fingamus in aere esse, an ibi manebit? an verò ad suum ignem reuolabit, lippis & tõsoribus notũ reuolaturã. nunquam tamen visa est particula illius ignis in aere. Eadem ratione fingamus quod nunquam visum est. particulam quampiam orbis lunæ esse in illo igne. nemo hominum est, qui dubitet, ad orbem suum reuolaturam. nisi velit quis eam in loco non proprio nec naturali, manere. quod Aristoteles minimè omnium vult. Scribit namque 9. capite 1. de cœlo. ἅπαντα γὰρ ἠρεμεῖ τὰ κινούμενα, ὅταν ἔλθῃ εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον. *Omnia enim quiescunt mota, quando venerint in proprium locum*. Ergo lunæ orbis leuis est ex casu isto. Nec mihi nunc reclament casum esse impossibilem. quia exemplo Aristotelico id factum est, qui vniuersum terræ globum ad lunam euexit, vt nescio quid tale ostenderet. Leuis ergo lunæ orbis. leues & reliqui, aut causa diuersitatis ostendatur. Et si leuitas, ibi & grauitas, ratione tum contrarij tum alia. si enim stellati orbis particula, extra vniuersum vi aliqua proijciatur, cui dubium ad suum locum reuersuram. versus centrum scilicet vniuersi. itaque grauitatem suam ostendet. At si pars grauis, cur non & tota sphæra? Si extra proprium locum ponatur? In proprio autem loco tum tota ipsa, tum particulæ, nec graues nec leues sunt non aliter atque elementa hæc nostratia, quæcunque sint & particulæ eorum nec grauia nec leuia ab Aristotele edicuntur, & docentur. Ergo in cœlis, elementorum & conditiones. Si conditiones, cur non & qualitates? si dicent non esse elementalis cognationis, id nobis postea demonstrent, libenter enim ac diligenter rationes eorum auscultabimus.

Nunc verò quod nobis nostræ rei reliquum est prosequamur ad finem. Calidum & frigidum in cœlo an sit, inquirendum est. De calido non longa quæstio erit, non quidẽ Platonis: Pythagoreorũ, veterũ omniũ Græcorũ, Aegyptiorũ, Magorũ Chaldæorũ iudicio, qui omnes cœlũ esse ignẽ & crediderũt sensib. & sermonib. adstruxerunt. sed iudicio Aristotelico. 1. Meteoro. ca. 3. εἰ δὴ γίνεται ὕδωρ ἐξ ἀέρος, καὶ ἀὴρ ἐξ ὕδατος διὰ τίνα ποτ' αἰτίαν οὐ συνίσταται νέφη κατὰ τὸν ἄνω τόπον. προσῆκε γὰρ μᾶλλον, ὅσῳ πορρώτερον ὁ τόπος τῆς γῆς καὶ ψυχρότερος διὰ τὸ μήθ' οὕτως πλησίον εἶναι τῶν ἄστρων, θερμῶν ὄντων, μήδε τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνακλωμένων ἀκτίνων. *Si sanè fit aqua ex aere, & aer ex aqua, quam ob causam non consistunt nebulæ in superiore loco? deceuerat enim magis quanto longius est locus à terra & frigidior. eò quia neque ita vicinus est astris, calidis existentibus, neque à terra refractis radijs:* Altero quoque loco eadem asserit 2. de ortu anima. cap. 3. πάσης μὲν οὖν ψυχῆς δύναμις, ἑτέρου σώματος ἔοικε κεκοινωνηκέναι. καὶ θειοτέρου τῶν καλουμένων στοιχείων. ὡς δὲ διαφέρουσι τιμιότητι αἱ ψυχαὶ καὶ ἀτιμίᾳ ἀλλήλων, οὕτω καὶ οἱ ταύτῃ διαφέρει φύσις. πάντων γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον θερμόν. τοῦτο δ' οὐ πῦρ οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστι, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογον οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. διὸ πῦρ μὲν, οὐδὲν γεννᾷ ζῷον, οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον πυρουμένοις. οὐδ' ἐν ὑγροῖς, οὐδ' ἐν ξηροῖς οὐθέν. ἡ δὲ τοῦ ἡλίου θερμότης καὶ ἡ τῶν ζῴων, οὐ μόνον διὰ τοῦ σπέρματος, ἀλλὰ κἄν τι περίττωμα τύχῃ τῆς φύσεως ὂν ἕτερον, ὅμως ἔχει καὶ τοῦτο ζωτικὴν ἀρχήν, ὅτι μὲν οὖν ἡ ἐν τοῖς ζῴοις θερμότης οὔτε πῦρ οὔτ' ἀπὸ πυρὸς ἔχει τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶ φανερόν. *Omnis itaque animæ potẽtia alterius corporis videtur communicasse. & diuinioris quàm sint ea, quæ elementa vocantur, vt verò differunt animæ dignitate & indignitate inter se sic & hæc natura differt. omnium quidem in seminibus inest. quod quidem facit fœcunda esse semina, id quod vocatur calidum. hoc autẽ nõ est ignis, neque talis potentia est, sed is qui in spermate comprehensus est. & in spuma spiritus. Et ea natura, quæ in spiritu est, similis existens astrorum elemento, adeo ignis nullum gignit animal, neque cernitur consistere in ignitis seu humidis seu siccis. Solis verò caliditas et animalium, non solùm per semen sed etiam si quodpiam fuerit excrementum alterius natura, attamen habet etiam hoc vitale principium. Quòd quidem caliditas quæ in animalibus est, neque ignis, neque ab igne principium habet, ex talibus clarum est.* Quòd si calor animalium, neque ignis est, neque ab igne, vnde

O

nam est? ait ipse à corpore diuiniore, quàm sint elementa: Id autem est elementum astrorum. Non fit autem in animalibus is calor per refractionem astrorum, sed innato ipsis calore, qualis est solis caliditas similis calori animalium. Calor est itaque in cœlo, sed non elementalis neque ab igne elementali. Qua sententia quid clarius? etiamsi plerisque ex Peripato noua videatur, is q; calor non est accidens, (quod nouius iisdem videatur) sed natura, sed spiritus, sed corpus. hisce enim Aristoteles eum nominibus insigniuit. itaque substantia est. Fateor ergo & Aristotelis & veterum omnium sententia, in cœlo esse calorem, non accedentem ei, non recedentē ab eo, non accidens, non qualitatem, nec ideo passiuam, sed substantiam omnium maximè actiuam, ac mirabilibus modis actiuam. Vnum de omnibus contrarietatibus non esse in cœlo frigiditatem credam. nec enim habeo, vnde coniiciam, nec rationem vllam video, quæ id persuadeat. quando calor qui ibi est, non qualitas, sed substantia est. reliquas ibi esse qualitates & contrarias quidem iam est ostensum. Falsum igitur est, quod docuit Aristoteles, cœlum à natura fuisse ab omni contrarietate exemptum. Itaque si cœlum vllam habeat æternitatem, non hoc merito habeat.

Sed cur ego tãtos labores exantlaui, tot noctes vigiliis absumpsi, vt in cœlo tot cõtrarietates adinuenirē, quando Aristoteles in eo argumento, nullius præterquã vnius fecerit mentionem? sic enim scripsit: εἰ δὴ τούτῳ μηδὲν ἐναντίον ἐνδέχεται εἶναι, διὰ τὸ καὶ τῇ φορᾷ τῇ κύκλῳ μὴ εἶναι ἄν τινα ἐναντίαν κίνησιν, ὀρθῶς ἔοικεν ἡ φύσις, τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον ἐξελέσθαι ἐκ τῶν ἐναντίων. *Si verò huic nullum contrarium potest esse, eò quod etiã lationi circulari nullus sit contrarius motus, rectè videtur natura, quod futurum erat ingenitum, & incorruptibile exemisse ex contrarijs.* Suffecisse videtur illi vt motui cœlesti nullus esset contrarius quo natura illud ab omni contrario eximeret. At quęnã hæc est ratio? Circulari motui, nullus est alius cõtrarius motus. ergo natura exemit cœlum ab omnibus contrariis? de particulari propositione, conclusionem vniuersalem colligere, sanè est, contra leges ab eo in logicis latas. Paralogismo ergo tam absurdo tantus philosophus, rem tantam nobis voluit persuadere? Et quidem persuasit innumeris, non de plebe tantùm, sed de summo senatu, summis viris. qui ineptè, inepto huic sophismati summã habuerunt fidem. Cœli motui nullus est contrarius motus, Cœlum, ergo nulla habet contraria. quid ineptius. Sed si obstitero Aristoteli, & falsam esse ostendam paralogismi istius priorem, quid tum erit reliqui, ad tam magnam persuasionem? Circulari motui, nullus est contrarius motus, asserit Aristoteles: toto cap. 4. adstruit. Alibi tamen contraria docet. Adeo libuit illi, in vtramq; partē, vt commodũ venit, in horas excurrere. Secundo de cęlo cap. 2. cõtra Pythagoricos cõcludit in hęc verba, ἀλλὰ τῆς μὲν δευτέρας περιφορᾶς, οἷον τῆς τῶν πλανητῶν, ἡμεῖς μὲν ἐν τοῖς ἄνω καὶ ἐν τοῖς δεξιοῖς ἐσμέν. ἐκεῖνοι δὲ ἐν τοῖς κάτω, καὶ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. ἀνάπαλιν γὰρ ἡ ἀρχὴ τούτοις τῆς κινήσεως ἐστὶ διὰ τὸ ἐναντίας εἶναι τὰς φοράς. ὥστε συμβαίνειν ἡμᾶς μὲν εἶναι πρὸς τῇ ἀρχῇ ἐκείνους δὲ πρὸς τὸ τέλος. *Sed secunda circulationis veluti planetarũ nos quidem in supernis & dextris summus, illi verò (antoeci) in infernis & sinistris, E conuerso enim illis est motus principium, eo quia lationes contraria sunt, ita vt accidat nos quidem esse versus principium. illos verò versus finem.* Quid clarius quàm hoc, lationes planetarum circulares nempe, contrariæ sunt lationibus, circularibus, nimirum supernæ sphæræ. At & huic, initio sequentis capitis contradicit, ἐπεὶ δ' οὐκ ἔστιν ἐναντία κίνησις, ἡ κύκλῳ τῇ κύκλῳ. *Quando non est contrarius motus, circularis, circulari.* Quid modò inconstantius? sed mittamus hæc, tametsi maximi ponderis in principe philosophiæ. Illa intelligamus. πλεῖστον δ' ἀπέχει κατὰ τόπον τὰ κείμενα πρὸς ἄλληλα κατὰ διάμετρον, *Plurimum distant secundum locum, quæ posita ad inuicem sunt per diametrum. At quæ plurimum distant,* docuerat in loco esse contraria, eodem loco qui est 2 Meteo. cap. 6. ὑποκείσθω δὲ πρῶτον ἐναντία κατὰ τόπον εἶναι, τὰ πλεῖστον ἀπέχοντα κατὰ τόπον. *Supponatur verò primum, contraria esse secundum locum, ea quæ plurimum distant secundũ locũ.* Et 8. phy. cap. 8. ταῦτα γάρ ἐστιν ἐναντία κατὰ τόπον, οἷον ἡ κατὰ διάμετρον, ἀπέχει γὰρ πλεῖστον. *Hæc enim sunt contraria secundũ locũ, veluti quæ secundũ diametrum. distat enim plurimum.* At oriens ab occidente & plurimũ & diametro distare, cui dubium esse queat? Si ergo primum cœlum ab oriente in occidens vertitur, planetæ è cõtrà ab occidente in oriens, quod & ipsemet fatetur, dubiũ ne erit amplius, hosce duos

cir-

circulares motus inter se contrarios esse? Sed quid dico duos circulares, quando & vnus circularis solus, sibi ipsi contrarius est. docente nos ipso Aristotele hisce verbis quæ sunt initio libri Mechanici. τὸ δεύτερον δ' ὅτι ἅμα κινεῖται τὰς ἐναντίας κινήσεις. *Secundum verò quia simul mouetur contrarios motus.* de circulo loquens. Quomodo ergo verum fuerit illud circulari motui, non est contrarius motus. quando & duo contrarij inter se sunt. & vnus sibi ipsi contrarius non minus. & quãdo vera sunt illa verba 1. de cœlo cap. 4. αἱ γὰρ τῆς φορᾶς ἐναντιώσεις κατὰ τὰς τῶν τόπων εἰσὶν ἐναντιώσεις *Lationis contrarietates sunt, secundum locorum contrarietates.* Sunt autem in circulo contraria loca ea, quæ per diametrum distant: motus ergo ab eorum altero, contrarius erit ei quæ ab altero cietur. Falsa itaque est, & forma, & materia, tota hæc argumentatio. iaceat ergo Achilles iste Aristotelicus ordine nescio iam quotus, tot telis persossus. Nunc Thersitas illos, inualidos quidem, clamosos tamen, arripiamus qui dispositi sunt, a. de cœlo. Et eum ante omnes qui ab etymo ætheris cœli æternitatem astruere est conatus. Age eia egregiè Thersites: ecquidnam est æternitatis cœli, hæc: Scientifica demonstratio? aut dialectica probatio? aut Rhetorica persuasio? aut sophistica apparentia? Aristoteles quidem tuus 2. de Ortu, cap. 6. Empedocli obiecit. ἔδει γὰρ ἢ ὁρίσασθαι, ἢ ὑποθέσθαι, ἢ ἀποδεῖξαι, καὶ ἀκριβῶς ἢ μαλακῶς, ἢ ἄλλως γέ πως. *Oportet equidem, aut definire, aut supponere, aut demonstrare, vel exactè, vel molliter, vel quouis alio modo.* Etymon nominis, æther, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, quod est in Cratylo Platonis, quia semper currat, ex hominum ne sensu deductum est, & opinione? vel Deorum lingua ita appellatum? Si probaueris nobis Deorum lingua id nomẽ cœlo impositum, recipiemus, non pro sophistica apparentia, sed pro demonstratione, & ea quidem non molli, sed exacta. Ni id facias pro mollissima demonstratione, pro dialectica probatione, pro rethorica persuasione habebimus. nec in scientia, in veritatis tantæ inquisitione admittemus. τὸν ἄνω τόπον οἱ μὲν ἀρχαῖοι τοῖς θεοῖς ἀπένειμαν, ὡς ὄντα μόνον ἀθάνατον. ὁ δὲ νῦν μαρτυρεῖ λόγος, ὡς ἄφθαρτος καὶ ἀγένητος, ἔτι δὲ καὶ ἀπαθὴς, πάσης θνητῆς δυσχερείας ἐστί. *Et supremum locum veteres dijs tribuerunt, tãquam solus sit immortalis. hic verò sermo testatur, quòd incorruptibilis, & ingenerabilis, & impatibilis omnis mortalis difficultatis.* Locum dijs, in supremo cœlo, ab hominibus datum ait philosophorum maximus Aristoteles. quia scilicet immortalib. Dijs non alius, quàm immortalis locus tribuendus fuit. Ne quando fortè, loco corrupto rueret cœlum. ruerent Dij ipsi, quoque præcipites. Sed quæso, Dij ipsi, ope ne hominũ eguerunt, ne de loco in præceps ruerent? an ipsi sibi cauere potuerunt? Sed quomodo Aristoteles nobiscũ agit? reliqua Dijs ipsis sinamus. demõstrat ne istis argumẽtis an dialecticè probat, an rhetoricè persuadet, an verò sophisticè prestigiatur: quãdo locũ Dijs assignat eo loco vbi nullum locum. dum de loco ageret, locum habere voluit, asseuerauit, contendit. Quo etiam modo, Dijs incorporeis locum assignat? Poeticè fortè, inquit saluator aliquis, ac metaphoricè. At in re seria, re tanti momenti fabulas nodis ingerit? metaphoris contra sua decreta, vtitur? Cur inquã Dij sunt in supremo cœlo, non etiam in infimo? Quoniam ibi maiores vires exercent, ait aliquis de Peripato non minimus. Quid supremus locus ad vires, vbiq; semper æquè pollentibus? Quid illa specula opus fuit, omnia vndequaque noscentibus? Aut etiã, si Auerroi placet, omnia ignorãtib. Immortalibus Diis, immortalis locus, datus, egregia liberalitate, ne scilicet in corruptibili loco positi, corrumperentur & ipsi. Cur non etiam in terra posuerunt? in centro terræ? hæc enim sunt immortalia quoq;. Sed sunto in summo cœlo, quoniã ita placuit bonis veteribus collocari, Quid tum? Ergo immortalis ille locus. Quæro, qua id ratione? An quia Dii ibi locati sunt cœlũ est immortale? vel quia cœlũ est immmortale, Dii sunt ibi collocati? Si cœlũ immortale sit quia ibi Dii sint, iã non ex sui natura cœlũ est immortale sed præsentia & virtute Deorum, quæ est Platonis ferè sentẽtia, ab Aristotele tam studiosè, tã anxiè oppugnata. Si verò sui natura cœlũ ĩmortale est, nihil habuit deorũ præsentia opus, poterãt Dii & alibi locari. Cur ergo Deorũ præsentia pro argumẽto affertur cœlestis ĩmortalitatis? Ad tertiũ Thersitẽ accedamus Ait clamosus iste *Memoria ab antiquis proditum non est, cælum mutatum esse, neque partibus suis neque vniuerso corpore.* ergo immutabile. ergo immortale. Quid ait historiotatus iste, mutatum quid appellat? qua re mutatũ? an figura, qualitatibus, viribus, motu, substan

tia? Si Aegyptias historias legiſſet,ſi Aegyptũ peragraſſet, vt Præceptor ſuus Plato, & Democritus,vt Pythagoras vt Thales,vt Solõ,vt Orpheus,audiſſet,legiſſet,didiciſſet literis apud Aegyptios ſeruari,memoriæ proditũ fuiſſe,dũ Aegyptij ſunt,quater curſus ſuos ſydera vertiſſe: ac Solẽ bis iã occidiſſe, vnde nunc oritur: quod teſtatur Mela antiqu⁹ autor quod Plato in Politico ſcripſerat ferè, quod Ariſtoteles ibi legerat. quod ipſe memoriæ tradidit de Galaxia aggreſſus dicere: τῶν μὲν οὖν Πυθαγορείων φασί τινες ὁδὸν εἶναι ταύτην, οἱ μὲν τῶν ἐκπεσόντων τινὸς ἄστρων κατὰ τὴν λεγομένην ἐπὶ Φαέθοντος φθοράν. οἱ δὲ τὸν ἥλιον τοῦτον τὸν κύκλον φέρεσθαί ποτε. οἷον ἂν διακεκαῦσθαι τὸν τόπον τοῦτον, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο πεπονθέναι πάθος, ὑπὸ τῆς φορᾶς αὐτῶν. *Pythagoreorum quidem dicunt viam hanc eſſe, alij quidem eorum quæ ceciderunt aſtrorũ alicuius in Phaethontea corruptione a'ij ſolem hoc circulo latum olim. ac velu ti aduſtum hunc locum, vel talem aliquam aliam paſſionem paſſum ab eorum latione.* Mutatos ergo cœleſtes motus, qualitates, memoriç traditum eſt. Falſum id eſt inquient. Eſto, ſed tamen memoriç traditũ eſt. Falſum ergo, memoriæ nõ fuiſſe traditum. ſi virib. nõ mutari cœlum intelligit. Et hoc quidem falſum, prçſertim magnis & maximis coniunctionibus, à quibus & & terræ motus magnus & diluuia agnoſcit, ipſemet prouenire i Meteoro. Quç ſi nunc non ſunt, fuerunt autem, quomodo cœli vires mutatæ non ſunt? Lumẽ eſt cœleſtis qualitas. nõ ne lumina mutantur in dies in luna, in alijs planetis? Sed eſto, ante Ariſtotelem natum, nulla lumina immutata fuiſſe. an non potuit id poſtea accidere? in morte Carneadis philoſophi, non ſolùm luna ecclipſim paſſa eſt ſed ſolito lumine, ſol, debiliore ſplenduit? & Iuſtiniani temporibus ſex continuos menſes, ſolem ſemimortuo quodam lumine ſplenduiſſe, quaſi ecclipſin pateretur eſt in hiſtoriis. Si itaq; ipſe argumentatur immortalitatẽ cæli, quia lumina nõ ſunt mutata, arguam ego ex eiſdẽ mutatis, mortalitatem. Cur non liceat mihi, liceat illi, rationib. vti? Mittamus magna nomina, philoſophis de plebe. Subſtantia cœli nõ eſt immutata ait. Aio ego, quis id memoriæ potuit mandare? Si ceſſante cœli motu, ſuo dogmate, inferiora omnia corrumpuntur, deſinente ſubſtantia, vel mutata, nonne multò magis infera corrumpentur? corruptis hiſce, nonne & homines corrumpentur eo tẽpore, quis id memoria tenebit? renouato mundo, noui homines naſcũtur. quid memoria recolent, rerum nõ viſarum? ſi memoria, ſuo dogmate eſt, rerũ quas ſenſibus hauſimus aſſeruatio? Non ergo memoriam hanc requirat, quç neq; fuit, neque eſſe potuit. Eſto aient, de ſubſtantia cæli, non requiro memoriam: at figura certè non eſt immutata. Concedo non haberi eius rei memoriam: Ergo cœlũ eſt immutabile, ſi inferet, hanc conſequentiam negabo. Neque enim rectè ſequitur, ouũ nõ mutat figuram. ergo ouũ eſt immutabile & immortale. Si præſſeris ouum, cadauer oui fiet.

Nunc de cœli partib. Nulla cœli pars mutata eſt, nec quicquã tale memoriæ proditũ eſt. vt omittamus lapidem quem Anaxagoras vir non amplius 75. annis Ariſtotele antiquior, è cœlo caſutũ, prædixit vt cecidit tota cernente & ſtupeſcẽte Græcia, ſi proferam teſtimonia ex Chaldæorum obſeruationib. ex Aegyptiorum memoriis perueruſtiſſimis, nonnullas ſtellas, vt eſt apud Diodorum, quæ anteà conſpiciebantur, videri deſiiſſe, multas mutaſſe loca: quàm Hipparchus obſeruauit. deſiiſſe lucere ridebit. mendaces illos, nos fatuos appellabit. quod fidem illis, non ſibi præſtemus. Hac prærogatiua vtatur cum ſuis iuratis: nos rationibus doceat validioribus quàm iis quas diſcuſſimus, quas oſtendimus, non ſolum non eſſe ἀκριβεῖς ἀποδείξεις vti Simplicius, vti ſui omnes credunt, ac contendunt, ſed molliſſimas eſſe oſtendimus. ſed quod peius longè eſt, Sophiſmata putida fuiſſe conuicimus.

Finis Libri Sexti.

DISCVS.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER VII.

### *DE ELEMENTIS I.*

QVATVOR esse mundi elementa, ignem, aerem, aquam & terrã veteres & cognouerunt multi, ante Aristotelem, & docuerunt, inter quos Empedocles, Ocellus, Hippocrates. An verò id rationibus vllis comprobarint incertum est. Nam ex Empedoclis fragmentis nullam fortè eliciemus. Quòd verò Hippocrates, argumento illo à Galeno magnificato, si vnum esset elementum, nec generaretur quidquam nec homo doleret, plura esse probat fortasse: quot sint, certè non probat. Ocellus vero Hippocrate ætate superior, qui quatuor elementa sub luna fortè primus excogitauit, nullam attulit, ea quatuor esse, probationem. Timæus verò Locrus, Ocello contemporaneus (vterque enim Pythagoram audiuit) quatuor esse mundi elementa, probauit ratione analogiæ, eò quòd inter duo solida extrema, qualia essent ignis & terra, non vnum medium sufficeret, sed duo necessaria esse, quæ extrema duo coniungerent: aerem scilicet & aquam. Eadem probatione Plato est vsus, qui suum Timæum ex libello illius exscripsit totum, sed diuina illa sua eloquentia & ampliauit & exornauit. Sed hi viri & Pythagoram & Aegyptios, & Chaldæos secuti, non alium ignem pro elemento mundi statuerunt, quàm ipsum cœlum ita vt nulla alia quàm cœlum esset elementalis ignis sphæra. Sed Aristoteles Ocellum per omnia secutus, cœlum quintum elementum nominauit: & sub eo ignis sphæram aliam, quæ cum aere, aqua, terra quatuor efficeret mundi sublunaris elementa: sed quoniam Ocellus nullas ad id attulit probationes, Aristoteles autem attulit plures, eas perpendamus: Eas itaque omnes, nisi memoria non fefellerit proponam. Prima est libro 2. de elementis, alii vocant quarto de Cœlo cap. quinto ita τὸ μὲν οὖν ἔχον τοιαύτην ὕλην, κοῦφον καὶ ἀεὶ ἄνω. τὸ δὲ τὴν ἐναντίαν βαρὺ καὶ ἀεὶ κάτω, τὸ δ' ἑτέρας μὲν τούτων, ἐχούσας δ' οὕτω πρὸς ἀλλήλας ὡς αὐταὶ ἁπλῶς καὶ ἄνω καὶ κάτω φερομένας. διὸ ἀὴρ καὶ ὕδωρ ἔχουσι καὶ κουφότητα καὶ βάρος ἑκάτερον. καὶ ὕδωρ μὲν πλὴν γῆς πᾶσιν ὑφίσταται. ἀὴρ δὲ πλὴν πυρὸς πᾶσιν ἐπιπολάζει. ἐπεὶ δ' ἓν μόνον ὃ πᾶσιν ἐπιπολάζει, καὶ ἓν μόνον ὃ πᾶσιν ὑφίσταται, ἀνάγκη δύο ἄλλα εἶναι, ἃ καὶ ὑφίσταταί τινι, καὶ ἐπιπολάζει τινί: ὥστε ἀνάγκη καὶ τὰς ὕλας τοσαύτας εἶναι, ὅσαπερ ταῦτα τέτταρας. *Aliud habens talem materiam, leue & semper sursum, aliud quod contrariam, graue & semper deorsum. Aliud, alias quidem ab his habentes tamen ad se inuicem, vt hæ simpliciter & sursum & deorsum latæ, Ideo aer & aqua habent & leuitatem & grauitatem vtrumque, & aqua quidem præter quàm terræ omnibus subest. Aer verò præterquàm igni omnibus supernatat. Cum verò vnum solum sit quod omnibus supernatat, & vnum solum quod omnibus subest, necesse est duo alia esse, quæ & subsint alicui, & supernatent alicui. itaque necesse est & materias tot esse, quot sunt hæc quatuor.* Est deinde alia demõstratio eiusdem rei secundo de Ortu. capite tertio his verbis exposita ἐπεὶ δὲ καὶ τέτταρα στοιχεῖα, τῶν δὲ τεττάρων ἓξ συζεύξεις, τὰ δ' ἐναντία οὐ πέφυκε συνδυάζεσθαι (θερμὸν γὰρ καὶ ψυχρὸν εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ πάλιν ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ἀδύνατον) φανερὸν ὅτι τέτταρες ἔσονται αἱ τῶν στοιχείων συζεύξεις. θερμοῦ καὶ ξηροῦ, καὶ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ. καὶ πάλιν ψυχροῦ καὶ ξηροῦ, καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ. καὶ ἠκολούθηκε κατὰ λόγον τοῖς ἁπλοῖς φαινομένοις σώμασιν, πυρὶ καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι καὶ γῇ. τὸ μὲν γὰρ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν. ὁ δ' ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός (οἷον ἀτμὶς γὰρ ὁ ἀήρ) τὸ δ' ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὥστε εὐλόγως διαιρεῖσθαι τὰς διαφορὰς τοῖς ἁπλοῖς σώμασι καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν

εἶναι κατὰ λόγον. *Postea quàm quatuor elementa, & horũ quatuor sint sex coniugationes, & contraria non sint apta à natura combinari (calidum enim & frigidum esse idem, & rursus, siccum & humidum impossibile) clarum est, quod quatuor erunt elementorum coniugationes. Calidi & sicci, & calidi & humidi. & rursus frigidi & sicci, & frigidi & humidi. & consequuntur. recta ratione, iis corporibus quæ apparent simplicia, igni & aeri, & aquæ & terræ. Namque ignis calidus & siccus. aer verò calidus & humidus (nam veluti vapor est aer) aqua autẽ frigida & humida. terra verò frigida & sicca: ita quod rationabiliter distributæ sunt differentiæ simplicibus corporibus, & multitudo ipsorum secundum rationem.* Tota verò hæc coniugationum ratio est ex Ocello desumpta. ex qua tamen apud illum, numerus elementorum nõ elicitur, sed ipsis suppositis quatuor hæ accõmodantur. Eiusdem postea libri capite 5. alia est probatio. εἰ μὲν πρώτη ἡ ἐναντιότης μία ἐστὶ καθ' ἣν μεταβάλλουσιν, ἀνάγκη δύο εἶναι. ἡ γὰρ ὕλη τὸ μέσον ἀναίσθητος καὶ ἀχώριστος. ἐπεὶ δὲ πλείους ἐξετάζεται ὄντα, δύο ἂν εἶεν αἱ ἐλάχισται, δύο δὲ ὄντων οὐχ οἷόν τε τρία εἶναι, ἀλλὰ τέσσαρα, ὥσπερ φαίνεται. τοσαῦται γὰρ αἱ συζυγίαι. ἓξ γὰρ οὐσῶν, τὰς δύο ἀδύνατον γενέσθαι διὰ τὸ ἐναντίας εἶναι ἀλλήλαις. *Si igitur contrarietas vna est, secundum quam transmutantur necesse est duo esse. Materia enim medium est insensibilis & inseparabilis, Sed cum plura conspiciantur esse. duæ fuerint, quàm minimum. duæ autem cum sint, non possunt esse tres sed quatuor, sicut apparet. Tot enim sunt coniugationes. Sex enim cum sint, duas impossibile est fieri, eò quod sint contraria ad inuicem.* Sed tertio capite aliam adduxerat probationem eius rei, ex antiquorum authoritate, his. ἅπαντες γὰρ καὶ οἱ τὰ ἁπλᾶ σώματα στοιχεῖα ποιοῦντες, οἱ μὲν ἕν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρία, οἱ δὲ τέσσαρα ποιοῦσι. *Omnes n. etiam ij, qui simplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum: hi verò duo: hi autem tria. hi verò quatuor faciunt.* Quatuor hisce probationibus astruxit Aristoteles elementa mundi quatuor esse numero: nec non singula duabus qualitatibus insignita. Quarum tamen vnam esse principem fine eiusdem 3. declarauit. ὄντων μὲν ἀλλὰ ἁπλῶς γε τεττάρων ὄντων, ἑνὸς ἕκαστόν ἐστιν. γῆ μὲν γὰρ ξηροῦ μᾶλλον ἢ ψυχροῦ. ὕδωρ δὲ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ ὑγροῦ. ἀὴρ δὲ ὑγροῦ μᾶλλον ἢ θερμοῦ, πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον ἢ ξηροῦ. *Sed tamen simpliciter quatuor cum sint, vnius est vnũquodq;. terra n. sicci magis quã frigidi. aqua autẽ frigidi magis quã humidi. Aer verò humidi magis quã calidi. ignis denique magis calidi quàm sicci,* Quid autẽ elemẽtũ intelligat. 1. de Elemẽtis cap. 3. sic explicat: ἔστω δὴ τὸ στοιχεῖον τῶν σωμάτων, εἰς ὃ τἆλλα σώματα διαιρεῖται, ἐνυπάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ (τοῦτο γὰρ ποτέρως, ἔτι ἀμφισβητήσιμον) αὐτὸ δ' ἐστὶν ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει, τοιοῦτον γάρ τι τὸ στοιχεῖον πάντες καὶ ἐν ἅπασι βούλονται λέγειν. *Esto ergo elementum corporum, id, in quod alia corpora diuiduntur. quod inest potentia aut actu, (hoc n. vtro modo adhuc ambiguũ est) ipsum est autẽ indiuisibile in alia specie. Tale enim aliquid elementum omnes & in omnibus volunt dicere.* Hæc veluti ex sententia aliorum. sed ex sua prodit quid elementum sit 5. Metaphy. seu 2. de ente capit. 3. στοιχεῖον λέγεται, ἐξ οὗ σύγκειται πρώτου ἐνυπάρχοντος ἀδιαιρέτου τῷ εἴδει, εἰς ἕτερον εἶδος. *Elementum dicitur, ex quo primo in existente componuntur indiuisibili specie in aliam speciem.* Superiore verò loco, aliorum sententiam approbans sic eam exponit. εἰ δή τι τὸ εἰρημένον ἐστὶ στοιχεῖον, ἀνάγκη εἶναι ἄττα τοιαῦτα τῶν σωμάτων. ἐν μὲν γὰρ σαρκὶ καὶ ξύλῳ καὶ ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ἔνεστι δυνάμει πῦρ καὶ γῆ. φανερὰ γὰρ ταῦτα ἐξ ἐκείνων ἐκκρινόμενα. ἐν δὲ πυρὶ σὰρξ ἢ ξύλον, οὐκ ἐνυπάρχουσιν, οὔτε κατὰ δύναμιν, οὔτε κατ' ἐνέργειαν ἐξεκρίνετο γὰρ ἄν. *Si itaque quod dictum est, elementum est, necesse est esse quadam talia corporum. In carne enim & ligno & singulo talium inest potentia ignis & terra, manifesta enim hæc ex illis secreta. In igne verò, caro vel lignum non insunt, nec secundum potentiã nec secundũ actũ. secernerentur etenim.* Esse autem simplicia quoque hæc elemẽta & corpora, hoc est, non ex aliis corporibus mista. declarat secundo de Elementis capite tertio. ἐπεὶ δὲ παντὸς τοῦ φυσικοῦ σώματος ἐστὶ κίνησις οἰκεία. τῶν δὲ κινήσεων αἱ μὲν ἁπλαῖ, αἱ δὲ μικταί. καὶ αἱ μὲν μικταὶ τῶν μικτῶν, αἱ δὲ ἁπλαῖ τῶν ἁπλῶν εἰσί, φανερὸν ὅτι ἔστιν ἄττα σώματα ἁπλᾶ, εἰσὶ γὰρ καὶ κινήσεις ἁπλαῖ, ὥστε δῆλον καὶ ὅτι ἐστὶ στοιχεῖα, καὶ διὰ τί ἐστι. *Quoniã autẽ omnis naturalis corporis est motus proprius, motuum autem alij quidẽ simplices sunt, alij autẽ misti. Et misti quidem mistorũ, simplices aut simpliciũ sint: manifestum est quòd erunt quadam corpora simplicia, sunt enim motus simplices. Quare patet, & quid sint elementa, & propter quid sint.*

Quam eandem rem docuerat etiam 1. de cęlo capite 2. ἐπεὶ δὲ τῶν σωμάτων τὰ μὲν

ἐστὶν

ἐστὶν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα ἐκ τούτων (λέγω δὲ ἁπλᾶ μὲν ὅσα κινήσεως ἀρχὴν ἔχει κατὰ φύσιν οἷον πῦρ καὶ γῆν, καὶ τὰ τούτων εἴδη, καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις. *Posteaquam corporum alia sunt simplicia, alia composita, ex his, dico verò simplicia, quæcunque motus principium habent secundum naturam, veluti ignem & terram, & horum species, & congenera his.* Quatuor autẽ hæc corpora transmutari omnia in omnia docet eodem libro cap. sequenti in his: ὅτι μὲν οὖν ἅπαντα πέφυκεν εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν φανερόν. ἡ γὰρ γένεσις εἰς ἐναντία, καὶ ἐξ ἐναντίων. τὰ δὲ στοιχεῖα πάντα ἔχει ἐναντίωσιν εἰς ἄλληλα. διὰ τὸ τὰς διαφορὰς ἐναντίας εἶναι. τοῖς μὲν γὰρ ἀμφότεραι ἐναντίαι, οἷον πυρὶ καὶ ὕδατι, τὸ μὲν γὰρ ξηρὸν καὶ θερμὸν, τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν. τοῖς δ' ἡ ἑτέρα μόνον οἷον ἀέρι καὶ ὕδατι. τὸ μὲν γὰρ ὑγρὸν καὶ θερμόν: τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε καθόλου μὲν φανερὸν, ὅτι πᾶν ἐκ παντὸς γίνεσθαι πέφυκε. *Quod sanè omnia nata sunt in se inuicem transmutari, clarum. Generatio enim in contraria & ex contrarijs. Elementa autem omnia habent contrarietatem ad inuicem quia differentiæ sunt contrariæ, his enim ambæ contrariæ, vt igni & aquæ. Ille enim siccus & calidus, hæc autem frigida & humida, illis autem altera solum vt aeri & aquæ. Illud enim calidum & humidum, hoc autem frigidum & humidum. Quapropter vniuersaliter quidem manifestũ est, quod omne ex omni generari natũ est.* Differre aũt hasce generationes facilitate maiore vel minore, subiungit. διοίσει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ τῷ ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον. ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις, ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα. διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν, ἢ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν. *Differet autem ipso citius & tardius, & facilius & difficilius, quæcunque enim habent cognationem ad inuicem, velox horũ transmutatio est, quæcunque autem non habent, tarda, quia facilius est vnum quàm multa transmutare.* Colligamus itaque fragmenta hæc in vnũ, atque enumeremus quot dogmata simus hisce ab Aristotele docti, sunt autem 16. nempe. Elementa esse quatuor, elementum quid sit, quatuor illa simplicia esse corpora. Simplices ea habere motus, leuitate sursum, grauitate deorsum. Ignem leuissimum. Omnibus supernatare, terram grauissimam omnibus subsidere, reliqua media esse. Singula duabus qualitatibus esse prædita, vna tamen præcipua. Quas omnes ad inuicem esse contrarias, secundum quas omnia in omnia transmutari, facilius ea, quæ vnam habeãt communem. Quæ quidem omnia dogmata cum non paucis annis mecum ipse considerassem, diligentissimeque examinassem, in eam tandem sententiam veni, vt omnia falsa esse existimarem, præter duntaxat vnum. Indignaque, quæ rerum naturæ studiosis crederentur. Quibus verò rationibus in eam opinionem sim adductus, libet in præsentiarum scriptis commendare: vti præsentium aliqui, & posterorum, veritatis rerum plus quàm authoritatis, cuiusuis hominis amatores veritate detecta, falsitateque conuicta, habeãt vnde res ipsas, non verba quod mille millia hominum adhuc fecerunt, philosophentur.

Ac principio mehercule admiror maximopere, Aristotelem philosophum tam sensatum tam sensibus addictum, philosophiæ suæ illius quam omnem à sensu pendere, est sæpe professus, principia ea posuisse, quæ nullis sensibus percipiantur, sine vlla quidem necessitate, nulla etiam valida ratione suadente. Mitto nunc materiam illam primam, formam & priuationem, quæ ita abstrusæ sunt, vt non modo nullis sensibus pateant: sed etiam nulla rationis vi, satis comprehendantur, quid sint. quod hoc eodem tomo à nobis est ostensum. Sed de secundis hisce, ex illis primo gradu, vt credidit ipse, genitis, quæ secundaria rerum principia atque elementa appellat, nobis esto sermo. Ea esse quatuor docet: ignem, aerem, aquam, terram. Terrã quidem & pedibus calcamus, & manibus attrectamus, & oculis aspicimus. Aquam & aerem, & cernimus & contingimus, & reliquis sensibus attingimus, sed ignẽ, qui elementum sit, nullis aut sensibus alijs attigimus, aut oculis conspeximus. Nõ ambigo nũc, de igne hoc nostrate culinario, aut subterraneo, sed illo qui in quadam sphæra supra aerem, sub lunæ orbe, est ab Ocello, deinde etiam ab Aristotele collocatus, quẽ nemo vnquã tetigit, nullus hominũ vnquã vidit. Qui tamẽ si ibi esset, ex dogmate Aristotelico & interdiu & noctu cõspiceretur, docet enim nos 2. de Anima, ca. 3. ignẽ esse & in tenebris, & in lumine visibilẽ. πῦρ δ' ἐν ἀμφοῖν ὁρᾶται, καὶ ἐν σκότει καὶ ἐν φωτί, καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης. *Ignis verò in ambob. cernitur, & tenebris & lumine, & hoc ex necessitate.* Quod si hoc verũ est de minima facula ignis, cur tãtus, ignis cẽtuplo terra maior nõ

cernitur? Nonne eadem contra Aristotelem nos obijcere possumus, quæ ipse cōtra Empedoclē hoc eodē, modò citato, & libro & capite scripsit? καὶ οὐκ ὀρθῶς Ἐμπεδοκλῆς οὐδ' εἴ τις ἄλλος οὕτως εἴρηκεν, ὡς φερομένου τοῦ φωτὸς, καὶ γιγνομένου ποτὲ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ περιέχοντος, ἡμᾶς δὲ λανθάνοντος. *Et non rectè Empedocles, neque si quis alius sic dixit tanquam feratur lumen & fiat aliquando inter terram & ambiens, nos verò lateat.* Idem enim Aristoteles asserit, cum inter terram & ambiens cœlum ignem statuat, cuius color, lux est, vti libro de coloribus est scriptum. Et oculis patet, & lux sit per se visibilis. Attamen tantum corpus tanto lumine, natura sua splendens, nos latet neque oculis nostris obijcitur, itaque rectè in eum subijciemus quod ipse in Empedoclem eo loco: τοῦτο γάρ ἐστι καὶ παρὰ τὴν ἐν τῷ λόγῳ ἀλήθειαν καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα, ἐν μικρῷ μὲν γὰρ διαστήματι λάθοι ἄν. ἀπ' ἀνατολῆς δὲ ἐπὶ δυσμὰς, τὸ λανθάνειν μέγα λίαν τὸ αἴτημα. *Hoc enim est & præter eam quæ in ratione est veritatem & præter apparentia. In parua enim distantia lateat forte. Sed ab oriente in occidens latere, grande nimis postulatum est.* Quòd si Empedoclis postulatum fuit Aristoteli grande nimis, lumen ab oriente in occidens latum, nos latere, cur non par fuerit postularum suum, ignem natura sua lucidum, die noctuque visilem, eodem spacio ab oriente in occidens nos latere? Sed longè etiam ampliore spacio, à meridie ad septentriones etiam, sed etiam quaqua versum sub toto lunæ orbe extensum? ad omnes mundi & cardines & ventos ventorumque particulas, & protensum & distensum? Nonne longe maius hoc est postulatum quam Empedocleum? longeque absurdius? distantiusq; tum à rationū veritate, tum ad apparentia in natura? Sed aiet, ratio combinationum qualitatum primarū coegit me vt ignē pro elemēto calido & sicco ponerem, aiam ego. ἀλλὰ τούτου λόγον ζητεῖν ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, ἀρρωστία τίς τῆς διανοίας ἐστί. *Sed huius rationem quærere, dimittentes sensum, imbecillitas quædam mentis est.* Sic enim ipse pronunciauit 8. physico. Sic itidem 3. physico. τὸ δὲ τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον. *Cogitationi credere absurdum est.* Cur id ita sit causam ipse reddit 1. de elemētis, de his ipsis elementis tractās. τέλος δὲ τῆς μὲν ποιητικῆς ἐπιστήμης τὸ ἔργον. τῆς δὲ φυσικῆς τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἴσθησιν. *Finis quidem factiuæ scientiæ opus, naturalis verò id quod semper propriè apparet, secundum sensum.* Non ergo opus fuit in naturali re, sensum dimittere, vt rationem combinationum sine vlla necessitate, sine vlla etiam veritate, construeret. Sine vlla inquam veritate, neque enim reliqua elementa reliquas illas combinationes habent, vti non procul ab hac disputatione, à nobis palàm fiet. Neque vlla necessitas coegit eum, aut cogit nos, ibi ignem alium collocare, quàm cœlum, quod veteres omnes præter suum Ocellum vnum. hac eadem combinationum vana coniugatione, collocarant. Neque ratio vlla alia earum, quas adduximus, id cogit, possunt enim si qui sunt naturales recti elementorum motus (quod ego prorsus nego, & negationis sensum, & rationem à sensu ductam mox ostendam) vel grauitate vel leuitate facti, tribus elementis reliquis, accommodari, nec veterum authoritas ignis illius necessitatem vllam ostēdit. Quæ quidem omnia acutissimi vir ingenij peruidens, posteà, veluti in ænigmata, ignem hunc vertit, ita vt quid de eo senserit, non possit verè elici. Nam quod prioribus allatis locis affirmarat, primo Meteoro in dubium primò vertit, deinde etiam negat. In hunc enim modum capite 4. scriptum reliquit: ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ μέσου, καὶ περὶ τὸ μέσον, τὸ βαρύτατον ἐστὶ καὶ ψυχρότατον, ἀποκεκριμένον γῆ καὶ ὕδωρ, περὶ δὲ ταῦτα καὶ τὰ ἐχόμενα τούτων ἀήρ τε καὶ ὃ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἐστὶ δὲ πῦρ. *Super medio quidem & circa medium, grauißimum & frigidißimum secretum, terra & aqua: circa hæc vero & ea quæ his contigua aer, & quod ex consuetudine vocamus ignem, non est autem ignis.* In quibus nil clarius dici potuit, ad negandum ignem eum, quem toties, & tot locis prius ignem appellarat, nunc autem, ait, eum ita appellari ex consuetudine, reuera autem ignem non esse, & causam statim apponit ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ. καὶ οἷον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ. ἀλλὰ δεῖ νοῆσαι τοῦ λεγομένου καὶ καλουμένου ὑφ' ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν, οἷον ὑγρὸν καὶ θερμὸν εἶναι διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμίασιν ἔχειν γῆς. τό τε ὑπὲρ τοῦτο θερμὸν ἤδη καὶ ξηρόν, ἐστὶ γὰρ ἀτμίδος μὲν φύσις ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἀναθυμιάσεως δὲ θερμὸν καὶ ξηρόν. καὶ ἐστὶν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἷον ὕδωρ, ἀναθυμίασις δὲ δυνάμει οἷον πῦρ. *Excessus enim calidi, & veluti ebullitio est ignis, sed oportet cogitare eius, qui à nobis dicitur & vocatur aër, eam partem*

*tem quæ eſt circa terram eſſe veluti humidam & calidam, quia terra euaporet, & exhalationem emittat, eam verò quæ ſupra hanc eſt, calidam iam & ſiccam, eſt enim vaporis quidem natura humida & calida, exhalationis verò calida & ſicca, ſi eſt quidem vapor potentia veluti aqua, exhalatio autem potentia veluti ignis.* Quibus in verbis manifeſtè aſſerit, eum quem ſphæralem ignem exiſtimat Peripatus, nõ ignem eſſe, ſed aeris partem calidam & ſiccam, & veluti ignem potẽtia, non actu. Sed ſequentibus aliter exponit. τοῦ μὲν οὖν ἐν τῷ ἄνω τόπῳ μὴ συνίστασθαι νέφη ταύτην ὑποληπτέον αἰτίαν εἶναι, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀὴρ μόνον, ἀλλὰ μᾶλλον πῦρ. *Quòd verò in loco ſurſum non conficiantur nubes hanc oportet cauſam eſſe exiſtimare: quod non ſit aer ſolum, ſed magis ignis.* Non abſolutè ignis ait, ſed magis ignis quàm aer, cum tamẽ eſſe aerẽ priore loco dixiſſet, & non ignem. In qua ſententia perſiſtens capite ſequenti ſic iterum ſcripſit. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον φορὰν ἐστὶ τὸ θερμὸν καὶ ξηρόν, ὃ λέγομεν πῦρ. ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν, ἐπὶ πάσης τῆς καπνώδους διακρίσεως. ὅμως δὲ διὰ τὸ μάλιστα πεφυκέναι τὸ τοιοῦτον ἐκκάεσθαι τῶν σωμάτων οὕτως ἀναγκαῖον χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν. *Primo quidem ſub circularem lationem eſt calidum & ſiccum quod dicimus ignem. Caret enim nomine id quod commune eſt omni fumoſa exhalationi, nihilominus quia maximè præter cætera corpora, aptum eſt tale corpus accendi, ita neceſſe eſt vti nominibus.* Quibus verbis, corpus illud ignem reuera non eſſe affirmat, ſed ita vocari ex carentia nominis, & prætereà id eſſe quod accenditur, nõ autem aliud in eo, quod ſtatim ſubiectis verbis etiam indicat, cum ait: ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν φύσιν ἀήρ. δεῖ δὲ νοῆσαι οἷον ὑπέκκαυμα τοῦτο, ὃ νῦν εἴπομεν πῦρ, περιτετάσθαι τῆς περὶ τὴν γῆν σφαίρας ἔσχατον, ὥστε μικρᾶς κινήσεως τυχὸν, ἐκκάεσθαι πολλάκις ὥσπερ καπνόν. *Sub hac verò natura eſt aer, oportet autem cogitare veluti hypeccauma, hoc quod nunc ignem appellauimus extenſum eſſe circa terræ Sphæram, vltimum, ita vt paruã motionem ſortitum, inflammetur ſæpe veluti fumus.* Ex hiſce ergo locis corpus illud, ſeu natura proxima ſupra aerem, ait Ariſtoteles, non eſt ignis, etiamſi nos ita ex conſuetudine, ex neceſſitate, ex proprij nominis carentia ignem vocemus, ſed eſt pars quædam aeris calida & ſicca, exhalatio quædam veluti fumus, fumoſa, potentia ignis, & magis ignis quàm aer, quod ob paruum motum facilè accendatur. Contraria ergo eſt doctrina hæc, priori illi doctrinæ, quæ ignem verũ ibi collocabat. Si inquiant ſaluato res, vt eum ſaluent, at multo pluribus locis ignem abſolutè vocauit illam ſubſtantiã. Quid faciamus huic homini, qui nõ ſimplici atque aperto modo, ſed varijs ac verſicoloribus vniuerſam ſuam philoſophiam tractauit, atque contradicentibus? quod clarè 6. præcedentibus libris conſtitit, & ſequentibus non minus conſtabit. Si aiant iterum, negat locis his, eum eſſe ignem talem qualis eſt hic noſter, qui eſt ὑπερβολὴ θερμοῦ καὶ οἷον ζέσις. *Exceſſus calidi, & veluti ebullitio.* Videant quid agãt. Concidit enim aliud illud argumentum quo adſtruunt, ibi eſſe ignis ſphæram, quoniam hic noſtrâs ignis ad ſuum congenerem illuc ſemper aſcendere nititur. Namque ſi ille talis non eſt, qualis hic non eſt cur hic, illuc aſcendat. Deinde ignis Sphæralis, ſi in ſummo eſt calidus, vt docuit Ariſtoteles, cur negemus ei, ὑπερβολὴν θερμοῦ, *exceſſum caloris?* An fortè rem aliam oſtendent calidiorem? Qua ratione Ariſtoteles rationem hanc attulit, vt negaret illum eſſe ignem, quia ignis ſit exceſſus calidi? Non ergo ſibi conſtet Ariſtoteles vel negando, vel affirmando illum eſſe ignem. Quid nos? Negamus ibi eſſe vllum ignem, non corpus calidũ & ſiccum ſummè, non aeris partem calidam & ſiccam, non exhalationem, quæ potentia ſit ignis, quæ magis ſit ignis, quàm aer. Negatio hæc ſufficiat ad ignem eo loco eijciendum, quando, ex lege Peripati neganti non incumbit onus probandi, ſufficiat multo magis, authoritate Ariſtotelica, negantis ignem eum eſſe, ac multo maximè, euerſis rationum Ariſtotelicarum fundamentis, niſi ſcilicet, validioribus argumentorum viribus ille ignis adſtruatur. Conabuntur Ariſtotelici eum conſtruere duabus rationibus, vti credunt, à ſenſu ipſo ductis. Altera ſcilicet, quod Cometæ, capræ ſaltantes, trabes, alij ſublimes ignes fiunt in ea regione, qui ab igne ibi exiſtente accenduntur. ſæpenumero & inflammantur, neque id fieri poſſe niſi ab igne. Altera, quòd ignis iſte noſtrâs ſurſum tendit, ad ſuum ſcilicet totum, ad vniuerſitatem ſuam, ad ſuum congenerem & cognatum ignem. Duo ergo hæc ſenſus teſtimonia diſcutiamus. Primo itaque dicimus, ſi qui ignes ibi fiunt, vt concedamus cometas ac fortè alios ibi accendi non ideo neceſſe eſt ibi ignem eſſe, nam locis duobus

paulo ante citatis, ipsum lypecauma autumat accendi vt fumus, non autem aliud in eo quicquam. Deinde etiam si maximè exhalatio ascendat eò inflammeturque nullo esse argumentò eam partem igneam esse, primo, quia non in altissima super nos parte sublimes omnes ignes generantur, videmus enim multas volantes stellas ad terram vsque pertingere, quod in hac infima aeris regione non est negandū contingere neque id solùm calido aere, sed frigidissimo media in hyeme. Deinde quoniam ipse nos Aristoteles docet, qui omnes contendunt, nubes in media quadam aeris regione frigidissima dēsari, in nubib⁹ & tonitrua, & corruscationes, & fulgura gigni: si igitur in frigido aere, ignes accēduntur, quid opus fuit, supra aerem, ignem nulla necessitate excogitare, calidum & siccum, vt ibi exhalationes accenderentur? si aer id nobis præstet, cur ignem supra aerem fingamus? non ne id est entia sine necessitate, contra propria edicta multiplicare? Nulla vnquam sagitta tam forti arcu emissa est, vt ad ignis Sphæram pertingere posset, nec etiam ad mediam nec etiam ad dimidiam inferiorem aeris regionem conscenderet: attamen fatetur Aristoteles plumbum sagittæ in aere liquefactum, sic enim scribit capite 4. *ὁρῶμεν δὴ τὴν κίνησιν ὅτι δύναται διακρίνειν τὸν ἀέρα καὶ ἐκπυροῦν, ὥστε καὶ τὰ φερόμενα τηκόμενα φαίνεσθαι πολλάκις. Videmus autem, motum quod potest aerem disgregare & ignire, ita vt lata liquefieri appareant sæpe.* Quod etiam 2. de cœlo scripsit. Et eodem 4. mox. *καὶ γὰρ ἐνταῦθα τῶν βίᾳ φερομένων ὁ πλησιάζων ἀὴρ μάλιστα γίνεται θερμὸς καὶ τοῦτο εὐλόγως συμβαίνει, μάλιστα γὰρ ἡ τοῦ στερεοῦ διακρίνει κίνησις αὐτόν. Etenim hic apud nos, ei qui violenter latis appropinquat aer, maximè fit calidus, & hoc ratione bona accidit. maxime enim solidi motio, disgregat ipsum.* Si igitur motus, etiam hic apud nos in inferiore regione ignit aerem ad quid nobis inuentus est aer ille supremus. Et qua ratione visus est sibi & suis Aristoteles contra veteres conclusisse, cœlum non esse ignem, nec calidum: *σημεῖον δ' ἱκανὸν ὅτι ὁ ἄνω τόπος οὐκ ἔστι θερμὸς, οὐδ' ἐκπεπυρωμένος, καὶ αἱ διαδρομαὶ τῶν ἀστέρων. ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ γίνονται, κάτω δέ. Signum verò sufficiens, quòd superior locus non est calidus, neque ignitus, etiam discursiones stellarum, ibi enim non sunt, sed deorsum.* Concludam ego contra suos discurrentes, stellas quæ inferius fiunt, signum sufficiens esse, nullum Sphæralem ignem necesse esse fingere. Quando docente eodem capite, eorum Principe, *ὅτε μὲν οὖν ὑπὸ τῆς κινήσεως ἡ ἀναθυμίασις ἐκκαομένη γεννᾷ αὐτά, ὅτε δὲ ὑπὸ τοῦ διὰ τὴν ψύξιν συνισταμένου ἀέρος ἐκκρίνεται καὶ ἐκθλίβεται τὸ θερμόν. Aliquando sanè à motu exhalatio accensa, gignit ipsa: aliquando verò ab eo qui ob frigus compingitur, aere secernitur, & expellitur calidum.* Ratio ergo de duabus prior, nulla est, concedentibus præsertim vniuerso senatu plebeque Peripatetica, capras, sidera volantia, dracones in media aeris regione, stipulas verò ardentes, cereos, sydera Helenæ in infimo ob aeris tum caliditatem, tum frigiditatem generari. cometæ verò, & si quę alia fiant in suprema, gigni eadem ratione dicemus, non quia ibi sit ignis Sphæra, sed quia ibi vel vna de tribus, vel duæ vel etiam (si id possit) tres causæ accensionis sint, motus scilicet aeris, eiusque caliditas, aut etiam frigiditas. At si non hac de causa introducendus est in naturam rerum ignis ille, inquient, alia illa de causa introducatur necesse est, vt scilicet ignis iste nostrarum regionum habeat quo se ad totum suum recipiat, vbi quiescat, nimirum ne misellus ab vniuersitate sua procul, & destitutus aut vagari cogatur, aut etiam emori. In nostratis ergo ignis indagationem descendamus. Quid igitur dicitur? Ignis nostra sursum tendit, ergo ignis Sphæra super aerem sita est. Quæ est hæc argumentatio ex quo loco, seu elencho ducta? demonstratio certè non est. Si sit elenchus, sit iam actum de ignis Sphæra Sed si de Topica sumpta, probabilem, non necessariam hanc Sphæram nobis facit. Sed ne in ambiguo atque æquiuoco versemur, primum quæro, de quo nostrate igne intelligant, nám non vniusmodi habemus. Theophrastus, charissimus Aristoteli discipulus triplicem tradit Platonem ac Timæum, ac forte præceptorem aliquo loco secutus. *ἄνθρακα, φλόγα, φῶς, carbonem flammam lucem.* Puto Aristotelicos, istos nostrates, hoc tertium inuito etiam Theophrasto, quem de nomine vix norunt, non recepturos, duos priores negare existimo non ausuros. Quid igitur dicent? carbonem esse vel partem vel speciem sphæralis ignis? si negent, iam non duæ, sed vna est pars ignis. Si affirment cur ergo carbones ad totum suum, ad genus, proprium non ascendunt? Quid ergo fratres

gemini

gemini, vno partu nati, anthrax & flãma, senior etiam anthrax nõ erit, portio ignis illius flamma erit? vnde hæc disparitas? Inquient sanè, quia anthrax grauis est, ideo non ascendit. Quid nos docent modo? Si ignis traditione principis, leuis est sui natura, quomodo nunc ignem grauem reperetunt? Certè, alterutrum est necessariò. Si anthrax ignis est, leuis etiam est. Si leuis non est, ignis non est. Eligent opinor ignem non esse, interrogo ergo. Quid est anthrax: respondebunt, credo, est lignum ignitum. Esto. Sed ignitum, ignine, an alia re? Si alia, quàm igne, quæ nam ea sit ostendant? Si non ostendant, audebimus nos affirmare, anthraca ignis partem habere, eaque ignitum esse. Pars hæc ignis, de genere illius Sphæralis ignis est, vel non est? Si non sit, nec ignis appellanda est, nec ipsum lignum dicendum est esse ignitum. Si sit pars ignis naturæ eiusdem erit: leuis ergo. Cur ergo non ascendit? Detinetur aient in ligno. Bene est. At aqua in naturali ne, an verò violenta? Si violenta, aliquando soluetur, ascendetque. Quando ergo id erit, postea quàm nulla est memoria proditum, ab ætate Aristotelis aut vetustiore etiam, cum vnquam solutum, ac sursum latum. Ergo natura ligno inhæret. Si natura, quomodo alteram naturam non habet, sursum ascendendi? si vtræque, æquè naturæ ipsius sunt, cur hac nunquam vtitur, illa semper? Rationem reddant. Si nequeunt, dicemus nos, ignẽ hunc non esse leuem: ac propterea non esse cogenerem illi suo sphærali, non esse illius totius partem. Si idem audeam de flamma dicere, ascensumque eius negem, clamor Peripati vniuersi me circumsonabit, ac obruet. De clamore ergo nos surripiamus, quiete ac tranquillè si liceat, philosophemur? Ascensum flammæ examinemus. Magnum, insuperabileq; est hoc negotium. Quid igitur dicimus, triplici in loco flammas cernimus? In subterraneis, in terræ superficie, in aere, atque in eius quidem triplici regione, infima, media, suprema. Nullam harum Peripatus negabit. Ex eorum doctrina tres hæ, adductæ sunt, duæ verò priores oculis nõ cæcutientibus offeruntur. Flamuæ hæ, eiusdem ne cognationis ac generis sunt? flammam Aristorcles sic definiuit loco iam toties citato 1. Meteori capite 4. ἔστι γὰρ ἡ φλὸξ, πνεῦματος ξηροῦ ζέσις. *Est enim flamma spiritus sicci ardor.* Spiritus verò iste, quid sibi vult aliud, quàm vt sit, vel aer, vel fumus, vel exhalatio. Contendit ipse, suique omnes, ignes in aere ternos, quacunque in parte accensos ἀναθυμιάσεις, *exhalationes* esse calidas & siccas. Si fumus ardens sit flamma, exhalatio itidem est, ἀναθυμίασις γὰρ ὁ καπνὸς, *exhalatio enim, fumus est.* ait 2. de partibus capite 2. neque hanc nostratem culinarem flammam vllus vnquam dubitet esse fumum accensum, ergo fumus hic & exhalatio, & calidus & siccus est. De subterranea flamma dubium non paruum esse possit alicui non bardo. Autumant enim, non aliam ardere posse sub terra materiem, quàm bitumen, sulphur, quæ etiam odore produntur. Ista aut humida sunt & pingula, id est aerea, non aliter quàm flamma in nostris candelis, cereis piceis, tędis, talibus alijs, atque ita posse dici, flammam horum, esse ardorem fumi humidi pinguis, non autem spiritus sicci. Quòd si quis Aristotelicorum, vt saluet (hoc enim maximum eorum, omissa etiam rerum veritate est negotium) Aristotelis definitionem contendat, humidum illum vaporem, qui ex bitumine, sulphure, reliquisque pinguibus oritur, ab igne exsiccati. concedam in præsentia (reclamante maximopere Theophrasto) vt quo res ista deducatur, videamus. Esto, itaque, flammæ omnes cuiuscunque generis sint, exhalatio, seu spiritus calidus & siccus, sunto. Ratione caliditatis & siccitatis huius, raræ & leues sunt, atque ideo versus cœlum mouentur. mouentur autem partes quæque ad totum suum. Totum ergo harum partium versus cœlum est. Ignis ergo Sphæra sub cœlo est, hoc validissimum putant argumentum ad ignis sphæram inducendam in naturam rerum. Hoc eodem non minus, imò validius probabo, cœlum esse ignem quia sursum est, eoque tendunt ignis partes ad suum totum cœlum, suffragante præsertim argumento meo, visu ipso, qui in cœlo multa flammarum millia & genera conspicit, nil tale nobis præbente ignis sphæra sub cœlo. Mea enim ratio ex præceptoris edicto, ἔχει λόγους, οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγουσιν. *Habet rationes, quæ ad sensum confessa dicunt.* Inferamque hoc edicto contra ipsummet legislatorem, suosque omnes, quod ipse contra Parmenidem primo de Ottu libro, intulit: ὑπερβαίνοντες τὴν αἴσθησιν καὶ παριδόντες

αὐτῆς, ὡς τῷ λόγῳ δέον ἀκολουθεῖν, *Pratergredientes sensum & negligentes ipsum: tanquam oporteat rationem sequi.* Quoniam sensum neglexerit ipse & Ocellus putantes oportere dari locum rationi coniugationibus illis qualitatum, quod quidem, ἐπὶ μὲν τῶν λόγων δοκεῖ ταῦτα συμβαίνειν, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μανίᾳ παραπλήσιον εἶναι τὸ δοξάζειν οὕτως. *In rationibus sanè videntur hac accidere, sed in rebus, furori simile est, ita opinari.* Sed promiserant sensibus nostris Sphæram ignis ostensuros, ignium sublimium accensione, ascensioneque nostratis ignis eò, nunc rationis argumenta supponunt. Non hoc est profectò, principia à sensibus sumere. Neq; enim sensu Sphæram illam igneam aspicimus, neque hanc flammam illius esse partem, quia genita sit in culina nostra, in specubus subterraneis, neque eam vnquam illuc ascendere conspeximus. Quæ ergo hæc est argumentatio? Si hæ flammæ partes illius essent, illi aliquando hæsissent, huc delapsæ aliquando essent, & apud nos, nobis videntibus attrectantibus, ex lignis nostris, ex materiebus sub terra genitis, locis tanto interuallo ab illa Sphæra, vt aiunt, distantibus. Si pars illius ignis hæc flamma esset, necesse est eam toti vel anteà adhæsisse, vel adhæsituram aliquando. Non anteà, quia gignitur apud nos (vt loquuntur) de nouo. Non postcà hærebit, quia dum ascendit, non perdurat, nobis videntibus, vt gignitur hic, ita etiam extinguitur, neque vllo eadem manet tempore, docente hoc ipsum, istarum doctrinarum doctore 2. Meteoro capite 2. ἡ μὲν γὰρ φλὸξ διὰ συνεχῶς ὑγροῦ καὶ ξηροῦ μεταβαλλόντων γίνεται, καὶ οὐ τρέφεται. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ οὖσα διαμένει οὐδένα χρόνον ὡς εἰπεῖν. *Flamma namque propter continuum humidum & siccum qua transmutantur, gignitur, & non nutritur, non enim eadem existens permanet vllum tempus, vt ita dicam.* Quo igitur pacto, si flamma continuè gignitur, & nõ eadem permanet vllo tempore, sed continuè corrumpitur, pars Sphæræ aut fuit, aut erit? vnde prius oportuit eam descendisse, aliquo tempore in lignis, in bitumine latitauisse, modo inde secerni, atque illuc reuolare, quorum omnium, prorsus nullum vllo sensu, nec etiam à sensu ducta ratione, comprehenditur. Ridebunt arguti, dicentque, non solùm cum negantibus principia, sed neq; cum ignorantibus ea, esse disputandum. Ignorare me, bitumen, ceram, ligna, ex quibus flamma emicat, esse corpora mista ex elementis quatuor, inter quæ ignis, qui in corruptione misti illius foras euolat: eumq; esse, eã flammam, quam videmus. Si ita rideant me, aiam ego eos in principijs ac vestigijs præceptoris non stare, longè ab eo abire, inconstantes esse. Flammam enim definiuit pręceptor, Ardorem, spiritus sicci, non autẽ ignẽ ex mistis secretum. Addam hanc esse illam à præceptore eorum magnopere damnatam principij petitionem, petunt enim modo, sibi concedi eum ignem sphæralem, qui scilicet sit mistorum elementum, quem ego nego. Nego ego principia, negabũt ipsi mecum colloqui, admonebo ego, ne negent præcepta præceptoris, vtantur eius edictis. Principiorum quæ aut negantur, aut obscura sunt, probationes à prima scientia à dialectica etiam, à sensu, petantur. Sic enim edixit in Analyticis, in Topicis. δῆλον δὴ ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα ἐπαγωγῇ γνωρίζειν ἀναγκαῖον, καὶ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησις οὕτω τὸ καθόλου ἐμποιεῖ. *Clarum sanè est, quod nobis prima inductione cognoscere necesse est. Nam & sensus ita vniuersale ingenerat.* & alia multa similia. Monstrent ergo nobis, in re non abstracta, non vniuersali, sed particulari & sensata, sensu, inductione, sphæralem istũ ignem reperiri, mista corpora partem illius habere. Nisi hoc ostendant, viceversa, ridebo equidem, sed in sinũ meo, rogaboq;, ostendite mihi obsecro, vos viri admirabiles θαυματοποιοὶ. quando concepti estis in vtero matris, quãdo vester Aristoteles, quãdo pecudes, quãdo olera vestra generata sunt ex semine, quibus in omnib. dicitis particulam illius ignis esse, quomodo ea istuc descendit? quo pacto mistionem istorũ est ingressa? Hic sanè indigetis Deo aliquo ἀπὸ μηχανῆς, qui fabulam hanc vestrã soluat. Si nec ipsi vos, nec Deus iste Tragœdorũ fautor, seruator, ostendant, tũc securius ridebo, non eos quidem, sed ignem illum omnia permiscentem, nullibi se ostendentem. Si verò nec descendentem illũ ignem, neq; hanc flammam ad eũ ascẽdentem demonstrauerint, securè & liberè, non ignem illũ amplius, sed eos ridebo, qui nullis sensibus id commonstrent, nullis inductionibus, nullis demonstrationibus, obstinatè tamen, contra sensum, contra eorum principis edicta ac iussa id contendant. At, inquient, adhuc flamma ascendit: quis hoc neget? Negabo equidẽ ego, sensu testimonium præbente. Afferam cometas multos, circulariter motos, propè

nul-

nullum sursum elatum, sunt tamen in supremo aere accensi, cui proximum ignem illum fingunt. Cur ergo de proximo loco, ad suum totum non sese receperunt? Columnæ, lanceæ, candelæ, titiones, trabes, quas vocant, in aere accensæ, cur nunquam ascendunt illuc ad suum totum, sed vel transuersum, vel deorsum volitant: Capræ vario motu, huc, illuc saliunt? Dracones stipulæ, cerei, portæ cœli, non sursum euolant? sed in media vel etiã infima aeris regione consumuntur? fulmina, syderaq; volantia ad terram pręcipitia feruntur? Flamma illa, quæ ab hinc paucis annis totã insulam Iaial in Atlantico concremauit, ab aere descendit. & is ignis qui item hoc anno Venetorum accendit naualе. Quæ infortunia sanè non euenissent, si flammę sursum ascenderent. Aliquid argutiarum excogitabunt, eas quæ deorsum feruntur, ab aeris frigiditate impediri sæpe vt sursum ferantur: sæpe deorsum impelli. At quæ exhalatione, calida scilicet & sicca, in calida superna regione accenduntur, nullo ibi frigore prohibentur. Cur ergo ad ignẽ non euolant? Deinde reddant rationem. Exhalatio calida & sicca à terra, perterebratis prima & secunda aeris frigidissimis regionibus, ad tertiam vsque antequàm inflammetur, ascendere potest Cur post inflammatam, addito igne, addita caliditate, siccitate, leuitate, ascendere non potest? additis atque auctis ascensionis causis, non ascendit, absque causis hisce ascendit? Quis hoc monstrum non horrescat? aut saltem non rideat. Ascendat maximè, culinaria flamma, facinaria, aliæ. vllo ne vnquam tempore ad sphæralem ignem perueniunt? Non est hominum memoriæ proditum (liceat & nobis quod licuit Aristoteli, cœli æternitatem ex hac memoria argutari) securè concludemus ergo, quia id non sit memoriæ proditum, nullam flammam illuc vsque ascendere: nullum ergo ibi esse ignem flammæ, cõgenerem, nullum ignis totum. Cur enim natura flammæ nouerca fuit, reliquis elementorum partibus mater? si gleba descendat, aut gutta, certè & securè, & cito ad totum suum perueniet? Si aeris pars aliquãdo descendat intra aquam aut terram perruptis etiam montium obicibus ingentibus ad suum totum euolabit, flamma autem maxima, potentissimi ignis maximã pars, non perstringet tenuissimam aerem, frigiditatem non depellet. & ad suum totum ire prohibebitur? Hoc desiderium à natura, & minimis, & maximis flammis inditum semper frustrabitur? nunquam ne suo finè fruetur? Quomodo ergo Aristotelica doctrina docet. nullam in natura potentiam esse, quæ aliquando ad actum non perueniat: nihil à Deo, naturaque rebus inditum quod frustra sit. At si flamma nulla vel subterranea, vel superterranea. neque aerea, euaserit, aut potuerit, aut possit, aut poterit ad sphæralem ignem ascendere, nonne omnes fine suo frustantur? nonne potentiam habent, qua nunquam fruentur? Si hæc in natura, si in Aristotelis philosophia absurda, atque impossibilia sunt: ea quoque talia sint, vnde hæc sequuntur necesse est. Ea autem sunt, ascensus flammæ (non quidem absolutæ. ascendunt enim pleræque) sed hoc addito vt toti igni se coniungant. Ex quo, & hic finis frustraneus ascensionis eius negandus, & ignis ille sphæricus, negandus. nisi aliis aut rationib. aut sensibus cõmonstretur. Sed cur flamma ascendit? inquient. da tu rationem: Quia inquiũ. mater eius exhalatio ascendit, prout quando mater descendit, descẽdit & ipsa Et quando illa obliquè fertur, fertur & hæc motu eodem. Hinc esse aiam, tam varios flammarum sublimium discursus. sic enim vos quoque & princeps vester, quando primo Meteoro sic scripsit: *ὅμοιον ὥσπερ ὑπὸ τοὺς λύχνους ὑποθεμένη ἀναθυμίασις, ἀπὸ τῆς ἄνωθεν φλογὸς ἅπτει τὸν κάτωθεν λύχνον. Vtrum sicuti sub lucernis posita exhalatio, à superiore flammis accendit lucernam inferiorem*. Liceat ergo exemplo vestro securè ita argumẽtari, Flamma ascendit, ergo ignis sphęra sursum est. Flamma descendit, ergo ignis sphæra deorsum est. Flamma obliquè fertur, ergo ignis sphæra obliquè sita est. Cur ergo validius argumentum putatis esse, ignis sphæram sursum esse, flammæ nostratis ascensum, quàm syderis volantis descẽsum, quàm capræ ardentis obliquam saltationem, ignis sphæram deorsum esse atq; etiam obliquam in medio aere esse? Inquient, quia ascensus ille naturalis est. descẽsus non naturalis est. Nequaquam id, viri sapientes. Sed si exhalatio syderis à capite inferiore accẽsa primo esset, stella ascẽderet, capra è cõtraria ferretur obliquitate si contrario à capite fumus accenderetur. ita nostras flamma, si fumus primò à superiore parte accẽderetur, deorsum ad lignum curreret. quod sæpius & sponte & studi-

o nostro fit, dũ fum⁹ superiore parte accẽditur vt, à flãmula, flãma ad cãdelã adligatã decurrit. quam rem Aristoteles loco modo allato explicauit. Accidentalis ergo est, flãmarũ & ascensus, & descensus & obliquitas. Non ergo licet ex accidẽtali ascensu, ignis sphærã sursũ esse argumentari. Et si liceat ex ascensu, licebit etiam ex descensu eam esse deorsum, & ex obliquitate, esse obliquè positã. Sed etiam instabunt. Quid igitur, fumus, exhalatio, mater flãmæ nõne ascendit? Si concedã quid concludetur? hoc scil: fumus ascendit, ergo fumi sphęra sursũ est. placet ne cõclusio hæc? quid ni placeat illis, quãdoquidẽ fumus nil aliud est, inquient, quã ignis. Duos ignes ex Theophrasto anteà non recusarunt, anthraca & flammam, tertium lumen reiecerunt, nunc ipsi tertiũ addunt melioris notæ, tenebricosum. Cur id? nempe quod sit ignis nõ actu sed potentia: At vestis mea potentia est ignis, ergo vestis mea est ignis. Aient, potentia proxima, vt Elenchũ fugiant. aiam ego, puluis pyrius potentia proximiore est ignis: ergo hic quartus est ignis. bitumẽ citius, oleum itęm citius quã fumus humidi ligni accenditur. ergo bitumen & oleum quintus & sextus iam sunt ignis. ergo horũ etiã sphæræ alicubi sunt. Fumus verò in aerem ascendit, quotidie nec semper accenditur. ergo aer potius fumus est, quàm ignis. nã etiã si in aere accendatur, in aere quoq; extinguitur. Ex fumi ergo ascensu rectè cõcludemus, fumi sphærã in aere esse, non autẽ ignis sphærã suprà aerem esse. Tot ergo sensus testimoniis, tot rationib. à sensu ductis, tot Aristotelicis edictis, tot absurditatib. impossibilitatibus reijciatur è natura rerũ ignis ista sphæra chimerica quidẽ longè magis, quàm sit materia illa prima, quàm sit priuatio pro rerũ principio constituta. Nam præter tot rationes ociosa tam nobilẽ, tantamq; regionẽ occuparet. Nihil. n. in vniuerso operabitur, frustra ibi circumuoluetur, ac præter naturã. Id verò nõ est in Aristotelica philosophia nõ in alia vlla meliore concedendũ. Etenim quid aiemus. eam sphærã vel elementũ totius mundi esse, vel corpus frustraneũ esse omnino? Istiusmodi esse, nemo Peripateticorũ, nemo hominũ cõcedet. Elementũ ergo esto. Et si elementũ sit, & compositionis vniuersi & mistionis inferiorũ elementũ necesse est esse. nã & tria reliqua talia sunt ex Peripati philosophia & ex elemẽti definitione id ei cõpetit: inexistit. n. vtriq; & indiuisibile est in specie. tũ etiã quia ab Aristotele & à reliquo Peripato elemẽti nomine semp ẽ vocitatum & inter quatuor mundi inferioris numeratum. Si dicant compositionẽ elementum esse, rogabo: cur Aristoteles, eo argumento ab antiquorũ authoritate ducto, suprà à nobis allato, in illis verbis, *ἅπαντες γὰρ καὶ οἱ τὰ ἁπλᾶ σώματα στοιχεῖα ποιοῦντες, οἱ μὲν ἕν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρία οἱ δὲ τέσσαρα. Omnes. n. et qui simplicia corpora elementa faciunt, alij vnũ alij duo, alij tria alij quatuor.* Non conclusit, quatuor & non quinq; esse elemẽta. quę sensib. obuia sunt quę cernuntur, ac attrectãtur omnia ferè: cœlũ, aerẽ, aquã, terrã. Quę ratio coegit eum vt 5. ignẽ sphæralẽ poneret, intactilẽ, inuisibilẽ? Cui. n. vsui ibi erit? ad mundi compositionem aient. Aio ego, quatuor tantùm sufficere ratione Timaica, ratione Platonica. inter duo extrema solida. non vno sed duobus mediis opus esse, inter ignẽ id est, cœlũ & terrã, extrema scil: duo, aerẽ & aquã, optimo ac solidissimo vinculo interponi. Ratione eadẽ Aristotelica. vno contrario in natura posito ponitur & alterum. data terra quã conspicimus vno contrario, ponitur alterũ contrarium, cœlũ quẽ conspicimus: ergo intermedia duo sufficiunt arctissimo extremorũ vinculo, aer & aqua. Cur ergo tertiũ mediũ imaginariũ ponitur nullo sensu testatũ? nullis rationib. veris, à sensib. ductis comprobatũ? Alioquin contra rationẽ suam ostendat hanc necessitatẽ. Cur ergo, sine necessitate, sine ratione, sine sensu: contra sensum vniuersorum hominũ, contra rationem propriã, contra leges, cõtra edicta propria entia multiplicantur? Quatuor ergo sunto, & nõ quinq; vniuersi huius compositionis elementa. Quatuor enim satis, superq; sunt. Cœlum lumini & calore manifestis, pater est omnis generationis: Aer vehiculum eorundem, atque instrumentum est. Aqua & terra mater. Ignis ille neque manifestis, neque occultis qualitatibus vsui est generationi, non vehiculo, non instrumento, nõ deniq; matre. Quid ergo ibi frustratorius residet? vt scilicet nobis magna negotia præbeat, delirantibus saluare, quomodo illi motus in circuitum raptu lunaris orbis conueniat, non natura non præter naturam, sed quodã præter, hęc secundũ naturã, quem acuties Simpliciana reperit, vt posterorũ ingenia torqueret cõtra Aristotelis pręscripta, qui nullos pręter duos repererit in elemẽtis mot⁹, naturalẽ vel violentum.

violentum. Facessat ergo de eo loco, hoc quidē merito, quod non sit compositionis vniuersi elementum. Facessat etiam secundo illo, quod non sit mistionis elementū nā si mistionis elementum esse vellet, oporteret eum mistum ingredi. Sic enim elementum definiebatur? Elementum dicitur, ex quo primo inexistente componitur. opus ergo est vt mistum ingrediatur, ita vt cæteris inexistentibus vniatur. est .n. mistio, ait magister *vnio alteratorum*. vnire autem nequit, nisi appropinquet primò, deinde contingat, tangendo agat & patiatur, agēdo & patiendo alteretur, alteratum aliis vniatur. Hoc enim est dogma principis primo de Ortu. Necesse est ergo, si propinquare huc vult, loco moueatur, de sphæra sua digrediatur, ad miscenda descendat, miscenda autem omnia, in terra & aqua sunt, ex præceptoris traditionibus: in aere non nisi imperfecta, in cœlo nulla. aer autem & aqua & terra infra ignem illum collocantur. descendat ergo necesse est ignis ille, si cum reliquis misceri vult. Quomodo ergo descendit? vim ne suæ naturę sibi ipsi, infert? Natura sua sursum, ait Aristoteles, mouetur. Quo ergo modo ad mistionem inferorū horum mouebitur? Natura ne, an vi coactus? Neque enim alio vllo motu quidquam mouetur. nisi quis nouus nobis Simplicius affingat illud *secundum naturam* Concedamus; in præsentia, istud figmentum. Et rogemus effectorem, sponte ne sua id agat ignis, an alterius impulsu? Si sponte propria, tum dabitur igni, consilium, electio, ratio, anima. Quæ tamen omnia elementis omnibus magister denegauit. Impulsu ergo alterius. An vi naturæ prouidentis? an ratione atque impetu cœli? Asseruit Simplicius, aliiq; Aristotelici, rotationem cœlestem, secum rapere & ignis sphæram & aetis partem, quæ altissimis montib. supereminet, atque in gyrū agere. eumq; motum secundum naturā vocauere, non cōcedente ac reclamante præceptore, qui 3. de cœlo sic scripsit καὶ εἰ πολλαὶ αἱ παρὰ φύσιν, τὴν κατὰ φύσιν μίαν. κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἁπλῶς, παρὰ φύσιν δ᾽ ἔχει πολλὰς, ἕκαστον. *Etsi multi sint præter naturam secundum naturā vnus. secundum naturam enim simpliciter, præter naturam verò habet multos vnumquodque.* Quibus verbis sanè Simplicij figmentum vti abortum reiicietur, idē enim præceptori suo est. φύσει καὶ κατὰ φύσιν, *natura & secundum naturam*. Atque hunc esse vnicum vnicuique elemento motum. igni verò is idem præceptor deputauit motum à medio, sursum. Non est ergo motus raptus secundum naturam. idem enim esset cū eo qui φύσει *natura* est. & idē cū recto. De numero ergo eorum est, qui sunt παρὰ φύσιν *præter naturam*. Sed vtamur largitate. Condonemus Simplicio, cæterisq; ignē illum, duos habere motus: secundum naturam & natura, rectum à medio à seipso. circularem à cœlo. Tertium verò istum ad medium, quo in mistionem nostrarum rerum descendit, quo nomine, quaue prærogatiua dignabimur? Si dicamus eum φύσει *natura* & κατὰ φύσιν. *secundum naturam* esse, Aristotelicis sententiis rem contrariā dicemus. qui vnicū simplicibus corporibus motū tribuit. Et nos iam ternos damus. Et præter hoc, etiā duos alterū alteri contrarios. priorem à medio, & hunc ad medium. si dicamus eum non à natura propria pelli, tunc fatebimur violentum esse. Quod Aristoteles fatetur 1. Meteoro: διὰ τὸ περιέχον πῦρ τὸν ἀέρα διακαίνεσθαι τῇ κινήσει. πολλάκις καὶ φέρεσθαι κάτω βίᾳ. *Eò quod circundans ignis aerem rarefacere motu sæpè, & ferri deorsum violenter.* At rogabo ego vt primò modum commonstrent, quo motus circularis cœli rectū possit causare motū? donec id nō ostendatur, nequaquā ei fidē habebo. Si quo id modo ostendant, rogabimus, an totā ignis sphærā rotatio illa detrudat, an verò partes ipsius. Totā non puto ausuros dicere. partes audebunt; id .n. etiam pręceptor in negotio caloris hoc generari, autumauit. Tunc rogare nō cessabo, quas partes ea rotatio detrudit, maximas ne, vel minimas? proximiores rotationi, an verò remotas? Et cur potius hasce quàm illas, cùm omnes similes sint omnino, vnius ponderis, vnius qualitatis. Si detrusionē istam partiū cœlo non dent, sed Naturæ prouidenti, intelligentiæ, vt vocant, nō erranti, vti rerum mistioni ac generationi sit prouisū, tunc quærā, vt opinionē hanc Aristotelicā esse mihi ostēdant Si id nequeāt (vt mihi persuadeo eos nō posse) clarè afferā eorū id cōmentū esse, de præceptoris via digressos, attamē admittendos si quid verę rei, afferāt. Esto, Natura; intelligentia non errans ab ignis sphæra partes vel particulas, quas libuerit auellat; descēdere faciat, vt mistio fiat, atque inde generatio. Dubio procul si ad terrā descēderint, partes istę per aerem medium necesse est pertransisse. Non negabunt, opinor

Nō negabunt opinor. Tū rogo, quomodo transierint tanto interuallo, vi, atq; cōtrà naturā propriā? contra aeris tanti vim, tantillę ipsę? cōtra pręceptū præceptoris, qui ignē ibi locauit, hac conditione ac lege scripta, 4. de cœlo: *ὥσπερ γὰρ οὐδ' ἡ γῆ ἄνω, οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω εἶσιν ὑφαιρουμένου τοῦ ἀέρος. Sicuti nec terra sursū, nec ignis deorsū it substracto etiā aere.* Quod si verū est, nullo modo descēdit vel ipse, vel ipsius vllę partes, si cōgeneres toti sint. Etsi descendunt, maximā vim patiuntur. integer tamē tanto spacio perdurat, nec n. ignis iam esset, si corrumperetur. Quomodo ab aëre, ea regione frigidissimus asseritur, nō corrumpitur? cū ignē nostratem videamus, & maximū & minimū in aere, à nobis haud procul prorsus extingui. ipse verò, & calidus & siccus, pusillus, à tā frigido, à tā humido, à tam magno corpore, cōtraria omnia perfringens ad nos vsq; imò etiā sub terrā, sub aquā ipsam penetrat illęsus. Si asserant intelligentiā non errantē eum tueri, & incorruptū cōseruare: rogabo, cur eadē mater intelligentia, nō miseretur totius nostratis ignis? qui perpetuis temporib. obediēs legib. ab ea sibi datis omnib. nititur virib. vt ad totū suū ascendat: nunquā tamē illi vel semel datū vt eò posset se recipere, vt ibi conseruaretur, cū in aere omnino cogatur emori. Cum tamē illi intelligentiæ facilius negotiū futurū esset, nostrati per aerē viam aperire, naturæ vi, ascendenti quā sphærali illi contra naturā descendēti. Deinde quęram, an istū descensum, vllo vnq̄ sensu, testatū habeant? an experientia vlli vnquā hominū compertū sit? si afferant Prometheū, aiam ego, eum ignē cœlestē fuisse, & non sphæralē. Si experimento cōpertum nō habeant, obiiciā illis Aristotelicū illud. Imbecillis esse intellectus ob rationē sensum omittere. Neq; tamē asperuor, intelligentiā nō errantem amplector, non quā ipsi ponentes, nō intelligunt quę sit, nec ex Aristotele eruunt, sed ipsi sibi fingunt: at aliā, quā minus multo etiam intelligunt. Sed aio eam res ipsas promptis ac obedientib. sibi legib. gubernare. proprias cuiq; rei cōditiones tribuisse, quib. nō vis, nō violentia vlla inferatur, ad propria obeunda munera. Itaq; negamus intelligētiam istam, quæ profectò nunq̄ errat, semper hos committere errores, vt partib. sphæralis ignis vim tam violentā perpetuò inferat, vt tanto itinere contra impetū à se illis tributum cōpellat descendere, vt rerū generationi inseruiat cū sibi alia superesse possit via, etiā melior, etiā salubrior ad res generandas. Autumam⁹. n. sine igne sphęrali illo, sine igne vllo, qualis ignis in Peripato calet generōnē rerū & posse effici, & effici omnino: vt nullo modo aut effici aut posse, si ignis Peripateticus vllus mistionē ingrediatur. Quid n. sphæralis ignis, eiusdē ne est naturæ cū nostrate? vel ab eo diuersus? si diuersus, quale fuit argumentū illud? ex nostratis ignis, naturæ differentis ignē illū sursum locū tenere? quomodo ad suū totū ascēdebat, cum quo nihil habebat rei? Si verò, cū nostrate eiusdem sit naturæ, procul omni dubio mistionē ingredietur nullam. nullo. n. corpori vel viuo, vel exanimi nostràs hic miscetur: qui non gignitiuam, sed corruptiuam vim habeat. cuicunq; rei hæserit, eam statim corrumpens, nullam aliam generans, quàm cinerem. atq; ideo eum nullis vnquam philosophorum in elementorum numerū cooptauit. Si igitur talis sit sphæralis quoq;, non erit aptus rerum mistioni. Atque ideo non erit mistionis elementum. Si alterius naturæ erit, ad priorem rationem istud addam, quia rarissimum prædicant, neque ibi ardere neque comburere (quod nullo sensu tamen cōprobant) si huc descendit machina vlla materieb. terreis, aqueis, aereis iunctum, necesse esse crassescere, vimque comburendi, destruēdi, corrumpendiq; acquirere, proptereaq; mistioni ineptum euadere. Neq, argumentū illud 1. de Elemētis cap. 3. satis est potens ad astruendum ignē mistionis elementū esse, quia ex mistis eliciatur. *ἐν μὲν γὰρ σαρκὶ καὶ ξύλῳ καὶ ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ἔνεστι δυνάμει πῦρ καὶ γῆ. φανερὰ γὰρ ταῦτα ἐξ ἐκείνων ἐκκρινόμενα. In carne. n. & ligno, & vnoquoq; talium, inest potentia ignis & terra. manifesta enim hæc ex illis secernuntur.* Neq; enim ignis ex ligno & carne excernitur, sed in ligno & carne generatur. accedente namq; extrinsecus ligno vel carni, igne aliquo actu, vis eius diuisiua & penetrans in carne & ligno corripit, vel aqueam vel aeream partem quæ in eis inest, eamque accendit: atque ita non ignis, qui in ligno erat elicitur, sed materia, quæ ignescere apta erat, ignis fit. Scio argumentum hoc, antequā Aristotelis Hippocratis fuisse post Aristotelem fuisse Galeni, fuisse & esse Peripateticorū ac medicorum omniū Hippocraticorū. Quorū & authoritati & rationi paucis his verbis in præsentia responsum volo. Argumento verò alio, ab animaliū calore

sumpto

ſumpto,qui non ſit aliud quàm ab igne,neutiquã cedimus:ſed cum Ariſtotele,Philopono,Auerroe quoq; cũ Pythagoreis,cũ veteribus omnib.ferè calorẽ eum qui eſt in animalib.cœleſtem eſſe calorẽ aſſeueramus. id Ariſtotele ipſo ſcribente libro de Animaliũ ortu 2.cap.3. loco nimirũ celebri, & libris pręcedentib. à nobis adducto. Non ergo ex Animaliũ calore conuincitur,in eorũ miſtione ineſſe ignẽ,aut ſphæralem illum aut noſtratẽ vllum. Atq; ideo rectè ac verè à nobis concludetur,ignẽ illũ nullo modo poſſe eſſe miſtionis elemẽtum. vt anteà cõpoſitionis nõ eſſe demõſtrauimus.optimaq; ratione,nullo refragante ſenſu,ſphærã illã è natura rerum eijci debere,veluti fruſtraneã ac ſuperuacuã,nulli rei deſeruientẽ. contra Ariſtotelica dogmata,Ariſtotelicis tamẽ edictis ac legib. Qui ſenſuum teſtimonia toties rationib. prætulit neque vnquam iciuit contra ſenſum rationibus vti, neque eorum philoſophiam vnquam probauit, qui omnia *ad determinatas quaſdam opiniones deducere conantur* πρὸς ὡρισμένας τινὰς δόξας ἅπαντα ἀνάγειν ϐέλοντες. Quo nomine Senatui, populoque ſuo, ſi nunc viueret, maximoperè ſuccenſeret:qui, verba ſua vt plurimum nõ intellecta,nõ cum aliis collata,ſen.ui.rationi b.à ſenſu ductis repugnantia,ſecũ ipſa pugnantia, clamorib.rixis, pugniſq; mordicus,vt oracula,tuentur.neq; admittunt pręceptum ſeu monitum præceptoris illud,oportere eos,ἔχειν λόγους οἳ ἂν πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγωσι. *habere rationes,quæ ad ſenſum cõfeſſa dicant.* Quòd ſi licuit ipſi, contra veteres, ac fortè iniuria inferre, cur non & nobis iure in memoriam reuocare liceat?

Finis Libri Septimi.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM,

## TOMI IIII LIBER VIII

## *DE ELEMENTIS II.*



HACTENVS ingenti ſanè labore, patentib. tamen & ſenſib & rationib. igneum elementũ, & ſpæralẽ illum ignẽ de ſede ſua tam ſublimi deiecimus, è rerum natura ablegauimus. Et ſi quid eſſet, fruſtra neũ eſſe elementũ, quod nec ad vniuerſi compoſitionẽ, nec ad rerũ generationẽ miſtionẽue faceret. Atq; ita illud de numero 16 propoſitorum dogmatum 4. eſſe ſub luna elemẽta falſum eſſe demonſtrauimus. Cum quoſanè iacent omnia ea de 16. quæ ab hoc 1. pendent 9. nempe 4. eſſe ſimplicia corpora ſub luna. leuitate ignẽ ſurſum ferri. ignẽ leuiſſimum eſſe. ignẽ omnibus ſupernatare: ignem duabus qualitatibus præditum eſſe. vna tamen præcipua eius qualitates cuiquã aliorum eſſe contrarias. cum in alia elementa tranſmutari facilius ea quæ ſit illi cum altero communis. Modo & hæc ipſa, quoad reliqua pertinent, elementa & reliqua dogmata ſex diſcutiamus diligenter.

Ac primò, an tria quæ nobis ſub luna reſtant elemẽta ſimplicia corpora ſint. eſſe ſimplicia videtur Ariſtoteles velle, dum de motib. agens ſimplicib, & miſtis 1. de cœlo ait, ſimplices motus, ſimplicibus corporib conuenire, motus autẽ ſimplices rectũ ac circularem. Rectumque duplicem eſſe, à medio, & ad medium: hunc grauibus elementis, illum leùibus aſſignans, atque ita ferè concludens. ἐπεὶ δὲ παντὸς τοῦ φυσικοῦ σώματος, ἐστὶ κίνησις οἰκεία τῶν δὲ κινήσεων, αἱ μὲν ἁπλαῖ, αἱ δὲ μικταί, καὶ αἱ μὲν μικταὶ τῶν μικτῶν, αἱ δ᾽ ἁπλαῖ τῶν ἁπλῶν εἰσί, φανερὸν ὅτι ἔσται ἄττα σώματα ἁπλᾶ. εἰσὶ γὰρ καὶ κινήσεις ἁπλαῖ, ὥστε δῆλον καὶ ὅτι στοιχεῖα καὶ διὰ τί ἐστι. *Cum verò omnis phyſici corporis eſt motus proprius. Motuũ autem: hi quidem ſimplices, hi autem miſti. & miſti quidem miſtorum, ſimplices verò. ſimplicium ſunt, clarum quod erunt quædam corpora ſimplicia, ſunt.n.& motus ſimplices.itaq; manifeſtum, & quod ſint elementa & quã ob rẽ ſint.* Simplicia ergo corpora ſunt, quæ ſimplicibus motibus mouentur, recto duplici & circulari, cœlum ſcilicet & quatuor ſua elementa. Quæ dum de motibus eorum age-

ret simplicia vocauit & asserere, sibi est visus. sed alibi, nempe 2. de Ortu, vbi non amplius de motibus disputat, veluti obliuione captus, negat esse simplicia hæc eadem. Ita diuersis propositis, præ ingenij acumine, diuersa dogmata & contraria sæpe docet. Eius verba sunt hæc. οὐκ ἔστι δὲ τὸ πῦρ, οὐδ᾽ ὁ ἀὴρ καὶ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἁπλοῦν ἀλλὰ μικτόν, τὰ δ᾽ ἁπλᾶ τοιαῦτα μὲν εἰσὶν οὐ μέντοι ταυτά, οἷον τὸ τῷ πυρὶ ὅμοιον πυροειδὲς οὐ πῦρ. καὶ τὸ τῷ ἀέρι, ἀεροειδὲς ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. *Non est autem ignis, neque aer, & vnumquodque dictorum simplex, sed mistum. simplicia verò talia quidem sunt, non tamen eadem. veluti quod igni simile igniforme, non ignis. Et quod aeri, aeriforme. Similiter verò & in alijs*. Expressè ergo negat, ignem & aerem, & reliqua, nempe aquã & terrã, esse simplicia, sed esse mista ait. Sed quæ reuera simplicia sint his esse similia, non autem eadem: veluti quod est igni simile, est igniforme, & quod aeri simile aeriforme. & quod aquæ simile, aquiforme. & quod terræ simile, terriforme. Dii boni, qualis nam hæc est doctrina? antea hæc corpora simplicia vocabat, rationemque reddebat, cur simplicia essent: quod scilicet, de prima materia & primis qualitatibus essent constituta, in quæ vt in elementa omnia alia resoluerentur, ipsa in nulla alia: simplicesque motus, vti simplicibus tribuebat. Nunc verò negat esse simplicia, sed mista, similia quidem igni, aeri, aquæ, terræ, non autem eadem. Quid hoc monstri aut chimæræ est? mista sunt ergo ex aliis simplicibus, vbi ergo alter ignis est, alter aer, altera aqua, altera terra? quibus hæc similia non eadem sint? ex quibus simplicibus, hæc mista constent. Vbi sunt ea corpora quæ simplicibus motibus mouentur? hæc enim vt mista, mistis etiam mouentur motibus. Et hi motus à medio, & ad medium, quibus hæc terra, hæc aqua, & hic aer, & hic ignis rectà mouentur, recti quidem sunt vti videmus, at simplices non sunt, sed misti. mistorum enim corporum, motus misti sunt. alii ergo illis erunt motus simplices, non amplius recti, vt his, sed fortè rectiores rectis, ad aliud mediũ, à medio alio vel non hoc, vel hoc exquisitiore ac veriore. Saluabunt eũ sui, aientque hæc esse mista quidem corpora, motus autem eorum esse simplices, κινεῖσθαι γὰρ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν, *moueri secundum prædominans*. subnectere statim verbis illis, magistrum. Sed rogo eos ego. Si à prædominante mouentur, cur dixit. *Mistos verò mistorum*? Si prædominãs ignem sursum & à medio fert, terram deorsum & ad medium: cur dixit, *Mistos verò mistorum*? Nonne ad medium & à medio ferri simplices illi fuerunt motus? Quorum motuum, eo qui est ad medium non solùm terra, sed etiam saxum, metallum, lignum, animal etiã rectà, & ad angulos rectos feruntur eodemmet, quo & simplex terra, si reperiatur, moueretur. Idem ergo motus simplex, & simplicium, & mistorum est. Non ergo vera sunt illa μικτὰς δὲ τῶν μικτῶν. *Mistos verò mistorum*: & μικτὰς ἢ τῶν συνθέτων. *Mistos verò compositorum*. quod itidem dixit: Aut si verũ id est, oporteret mista corpora, nõ simplici motu à prædominante moueri, sed misto etiam à reliquis nõ prædominantib. Sed tamen partem habentib. Aer enim & ignis, qui ex suo dogmate in animali viuo est, aut tantundem molis cum terrea mole est, aut non multo minoris, cur ergo terra præpollet illis, vt deorsum recta linea, non mista, non spirali, non alia, animal feratur, si ex alto cadat? Cur ignis & aer partem vllam in motu isto non habent? cur leuitas eorum, munus suum non præstat? vt si non prohibere casum queant, saltem mistum ostendant, torsione aliqua, & obliquitate motus. Si calor qui in homine in animalibus est plerisque, Aristotele libris de animalium ortu fatente, ita potens est, vt solidas & terreas partes, ossa & carnes sursum pellat, ita vt illi rectam figuram forment, cur idem calor non aliquid vel pauxillum in casu non annitatur, vt mistum non simplicem motum efficiat? Amplius, terra quæ est in animali nonne mista etiam ipsa est? Cur ergo misto motu non fertur deorsum, sed simplici? Quæram etiam à Senatu, à populo, à plebe quoque Peripatetica, vt mihi mistum aliquem localem motum (nam de hoc sermo principi eorum est) in rerum natura ostendant. Nullum reperient opinor. Nam animalium progressio, non à natura grauis & leuis, sed ab anima est. Fumum reor afferent, quem Aristoteles terreum & aereum ait esse. Quæro de duobus quid in illo sit prædominans? Ex ascensu affirmabunt aerem. Is aer qui in fumo est, si prioribus principis verbis credant, simplex erit, simplicique motu recto feretur.

Cur

Cur ergo tortuosè ascendit? Si secundis magis credamus, mistus erit cum terra mouebiturq; *κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν à prædominante.* Sed prædominās in fumo aer est. aeris autē motus rectus, atque ideo simplex est? asseruit enim motum rectum à medio simplicem esse. Cur ergo fumus tortuosè ascēdit? plumæ, paleæ, stipulæ atomi, si in aere variè ferantur, id non à prædominante, sed vi & impulsu aeris, ventis, aura, agitato fit. Aut ergo nullus est in rebus motus mistus, aut si sit, non à prædominante fit. Aut si à prædominante fit, mistus sit necesse est ex simplicibus à medio & ad medium, quibus mouentur corpora, mistionem ingredientia, non autem ex recto & circulari, quia cœlum, cuius proprius est circularis motus, mistionem corporum mistorum ex Aristotelis doctrina, non ingreditur. Cum autem nullus vnquam talis, vnus qui sit, motus ex sursum & deorsum mistus sit conspectus, tutò negabitur, nullum mistum motum in rebus à natura reperiri. Et quod longè mirabilius est. nullus quoque ex Aristotelis philosophia hac mirabili. rectus simplex comperietur, quod non est difficilè comprobare. Nam si simplex motus, simplicis est corporis, nullum autem simplex corpus sit infra lunam. cui dubium nullum simplicem motum sub lunæ orbe reperiri. Cuius rationis, & maior & minor vtraque Aristotelis esse, ostensa est. Vana ergo est philosophia ab Aristotele nobis tradita, de motibus simplicibus & mistis, inconstans, infirma, falsa. Pari inconstantia tradita est etiam ea quæ est de Simplicibus corporibus. Anteà asseruerat quatuor hæc elementa esse simplicia: deinde ait, ea esse mista, & simplicibus similia, deinde posteriori huic dogmati paulò post traditum, contradicens, infert: ὄντων δὲ τεττάρων τῶν ἁπλῶν σωμάτων. *Cum quatuor sint simplicia corpora.* Posteà his quoq; contradicit. *καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα, πῦρ καὶ γῆ. μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ. Et extrema quidē & sincerissima, ignis & terra, media verò, & mista magis aqua & aer.* Si enim quatuor sunt simplicia corpora, quomodo mista magis, duo ex eis? Si n. aer & aqua mista magis sunt, quā ignis & terra, certè mista sunt, certè nō sunt simplicia. Non ergo quatuor sunt corpora simplicia. Et si εἰλικρινέστατα sunt & sincerissima ignis & terra. quomodo dixit paulo infrà ignem esse ex terra & aere, nam flamma, quæ talibus constat, maximè ignis est. Est autem fumus ardens: fumus autem est ex terra & aere. Hæc enim sua verba sunt. μάλιστα μὲν γὰρ ἡ φλὸξ, πῦρ. αὕτη δ' ἐστὶ καπνὸς καιόμενος. ὁ δὲ καπνὸς ἐξ ἀέρος καὶ γῆς. *Maximè enim flamma est ignis hæc autem est fumus ardens, fumus autem ex aere & terra.* Mistus itaque est ignis, qui tamen ei erat sincerissimus. Sed si dicant, saluatores, hoc de igne nostrate dictum, non de elementali: dicam ego vti contextum superiorem relegant: cui hæc verba cohærent. (Agit enim de elementorum in se inuicem transmutatione. *ὡσαύτως δὲ καὶ ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ξηρὸν ὕδωρ ἔσται. λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ψυχρὸν πῦρ διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ μὲν, τὸ θερμὸν τῆς δὲ τὸ ξηρόν. ἅπερ ἦν πυρός. ὁμολογουμένη καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ τοῦ πυρὸς γένεσις, μάλιστα μὲν γὰρ ἡ φλὸξ πῦρ, αὕτη δὲ ἐστὶ καπνὸς καιόμενος, ὁ δὲ καπνὸς ἐξ ἀέρος καὶ γῆς. Similiter verò, etiam ex aere & terra, ignis & aqua, quando enim aeris corruptū fuerit calidū, terra aūt siccū, aqua erit, relinquitur enim illius quidē humidum, huius aūt frigidū: quādo verò aeris quidē humidū. terra autē frigidū, (corruptū fuerit) ignis, eo quòd relinquatur alterius calidum, alterius vero siccū, quæ fuerāt ignis. Cōfessa verò est etiā sensui, ignis generatio: maximè enim flamma est ignis, ipsa verò est fumus ardens, fumus autem ex aere & terra.* Pro eodem ergo sumpsit Aristoteles ignis elementum & flammam, non solùm hoc loco, sed alio quoque 1. scilicet Meteoro; capite 4. alias à nobis allato. *πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον φορὰν ἐστὶ τὸ θερμὸν καὶ ξηρόν. ὃ λέγομεν πῦρ. ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν, ἐπὶ πάσης τῆς καπνώδους διακρίσεως. Primum quidem sub circularem lationem est calidum & siccum, quod dicimus, ignem. innominatum enim commune est, in omni fumosa secretione.* Et eodem. *ὥστε μικρᾶς κινήσεως τυχὸν, ἐκκάεσθαι πολλάκις ὥσπερ καπνόν. ἐστὶ γὰρ ἡ φλὸξ πνεύματος ξηροῦ ζέσις. Itaque parum motus sortitus, incendatur sæpe sicut fumus, est enim flamma spiritus sicci ardor.* Spiritum dixit hic pro aere: siccum verò pro terra, eadem qua prius sententia. Si ergo ignis Sphæralis est καπνώδης, *fumosus*, ac propterea vt fumus accenditur, fumus autem aereum quid & terreum est. quo modo ignis Sphæralis est sincerissimus. Quòd si dicant, hoc non absolutè ab Aristotele dictum, sed

superlatiuè, concedunt ergo (inquiam ego) verum esse, quod & omnes interpretes fatentur, elementa hæc non esse simplicia. Qua ergo ratione, simplicium quæ nusquam sunt, simplices sunt motus? Quo pacto in simplicia, quæ nulla sunt, mista, tanquam eorum elementa, in indiuisibilia secundum speciem resoluuntur? Sed alijs etiam locis, eiusdem 1. Meteori tradit, ignem illum simplicem non esse. τὸ μὲν γὰρ ἄνω καὶ μέχρι σελήνης, ἕτερον εἶναι σῶμα φαμὲν πυρός τε καὶ ἀέρος. οὐ μὴν ἀλλ' ἐν αὐτῷ γε τὸ μὲν καθαρώτερον εἶναι, τὸ δ' ἧττον εἰλικρινές, καὶ διαφορὰν ἔχειν. καὶ μάλιστα ᾗ καταλήγει πρὸς τὸν ἀέρα, καὶ πρὸς τὸν περὶ γῆν κόσμον. *Quod quidem sursum & vsque ad lunam aliud esse corpus dicimus, ab igne & aere. Sed nihilominus in ipso, hoc quidem purius esse, hoc verò minus sincerum, & differentiam habere & maximè vbi desinit ad aerem, & ad mundũ circa terram.* Sed hoc ipsum corpus, quod aliud dicebat modo, ab igne & aere, ignē quidē esse negat, aerem concedit sequētibus hisce verbis. περὶ δὲ ταῦτα καὶ τὰ ἐχόμενα τούτων, ἀὴρ δὲ, καὶ ὃ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἔστι δὲ πῦρ. ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ καὶ οἷον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ. ἀλλὰ δεῖ νοῆσαι, τοῦ λεγομένου καὶ καλουμένου ὑφ' ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν, οἷον θερμὸν καὶ ὑγρὸν εἶναι, διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμίασιν ἔχειν γῆς. τὸ δ' ὑπὲρ τοῦτο θερμὸν καὶ ξηρὸν καὶ ἔστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἷον ὕδωρ, ἀναθυμίασις δὲ δυνάμει οἷον πῦρ. *Circa hæc vero, & coniuncta hisce, aer, & quod ob consuetudinem vocamus ignem, non est autem ignis. Excessus enim calidi & veluti ardor est ignis. Sed oportet cogitare, eius quod dicitur & vocatur à nobis aer, id quod est circa terram, veluti calidum & humidum esse, eo quòd euaporet & exhalationem habet terra. Quod verò supra hoc, calidum & siccum. Et est quidem vapor potentia veluti aqua, exhalatio verò, potentia veluti ignis.* Neque tamen eodem vestigio manet, sed nutat mutatque, neque enim amplius ignem vult esse, neque aerem neque fumosam secretionem, sed exhalationem, eodem libro. ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν τοῦ κόσμου, τοῦ περὶ τὴν γῆν, ὅσον ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον ἐστὶ φοράν, εἶναι τὸ πρῶτον μέρος, ἀναθυμίασιν ξηρὰν καὶ θερμήν. *Suppositum enim est nobis mundi qui circa terram, quantum est sub circularem lationem, esse primam partem, exhalationem siccam & calidam* Ignis igitur ille. Si aer est Si exhalatio, non est pro quarto ponendus elemento. Cur ergo totis viribus anteà quatuor esse elementa contendit? Si paruo motu accenditur, cur non semper ardet? cum semper, non paruo motu sed maximo, sed rapidissimo rotetur? raptus à cœlesti motu. ῥεῖ δὲ κύκλῳ διὰ τὸ συνεφέλκεσθαι τῇ τοῦ ὅλου περιφορᾷ. *Fluit circulo, quia corripiatur motu vniuersi.* Cur igitur non ardet, quando vi de suo loco eiectus deorsum fertur? ἀλλ' ἀεί, ὅσον ἂν βαρύνηται μόριον αὐτοῦ ἐκθλιβομένου εἰς τὸν ἄνω τόπον τοῦ θερμοῦ κάτω φέρεται. *Sed semper, quanta pars ipsius grauetur, expresso in locum superiorem calore, deorsum fertur.* Et rursus. καὶ διὰ τὸ περιέχον πῦρ, τὸν ἀέρα, διαρραίνεσθαι τῇ κινήσει πολλάκις, καὶ φέρεσθαι κάτω βίᾳ. *Et ob ambientem ignem, aerem scinditur motu sepe numero, & fertur deorsum vi.* Neq; .n. paru⁹ est hic motus, quādo vi scisso aere, ipse vi deorsum fert. Si .n. paruo motu vti dixit, facilè ardescit, cur magno motu vim inferēs aeri, vim patiens à cœlo, motu rapidissimo rotationis nō ardescit? flāmas nō cōcipit? Sed rectissima ratione nō cōcipit flāmas, nō cōcipit ardorem, id ꝙ nusquā est, quod nihil est: nullam patitur transmutationem, neq; in aerem aut aquam aut terrā mutatur vnquam. Neq; id solū de sphærali illo igne assero, qui nullus est in rerū natura, sed de nostrate isto affirmo, nō enim in vlliū transmutatur elemētum. Triplex est ignis nostras, anthrax, flāma, lux: lucē incorporeā rē nō puto Peripateticos cōsensum daturos, in vllum elementum transmutari. Supersunt, anthrax, & flāma. De anthrace primo. Quid est anthrax? lignum ignitum. Duæ ibi res sunt. Lignum res composita ex elementis, ignem, quid nam dicemus? elementum ne, vel aliud quid? Si elementū, anthrax ergo, ex duob⁹ ignibus, altero, priusquā lignū igniretur: altero iam ignitum. Si negetur id non consequi, quia nullus sit ex mea assertione ignis elementum, confessum ab eis quoque erit, nullum esse ignis elementum. Quod si in aliud elementū anthrax verti debet, rationi Aristotelicæ consentaneum est, verti facilius in id, quod symbolum cum ipso habet, quod scilicet aer est & terra, altero cū eo communicante, caliditate, altero siccitate. Esto, in aerē vertatur, quomodo id fiet? Videmus enim anthraca ipsi ligno continuè inhærere, quousq; lignum in cinerem redigat, in cinerem eo redacto, lignum nusquam est, nusquam anthrax in aerem abijt, inquient Inquiam ego, sensibiliter ne id fit? spectantibus, & palpantibus nobis? Si aiant: rogabo, vt libeat illis id mihi ostendere, vt ego quoque id aspectem.

Neque

Neque enim tot annis, quot viuo, & video mihi id contigit videre, totas hyemes ad focum sedenti diligenter atq; anxiè inspicienti. Quòd si neque ipsi viderint sed dicant id rationibus colligi requiram ab eis, ab Aristotele ipso, quod ipse à veteribus sæpè requisiuit, vt. *πῶς αἱ αἰσθήσεσιν ὁμολογούμενα λέγωσι. sensibus cõfessa dicant.* Si ergo nunquã visum est, aut sensibus vllis comprehensum anthraca in aerẽ esse mutatũ, securè negabimus nos, esse mutatum, aut mutati. In terram potius mutari videtur, vsq; enim adeo ligno adhæret, vt id consumat, tandiu, vt nihil ex eo supersit, præter cinerem, qui iam terra est vel terræ proximũ quid. Quod nos non negamus. Sed negamus in cinerem ignem illum versum, qui in ligno erat. Sed dicimus, cinerem, esse terram quidem factam, at non ex igne factam, sed ab igne, terram ex ligno factam. Siue terram quæ ligno, vt elementum inerat ab igne è ligno secretam, si tamẽ pro vero acceptemus, quod Aristoteles asseruit, mistis elementa inesse, ex hisq; ea cõfici, ignis autẽ ille quo abierit, non videmus, neq; enim in aerẽ transitũ fecisse, visum est. Quòd si, non in ea quæ symbolum secum habent, conspectus est transire multo minus credibile, transisse in aquam sibi omnino contrariam. Quod tamen si affirment, requiremus, vt id sensibus etiam nostris obijciant. Propius sensui videtur, flammam qui reliquus ignis est & vt Aristoteles ait, *μάλιστα πῦρ, maximè ignis,* quam cernimus & in aerem ascendere, in aere extingui, in materia aerea, fumo scilicet consistere Hæc quidem satis clara, satis sunto ad demonstrandum testimonijs plnribus Aristotelis ipsius, testibus sensibus, ac rationibus etiam, elementa, quæ ipse fecerat simplicia, nõ esse simplicia. Neq; etiam sunt simplicibus similia vbi enim alia reperiuntur, nisi quis suorum nouo phantasmate dicat eum opinionem veterum quorundam barbarorum philosophorum secutum, autumet alia esse, non hæc, simplicia corpora, nempe cœlestes orbes, quorum luna sit terra, Mercurius aqua, Venus aer Sol ignis, rursus Mars ignis, Iupiter aer, Saturnus aqua, firmamentũ terra. Quam rem si quis affirmet Aristotelem sensisse, somniare eum dixero. Sed procedamus. Ignem sursum ferri, leuissimum esse, omnibus supereminere docuit. Nos verò ostendimus, ignem istum non esse in natura rerum, itaque si nullus sit neq; sursum feretur, nec leuis esse dicetur, neque alijs supereminebit. Sed esto, ponatur esse aliquis, vti Aristoteli, vti Peripato gratum faciamus. Quid inde sequetur? Quæro primò, cum dicitur, ignem leuem esse an de toto igne dicatur, atque adeo ipsa ignis Sphæra? eamque leuissimam totam esse, peout tota, cæteris elementis supernatat? Supernatat illa quidem tribus cæteris elemẽtis, sed subest orbi lunæ? Vtrum Sphæra hæc ignis, supernatat cæteris quia leuissima est? aut quia leuissima, supernatat? Vtrum horum causa, vtrum effectus. nam vtrumque causa, vtrumq; effectus esse nõ potest. At leuitatem esse causam lationis sursum Aristoteles nos docuit, non supernatantiæ. Supernatantiam non assignauit esse causam leuitatis, ergo neutrum neutrius causa vel effectus est, At leuitatẽ esse causam cur ignis sursum feratur docuit. Sed cum Sphæra ignis, sursum nõ feratur eam leuẽ esse, dici nõ potest. Non est ergo verũ ignem esse leuem, cum vniuersitas ignis sursum non ferarur. Sed ignem mittamus, ne de nihiliore re quàm asini vmbra sit, tum anxiè lites ingentes perpetuare videamur.

## DE AERE ELEMENTO.

AD aerem, quem constat esse in rerum natura, accedamus, is sublata ignis Sphęra, reliquis, aquæ & terræ supereminet. si supereminentia leuitatem faciat, leuissimus erit. Si leuitas causa sit lationis sursum, proculdubio sursum feretur. A tota aeris Sphæra sursum nequaquam fertur, suo loco stat vniuersa. Vel etiam suprema eius pars quàm maxima, fertur in orbem, si quæ particulæ aeris istius totius mouentur, non quidem sursum mouentur, nullus enim id sensus percipit. Sed obliquæ feruntur. Si quis aiat, id aliena vi impellente fieri, rum inferam ego, ergo natura neq; sursum, neq; obliquè, neq; deorsum etiam ferẽtur. Falsum ergo est aerẽ natura sursum ferri, quando nec totus, nec partes eius, naturaliter sitæ sursum mouẽtur. Si quis aer sub terræ cauitatibus aut sub aqua recẽs generetur vel detineatur, is profectò naturali suo loco nõ est sit⁹, si inde liberẽ & ad cõgenerẽ aerẽ euolet, cur poti⁹ leuitatẽ eius motus causam asseramus, quã vel naturale desiderium partis, toti suo vniri cupientis? aut totius ipsius partem ad se naturaliter attrahentis, desiderio per-

violentia. Aliter itaque longe est de aeris & aquæ motibus statuendum, quàm sit ab Aristotele statutum. In quibus etiam illud disquisitione dignum. Quomodo dicta sint leuia à medio moueri, grauia ad medium. Medium istud, quid nam est? Terrane tota, an centrum vniuersi? Videtur Aristoteli, centrũ vniuersi, cũ ait, 1. de elemẽtis. *περιέχει δὲ ταῦτα τὰ κινούμενα ἄνω καὶ κάτω, τό τε ἔσχατον καὶ τὸ μέσον. Continet verò omnia quæ mouẽtur sursum & deorsum extremũ & medium*. Nam vt extremum, nõ aliud est, quàm extima vniuersi superficies ita mediũ vniuersi centrũ est dicendũ. Tum roga mus cẽtrũ istud, nonne æquè vndequaq; ab extremis distat? Annuent opinor, extremũ autẽ istud sursum est? Et id concedent. Cur ergo ignis Aristotelicus, ad extremũ μετεωράνημα ad angulos rectos Sphærales tendit, ad verticale punctum? non autem orientem, aut occidentem versus, aut alias cœli partes vel æquè vel non æquè à vertice distantes, cum æquè omnes à centro distent? Si vera sunt illa 1. de cœlo. *πυρὸς γὰρ κίνησιν ὁρῶμεν, τὴν ἀπὸ τοῦ μέσου κατ' εὐθεῖαν. Ignis enim motum videmus à medio per rectum.* Non ne rectæ lineæ sunt omnes à cẽtro ad circũferentiam breuissimæ, & nõ sola ea quæ ad verticem est erecta? Cur ergo ignis hanc solam eligit, reliquas refugit? si ad has feretur, non ideo non à medio feretur, non rectà, non ad extremum, nõ sursum, & sanè ignis eorum, qui in nostro horizonte habitant, ad verticem eorum fertur: cur ignis noster, igni illorum cognatus, non ad illorum verticem voluitur? Ignis Antipodum nostrorum, cur ad verticem nostrum non tendit, sed ad verticem illorum? cur non ad alias cœli plagas? Qui motum leuium sursum statuerunt, hæc dubia soluant necesse habẽt, si positiones suas determinatas tueri velint, & hæc præterea alia. In planis hisce tam amplis si quis lapidem sursum iaciat, qui ad pedes recidat cur ad angulos rectos cadit, non autem ad obliquos aut acutos? cum æquè ad medium feratur. Deinde alius à me mille passibus distans, iaciat lapidem alterum, is itidem decidet ad angulos rectos, duo hi lapides in descensu lineas duas parallelas ad inuicẽ formarũt per 6. prop. 11. lib. Euclidis. Si parallelæ sunt, profectò nunquã concurrent ex mathematum principijs, non ergo in centrum vniuersi ambæ protractæ, concurrent. Quo modo ergo lapides illi ambo ad medium, motum suum cierunt? De qualitate duplici, elementorum, de earum contrarietatibus, inuicemque actionibus, alius erit discutiendi locus.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER IX.

## *DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.*

ASSERVIT Aristoteles libro 2. de Generatione & corruptione, melius & præstantius esse, ipsum esse, quàm contrarium, non esse. his verbis. *ἐπεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν ἀεὶ τοῦ βελτίονος ὀρέγεσθαι φαμὲν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι, ἢ τὸ μὴ εἶναι. Quoniam in omnibus semper melius expetere dicimus naturam: melius autem, ipsum esse, quàm ipsum non esse.* Natura, esse cupit, non esse ergo refugit & abhorret. Quoniã verò esse nõ omnibus rebus æquè cõtingit, neq; possunt res omnes semper esse: subdit, Deum prouidisse, vt quæ res semper esse non possunt, successionem semper haberent. *τοῦτο δὲ, ἐν ἅπασιν ἀδύνατον ὑπάρχειν διὰ τὸ πόῤῥω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συνείροιτο τὸ εἶναι διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τῆς οὐσίας τὸ γίνεσθαι ἀεὶ τὴν γένεσιν, τούτου δ' ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, αἰτία, ἡ κύκλῳ φορά. Hoc verò (esse) in omnibus impoßibile est esse, eò quod procul à principio distent, reliquo modo adimpleuit vniuersum Deus, continuam faciens generationem. Sic enim maximè continuabitur esse, eò quia propè sit essentia, fieri semper generationem, huius verò, vt multoties dictum est causa est circularis latio.* Inter loca quibus id dixit, hic est. *ἔτι δὲ ἐπειδὴ ἡ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις δέδεικται ἐπὶ*

& recedere, quid procul, quid propè, exposuit his verbis. ἡ μὲν οὖν ὡς κινοῦσα, καὶ κυρία καὶ πρώτη τῶν ἀρχῶν ἐστὶν ὁ κύκλος, ἐν ᾧ φανερῶς ἡ τοῦ ἡλίου φορὰ διακρίνουσα καὶ συγκρίνουσα τῷ γίνεσθαι πλησίον ἢ πορρώτερον, αἰτία τῆς γενέσεως καὶ τῆς φθορᾶς ἐστί. *Vt mouens sanè, & princeps & primum principiorum est circulus, in quo manifestè Solis latio, disgregans & congregans, eò quòd fiat, propè, vel longius, causa est generationis & corruptionis.* Id quo modo fit, declarat. μενούσης δὲ τῆς γῆς, τὸ περὶ αὐτὴν ὑγρὸν ὑπὸ τῶν ἀκτίνων καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἄνωθεν θερμότητος ἀτμιδούμενον φέρεται ἄνω. *Manente verò terra, quod est circa eam humidũ, à radijs, & ab alio qui sursum venit calore in vaporem resolutum, fertur sursum.* Habet deinde συνίσταται πάλιν ἡ ἀτμὶς ψυχομένη, διά τε τὴν ἀπόλειψιν τοῦ θερμοῦ καὶ τὸν τόπον, καὶ γίνεται ὕδωρ ἐξ ἀέρος, γενόμενον δὲ πάλιν φέρεται πρὸς τὴν γῆν, *Componitur rursus vapor frigefactus, ob defectum caloris, & ob locum. Et fit aqua ex aere. Et facta fertur rursus ad terram.* Quam rem fine 2. de elementis sic expresserat: οἷον ὕδατα καὶ ἀὴρ κύκλῳ γινόμενα. καὶ εἰ μὲν νέφος ἔσται δεῖ καὶ ὗσαι. καὶ εἰ ὕσει γε, δεῖ καὶ νέφος εἶναι, *Veluti aqua & aer, circulo facta. Et si quidem nubes erit oportet etiam pluere. Et si pluat, oportet et nubem esse.* Quem progressum nominauit circulum, verbis illa sequentib. γίνεται δὲ κύκλος οὗτος μιμούμενος τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον, *Fit autem circulus iste imitans Solis circulum.* Hæc sanè declarãt id quod superius dixerat: ὥστε καὶ ἡ εὐθεῖα τούτων φορὰ μιμουμένη τὸν κύκλον. &c. ἅμα γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὰ πλάγια μεταβάλλει, καὶ οὗτος ἄνω καὶ κάτω καὶ δεῖ νοῆσαι τοῦτον ὥσπερ ποταμὸν κύκλῳ ἄνω καὶ κάτω. κοινὸν ἀέρος καὶ ὕδατος. πλησίον γὰρ ὄντος τοῦ ἡλίου ἡ τῆς ἀτμίδος ἄνω ῥεῖ ποταμός, ἀφισταμένου δὲ, ὁ τοῦ ὕδατος κάτω. καὶ τοῦτ' ἐνδελεχὲς γίνεται κατά γε τὴν τάξιν. *Itaque & recta horum latio imitatur circulum. Simul enim ille mutatur in transuersa, et sic sursum et deorsum. Et oportet cogitare hunc veluti fluuium sursum et deorsum, communem aeris et aquæ: Propè .n. existente Sole, vaporis sursum fluit fluuius. recedente verò, aquæ fluuius deorsum. Et hoc continuè fit ex ordine.* Atq; hunc ait ænigmaticè à veterib. dictũ fortè fuisse Oceanum, circulo currentem circa terram. Sol itaque appropinquatione & recessu suo, & generationis & corruptionis causa est efficiens, vt clarissimè ex hoc Meteoro prius allatis verbis testatus est. idque efficere, διακρίνουσα καὶ συγκρίνουσα *disgregãdo et congregando.* Quod etiã codẽ libro de Cometis loquens expressit: τοῦ δὲ μὴ γίνεσθαι πολλοὺς μηδὲ πολλάκις κομήτας, καὶ μᾶλλον ἐκτὸς τῶν τροπικῶν, ἢ ἐντὸς, γίνεται αἴτιος ἥ τε τοῦ ἡλίου καὶ ἡ τῶν ἄστρων κίνησις. οὐ μόνον ἐκκρίνουσα τὸ θερμὸν. ἀλλὰ καὶ διακρίνουσα τὸ συνιστάμενον. *Quòd verò nec multi, nec multoties fiant cometæ, et magis extra tropicos, quàm intra, causa sit Solis et astrorum motus, non solùm congregans calorem, sed etiam disgregans congregatum.* Hæc sanè omnia, quanquã sint à nobis in ordinem redacta, sunt tamen ab Aristotele nullo ordine scripta. Quæ præter confusionem alia quoque mala in philosophia multo maxima habent. Nempe ambiguitatum, fallaciarum, falsitatum, plenissima sunt. Quæ vt ostendamus, principio Aristoteli suisq; libenter damus, concedimus, quod primo allatum est. Naturam in omnibus, quod melius est semper appetere. Damus etiam non minus libenter secundum: scilicet, esse ipsum, præstantius esse, quã sit ipsum nõ esse. Sed pro nostra hac ingenuitate, largiantur nobis ipsi quoque, quòd sæpissimè expetiuimus, quod ardenti desiderio sapientes multi viri liberi, nõ Aristotelis serui expetiuerunt: animos studiosorum tandem dubitationib. perpetuis ligatos, soluãt, dicãt nobis: quid nã rerũ est ista natura, quæ sexcenties in libris Aristotelis dicitur meliora expetere & facere: nusquam tamen traditur, quid ipsa sit, quod accidens, quæ substantia, Expetere enim & facere meliora consultantis, deliberantis, eligentis melius, deterius reiicientis esse videtur. Natura verò ea quæ 2. physico definita est, principium motus exposita pro materia & forma rerum singularum consultationis & electionis, non est capax. Philoponus, qui Platonicam quandam rationalẽ naturam in eum locum inuexit, à reliquo Peripato non recipitur, reiicitur. Lapidis materia, non consultauit, non elegit, vt marmor potius, quàm saxum esset. forma eiusdem id non elegit, Plantæ materia non elegit, vt Laurus potius, quàm abies ex se nasceretur. neque id forma elegit. non enim rationis participia sunt. Rationis autem proprium est melius eligere, deterius abiicere. nisi velint, vt Aristotelem saluent, interpretari ea verba: *Natura appetit melius*) non esse comparatione prolata, sed absolutè (*melius*) id est bonum. Si id dicant, Aristotelem accusant nescisse loqui, nescisse grammaticen. Nemo est tam ingrammaticus, qui ignoret (*melius*)

Q

nomen comparatiuũ esse: comparationẽ relatione vnius ad aliud, vel alia necessariò fieri. iam etiam philosophici sermonis ignarũ eum declarant suis legib. contrafacientem, metaphoris scilicet in re philosophica vtentem (*bonum*) cum voluerit dixisse (*melius*) supposuisse. Sed esto, demus hoc Aristotelicæ magnitudini. Liceat ipsi, qui has leges posuit, legib. iismet abuti. Detur illi, cũ dixisse, *Naturam bonum expetere*. nõ cessabimus rogare nos, quæ sit ista natura? Nã materiã id expetere non concedũt inuincibiles rationes, quæ cum de materia, eiusque appetitu ageremus, propositæ à nobis sunt. Forma verò lapidis, metalli, quod nam bonum appetit? quomodo appetit? Non enim minus difficile id est perceptu, cogitatu, quàm prius illud de materia. Si verò neutra harum naturarum, aut eligit melius aut bonum appetit, alia quædam est natura quæ ab Aristotele dicitur, meliora appetere & facere. Ea quæ sit, non est ab eo traditum: ab suis certè non est adinuenta. Nã si dicant, Naturam eam, quæ dicitur, cum Deo nihil frustra facere: eodem rogatu quæremus, vt nos doceant, vtrũ eadem sit cum Deo, an alia res? Si eadem iam Deus non tantum speculatur, non tantum supremum orbẽ voluit, sed etiã hęc inferiora facit, aut inscius aut sciens? Quod Peripatus tot & tantis quæstionibus agitat. Si sciens, iam eadẽ cognoscit, etiamsi vilia sint. Si nescius, rogare non desistemus, quomodo meliora à deterioribus secernit? hæc respuat. illa præferat? Eadem prorsus difficultas quæ prius de Natura. Quæ si alia res sit à Deo, etiam atque etiam quæremus, quid nam rerum sit? Eædem quæ prius difficultates. Ad quas donec non rectè, non verè, à suis respondeatur, asseuerabimus nos fidenter, Aristotelẽ suarũ rerũ, ignotos autores tradidisse. suæ philosophiæ ignota principia statuisse. Qua in re eum non esse dignũ quem tanta admiratione prosequamur. vlterius progrediamur.

Ait esse melius, ipsum esse, quàm ipsum non esse. Id damus: Damus etiam, quod non clarè intulit, necesse autem habuit inferre, vt generationem continuã ostenderet, melius esse, semper esse, quàm aliquando esse, aliquando non esse. Esto, melius sit ipsum esse, ipso non esse, Quid tũ? Nempe quod infert, ipsum esse, impossibile esse vt omnibus insit. Quid ait? impossibile est, omnia habere esse. Quę nam sunt hæc omnia? Entia ne, an non entia? Si entia dicat eas res quæ sunt, quæ existunt, quæ mundum ex se ipsis cunctis constituunt, quæ nam alia dicat: non esse, & non entia? Nihil .n. est præter ens. Quæ nam sunt omnia illa, quæ non sunt? quibus esse non datur? Nouimus apud Parmenidem, Pythagoram suosq; apud Platonẽ Platonicosq; quasdam res, corporeas res omnes, respectu ad vera entia, non entia appellari. Idem si dicat Aristoteles: iam Parmenidicè, Pythagoricè, Platoniceque loquitur. suo more minimè loquitur. Si id non dicat, at dicat nobis omnia ista sua, quæ, esse habere impossibile sit. Quæ cognitio est ista nõ entis? quæ philosophia nobis traditur de reb. sub hoc nomine (omnia) comprehensis, entia tamẽ non sunt? Esse ea impossibile sit? Sed excusemus, Aristotelẽ, mitius interpretemur. voluisse eum, ista sua (omnia) impossibile esse: habere perpetuum esse, atque omnibus temporib. Videmus .n. hæc inferiora nasci, quodam tempore viuere, dein mori atq; esse desinere. Esto igitur Aristotelis verba hæc, quæ ipse obscuritate inuoluit, explicent explicatores suarum sententiarũ nõ posse omnia entia semper esse, non posse in esse perdurare Accipiamus, concedamus. Sed & causam quam affert audiamus. διὰ τὸ πόῤῥω τῆς ἀρχῆς ἀφιστάναι. *Quòd procul à principio absint*. Hæc causa, quia maxima omnium est maximè omnium perpendenda est atque intelligenda.

Rimandũ igitur est, quod nam sit principium istud. quid sit istud, *abesse*, quid sit istud, *procul*. Quid ergo principium istud est, quod dum propè rem est, eam semper esse facit? dũ procul est, nõ semper esse facit? 5. Metaphysico, principii multiplicem significationẽ docti ab eo sumus, inter quæ, materia forma, finis, efficiens. Vtrũ ergo materia istud principium est, quod est causa semper & non semper res esse? Non videtur. Contrariũ enim efficit quàm volumus. Dum enim materia prope est, cũ causa sit corruptionis, res non semper esse facit, procul existens, semper esse facit, cœlestia, abstracta. Vtrum ergo forma principium istud est? At quæ nã forma? & quo modo? Dum enim forma prope rem est, rem esse facit, docente Aristotele. Dum rebus adest forma res sunt. dum non adest, nõ sunt. Sed quomodo rerum forma, potest rebus, aut procul aut propè esse? Docet nos, abeunte formas res corrumpi: formam

eam

eam in non ens, in nihilum abire. Nihil facta nec propè esse, nec procul esse, dici verè potest. Forma ergo principium, quod quærimus non est. Finis verò, vtrum id principium est? Si is finis intelligatur, qui aliquando generatarũ rerum forma fiat, ne is quidem principium id, quod quærimus est. Non enim procul à materia est. Siquidem formæ omnes, ex nostratis Peripati doctrina, potentia in materia sunt. Si in ea sunt, non procul ab ea sunt. Si verò intelligatur finis rerum omnium vniuersalis, qualem in Metaphysico 12. dixit esse Deũ, principium tale esse fortè potest. quia efficiens quoque principiũ inest, si tamen reliquæ Aristotelicæ philosophiæ consonum sit, Deum facere aliud, quàm primum orbem mouere. Multoties namque in ea dicitur, *Deus et Natura nihil frustrà faciunt.* & mox subditur, συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐνδελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. *Adimpleuit vniuersum Deus continuam faciens generationem.* Esto igitur tale principium Deus, vel vt finis vniuersalis omnium vel vt efficiens causa vniuersorum. Quid igitur ait? διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι. *quia procul à principio*: id est à Deo absint. Quid est procul à Deo esse? Procul locum indicat, immo duo loca: neque ego procul ab Indiis sum, nisi quia locus in quo sum, à loco illarũ distat. Vtrũ ergo res hæ nostrates, procul à Deo sunt, quia loco procul à loco eius distent? Si id dicatur, De⁹ in loco ponitur. si in loco est, corpus est. Quod nulla melior, ne Aristot. quidẽ philosophia, nisi fortè Pliniana, aut Dicæarchica quæpiam patiatur. Non est ergo Deus in loco. non ergo localiter à nobis procul, nec nos localiter procul à Deo. Procul ergo aliud quippiam significat, quàm localem distantiam. Fortè essentiarum distantiam, vt sunt contraria, inter se per essentiam distantia. corporeum & incorporeum, materiale & immateriale, corruptibile & incorruptibile. Si à Deo dicatur procul modo hoc, quia ipse incorporea, immaterialis, incorruptibilis substantia sit: nos verò quo ad corpus, & corporei, & materiales & corruptibiles, fatebimur quidem ita nos à Deo procul esse. Sed duo instabimus: alterum, *procul* illud, metaphoram fuisse quam Aristoteles lege non æqua, nobis interdixit, sibi millies vsurpauit. Alterum quæremus, an quia ita à Deo distamus, essentia scilicet corporali, ideo impossibile fuit, nos semper esse? ideo necesse habuisse Deum, altero illo modo, quem subdit vniuersum adimplere, continua scilicet generatione & successione. Deus incorporeus est. nos corporei. hac ratione longè à Deo absumus, fatemur. At quia corporei sumus, ideo impossibile esse, nos semper esse, id verò pernegamus. Non enim est consonum Aristotelicæ doctrinæ, in qua instituti sumus, cœlestia enim elementorum corpora semper fuisse, semper futura esse in ea docemur, si ratione qua corporei sum⁹ nõ permanemus, id omnib. corporeis rebus conueniet, quatenus corporeæ sunt. At audiamus Aristotelis vocẽ clamantis vniuersum susque deq; miscentis, mundum, cœlos, elementa, corporea quidem, permanentia tamen, corporeis itaque rebus quatenus corporeæ sunt, non posse permanere, non conuenit. Permanere posse, non est negatum. Alia id ergo ratione fuerit. Fortè quia materiales, Deus immaterialis. Materia namq; Peripateticis tùm patriciis tùm plebeis, corruptionis causa parens ac mater est. nescio an etiã Aristoteli, Certum est illi, mundi partes permaximas, cœlos esse: mundum totum ex tota materia constare. cœli ergo materiales. cur ergo permanent, & semper sunt Cur itidem elementis datum est, esse perennibus? materialia tamen ea esse nemo negat, fatentur omnes. Non est ergo præceptori consona, Peripati sententia, materiam corruptionis esse parentem. Quo ergo modo, res materiatæ à Deo longè distantes permanere non possunt? An quia ipsæ incorruptibiles, res hæ corruptibiles. Id verò iam principii petitio est. Non permanent res, id est corrumpuntur, quia corruptibiles sunt: idem ex seipso demonstratur, non ex alio priore, superiore notiore. Forma sanè probationis, magno apparatu ab Aristotele damnata. Tribus ergo his modis, cum longè à Deo distent res, duobus permanere non prohibentur, tertius irritus prorsus est. An est alius reliquus? Fortè, quia Deus simplex, cœlum simplex, elementa simplicia: ideo perennia. Res inferiores omnes reliquæ, quia compositæ sunt, non permanent. diuersitas enim, & contrarietas componentium partium, cum semper pugnam inter se cieant atque exerceant, necesse est aliquarum victoriam sequi. Inde à reliquis solutio, hinc compositi dissolutio, reique totius non permanentia.

Hæc ſanè verior cauſa apparuiſſet,niſi ipſemet,vt præcedētibus libris à nobis eſt oſtenſum,elementa eſſe ſimplicia negaſſet, nos cœlos ſimplices non eſſe demonſtraſſemus. In his quidem ſimplicitati non eſt locus, perennitatis tamen locus eſt. in aliis corporibus neutræ locus eſt. ænigma ergo hoc tam obſcurum ſoluant ſui ſi queunt, at ſoluant ex veritate rerum,neque enim aliter admittentur.

Quid verò eſt illud aliud? *Adimpleuit vniuerſum Deus continuam faciens generationem.* Si id verum eſt, Deus certè eſt, aliud quid quàm primus primi cœli motor. etiam aliud. quàm intelligens, ac ſe ipſo ſolo contentus. Si Deus vniuerſum compleuit, id profectò egit, ne vlla in re vacuitas foret. Prouidentiæ igitur id opus fuit. Quid ergo Auerrois, quid Peripatetici cæteri aiunt, Deum in ſui contemplatione in motione primi cœli contentum, hæc noſtratia non curare? Id præterquam quod nefarium ac ſceleſtũ dogma eſt, contra præceptoris mentẽ ac dicta eſt. Quòd ſi alium locum habent in quo Ariſtoteles, id quod aſſerunt, doceat, id iã eſt, eum ſibi non conſtare. Quod in eo anterioribus libris non ſemel iam oſtendimus. Sed animaduertamus quid ſibi voluerit illo *verbo* συνεπλήρωσε, *compleuit* quod vacuitati contrarium eſt. Quia ſi omnia ſemper permanere impoſſibile eſt, ideoque neceſſarium, aliqua corrumpi: corrumpi autem ſit, non amplius eſſe, certè corruptis compoſitis, & eſſe deſinentibus, vacuus eis mundus hic inferior fieret. Quod ne accideret, remediũ attulit Deus, generationẽ adimplens indiuiduorum aliorũ, quæ loco pereuntiũ ſubirent. Quòd ſi ſemel tantùm feciſſet, aut bis, aut ter, aut etiã millies, idem vacuũ conſequeretur tandem extinctis omnib. Vt autem id euitaretur, generationem fecit continuam, qua ea quæ non poterant in eſſe permanere, hac ratione permanerẽt. Eſſe nanq; præſtantius eſt, quàm nō eſſe. Sed cũ ex Ariſtotelis philoſophia, duplex generatio eſſe videatur, altera. qua toties dicitur, corruptio vnius, eſt generatio alterius: altera, qua dicuntur homo & equus, hominẽ & equum generare, operæprecium fuerit diſquirere diligenter, vtra harũ generatione dixerit Ariſtoteles Deum, vniuerſum adimpleuiſſe. Si priore illa, fruſtraneã operã videbitur Deus ſuſcepiſſe. non enim in eſſe permanent, nedum indiuidua ſed ne ſpecies quidem. Si.n. ex equo cadauer: ex equis omnib. tot cadauera gignantur, ſpecies quoq; extinguentur. Quòd ſi in omnibus etiam animalib. accidat, genus quoq; vniuerſum animaliũ peribit. Ita nihil profuerit ad vniuerſi adimpletionẽ, cõtinua talis generatio. Altera ergo intelligenda eſt, qua ex equo equus, ex homine homo, & reliquis itidem reliqua fiunt animalia, & plantæ. In hac non minus quàm in priore eſt excutiendum, quid veri habeat. Dixit Ariſtoteles. τὸ εἶναι ἐν ἅπασιν ἀδύνατον ὑπάρχειν. *Eſſe in omnibus impoſſibile eſt ineſſe.* Atque *Ideo Deus vniuerſum adimpleuit, continuam faciens generationem.* Quæ nam illa ſunt quæ impoſſibile eſt, eſſe ſemper habere? Species ne, an ſpecierum indiuidua? Species certè omnes, ſuo dogmate ſemper manent. Indiuidua ſpecierum corrumpuntur, & eſſe deſinunt. In his ergo impoſſibile eſt, eſſe ipſum cõſiſtere: Ob hæc cõtinua generatio, adinuenta eſt à Deo per quam eſſe permaneret. Hæc generatio itidem indiuiduorum, non ſpecierum eſt. Si eſſe ipſum in indiuiduis nequit permanere, quærimus nos, quomodo per generationem continuam eorum, in eis. eſſe conſeruetur? procul enim dubio eſt, eſſe quod in me eſt, cum permanere non poſſit, & in morte corrumpatur, non permanere in alio indiuiduo, quod ex me generetur. Non loquor de cadauere, ſed de filio in quem non tranſit meum eſſe, me corrupto. Quòd ſi affirmetur, tunc ego affirmabo, filium ex me natum, me viuo & ſuperſtite, meum eſſe non habere. Nũ ergo me viuo, in eum tranſibit, an me corrupto in eum tranſiliet? Si prius illud aiant, tunc meam ſortem lacrymabo, dum viuo & ſum, meum eſſe, me relicto, in filium meum tranſiſſe; quia dum ſum, & viuo. nec ſum amplius, nec viuo. & ſcribo & comedo, iam mortuus. Si verò dicant, me extincto, eſſe meum continuari in filio, tunc rogabo, an antequam moriar, filius meus ſit, an non ſit? an ſuum eſſe habeat, an meum? Si meum, tunc illa priora abſurda. Si ſuum, quid meo eſſe poſt obitum meũ, opus habet, ſi ſuo iam vetere ſat habet? aut quomodo ſuum dum habet, meo opus habet? quod iam per meum obitum, in nihilum redactum eſt? Peto à Peripato, vt me ex his labyrinthis eximant, ac declarent, ſi in filio meo, eſſe meũ permanet ac perpetuatur, an antequam eſſe meum in illum tranſeat, an eſſe ipſe habeat? atque ita viuis ambobus

bus, vel meum solum esse, consistat in duobus: vel me extincto, duo esse in illo repertū iri. Hæc si absurda sunt & impossibilia, concedāt necesse est, meum esse in illū non transire, aut trāsiturum. Sed dum viuimus ambo, & hac aura fruimur, me meum esse habere, illum itidem esse suum. Me extincto, illo superstite, meum esse perire, suum illi remanere. Generatio itaque continua indiuiduorum, illud esse quod ipsis impossibile est semper habere, non efficit vt permaneat. Nihil ergo profuit ad vniuersi completionem, ad indiuiduorum permanentiam. In quibus si opus fuerat, ipsum esse permanere, non oportuit ea extingui, vt generatio induceretur. Quam qui potuit introducere, cur non etiā potuit efficere, ea indiuidua semper integra vt permanerent? Cur in ea re tātū virium habuit: in hac nihil potuit? Quæ hæc potentiæ disparitas ac inæqualitas? Si dicatur, quia indiuidua hæc necesse habuere, vt corrumperentur, cui necessitati non potuerit obuiam ire author: dicam ego si maius potuit, cur non potuit minus? Si generationem fecit, non semel aut bis vt fieret, sed vt continnè, cur etiam non potuit facere conseruationem? Maius namque opus est facere quod non erat, quàm conseruare, quod est. Sed detur necessitati impermanentia illa. cui necessitati? quæram. An ei scilicet, quæ causa est corruptionis, seu materia illa sit, seu mistio contrariorū, quæ in indiuiduis sunt? Si materia est, cur cœlum, cur elementa, quæ indiuidua etiam sunt, permanent? Si mistio contrariorum ea causa sit, cur terra, aqua, aer, cum mista sint, permanent tamen? Neque enim corpora hæc, Aristotelica confessione, simplicia sunt: sed mista. Testatur id in terra inenarrabilis varietas, ponderum, colorum, Saporum, odorum: eadem hæc in aqua. Cur ergo terrā, cur aqua, quæ mistæ ex contrariis sunt, quæ indiuidua permanent, & non corrumpuntur? Si dicatur eas, non indiuiduas, sed species duas in singulo quoque corpore esse, atque ratione speciei nō corrumpi, quia sit necesse species permanere: Tum rogabo, cur id speciebus concessum sit, non etiam indiuiduis? æquè enim species manerent. Si indiuidua permanerent, ac si continuè hæc generentur. Quod ergo potuit vnico actu, vnica indiuiduorum permanentia effici, æquè bene ac fortè melius, cur pluribus, infinitis scil: actibus continuatis generationibus efficitur? Nonne id frustraneum opus est ex doctrina Aristotelica? Si indiuiduis impossibilitas permanentiæ ista conuincatur, vt impossibile sit eam non fateri, tum aiam ego, Aristotelē nō in eodē pede stetisse dum scripsit, omnia indiuidua impossibile est habere esse: adimpleuit ergo. Deus vniuersum continua generatione vt illud esse per eam permaneret. quod tamen in indiuiduis non fit, sed in speciebus. Atque ita esse istud quod in indiuiduis deperit, non indiuiduis sibi æqualibus, sed in speciebus, amplioribus seruatur. Indiuiduorū enim generatio, non ad indiuiduorum continuationem conducit, sed ad specierum conseruationem. De quibus tamen non dixerat, esse impossibile, esse ipsum permanere. Atque ita quod de vno proposuit, de alio conclusit, Quæ qualis sit vel logica vel philosophia doceant saluatores illi sui qui tot recessus, tot thecas, tot technas habent, ex quibus, quascunque libuerit promant saluationes. Quid sequitur, videamus. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συνείροιτο τὸ εἶναι, διὰ τὸ ἐγγύτατα εἶναι τῆς οὐσίας, τὸ γίνεσθαι ἀεὶ τὴν γένεσιν. *Sic enim maximè continuabitur esse eo quod sit quam proximum essentia, fieri semper generationem.* Ait, quia generatio à Deo facta sit continua, futurum vt ita maxime esse ipsum perpetuetur. Rogo ego, quarum nam rerum esse perpetuabitur? Inferiorum scilicet horum, in quibus dixit impossibile esse, ipsum esse perpetuari: indiuiduorum nempe. nullæ enim aliæ res in his nostratibus mundi partibus, quàm vel genera, vel species, vel indiuidua sunt. At genera & species non recipiunt generationem, non corruptionem. esse suum permanet. Eorū ergo causa non est generatio adinuenta: sed indiuiduorum, quæ esse suum nequeunt perpetuare. At horum generatio, esse suum non perpetuat. corrupto enim eorum aliquo, aliud prorsus esse generatur, suum prius perit: vel si ex se aliquid generent, aliud esse illi dant, quàm proprium. Nō igitur, hoc generationis modo maximè συνείροιτο, *continuabitur* esse indiuiduorum: neque erunt quàm proximè ad essentiam, sed specierum, & generum. At species & genera non habuerunt opus, ista per generationem continuatione: poterant enim per indiuiduorum etiā permanentiam perennia esse. Generatio ergo continua indiuiduis, non prodest, vt

esse suum perpetuent. Ad specierũ verò & generum, quæ ea non indigent, frustra est excogitata. Vel si indigent, longè meliore conseruatione potuit adimpleri. Atque ideo non rectè ab Aristotele dictum est, hoc modo maximè, esse ipsum continuari. Neque etiam rectè dictum aliud illud *Quia proxima est ad essentiam continua generatio.* Quo in loco, illud (*proximè*) contrapositum est illi (*procul*) superiori. *proximè* istud, si localiter accipiatur, ea patietur absurda, quæ passum est, *procul* illud. Si verò contraponatur, ad id (*procul*) quod ibi non inuenimus, tunc amplius disquirendum, vt inueniatur si potest. Si dicatur, hæc nostratia procul distare à principio, quia illud simplex, hæc composita sint: quæ compositio efficiat, vt nequeant semper manere. Aiam ego. Si continua generatio debeat proximè ad substantiam accedere: oportet, vt quàm simplicissima sit ipsa: vel simplicissimorum, vel genita efficere simplicissima. Quorum quidem nullum est. Neque enim generatio, quæ multo apparatu qualitatum, tum primarum, tum secundarum tum motionibus localibus, alterationibus, caloribus eget, simplicissima dici potest. vel si in instanti dicatur fieri, forma etenim quæ eo instanti inducitur, simplex non est. Neque simplicium rerum est: nam quod generatur, compositum ex elementis, in sua philosophia est & quicquid ex generatione nascitur, compositum est ex ijsdem. Aliud ergo (*proximè*) illud significat. Sed quid significare possit aliud? nam distantia omnis aut localis est, aut essentialis, aut accidentium natura propinquorum. Essentialem apparuit non esse, quia principium simplicissimum est, generatio talis non est. Localis minimè, quia principium in loco non est. accidentiũ aliorũ omniũ minimè. nulla enim accidentia in principio sunt: si modò pro principio Deum intelligamus, aut intelligentiam aliquam, vel cœlestẽ aliquam essentiam, vel elementalem, quæ perpetua sit. non Aristotelico, sed Pythagorico, Parmenidico, Planicoque vocum vsu. Sed principium istud, esto cœlum, & sol: causa vt docebimur, inferiorum horum continuę generationis. mitto quærere, qua ratione principium dictum sit, & essentia generico nomine, per metaphorã ad speciem contracto, contra edicta sua. Illud requiro, quo pacto, generatio, quæ accidens est, proxima substantiæ dici possit? Si verò proximitas ista sit imitatio ea, qua dicet, elementa suis rectis motibus, generationem continuam efficientibus, circularem cœli motũ imitari: tunc dicam, motus eos motibus cœlorum similes fieri, non autem cœlorum substantiæ, aut cœlis ipsis. Quòd si exponant, generationem continuam, proximè ad substantiam accedere: hac ratione scilicet, quòd res generabiles perpetuitatem, quæ in simplicib. substantijs omnibus est, acquirant. aiemus nos, falsum esse indiuidua, quæ suo dogmate, primæ substãtiæ sunt perpetuari. secũdas verò substãtias, aut opus non habuisse generatione, seu continua, seu interpolata: aut meliore modo incorruptione nimirum potuisse perpetuari. Speciosa ergo hæc Aristotelis philosophia est, precij tamen nullius, nullius veritatis, nullius necessitatis. Prosequamur. τούτου δ' ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, αἰτία ἡ κύκλῳ φορά. *Huius autem, vt dictum est multoties causa est latio circularis.* Et causam sanè subdit: διὰ τὸ προσάγειν, καὶ ἀπάγειν τὸ γεννητικόν. *Eo quod adducat & abducat generatiuum.* Illud primum aio, in præcedentibus libris, nullibi id ab eo dictum. atq; ita, librum hunc post meteoros apparet scriptum. Deinde illud est animaduertendum non negligenter, quomodo dicat tàm sæpe continuam generationem. quæ continua non sit, sed deinceps. Superius eã appellauit ἐνδελεχῆ in his aliis συνεχῆ ἀνάγκη τούτων ὄντων καὶ γένεσιν εἶναι συνεχῶς. *Necesse est his existentibus, etiam generationem esse continuè.* Neq; enim generatio fit *cõtinuè* συνεχῶς sed *deinceps* ἐφεξῆς. seu vnius rei sit, seu plurium. fit enim interrupto, & nõ continuato motu, vt est cœli motus συνεχὴς continuus. Sed nomina mittamus, res ipsas perpendamus, Ait sæpe ab eo dictum circularem motum, esse causam generationis. Sed non omnis circularis motus, non primus, sed διὸ καὶ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ αἰτία τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον. *Quare, non prima latio causa est generationis, & corruptionis. Sed ea quæ est secundum obliquum circulum.* Zodiacum nimirum, in quo Sol generatiuus accedendo & recedendo generationem continuam facit. De planetis qui in eodem circulo feruntur, nulla consideratio, nulla mentio ab eo habita, cui ob id reliqui Philosophi & Astrologi illud obijcient, quod ipse veteribus obiecit,

dum

dũ de Solis nutrimento disputaret, inconueniens eos fecisse, solem solũ curasse, cæteros neglexisse. Sed maius me quiddã torquet, quid est per Deos immortales illud *προσάγειν καὶ ἀπάγειν, adducere & abducere* per quę fiat generatio? Quid ista adductio, & abductio efficiat consideremus. Fortè sit id ipsum quod etiam *προσιέναι, καὶ ἐγγὺς εἶναι, aduenire & prope esse* & *ἀπιέναι καὶ πόρρω γίνεσθαι, abire & procul fieri*? quod alibi hac de re ipsa interspersit. Ea dupliciter possunt intelligi, accessionem aduentumque ad tropicum nostrum, recessionem abitumque ad tropicum capricorni: potest etiam pro apogeo, & perigeo accipi. Sed Græcorum Astrologi ad sua vsque tempora hæc duo non nouerant. posteà Hipparchus ea est commentus. De altero ergo accessu & recessu agamus. Ait, *τὸν λοξὸν κύκλον κατὰ τὴν ἔγκλισιν, προσάγειν, καὶ ἀπάγειν τὸ γεννητικὸν. Obliquum circulum secundum inclinationẽ, adducere & abducere generatiuum*: quod Solem alibi exprimit. Primo itaq; quæramus, qua ratione id dicatur Sol quo modo à terra abducitur, aut ad eam adducitur? quæ ad omnes cœlestes orbes veluti centrum residet. Quomodo abducitur, si semper terræ dimidiæ facies ad Solem versa, illius radiis collustratur? Si calore illius æquè semper calescit? Non negabunt id sui, sed docebunt alio tempore, ab alijs terræ partibus, non à tota, longius Solem abduci alio ad easdẽ propius adduci. Concedemus id nos in partibus terræ, concedentibus illis à tota non abduci. Sed quæremus, an putent, totam terram, generationem rerum proferre? an verò plagas tantùm aliquas? Si plagas dicant, experientiam afferemus, sub ipso nostrate Polo, qui longissimè à tropicis distat, generationem rerum celebrari, nubium, pluuiarum, niuium, ventorum, lapidum, herbarum, arborum, animalium, auium, piscium, hominum. Si dicant, excusatum iri Aristotelem, quod suis temporibus inueterata fuerit opinio, sub polis ob frigus habitare homines non posse, fatebor ego id ita censitum esse, non tamen hinc sequi, ibi nec aliud quippiam gigni. Quod si hæc quoque opinio inualuerat eo æuo, (quod tamen non constat) & qui id asserat, sua, non veterum authoritate affirmet) constat nostro æuo, falsam eam fuisse opinionem, quam si Aristoteles credidit, falsum credidit, à qua falsitate philosophos nos, quanquàm in contraria Aristotelis authoritas trahat, debet auertere, in ijs saltem rebus, quæ oculis, cæterisque sensibus obiectæ sunt. Esto, concedent nostrates veritatis amatores omnibus terræ locis etiam sub septemtrionibus generationis rerum celebrari, in eoque ipso sententiam Aristotelis veram esse, id namque fieri, dum Sol ad septemtriones quàm proximè accedit, etiamsi eò vsque non progrediatur, radijs tamen suis caloreque generationes effici, accessuque suo generationem, vt recessu corruptionem consequi. Id enim Aristoteles his verbis docuit. *ὥστε εἰ τῷ προσιέναι, καὶ ἐγγὺς εἶναι γεννᾷ, καὶ τῷ ἀπιέναι καὶ πόρρω γίνεσθαι, αὐτὸ τοῦτο φθείρει. Itaque si accessione & propinquatione generat, etiam recessione & procul abitione hoc ipsum corrumpit.* Esto, accedente Sole ad cancrum generatio fiat sub septentrione: interrogo an idem ipsum quod tunc generatur, recedente à cancro Sole, corrumpatur? maximè omnium asseuerabunt, hoc enim elatè Aristotelem dixisse, *αὐτὸ τοῦτο φθείρει hoc ipsum corrũpit*. Tum præterea rogabo, an id in omnibus rebus eueniat? an in aliquibus tantummodo? Si in omnibus dicant, vsus rerum eos falsitatis conuincet. Nam ego, qui Sole ad cancrum accedente XXV. die Aprilis genitus sum, anno M D.XXIX. non sum extinctus Sole eodem inde ad sex menses iisdẽ spacijs ad capricornum contrarium accedente & à nostro etiam ante recedente, neq; quadraginta aut amplius alijs eius Solis, ad eosdẽ tropicos, & ab eisdẽ tropicis accessionibus & recessionibus, quæ ab ea die, ad hãc vsq; secutæ sunt, esse desij, aut meũ esse perijt. Neq; omnes homines omnia animalia, oẽs arbores, quæ Sole ad aquilones propinquante generantur, semestre tantùm spacium viuũt, Sole inde regrediente. Aliquæ ergo res tantũ recedente Sole corrũpuntur. An verò ex hoc dogmate, nulla res nostra ęstate corrũpitur, nullũ animal moritur, null⁹ homo interit, quia Sol prope nos est? & cũ procul est à nobis in hyeme, nullus infãs nascitur, nullũ animal in lucẽ ꝓdit, quia Sol sua lõginquitate ea nõ fouet, toruè respicit. Rogam⁹ vt nos doceãt quę, & quot, & quales sint istę res, quæ accedẽte Sole generãr, recedẽte corrũpuntur cędẽ? si dicãt herbas, appropinquãte Sole, flores, fructus germinare, virescere: dicem⁹ nos easdẽ herbas maximè propinquo Sole etiã arescere, emori, iterũ Sole regrediẽte

sæpenumero reuirescere, reflorere, maturescere. animalia verò, ac homines omnib. æquè anni tẽpestatibus, oriũtur atq; occidũt, Sole & accidẽte & reuertẽte. Quomodo ergo Sol dictus est *γεννητικὸν τῷ προσιέναι, generatiuum cum accedit*, corruptiuũ cũ recedit, *αὐτὸ τοῦτο φθείρει*, hoc ipsum quod accedendo generauit, recedẽdo corrũpit? Si ad hoc dogma rerũ generatio atq; corruptio cõferatur, in herbis in folijs arborũ nec eorum tamẽ omnium vera esse cõprehendentur nec nõ in ranis palustrib⁹, muscis, pulicibus, talibus insectis alijs, verũ esse reperietur, in reliquis cunctis reb⁹ falsa, itaq; Sol, suo accessu ranarũ ac muscarũ erit *γεννητικὸν generatiuũ*, ex Aristotelis speciosa philosophia. Si vera sit ea alia philosophia, quã 2. physico protulit, *Sol & homo generat hominẽ*: id certè alio modo, quã aggressu ad tropicũ, & regressu à tropico, necesse est euenire: quandoquidẽ omni anni nõ dico tẽpore, aut mẽse aut die, sed hora, sed momẽto, mas cũ fœmina concumbit vbiq; terrarum, sole & prope & procul existẽte & pueros & puellas procreant. Cur ergo illa recipiamus. *καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἡ φθορὰ καὶ ἡ γένεσις ἡ κατὰ φύσιν. Et in æquali tẽpore, corruptio & generatio ea quæ secundũ naturã.* Cum nulla æqualitas tẽporum vitorum, nedum accessuum & recessuum solis in his seruetur? Neq; illa veriora sunt. *διὸ καὶ οἱ χρόνοι, καὶ οἱ βίοι ἑκάστων ἀριθμὸν ἔχουσι καὶ τούτῳ διορίζονται. πάντων γάρ ἐστι τάξις, καὶ ἅπας χρόνος καὶ βίος μετρεῖται περιόδῳ. Ideo & tẽpora & vita vniuscuiusq; numerum habent, & hoc terminantur. omniũ enim est ordo & omne tempus & vita mensuratur periodo.* Si de periodo accessus & recessus solis intelligatur, cum hanc periodum nullæ res aliæ seruent ordine quo dicit, quàm ranæ ac muscæ ac talia alia ingenti nobilitate ornata animalia, quæ digna sint quorum sol, ac cœlum vniuersum curam habeant, ac periodos suas reuoluant. Atq; hæc quidẽ in illa generatione ac corruptione demõstratum esto, quæ fit per tẽporum interualla. In altera autẽ illa de qua dicitur, *generatio vnius corruptio alterius*, multo min⁹ habet locũ cũ eodẽmet instanti, quo generatio fit, fiat etiam corruptio neq; hæc expectet, Solẽ ad Capricornũ proximantẽ, aut ad cãcrũ. Nõ ergo fuit necesse, ad generationes vtrasq; vtrasq; etiã corruptiones, plures Solis motus imaginari necessarios, neq; duos, neq; cõtrarios. Neq; hac in re verũ est. *τῶν γὰρ ἐναντίων τὰ αἴτια ἐναντία. Cõtrariorũ causas esse cõtrarias.* Neq; etiã verũ est alterũ illud. *ἀνάγκη γάρ, εἴ γε ἀεὶ ἔσται συνεχὴς γένεσις καὶ φθορά, ἀεὶ μέν τι κινεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐπιλείπωσιν αὗται αἱ μεταβολαί, δύο δ' ὅπως μὴ θάτερον συμβαίνῃ μόνον. Necesse est enim, si semper futura est cõtinua generatio & corruptio, semper quidẽ aliquid moueri ne deficiãt hæ mutationes: duo aũt, ne alterũ eueniat solũmodo.* Neq; n. generatio & corruptio cõtinuę sunt, neq; duo mot⁹ ad id sunt necessarij. Neq; ad cõtinuã facit generationẽ quod ait: *τοῦ μὲν οὖν συνεχῶς, ἡ τοῦ ὅλου φορὰ αἰτία. Continuitatis ergo vniuersi latio causa est.* Tũ quia generationẽ continuã esse, nõ est verũ, tũ quia primi mobilis motus (ita enim exponunt sui) causa est, vt Sol cõtinuè moueatur, aut horũ cõtinua generatio fiat per Solis continuã motionẽ à primi mobilis motione dependentem. Sol nãq;, vt ipse primo de cœlo cap. 9. vt Astrologi pleriq; asserunt duob. motib. mouetur sibi inuicẽ contrarijs, diurno scilicet raptu primi mobilis ab ortu ad occasum & proprio deinde suo, ab occasu in ortũ. Atq; per hunc propriũ accessus & recessus illos facit, nihil ad id faciente mobili primo. Neque potest dici, Solem proprio hoc motu, non continuè moueri. Continuè enim mouetur nulla interposita mora. Nõ est igitur vniuersi latio causa cõtinuitatis motus proprij Solis ab occasu ad ortum, quo solo, accessus & recessus suos Sol facit, per quos duos generatio & corruptio asserta est fieri. Non ergo latio primi mobilis, cõtinuæ generationis & corruptionis causa est. Falsa igitur hac quoq; in parte Aristotelis philosophia est. Non minus etiã inconstans in hac alia est, *διὸ καὶ τἆλλα ὅσα μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς δυνάμεις, οἷον τὰ ἁπλᾶ σώματα μιμεῖται τὴν κύκλῳ φοράν. ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γένηται, καὶ ἐξ ἀέρος πῦρ καὶ πάλιν ἐκ τοῦ πυρὸς ὕδωρ, κύκλῳ φαμὲν περιεληλυθέναι τὴν γένεσιν, διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν. Ideo etiã alia, quæcũq; mutãtur in inuicẽ secundum passiones & potentias, veluti simplicia corpora, imitantur circularem lationẽ. Quãdo enim ex aqua aer fit, & ex aere ignis, & rursus ex igne aqua, circulo dicimus percurrisse generationẽ, eò quòd iterum reuertatur.* Neque enim omnia quæcũq; transmutãtur in inuicẽ transmutãtur, nam ex boue, cadauer quidẽ fit, nõ fit autẽ ex cadauere bos, nõ ergo horum trãsmutatio circularem motum imitatur, sunt alia talia ferè vniuersa, quæ in generatione versantur. Cur ergo intulit, paucissimorũ elementorũ circularem generationẽ imita-

ri lationem circularem, cum anteà de Sole egisset, tanquam de efficiente, generationis vniuersæ, vniuersali? Quod nam priuilegium diuinius, elementis datum, quã alijs, quæ in generatione & corruptione eadem causa versantur? Nonne, vt contrariorum contrariæ causæ sunt, ita eorundem eædem? Deinde quis modus transmutationis est secundum passiones & potentias, quæ inter qualitates & accidentia sunt repositæ, generatio autem substantiarum propria sit? Si per passiones & potentias elementa transmutantur, quomodo in inuicem transmutantur? quomodo ex aqua aer fit? Quod si fiat. formas necesse est mutatas esse, non passiones & qualitates. Si ex aqua aer fit, nonne oportuit, aquæ formã corruptam, aeris formã genitã esse? si id opus fuit, cur dictum est. *Qua transmutantur secundum passiones & potentias*: non autem κατὰ τὰ εἴδη, *secundum formas*. Fortè ex hac tam augusta philosophia, surripuit Alexander, qualitates formas elementorum esse, quia vidisset, præceptorem tradidisse elementa ad inuicem transmutari, per mutationem qualitatum. Quæ sententia, si vera est, cur amplius, in corporibus quæramus substantiales formas? formas alias quàm qualitatum? temperierum? cur nobis traditur substantiam triplicem esse, materiam, formam, ex vtrisq; compositum? Si verò, vera est hæc substantiæ triplicitas, quomodo mutatis qualitatibus tantum, ex vno elemento, elementum aliud fit? Si verò, non tantum qualitatibus mutatis elementum vnum fit ex alio, sed præter & propter qualitates, etiã substantiali forma, cur hæc, cuius hoc propriũ opus est, reticetur? proferuntur ea, quorum negotium non est? Quis modus hic philosophiæ tradendæ, docendæue? Si qualitatibus tantùm mutatis ex aqua aerem fieri falsum est, cur hoc profertur? Si formis mutatis aerem, ex aqua fieri, verum est, cur hoc non profertur? Si aient. necessaria quoque est mutatio qualitatum, esto, cur vtrumque non profertur? Aut si reticeri alterum oportuit, principale proferri oportuit, non principale, oportuit reticeri. Si Aristoteles non proferat, ego verò, re docente addam quippiam, non equidem Aristoteles, sed ego eam philosophiam condo. At Aristoteles occasionem præbuit, cur non potius res ipsa mihi commonstret, sensus ipsi, qui & illi? Quid est præterea illud, quod ait, διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν, *eò quod iterum reuertatur*. Nonne etiam in recta reuersio fieri potest, & non tantùm in circulo? Si Ferraria Venetias proficiscar, dein Venetijs, Ferrariam, itinere eodem regrediar, an verum erit dicere circulo me reuersum esse? Si vapor ab aqua recta ascendat in aeris regionem aliquam, ibique condensatus, aqua fiat, & descendens eadem rectà, cur dicetur circulo reuersus? Nonne docuit nos primo de Cœlo, alibi etiam, circularem & rectum motum, motus esse inter se longè diuersos? rectum in contrarios duos partitus est, ascensum & descensum? Qua ergo ratione hic docemur, rectos motus aquæ, aeris, ignis, circulo generationem facere, aut imitari? Cur etiam additur. διὸ καὶ ἡ εὐθεῖα τούτων φορὰ μιμουμένη τὴν κύκλῳ συνεχής ἐστι. *Ideo etiam rectа horum latio, imitans circularem, continua est?* Neque enim generatio, vt ostensum est, continua est, sed deinceps, neque etiam itio & reuersio continuæ sunt: neque circularem vllo modo imitantur, cum in recta itio & reuersio fiat ab eodem in eundem locum. Per quas cum elementorum generatio fiat. cur non rectam motionem imitatur, non autem circularem, cum qua nullam habet similitudinem, quam ab eodem in idem, itionem, quæ rectæ etiam est? Qua acutie ingeniorum dicetur, motum interpolatum. similem continuo esse, quando 8. physico magno molimine ostensum sit, motum in recta continuum esse non posse? vnde etiam, vt sibi visus est, æternam circularis motus continuitatem adstruxisse. Generatio aeris ex aqua, & ex aere, aquæ per lationem sursum & deorsum fieri paulo post affirmauit. μενούσης γὰρ τῆς γῆς, τὸ περὶ αὐτὴν ὑγρὸν, ὑπὸ τῶν ἀκτίνων καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης ἄνωθεν θερμότητος ἀτμιδούμενον φέρεται ἄνω. *Manente enim terra, quod circa eam est humidum, à radijs, & alia sursum caliditate in vapores solum, fertur sursum.* At ferri sursum est à medio ferri: à medio verò ferri est simplicium duorum rectorum alter motus. συνίσταται δὲ πάλιν ἀτμὶς ψυχομένη, διὰ τὴν ἀπόλειψιν τοῦ θερμοῦ καὶ τὸν τόπον, καὶ γίνεται ὕδωρ ἐξ ἀέρος. γινόμενον δὲ φέρεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν. *Condensatur rursus vapor frigefactus ob defectum caloris, & ob locum, & fit aqua ex aere, & facta fertur rursus ad terrã.* hic aũt est alter rectorũ simpliciũ motuum, hoc aũt nullã cũ circulo cognationẽ magis, quàm cũ quolibet recto habet. Itaq; non rectè aliud illud prolatũ est. γίνεται δὲ κύκλος οὕτω,

μεμιμημένος τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον. *Fit autem circulus ille, imitans solarem circulũ.* est enim in rectis ad eadem reuersio, neque recta ea imitatio est, quam ostendit, cum omni careat similitudine, & expressione. ἅμα γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὰ πλάγια μεταβάλλει, καὶ οὗτος ἄνω καὶ κάτω. *Simul enim ille in latera mutatur, & hic sursum, & deorsum.* Neque ille motus vllam habet causam cum vaporum ascensu vel descensu. Non est etenim verum, accedente Sole, vaporem ascendere, non est verum, recedente descendere. Eadem sæpe die vapor ascendit, & pluuia factus descendit, hyemis tempore, quando sol procul à nobis distat, æstate etiam, quàm proximus nobis est, Verè & Autumno etiã magis, quando Sol est in medijs itineribus. Quare falsa illa sunt, quæ subnectit. πλησίον γὰρ ὄντος τοῦ ἡλίου, ὁ τῆς ἀτμίδος ἄνω ῥεῖ ποταμὸς, ἀφισταμένου δὲ, ὁ τοῦ ὕδατος κάτω. *Prope enim existente sole, vaporis sursum fluit fluuius, absente verò, aqua fluuius deorsum.* Non enim sex mensibus vapor ascendit, vt sol sex mensibus accedit, neque sex mensibus pluit, vt sex mensibus Sol recedit, cum sæpe longissimè per noctem absente Sole, vapor ascẽdat, & præsente Sole, interdiu pluat. Falsa illa quoque. καὶ τοῦτ᾽ ἐνδελεχὲς γίνεσθαι, κατά γε τὴν τάξιν. *Et hoc continuè fieri, secundum ordinem sanè.* Falsum inquam eisdem ob causas est, sensus enim aliter distat, cui quidem plus tribuet ingenium non cæcum, quàm ornamentis, ac κομψεύμασιν istis, quàm fluminibus his aqueis aereisq; sursum deorsumq; cursantibus, quæ descripserat in his. δεῖ γὰρ νοῆσαι τοῦτον ὥσπερ ποταμὸν ῥέοντα κύκλῳ ἄνω καὶ κάτω, κοινὸν ἀέρος καὶ ὕδατος. *Oportet enim cogitare, hunc veluti fluuiũ fluentem circulo, sursum & deorsum, communem aeris & aquæ.* Neque hic est Oceanus ille, quem veteres dixere, terram ambire, sed hic qui verè est Oceanus, qui circa terram quaqua versum nauigatur, eamque circulo & ambit, & lambet.

FINIS LIBRI NONI.

# DISCVSSIONVM PERIPATETICARVM

## TOMI IIII LIBER X.

### *DE SEX COELI Distantijs.*

PYTHAGOREOS, bonos ac sapientes viros, Aristoteles insectatur, quòd cum sex distantiæ sint cœli, sursum, deorsum, antè, retrò, dextrum, sinistrũ, duas tantùm has posteriores, inter principia posuerint, reliquas omiserint, ita enim scribit 2. de cœlo, cap. 2. διὸ καὶ τῶν Πυθαγορείων ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι δύο μόνας ταύτας ἀρχὰς ἔλεγον, τὸ δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερὸν, τὰς δὲ τέτταρας παρέλειπον, οὐδὲν ἧττον κυρίας οὔσας. *Ideo Pythagoreos etiam admirabitur quispiam, quòd duo hæc tantùm principia dicerent, dextrum & sinistrum, quatuor verò prætermiserint, nihil minus principalia existentia.* Iudicauit ipse contrario se habere modo, quàm illi statuissent, nempe non dextrum & sinistrum, sed sursum & deorsum principij habere rationem, principiumque esse, rationem reddit: ἔτι δ᾽ ὡς τὸ μῆκος τοῦ πλάτους πρότερον, εἰ τὸ μὲν ἄνω τοῦ μήκους, τὸ δὲ δεξιὸν τοῦ πλάτους, ἡ δὲ τοῦ προτέρου ἀρχὴ προτέρα, πρότερον ἂν εἴη τὸ ἄνω τοῦ δεξιοῦ, κατὰ γένεσιν. *Præterea vt longitudo latitudine prior est, si sursum longitudinis, dextrum verò latitudinis: prioris autem principium prius est, prius sanè fuerit, ipsum sursum, ipso dextro, secundum generationem.* Et libro de partibus

partibus ad localem motum vtilibus, cap. 4. ita, ἀρχὴ γὰρ τὸ ἄνω *principium vero sursum.* Esse verò has omnes distantias, non solùm in animalibus. Sed etiam plantis, & vniuerso, & perfectis denique corporibus omnibus tradidit, sic eodem 2. de Cœlo. ταύτας γὰρ τὰς διαστάσεις εὔλογον ὑπάρχειν τοῖς σώμασι τοῖς τελείοις πάσας. *Has verò distantias, consonum rationi est, inesse corporibus perfectis omnes.* Cumq; has omnes, vniuersum sua sententia obtineat, 1. cap. libri 2. de Elementis tacitè increpauit Platonem, qui negaret in Timęo sursum ac deorsum quicquam esse in vniuerso. ἄτοπον γὰρ τὸ μὴ νομίζειν, εἶναί τι ἐν τῷ οὐρανῷ, τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, καθάπερ τινὲς ἀξιοῦσι. *Absurdum enim est non putare, esse aliquid in cœlo hoc sursum aliud deorsum, quemadmodum quidam autumant.* Hasce reprehensiones discutiamus. Pythagorei in Syzygia illa, quã ipse 1. Metaphysico cap. 5. affert, dextrum & sinistrum, cum reliquis ibi numeratis, pro principijs statuerant, sua quadam de more eius scholæ, recondita sententia philosophati. Quæ quidem ibi non sunt posita pro corporum principijs, sed rerum omnium cum cęteris coniugibus. Quod Aristoteles fortè torsit in aliam sententiam, de more scilicet suo, qua quidem in re non est admodum laudandus. At minus certè hac in alia: quando veluti sui oblitus, scribit, Pythagoreos duas alias etiam de sex distantijs nouisse, eodemmet illo capite. ἡμᾶς δ' ἐν τῷ κάτω, καὶ πρὸς τοῖς ἀριστεροῖς, ἐναντίως ἢ ὡς οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν. ἐκεῖνοι γὰρ ἡμᾶς ἄνω τε ποιοῦσι καὶ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει, τοὺς δ' ἐκεῖ κάτω καὶ ἐν τῷ ἀριστερῷ. *Nos verò deorsum & in sinistris, contrario modo, quam vt Pythagorei dicunt, illi enim nos sursum faciunt & in dextra parte, illos verò deorsum, & in sinistra.* Quæ sanè verba Pythagoreos non duas tantùm distantias in vniuerso constituisse, contra priorem Aristotelis assertionem ostendunt, sed quatuor: & contradictionem in Aristotelis verbis, quam nullæ saluantiũ saluent saluationes, & prætereа eius non satis sæpe consideratam, antiquos arguendi cupiditatem declarant. Non duæ ergo, vt accusantur, sunt à Pythagoreis positæ distantiæ sed quatuor, dextrũ, sinistrum, sursum deorsum, & nisi omnino cęcos eos oẽs fuisse credamus, saltem in seipsis, antè, & retrò verisimile est agnouisse. Quæ igitur hæc tanti viri, contra tantos viros, puerilis argutatio? Aient sui, at contrario modo Pythagorei quàm Aristoteles in vniuerso quatuor distantias collocarunt: Quid verò tum? an hoc piaculum est? Eia ergo in medium proferamus quàm rectè eas Aristoteles statuerit, expendamusque, vtrorum melior, sensibus, rationique consonantior, sit collocatio, neque enim minima hæc est philosophicarum speculationum.

Duæ sunt hæ pugnantes inter se sententiæ. Pythagorei, nos qui ad arctoum polum habitamus, sursum & ad dextrum latus, dicunt esse, eos verò qui ad antarcticum, deorsum & ad sinistrum. Aristoteles contra nos deorsum esse & à sinistris, illos verò sursum & à dextris respectu primi orbis, nam ad planetarum orbes concedit Aristoteles eiusdem capitis fine, nos sursum & in dextris, illos deorsum, & in sinistris vtriusque Aristotelicę sententiæ, hæc sunt verba, prioris quidem illius hæc. δῆλον τοίνυν, ὅτι ὁ ἀφανὴς πόλος ἐστὶ τὸ ἄνω, καὶ οἱ μὲν ἐκεῖ οἰκοῦντες ἐν τῷ ἄνω εἰσὶν ἡμισφαιρίῳ καὶ πρὸς τοῖς δεξιοῖς, ἡμεῖς δ' ἐν τῷ κάτω, καὶ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. *Clarum itaque quod non apparens Polus est sursum, & ij qui ibi habitant in superno sunt, hemysphario, & in dextris: nos vero in inferiore, & in sinistris.* Secundæ vero sententiæ hæc alia sunt scripta. ἀλλὰ τῆς μὲν δευτέρας περιφορᾶς, οἷον τῆς τῶν πλανήτων ἡμεῖς μὲν ἐν τοῖς ἄνω καὶ ἐν τοῖς δεξιοῖς ἐσμέν, ἐκεῖνοι δ' ἐν τοῖς κάτω, καὶ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. *Sed in secunda circumlatione veluti planetarum, nos quidem in superis & in dextris sumus, illi verò in inferis, & in sinistris.* Vtra verò harum verior sit ac melior sententia, non nisi ex harum distantiarum principijs percipi potest. Ea principia Aristoteles posuit, ea itaque in manus sumamus. Ait Aristoteles, harum distantiarum tractationem, propriam esse eius philosophiæ, quæ motus animalium contemplatur. διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζῴων κινήσεις, διὰ τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖα τῆς ἐκείνων εἶναι. *Determinatum quidem est de his, in ijs quæ de Animalium motibus dicta sunt, quia propria illorum naturæ sint.* Rationem quoque eius rei statim addit. φανερῶς γὰρ ἔν γε τοῖς ζῴοις ὑπάρχοντα φαίνεται, τοῖς μὲν πάντα τὰ τοιαῦτα μόρια (λέγω δ' οἷον τό τε ἀριστερὸν καὶ τὸ δεξιόν) τοῖς δ' ἔνια, τοῖς δὲ φυτοῖς τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω μόνον. *Manifestò enim in animalibus inexistentia apparent, in quibus sanè, omnes tales particulæ, dico autem veluti sinistrum & dextrum, aliquibus vero quædam, plantis verò, sursum & deorsum solùm.* Quare

cum animalium propriæ sint, rectè videri possit ad cœlum non pertinere. Ac ideo subiunxit dubitanter. εἰ δὲ δεῖ καὶ τῷ οὐρανῷ προσάπτειν τι τῶν τοιούτων, εὔλογον. *Quod si oporteat etiam cælo annectere aliquid talium rationabile est.* Rationabile inquit est, cœlo etiam inesse, quod in animalibus est horum primum, sursum & deorsum: quia & hæc & reliqua, antè, & retrò, dextrum & sinistrum principium quoddam est. ἕκαστον οἷον ἀρχή τις ἐστί. *Singula, veluti principium quoddam est.* Atque ideo. ταύτας γὰρ τὰς διαστάσεις εὔλογον ὑπάρχειν τοῖς σώμασι τοῖς τελείοις πάσας. *Has enim distantias rationabile est inesse corporibus perfectis omnes.* Non solùm cœlo, non solùm animalibus, sed corporibus perfectis, non quasdam, sed omnes: quia omnes sint principia quædam Quænam? ἔστι δὲ τὸ μὲν ἄνω τοῦ μήκους ἀρχή, τὸ δὲ δεξιὸν τοῦ πλάτους, τὸ δ᾽ ἔμπροσθεν τοῦ βάθους. *Est verò sursum quidem longitudinis principium, dextrum autem latitudinis, ante verò profunditatis.* Corpus autem omne perfectum esse tum Pythagoreorum tũ sua ipsius sententia primo de cœlo cap. 1. scripsit, idque ratione confirmauit: τὸ σῶμα μόνον ἂν εἴη τῶν μεγεθῶν τέλειον, μόνον γὰρ ὥρισται τοῖς τρισί· τοῦτο δ᾽ ἐστὶ πᾶν. τριχῇ δ᾽ ὂν διαιρετὸν, πάντῃ διαιρετόν ἐστι. *Corpus solum fuerit ex magnitudinib. perfectum: solùm enim terminatur tribus, hoc verò est omne, trinè verò cum sit diuisibile, vndequaque diuisibile fuerit* Et paulo post in eandem hanc sententiam: πάσας γὰρ ἔχει τὰς διαστάσεις. *Omnes enim habet distantias.* Longitudinem scilicet latitudinem & profunditatem. Neque enim vllum vsquam reperiatur corpus, quod tres has distantias non habeat: quas cum habet, omnes habet, omnes verò cum habeat, perfectum est. omne igitur corpus perfectum est. Cur ergo ait, *Rationabile est corporibus perfectis inesse omnes*. Neque enim rationabile id tantùm est, sed etiam ex positis necessarium. Cur etiam ait, corporibus perfectis, quasi sint, aut esse possint corpora aliqua imperfecta distantiarum harum ratione, cum omnia omnes habeant, & qui omnia habet, nil ei desit: & cui nihil desit, perfectum esse definijt ipse in Metaphysicis, itaque impossibile est corpora aliqua esse imperfecta. Quod cum verissimum sit, omnia corpora inanima, arbores, animalia, cœlum item ac vniuersum, perfecta sunt, si tres habeant distantias hasce, omnes enim habent. Si verò verum quoque sit, quod ipse ait, longitudinis principium esse, ipsum sursum, latitudinis dextrum, profunditatis antè, cur dubitanter protulit, εἰ δὲ δεῖ. *Si oportet etiam cælo annectere horum aliquid.* Cum enim cœlũ vti corpus, tres distantias possideat, principia quoque earum possidebit. Cur itidem, cum plantæ corpora perfecta sint, habeantque longum latum & profundum, protulit. *Plantis verò sursum & deorsum solùm.* τοῖς δὲ φυτοῖς τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω μόνον. Quasi longæ tantùm sint, reliquis duabus careant. Cur etiam dixit. *Animalibus aliquibus omnes has partes, aliquibus aliquas esse.* τοῖς μὲν πάντα τὰ τοιαῦτα, τοῖς δ᾽ ἔνια. Cũq; omnibus corporibus communes sint distantiæ hæ omnes, cur dixit. *Proprias esse animaliũ naturæ.* διὸ τὰ τῆς φύσεως οἰκεῖα τῆς ἐκείνων εἶναι. Si enim vera sunt, corpora omnia tres hasce habere distantias, ideoq; omnes distantias, atque idcirco perfecta omnia sint Si etiam vera sunt harum distantiarum principia esse. sursum, dextrum antè, vti apertè asseruit. absurda profectò sunt hæc omnia, & rationabile id esse, & de cœlo dubitanter protulisse, & plantis duas tantùm esse, & aliquas, animalibus quibusdam, & proprias eas animalium naturæ esse. Quæ tot absurda, tam paucis verbis comprehensa, admirationem mihi non exiguam incutiunt. Sed sunt hæc principia diligentius perpendenda. vnde tot absurda pendere videntur. Fortè enim accuratius pensiculata viam nobis ad veritatem patefacient. Itaque ab vniuersalioribus Aristotelico more ac methodo rem aggrediamur, videamusque, an omnino verum sit, corpora omnia tres distantias habere. & si omnia tres habeant, an alias etiam habere possint, vel nulla præter has tres vsquam reperiatur. Post quæ, ea quæ ex his nectuntur consideranda.

Ac quidem si Aristoteli Geometrisque omnibus credamus, omnia corpora videntur tres distantias habere. Si quidem in omnibus linea longitudinis extendi potest. quam ad angulos rectos secet linea latitudinis, ambasque alia linea eodem in puncto secet ad rectos itidem angulos, quæ vocata est linea profunditatis. Quæ cum in omnibus corporibus sectiones fieri queant, assertum est, omnia corpora tres has distantias habere. Quod Aristoteles approbauit procœmio librorũm de cœlo. Vtrũ autem plures aut pauciores esse possint in corpore aliquo, id dubium videri queat.

Nam

Nam pauciores in aliquibus esse tum res ipsa, tum Aristotelis authoritas videtur velle. Ait enim, plantis sursum & deorsum inesse tantũ quæ longitudinem solam constituunt. eius namque principium docuit esse τὸ ἄνω *sursum*. Animalibus etiam aliquibus, aliquas tantum esse asseruit. Res etiam ipsa id ostendere videtur, in corporibus sphæricis nullam horum inesse natura. Nullo enim sphæræ aut pilæ loco naturalem longitudinem, nullo latitudinem, nullo profunditatem, quam non etiam nomine aliarum nequeas appellare. Cubum etiam longitudine carere naturali, oculis non lippis, omnibus videatur manifestum. quod idem in Octaedro, in dodecaedro in Icosaedro quoque clarum est perspicere. nullam enim in his lineam ad latera ducas exteris lõgiorem. Latitudinis nullam, nullam itidem profunditatis: per quas non tantum tres, sed innumeras inueneris distantias: tot nempe, quot possunt lineæ ad angulos rectos sese in eodem puncto intersecantes duci. at hæ nulla certa in parte erunt constitutæ, in dictis corporibus. in aliis verò ibi longitudo apparet, vbi longior linea ducta est. latitudo vbi minor hæc, sed maior quàm tertia quæ designat profunditatem. Quòd si profunditatis linea, æqua sit cum linea latitudinis, tum & se ipsam, & latitudinem confundit & non minus altera, quàm altera & profunditas, & latitudo appareat. Si vero etiam longitudo ita decurtetur, vt æqualis fiat aliis duabus, tum & nomina, & res ipsæ, longitudinis, latitudinis ac profunditatis perierunt.

Quid ergo in hoc principio, quod firmissimum videbatur, quod omnib. notum ab omnibus concessum fuerat, dicendum? Linearum eodem in puncto ad rectos angulos sese secantium, innumerabiles sectiones fieri posse, nemo Geometrarum in dubium verret. sed innumerabiles hæ ad tres tantùm primas ac simplices redire. Sed qui tres has lineas nominibus longitudinis, latitudinis ac profunditatis insigniuit, in simplicibus illis quinque corporibus iam dictis, non videtur eadem perspicacia vsus. non enim, præterquàm pyramidi soli accommodantur. & si cui competũt naturaliter longitudo, latitudo profunditas, necesse est, tres has e lineas omnes inter se inæquales esse. quarum maior longitudinem constituat, media latitudinem, minima profunditatem. Id cum ita sit, neque necessarium, neque εὔλογον est, in omnibus corporibus, seu perfectis seu imperfectis eas omnes distinctas reperiri. Nam in quibus vel omnes, vel duæ æquales sunt, vel omnium nomina & effectus petunt vel duarum, vel vnius. Omnium quidem in sphæra in cubo, reliquisque. Pyramis verò si omnes inæquales habeat, omniũ & nomina & facta cõseruabit. Si verò duas, duarũ tantũ. Itaque hoc manifestò ita constituto dicimus falsam esse Aristotelis sententiã *Rationabile esse corporibus perfectis omnes inesse.* Omnia enim corpora quatenus trium linearum intersectionem in puncto eodẽ recipiunt, perfecta sunt quidem, non tamen distinctas tres distantias continent. Hæc itaque prima Aristotelicæ sententiæ falsitas arguatur. Secunda fortè est, atque hac nõ minor ea quæ asserit: ἐστὶ δὲ τὸ μὲν ἄνω τοῦ μήκους ἀρχή, τὸ δὲ δεξιὸν τοῦ πλάτους, τὸ δ' ἔμπροσθεν τοῦ βάθους. *Est verò sursum quidem longitudinis principium, dextrum autem latitudinis, ante verò profunditatis.* Quæ res, vt plenè planeq; perspiciatur statuendũ prius, quod Aristoteles statuit, sursum duplex esse. *positione* θέσει, & *opere* ἔργῳ. Sic enim libro de partibus, ad localem motum vtilibus cap. 4 scripsit, διώρισται δ' ἔργῳ καὶ οὐ θέσει μόνον, τῇ πρὸς τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανόν, ὅθεν γὰρ ἡ τῆς τροφῆς διάδοσις καὶ αὔξησις ἑκάστοις, ἄνω τοῦτ' ἐστίν. *Distinctum verò opere est, & non positione solùm ad terram atque ad celum, vnde enim nutrimenti transitus, & auctio singulis, sursum hoc est.* Horum autem duorum sursum. alterum est in vniuerso, quod positione dicitur: alterum in animalibus & animatis corporibus quod dicitur, sursum opere. De illo 2. de Elementis 1. sic. ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον, ἄνω λέγομεν. ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἐστὶν ἄνω. καὶ τῇ φύσει πρῶτον. *Nos verò vniuersi extremum, sursum dicimus. quod & positione sursum est, & natura primum.* Sursum autem opere triplex esse asserit libello de vita cap. 2. ἔτι δὲ διῃρημένου τοῦ σώματος, τῶν μὲν ζώντων πάντων τῷ τε ἄνω καὶ τῷ κάτω. πάντα γὰρ ἔχει τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, ὥστε καὶ τὰ φυτά. δῆλον ὅτι τὴν θρεπτικὴν ἀρχὴν ἔχοι ἂν ἐν μέσῳ τούτων. καθ' ὃ μὲν γὰρ εἰσέρχεται μόριον ἡ τροφή, ἄνω καλοῦμεν, πρὸς αὐτὸ βλέποντες, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ περιέχον ὅλον κάτω δὲ καθ' ὃ τὸ περίττωμα ἀφίησι τὸ πρῶτον. ἔχει δ' ἐναντίως τοῖς φυτοῖς τοῦτο, καὶ τοῖς ζώοις. τῷ μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ διὰ τὴν ὀρθότητα μάλιστα ὑπάρχει τοῦτο τῶν ζώων, τὸ ἔχειν τὸ ἄνω μόριον πρὸς τὸ τοῦ

*παντὸς ἄνω, τοῖς δ' ἄλλοις μεταξύ. Praterea cũ distinguatur corpus viuentium omniũ ipsũ*
*sursum & deorsum, (omnia enim habent sursum & deorsum.) itaque & planta, clarum*
*quòd nutritiuum principium habent in medio horum. Eam enim partem per quam nu-*
*trimentum ingreditur, sursum vocamus ad ipsam respicientes, sed non ad vniuersum cõ-*
*tinent. Deorsum verò eam partem per quàm excrementum eijcit primum. Habet autem*
*hoc contrario modo plantis & animalibus. Homini enim ob rectitudinem, maximè anima*
*lium, inest hoc, habere scilicet supernam partem, ad vniuersi sursum, alijs verò inter hac me*
*dium.* Ex quibus licet colligere, sursum esse triplex opere. Aliorum sursum esse ad
vniuersi sursum, vt hominis. Aliorum ad vniuersi deorsum vt Plantarum. Alio-
rum, inter hæc medium, vt animalium reliquorum. Plantarum sursum esse vni- 1
uersi deorsum etiã libro, de Partibus ad motum &c. cap. 4. docuit his: *καίτοι δόξειεν*
*ἂν τοῖς φυτοῖς οἰκεῖον εἶναι τὸ κάτω μᾶλλον. οὐχ ὁμοίως γὰρ ἔχει τῇ θέσει τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω τού-*
*τοις, καὶ τοῖς ζῴοις, ἔχει δὲ πρὸς μὲν τὸ ὅλον, οὐχ ὁμοίως. κατὰ δὲ τὸ ἔργον ὁμοίως. αἱ γὰρ ῥίζαι εἰσὶ*
*τὸ ἄνω τοῖς φυτοῖς ἐκεῖθεν γὰρ ἡ τροφὴ διαδίδοται τοῖς φυομένοις καὶ λαμβάνει ταύτῃς αὐτὴν*
*καθάπερ τὰ ζῷα τοῖς στόμασιν, Videatur autem plantis propriũ esse deorsum magis. non .n. si-*
*militer habet sursum positione & deorsum, his & animalibus, Habet quidẽ ad vniuersum,*
*non similiter, sed opere habet similiter radices enim sunt in plantis, ipsum sursum. Inde*
*enim nutrimentum transmittitur plantis, & his accipiunt ipsum, sicuti animalia ore.*
Quauis autem harum significationum, sursum ipsum sumatur, nequaquam vera
est illa Aristotelis sententia, *sursum esse longitudinis principium*. Nam in vniuerso, 2
est quidem sursum, at nulla in ea longitudo naturalis. omnes enim à centro lineæ
ad circumferentiam æquales sunt. At in talibus corporibus, vt etiam simplicibus
aliis, nullam esse natura longitudinẽ suprà est ostensum, itaq; in vniuerso, sursum
ipsum, nullius lõgitudinis principiũ est. Multa quoq; in vniuerso corpora sunt, me-
talla, lapides in quibus quãtũuis perfectis, nihil sursum vel positione vel opere est.
lõgitudinẽ tamen habent pleraq; nõ ergo lõgitudo à sursum, vt à principio pẽdet,
neque hoc est longitudinis principium, neque id verum esse aut sensibus aut ratio
nibus persuadetur. Falsa est ergo in his Aristotelis traditio. Falsa etiam alia illa, qua
dextrum esse latitudinis principium est assertum, Tabula enim hæc mea, papyrus
item, quæ scriptionem hanc suscipit, latitudinem habent: dextrum tamen natura 3
sua nullũ habent. non est ergo dextrum latitudinis principium. Veluti neq; profun
ditatis tabulæ vllum ante est principium. In vniuerso ergo, in inanimis corporibus
nihil horum, quantumuis perfectissimis. Hæc quamuis sunt ab Aristotele vniuer-
saliter de corporibus omnibus prolata, attamen in animalib. eadem consideremus.
de quibus eodem libello de partibus ad motũ, &c. cap. eodem 4, sic est ab eo scriptis
mandatum. *ὅσα δὲ μὴ μόνον ζῇ, ἀλλὰ καὶ ζῷα ἐστί, τοῖς τοιούτοις ὑπάρχει τὸ τε ἔμπροσθεν, καὶ*
*τὸ ὄπισθεν, αἴσθησιν γὰρ ἔχει ταῦτα πάντα, ὁρίζεται δὲ κατὰ ταύτην, τό τε ἔμπροσθεν καὶ τὸ ὄπισθεν.*
*Quæcunque verò, non solùm viuunt, sed etiam animalia sunt, his talibus inest ante & re-*
*trò: sensum enim habent hac omnia. determinatur autem secundum hunc, ante & retrò.*
Mox deinde, *ὅσα δὲ τῶν ζῴων μὴ μόνον αἰσθήσεως κοινωνεῖ, ἀλλὰ δύναται ποιεῖσθαι τὴν κατὰ τό-* 4
*πους αὐτὰ δι' αὑτὰ μεταβολήν, ἐν τούτοις διώρισται πρὸς τοῖς λεχθεῖσι τό τε ἀριστερὸν καὶ τὸ δεξιόν.*
*Quæcunque verò animalium non solùm sensu participant, sed possunt facere, ipsa per se*
*ipsa motum secundum loca, in his prater iam dicta determinatum est, sinistrum atque*
*dextrum.* Ex quibus clara est Aristotelis sententia, in animalibus sensu tantùm præ
ditis esse antè: in iis verò, quæ motum etiam localem habent, esse dextrum. Quod
etiam his aliis confirmauit: *ἀπὸ δὲ τῶν δεξιῶν, ἡ κατὰ τόπον. ἀπὸ δὲ τῶν ἔμπροσθεν ἡ κα-*
*τὰ τὴν αἴσθησιν ἔμπροσθεν γὰρ λέγω, ἐφ' ὃ αἱ αἰσθήσεις, διὸ καὶ οὐκ ἐν ἅπαντι σώματι τὸ ἄνω*
*καὶ τὸ κάτω. καὶ τὸ δεξιόν, καὶ τὸ ἀριστερόν, καὶ τὸ ἔμπροσθεν καὶ τὸ ὄπισθεν ζητητέον, ἀλλ' ὅσα ἔχει κινή-*
*σεως ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς ἔμψυχα ὄντα. A dextris verò motus secundum locum: ab antè ve-*
*rò* (motus) *secundum sensum. ante enim voco in quo sensus: ideo non in omni* 5
*corpore, sursum & deorsum, & dextrum & sinistrum est quærendum. Sed quæcunque ha*
*bent motionis principium in seipsis cum sint animata.* Quæ in anima sunt, quæ non per
fectè animata corpora, nequaquam ex eius sententia ante & dextrum obtinent. At
obtinent profunditatem, ac latitudinem, non ergo, Ante, profunditatis est princi-
pium, dextrum latitudinis. Nonne hæc superioribus ab eo vniuersaliter prolatis
contradicunt? Et præterea falsa est hæc sententia vndequaque, nempe sursum lon-
gitu-

gitudinis, dextrum latitudinis, Antè profunditatis esse principia. Neque verò multo verior est ea quam illi subdidit. ἔτι δ' ἄλλως κατὰ τὰς κινήσεις, ἀρχὰς γὰρ ταύτας λέγω ὅθεν ἄρχονται πρῶτον αἱ κινήσεις τοῖς ἔχουσιν. ἔστι δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ἄνω ἡ αὔξησις. ἀπὸ δὲ τῶν δεξιῶν, ἡ κατὰ τόπον, ἀπὸ δὲ τῶν ἔμπροσθεν ἡ κατὰ τὴν αἴσθησιν. *Adhuc verò aliter, secundum motus. Principia enim hæc dico, vnde incipiunt motus habentibus. Est autem à sursum quidem augmentum: à dextris autem motus localis, ab antè verò, motus secundum sensum.* Eandem hanc sententiam libello iam citato de partibus, eodem cap. 4. & libello de vita, cap. 2. replicauit. Non pergam verba proferre.

Singulas has partes perpendamus. Ac primo sursum, quod primo loco ipse cõstituit principium argumenti. Alio loco protulerat, καθ' ὃ γὰρ εἰσέρχεται μόριον ἡ τροφή, ἄνω καλοῦμεν πρὸς αὐτὸ βλέποντες, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ περιέχον ὅλον, *Per quam etenim particulam intrat cibus, sursum vocamus ad ipsum respicientes, sed non ad continens vniuersum*. Idem aliis verbis, libello eodem de partibus. cap. eodem. ὅθεν μὲν γὰρ ἡ τῆς τροφῆς διάδοσις καὶ αὔξησις ἑκάστοις, ἄνω τοῦτό ἐστι. *Vnde enim cibi distributio, & augmentum singulis sursum hoc est.* Itaque id erit in animalibus sursum, quo cibum capiunt. Id autem in animalibus os dicitur, in plantis, vt ipse docuit, radices. ἀνάλογον γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τοῖς φυτοῖς, καὶ τὸ καλούμενον στόμα τοῖς ζῴοις. αἱ γὰρ ῥίζαι εἰσὶ τὸ ἄνω τοῖς φυτοῖς, ὁπόθεν γὰρ ἡ τροφὴ διαδίδοται τοῖς φυομένοις, καὶ λαμβάνει ταύτης αὐτήν, καθάπερ τὰ ζῷα τοῖς στόμασιν. *Correspondent enim radices plantis, & quod vocatur os animalibus. radices enim sunt ipsum sursum plantis. illinc enim cibus distribuitur plantis, & accipiunt his ipsum veluti animalia ore.* Duo sunt in hac sententia expendenda. Alterum an augmenti principium sit os, & radix. Alterum quam ob causam, pars hæc sursum dicatur, potius quàm vlla alia.

In priore illo non videtur Aristoteles sibi constare. Nam alibi aliter scripsit. nempe libro de vita cap. 2. vbi non os, non radices nutrimento dat, sed mediam corporis partem: τριῶν δὲ μερῶν ὄντων, εἰς ἃ διαιρεῖται τὰ τέλεια πάντα τῶν ζῴων, ἑνὸς μὲν ᾗ δέχεται τὴν τροφήν. ἑνὸς δὲ ᾗ τὸ περίττωμα προΐεται, τρίτου δὲ τοῦ μέσου τούτων. τοῦτο ἐν μὲν τοῖς μεγίστοις τῶν ζῴων καλεῖται στῆθος. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τὸ ἀνάλογον, *Cum partes tres sint, in quas diuiduntur perfecta omnia animalia. vna quidem qua recipiunt nutrimentum: vna, qua excrementa proiiciunt: Tertia media harum. hæc in maximis quidem animalibus vocatur pectus, in aliis verò quod proportione respondet.* Et paulo post. ἀλλ' ἥ γε τῆς θρεπτικῆς ἀρχὴ ψυχῆς ἐν τῷ μέσῳ τῶν τριῶν μορίων καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν οὖσα φαίνεται καὶ κατὰ τὸν λόγον. *Sed nutrientis animæ principiū, in media triū partiū, & ad sensum videtur esse, & per rationē.* Atq; ὥστε καὶ τὰ φυτὰ δηλονότι τὴν θρεπτικὴν ἀρχὴν ἔχοι ἂν ἐν μέσῳ τούτων. *Itaq; & plantæ nimirū nutritiuū principiū habeāt in medio harū.* Quā rem sequenti capite latius tū in plantis, tū in animalib. sanguine carētib. & præditis explicat, cuius fine sic concludit: κατὰ μὲν οὖν τὰ φαινόμενα δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐν τούτῳ τε ἐστὶ τῷ μέσῳ τοῦ σώματος τῶν τριῶν μορίων, ἥ τε τῆς αἰσθητικῆς ἀρχὴ ψυχῆς ἐστί, καὶ ἡ τῆς αὐξητικῆς, καὶ ἡ τῆς θρεπτικῆς. *Secundū quidem ea quæ apparent clarum ex dictis, quod in hac, & in media corporis trium partiū, sensitiuæ principium animæ est, & augmentatiuæ, & nutritiuæ.* Quo ergo pacto, verum est, quod superius dixerat, augmenti principium esse os? Si vera est altera hæc, principium nutritionis & incrementi est pars media corporis? Cor nimirū vt eodē capite ipse explicat? Aut si illa vera est, quomodo hæc falsa non est? Neq; soluent hunc nodum hæc eiusdem capitis verba: φανερὸν τοίνυν ὅτι μίαν μὲν ἐνέργειαν ἡ τοῦ στόματος λειτουργεῖ δύναμις, ἑτέραν δὲ ἡ τῆς κοιλίας περὶ τὴν τροφήν, *Clarū ergo, quod vnam quandam operationem oris ministrat potentia, aliam verò potentia stomachi circa cibum.* Imo potius auget difficultatem. iam enim accedit & ventriculus pro tertio principio incrementi. Quòd si detur, tria esse incrementi principia in animali, dabitur etiam illud rationi consonum esse. quod trium horum principiorum principalius est, id esse quoque principalius incrementi principium. Id autem esse cor, ipse declarat. quia sine corde nulla animalia viuunt, sine ore, ac etiam sine capite in quo os est, multa animalia viuere ipse testatur. eodem 2. capite libri de vita. πολλὰ γὰρ ζῷα ἀφαιρουμένων ἑκατέρων τῶν μορίων τῆς τε καλουμένης κεφαλῆς, καὶ τοῦ δεκτικοῦ τῆς τροφῆς ζῇ μεθ' οὗπερ ἂν ᾖ τὸ μέσον. *Multa enim animalia, ablatis vtrisque partibus vocato capite, & ea quæ recipit nutrimentum viuunt, cū quo sit tamen media:* Cur ergo cor principalius principiū, principalioris distantiæ, sursū scilicet princi-

pium non docuit esse? sed minus principale, os posuit. Natura enim cum in omnibus (ipsomet millies docente) optimum semper opus peragat, principaliora, ac præstantiora, principalioribus ac præstantioribus coniungit, quod & ipse facere debuit. cor, distantiæ sursum & non os aut stomachū statuere oportuit, hæc enim duo causæ potius sine quà non rationem habent, quàm efficientis. Qua ratione manus in homine, in auibus rostrum, in reliquis quod rostri habet locum nutritionis ac incremēti possent dici principiū esse: quia vt instrumenta inseruiūt, quemadmodum & os & stomachus. Sed si hominis os, respectans, sursum, principiū esse dixerit, quia in parte sit, quæ sursum totius vniuersi petit, non est iam cibi ac incrementi respectus ab eo consideratus, sed vniuersi positio, atque sursum ipsius. sed si hæc causa fuit, cur solum hominem respexit, non autem tot plantarū, tot animalium species, quæ os in parte habent, quæ ad vniuersi deorsum spectat? Nonne solidior ea est doctrina, quæ rerum naturæ respondet? Natura aūt, nō vnius rei curam gerit, sed vniuersarum. Potius studium naturæ est, vt omnes, quàm, vt plurimas ne dum vnas curet. Soli homini os sursum dedit, reliquis animalibus plantis omnibus os dedit deorsum, Quid sarius dicemus? Profectò, si nullam rem vnquam ea frustra egit, non est negandum, animalium reliquorum eam curam habuisse, non dicam maiorem quàm hominis, at saltem æquam. Et tamen os illis, sursum scilicet illorum, ad deorsum vniuersi conuertit: & tamen & nutrimentum capiunt, & crescunt, & sursum per consequens habent, homini contrarium. An id non melius illis futurum iudicauit? cur verò ita? an non potuit aliter facere? an non debuit? Sed nos quoque Aristotelicam methodum in hac re sequamur. Constituit vniuerso, sursum, vulgi opinionem secutus: eamque opinioni præceptoris Platonis anteposuit, Hanc enim 1. capite 2. de Elementis. vt sibi suisque visum est, fregit, vulgi verò opinionē prætulit, & induxit scribens ita: ἐπεὶ δ' ἐστί τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον, δῆλον ὅτι ἔσται καὶ ἄνω καὶ κάτω, ὥσπερ καὶ οἱ πολλοὶ λέγουσιν. *Cum verò sit aliquid in cælo extremum & medium, clarum quod erit sursum & deorsum, sicuti etiam multitudo dicit.* Mox subnectit. ἐπεὶ προσυπολαβόντες καὶ κύκλῳ τοιοῦτον, καὶ τὸ μέσον ὁμοίως ἔχειν πρὸς ἅπαν, τὸ μὲν ἄνω φήσουσιν εἶναι τὸ δὲ μέσον κάτω. *Cū præterea opinentur, & circulo tale, & medium similiter habere ad vniuersum, hoc quidem sursum dicent esse medium verò deorsum.* Vulgi ergo nos quoque sententiam approbemus. At vulgus in omnibus & naturæ & artis operibus id agnoscit sursum, quod est cœlum versus erectum. ergo plantarum sursum non erit in radicibus sursum animalium ea parte erit, quæ cœlum spectat, frontem, capitis summitatem, non os, non ventrem non cor. Nemo vnquam de plebe vir, hæc dixit sursum esse. non sunt ergo hæc sursum, Aristotelico argumento ex authoritate vulgi contrà Aristotelicum dogma. Atque vt Præceptoris sui Platonis sententiæ, vulgi sententiam Aristoteles discipulus prætulit, ita nos discipuli, Aristotelis præceptoris sententiæ vulgi sententiam præferamus, id in omnibus rebus sursum vocantes, quod vulgus vocat partem scilicet ad cœlum erectam. Idque non contentione, sed eius exemplo, sed veritatis amore. Potiorem enim esse docuit eam philosophandi methodum, qua *communes sententias* τὰς κοινὰς ἐννοίας sequimur, quàm eam, qua vnius dogmati adhæremus. Potissimam verò eam, per quam, sententia rerum veritati conformis ac consona sit. Consonum autem est, rebusque ipsis conforme, vt rerum omnium sursum ad vniuersi sursum, rerum deorsum, ad vniuersi deorsum statuatur. illud scilicet, quod natura & vsu, in omnibus summum omne hominum vulgus & Senatus vocant. hoc verò deorsum, quod in omnibus imum. Neque enim recta ratione dici posse videtur, id sursum summumque esse, quo alia sint superiora: ne deorsum ac imum, quibus alia subsint. Quo sanè rectè constituto, falsa erunt dogmata illa, os, ventrem, cor, sursum, anum deorsum in animalibus esse. Falsa quoque in plantis sursum esse in radicibus, imum in summitate. At verò si etiam officium libet adiicere ad positionem, id erit sursum, quo in longitudinem crescunt viuentia, quòd versus cœlū est. Ad antè & retrò transeamus. Aristoteles statuit, ea parte animalis, quà sensus principium est. Quod è tribus suprà allatis locis, fuit manifestum. Cum sensus dicit, communi nomine, sensus omnes dicere videtur. Id si ita est, quòd ipse retrò vocat, & retrò & antè est.

& quod

& quod antè appellat & antè & retrò eſt. Namque primarius ſenſus tactus, qui animal omne conſtituit, etiã in tergo animalibus eſt, eſt & ſurſum in capite tactus, eſt & deorſum in pedibus, eſt à Lateribus, vtriſq; dextris, ſiniſtrisq; . Auditus in aurib⁹, hæ aũt nunquam ante locatę ſunt, plerisque ad latera. Guſtatus in ore omnibus eſt. At his raijs, paſtinacis, alijs multis inferna corporis parte eſt. Nemo tamen de plebe vulgi, id ante appellauit, aut exiſtimauit. Non eſt ergo verum hoc dogma, Antè id eſt, vbi ſenſus principium. Si verò quis ſenſus, verè, antè, conſtituat, id facere, vel odoratum, vel viſum neceſſe eſt. Sed præſtantior viſus, præſtantiora autem à natura videntur, minus præſtantibus, prælata. Non ergo ſenſus, abſolutè, ſed vnus præſtantiſſimus, ipſum ante conſtituit. Quam ſententiam Ariſtoteles corrigens, melius ſcripſit eodem libello de Partibus .7. capite 4. ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῖς ὄμμασι διώρισαι τὸ πρόσθεν. *Sed ad oculos determinatum eſt ipſum antè*, hoc ſanè rebus conſonum eſt, oculi enim omnibus animalibus ſunt ea parte. quam & vulgus. , & ſapientes antè nominant. Recipimus præterea eam partem in animalibus dextram eſſe, in qua localis motus principium eſt.

Colligamus itaque tres diſtantias longitudinis, latitudinis, profunditatis, non omnibus corporibus in eſſe. contra Ariſtotelis philoſophiam. Et in quibus ſint omnes, non eſſe longitudinis principium illud ſurſum quod ipſe conſtituit, nec latitudinis dextrum, nec profunditatis, antè. Præterea omnibus corporibus inanimis, animatis, animalibus ſurſum & deorſum ad vniuerſi ſurſum & deorſum eſſe. Animalibus omnibus, dextrum & antè ineſſe: reliquorum nullis natura, quod & ipſe, vel immemor iam ſcriptorum, vel neſcius ſcribendorum 2. de cœlo, capite 2. agnouit, & explanauit. τῶν γὰρ ἀψύχων ἐν οὐδενὶ ὁρῶμεν ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τὰ μὲν γὰρ ὅλως οὐ κινεῖται. τὰ δὲ κινεῖται μὲν, ἀλλ᾽ οὐ πανταχόθεν ὁμοίως. οἷον τὸ πῦρ ἄνω μόνον, καὶ ἡ γῆ ἐπὶ τὸ μέσον ἀλλ᾽ ἐν μὲν τούτοις λέγομεν τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω καὶ τὸ δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερὸν πρὸς ἡμᾶς ἐπαναφέροντες. *Inanimatorum enim in nullo videmus, vnde principium motus. nam alia omnino non mouentur, alia mouentur quidem ſed non vndequaque ſimiliter, veluti ignis ſurſum ſolùm & terra ad medium. Sed in his dicimus ſurſum & deorſum & dextrum & ſiniſtrũ ad nõ referentes. & quæ ſequuntur.* Atq; hæc de noſtratibus hiſce. De cœlo verò, in quo & Pythagorei & Ariſtoteles has diſtantias locarunt, quid dicẽdum? Si eas habeat, vel natura ea habet vel relatione ad nos. Natura eas nõ habere, ſcilicet longitudinẽ, latitudinẽ & profunditatẽ, ſuperius eſt oſtenſum, quia ſphęricũ corpus ſit in quo omnes diametri, oẽs à centro ad circumferentiã ſemidiametri æquales inter ſe ſint. Cum primarias haſce tres natura non habeat ſtatuerunt tamen ſecundarias ſex habere, inter ſe tamen ipſi diſcordes Hac in re Ariſtoteles, non ſolũ à Pythagoreis ſed à ſe etiam ipſo diſcors eſt. Ait polum auſtralem, ſurſum, eſſe noſtrũ deorſum, ſuperioribus tamen, vniuerſi ſurſum, non polum illum, ſed ſimpliciter vniuerſi extremum τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον dixerat eſſe, ſic enim, primo cap. 2. de elemẽtis, vt in memoriam reuocemus ſcribit: ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον ἄνω λέγομεν, ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἐστὶν ἄνω, καὶ τῇ φύσει πρῶτον. *Nos verò, vniuerſi extremum ſurſum dicimus, quod etiam ſecundũ poſitionẽ eſt ſurſum, & natura primũ.* Quibus verbis, vniuerſi extima ſuperficies vniuerſa. ſurſum dicitur. Non ergo eſt vna particula cœli ſurſum, & ſi hæc ſurſũ eſt, illa ſuperficies vniuerſa ſurſum nõ eſt. Si verò quis dicat, eã diſcordiã tolli, quia aliud cœlum ſit, cuius polus auſtralis ſurſum ſit: aliud ſit vniuerſum, cuius extima ſuperficies ſit vniuerſi ſurſum, dicem⁹ nos id quidẽ videri rectè diſtinctũ, niſi obſtarẽt eius capitis quinq; loca. quæ de vniuerſo loquuntur, contrapoſita locis quatuor, quę de cœlo tãtũ ſcripta apparẽt. Hæc quidẽ ſunt. ἐπεὶ δὲ τινές εἰσιν, οἵ φασιν εἶναί τι δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν τοῦ οὐρανοῦ. *Cum quidam ſint, qui dicũt eſſe aliquid dextrũ et ſiniſtrum cœli:* εἰ δὲ δεῖ καὶ τῷ οὐρανῷ προσάπτειν τι τῶν τοιούτων. *Si verò oportet etiã cœlo, annectere aliquid taliũ.* &, ὁ δ᾽ οὐρανὸς ἔμψυχος καὶ ἔχει κινήσεως ἀρχήν. *Cœlũ verò animatũ, & habet motionis principiũ.* &, τοῦ δ᾽ οὐρανοῦ ἀρχὴ τῆς περιφορᾶς ὅθεν αἱ ἀνατολαὶ τῶν ἄστρων. *Principium verò circũlationis cœli id, vnde ortus aſtrorũ.* Sed loca de vniuerſo, hæc alia ſunt, primũ ſtatim ab initio. εἴπερ δεῖ προσάπτειν τῷ τοῦ παντὸς σώματι, ταύτας τὰς ἀρχάς. *Si quidẽ oportet annectere vniuerſi corpori hæc principia.* οὐ γὰρ δεῖ ἀπορεῖν διὰ τὸ σφαιροειδὲς εἶναι τὸ σχῆμα τοῦ παντός. *Nõ enim oportet dubitare, eo quia ſpærica ſit figura vniuerſi.* λέγω δὲ μῆκος αὐτοῦ, τὸ κατὰ τοὺς πόλους διάστημα. *Dico aũt lõgitudinẽ ipſi⁹ diſtãtiã ſecũdũ polos.* ἅμα δὲ καὶ εἰώθαμεν λέγοντα πλάγια

ἐν

